Universidad de Deusto
Biblioteca

VILLALPANDI

IN

EZECHIELEM

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTHECAE OMNIENSIS SOCIETATIS JESU
IHS

Coll. Rom. Soc. Iesu Cat. inscr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTHECA

יהוה

IHS

IESVS

HIERONYMI PRADI
ET
IOANNIS BAPTISTAE
VILLALPANDI
E SOCIETATE IESV

IN EZECHIELEM EXPLANATIONES ET Apparatus Vrbis, ac Templi Hierosolymitani.

COMMENTARIIS ET IMAGINIBVS ILLVSTRATVS OPVS TRIBVS TOMIS DISTINCTVM

Quid vero singulis contineatur, quarta pagina indicabit.

ROMAE
Superiorum Permissu

CIↃ IↃ XC VI

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. O. M.
PHILIPPO SECVNDO
HISPANIARVM
REGI
CATHOLICO
AMPLISSIMI POST
HOMINVM MEMORIAM
IMPERII DOMINO
RELIGIONIS
PACIS IVSTITIAE
PROPVGNATORI
BONARVMQVE ARTIVM
PARENTI
OPTIMO
IOANNES BAPTISTA
VILLALPANDVS E
SOCIETATE
IESV
D.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

IIII

TOMO PRIMO

CONTINENTVR

EXPLANATIONES,

ET COMMENTARII

HIERONYMI PRADI

E Societate Iesu in priora sex, & viginti capita Ezechielis.

TOMO SECVNDO

EXPLANATIONES

IOANNIS BAPTISTAE

VILLALPANDI

EX EADEM SOCIETATE

in reliqua viginti duo eiusdem

Ezechielis capita.

TOMO TERTIO

APPARATVS

VRBIS, AC TEMPLI

Hierosolymitani

Commentarijs,& Imaginibus illustratus

EIVSDEM

IOANNIS BAPTISTAE VILLALPANDI

studio tamen cum eodem

Hieronymo Prado

collato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PHILIPPO SECVNDO REGI CATHOLICO.

IOANNES BAPTISTA VILLALPANDVS.

S. P. D.

ANNVS est hic sextus decimus, PHILIPPE REX MAXIME: cum summa me cupiditas tenet illius Templi formæ animo comprehendendæ: quod primum est à Salomone mortalium sapientissimo, pæne incredibili artificio, splendore, magnificentia exædificatum. Nam in sacris ac prophanis historijs tam multa, tam mira de illo narrantur; vt ea vel non dum plane percepta & cognita legentes facile rapiant in admirationem. Hoc me studium vsque adeo per hosce annos, quos dixi, semper incendit; vt nulli labori parcam, nullas vigilias recusem, nulla itinera reformidem, nullas omnino curas, nullas molestias perhorrescam: quibus mea quoque valetudo in extremum sæpe est adducta discrimen; vt eâ quæ Regiæ Tuæ Maiestatis iussu habemus instituta, perficiantur, & quæ hac de re felicibus Tuis istius maturæ iam ætatis annis Deus immortalis pro sua bonitate voluit Ecclesiæ patefieri; ea tandem aliquando in aspectum hominum lucemque proferantur. Et quanquam Hierosolymitani Templi descriptio iam erat aliquot ante annis absoluta: vt eius tamen perfecta ratio redderetur; vniuersum fuit Ezechielis vaticinium enucleandum: quod videlicet totum propemodum, vt cætera pæne omnia sacra volumina, ad hoc Templum augustissimum, refertur: cum hoc maxime Templo Chri-

 sti

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti Dei nostri ac liberatoris imago pulcherrima, eiusque Ecclesiæ sacrosanctæ, non adumbretur modo, sed suis quasi coloribus exprimatur. Quo autem alacriore in eam rem studio à nobis incumbitur, maiorque hauritur ex illa cognitio; eo lux videtur assidue clarior affulgere: qua quidem luce, noua subinde mysteria Deique arcana consilia perspiciantur, quæ huius Templi maiestate atque amplitudine continentur. Cuius enim ita mens iaceat humi depressa; quin Dei summam illam potestatem, quoad mortali fas est, magnitudinemque suspiciat? dum Dauidem cernit humilem ouium pastorem repente ad regnum euectum, tot victorijs illustratum, tot spolijs hostium locupletatum; vt ex ijs potissimum ad vnius Templi ædificationem auri talenta centum & octo millia, argenti decies centena septemdecimque millia legauerit? quæ scilicet auri argentique talenta omnia ter millies ferme decies centena millia nummorum nostratium aureorum, in vnam summam collecta, conficiunt. cui nimirum thesauro vix vllus par vsquam sit, aut ne vix quidem, post homines natos, inuentus. Non est, opinor, cur pluribus persequar vel infinitam Dei in tanto ac tam præclaro opere architectando sapientiam, vel Salomonis in ædificando magnitudinem animi atque prudentiam, vel angeli in dimetiendo solertiam, vel Ezechielis prope diuinum in eius partibus describendis ingenium. Quæ cum ita sint; videtur tantæ molis opifex aperte satis ostendere voluisse, quis nam & quantus ille sit dominus; cui tanta domus non satis ampla, neque se satis digna sit visa: quam toties, ministrorum culpa disturbarit, toties (quæ ipsius erat in suos clementia) instaurarit: quoad Christum IESVM, viuum Dei Templum excitauit: quod, Salomonis æde funditus euersa, staret in æternitatem. Et quanquam erat prioris Templi species litterarum sacrarum grauissimis consignata monimentis; in Ezechielis tamen obscuritate nimis iam diu delitescere videbatur. Iam vero Deus pro sua beni-

gnita-

gnitate ſingulari, Regiæ Tuæ auctoritate Maieſtatis, eius Templi formam, hac potiſsimum tempeſtate, voluit è tenebris erui, & in lucem, tot ſæculorum interuallo, prodire. Atque ipſe quidem per quem Reges regnant, opibus Te cumulauit ampliſsimis, victorijs inſignibus auxit, maximorum extulit acceſsione regnorum: cumque ab ortu ſolis ad occaſum, tui fines imperij proferantur, indeque rurſus in orbem cum Oriente continuati iungantur; Sol in tuo regno nunquam cernit occaſum. Verum (quod caput eſt) idem ſupremus omnium regum Rex tanta Te prudentia, conſilio, Chriſtianæ ſtudio religionis ornauit; vt cum ſis adhuc Dauidis pietatem, Salomonis celſitudinem animi ac ſapientiam imitatus, magnificentiſsimis Sancti Laurentij in Scoriali ac plane regijs ædibus extruendis; ſanctum iam Ezechielis ardorem zelumque imitareris: vt quæ is obſcuris verborum inuolucris obtexerat, quod ita illa tempora poſtularent; ea Tu iam, Deo ſic ſtatuente, qui Eccleſiam ſuam in dies magis ac magis illuſtrat, quaſi reiectis velis obſcuritatis, retegenda curares, & propalam ſtudioſis veritatis ac pijs mentibus proponenda. vt eo maior IESV Chriſto deferatur honor in terris; quo magis ſignificata veritas velut in typo ac deſcriptione quadam, tum in toto hoc ædificio auguſtiſsimi Templi, tum in eius partibus elucet. denique vt cœci peruicacia potius quam ignoratione Iudæi Templum aliud aliquando ſperare deſinant: cum illud hic adumbratum & promiſſum liceat intueri; niſi quis noctuarum inſtar conniuere vel claudere oculos velit: quod immenſum hunc ſplendorem Solis ferre non poſsit. Quæ me ſane omnia cum Daniele cogunt exclamare. Eſt Deus in cælo, reuelans myſteria, qui indicauit Tibi Rex. Quocirca, ſi quid in hoc libro veritati lucis affertur; Deo id totum, Rex optime, non nobis, referre debes acceptum. Mihi vero vtinam alias aliqua Tibi gratificandi offeratur occaſio. hoc enim opus, ſi vere loqui volumus, iam Tibi dicare vix liceat: quod

 certe

certe si meum esset; sane quam pro eo ac debeo, Tibi libentissime vltro deferrem. at opus iam tuum donare Tibi prope ridiculum videatur: præsertim cum ipse me quicquid sum, si quid tamen sum, totum tuum esse confitear: quippe quem iam inde à puero tuendum pro summa tua humanitate susceperis, & ingenuis disciplinis instituendum curaueris: sine quarum adminiculis hoc opus nequaquam confici potuisset. Opus igitur tuum Tibique multis nominibus debitum Te dominum, patronum, parentem libenter agnoscit: quod iussu tuo, prope ab initio, susceptum, tua auctoritate comprobatum, tua item commendatione creuit, tua liberalitate ac munificentia modo excisum excusumque prodire audet: tuo denique Regio patrocinio & maximo, omnes omnium aduersariorum impetus propulsabit. Vale. Romæ. Kalendis Martij. Anno à CHRISTO nato Millesimo Quingentesimo nonagesimo sexto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNES BAPTISTA VILLALPANDVS LECTORI

S. P. D.

QVemadmodum architecturæ peritis, pie Lector, ipsa augustarum ædium facies obiecta cæterarum quoque ædificij partium videtur & ornamentorum quasi speciem quandam proponere: qua perspecta, de toto ædificij genere ab ijs iudicari facile queat: ita in operis fronte, quod spectandum omnibus exponitur, præfari scriptor quid adferat, quæque suscepti laboris consilijque ratio fuerit, merito consueuit. Solennem itaque morem, EZECHIELEM explanaturus seruandum duxi & περιλειπομένων instar, quæ ad rem potissimum pertinere videantur, quæque cognouisse non pigeat, discutienda: cætera enim, de sacra scriptura prophetarumque nominibus, collega laborumque socius Hieronymus Pradus de more præfatus, nobis vita abiens, tanquam in cursu lampada tradidit. Quamobrem non necesse habeo Prophetæ lectionem commendare: quod tanta sit eius auctoritas cum reliquæ sacræ scripturæ auctoritate coniuncta: vt qui beatum esse dixit in lege Domini meditantem: idem eo æquius de EZECHIELE dixisse videatur, quo obscurior ac difficilior ad intelligendum, doctorem magis lumenque desiderat. Primum itaque de EZECHIELE pauca, nominis inquam vim ac notionem, ætatem, visa, virtutes breuiter attingam pro viribus: neque enim ea me pro dignitate tractare posse confido. Deinde, quid præstitum sit à nobis in Propheta illustrando, hac ingenij nostri mediocritate vel tenuitate potius: quibusque freti præsidijs tam arduam prouinciam Vatis in primis obscurissimi & à paucis explicati, Vrbis denique ac Templi Hierosolymitani typum edendi (quod Ecclesiæ suæ Deus bene vertat) simus aggressi. Primum igitur quem locum aut quem dignitatis gradum inter maiores, quos vocant, prophetas sibi iure deposcat EZECHIEL: non est nostrum credo statuere. iudicet, qui spirituum ponderator est Dominus.

Nobis hoc tantum concedi facile posse existimaui, vt quæ Isaiæ prophetarum Principi summa laus optimo iure tribuitur, eam non immerito EZECHIELI quoque eiusdem assecla tribui posse demonstremus. Ille enim non propheta solum, sed & Euangelista & Apostolus à grauissimo sanctissimoque viro Hieronymo nuncupatur: cum quod ab Apostolo Paulo & ab ipso Isaia, omnes Diuini verbi præcones, hoc tam illustri nomine dignantur, dum exclamando dicitur: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona: tum vero quod ea, quæ is de Christo prædixit, ita proponit ob oculos: vt præteritarum rerum euangelicam historiam contexere potius, quam futura nunciare videatur. Ergo ad conuincendos obstinatos Hebræorum animos eiusdem prophetæ testimonia Dominus vsurpauit. Quæ quidem præclara tum Apostoli tum Euangelistæ cognomina, quis non intelligat in EZECHIELEM quoque aptissime conuenire, euangelizantem videlicet pacem, euangelizantem bona? dum ait: Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob: & habitabunt in ea securi. & quæ sequuntur. & alibi: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique et adducam eos ad domum suam. Deinde multa pollicitus bona, subiungit: Et saluos eos faciam de vniuersis sedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo eos: et erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & seruus meus Dauid Rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Quo sane respexisse crediderim Dominum dum ait: ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός: Ego sum pastor bonus: ac si diceret, ille pastor ab EZECHIELE promissus, & Dauidis nomine consignatus. Vt eo testimonio Christus non ad conuincendos Iudæos tantum, sed etiam ad confirmandos Apostolos & ad erigendos omnium credentium animos vsus esse videatur. Quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam Apostoli nomine insignitur Vates, cui à Domino sæpe filij hominis ἐξαπόστειλόν σε, mitto ego te. & iterum: Vade ad domum Israel. Illustris itaque Isaias, qui de Christo multa prædixit, qui videlicet est finis legis & prophetarum. Illustris quoque EZECHIEL, qui de eodem Christo eiusque Ecclesia non pauca persequitur hoc tamen inter se distant, quod ille aperto sermone disertisque verbis etiam difficilia creditu litteris consignauit; hic vero contra sacris veluti hieroglyficorum arcanis obsignauit: ita vt ea ne intueri quidem vlli fas sit, præter eos, quos Christus illa oratione compellat: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. vt tanto iucundius, maioreque cum fructu à fidelibus intellecta degustarentur, quo essent quæsita diligentius, difficilius inuenta, auidiusque percepta. vt (quod sensit de rebus huiusmodi Augustinus) dum obscure quædam dicta densissimam caliginem videntur obducere, edomaretur labore superbia, & intellectus à fastidio reuocaretur, cui facile inuestigata plerunque vilescunt. demum vt Ecclesia orthodoxa, Isaia quidem tanqnam fidei propugnaculo, ab infidelium omnium tum Hebræorum tum Hæreticorum se tueretur incursibus: EZECHIELE vero tanquam diuinorum mysteriorum penu ad pascendos excitandosque fidelium animos vteretur. Quorum singuli tanto auidius arcana degustarent, quanto ea pluribus difficultatis inuolucris obducta, sibi ipsis quasi peculiari Dei singularique beneficio reseruata esse cognouerint: ac toties Deum eos alloquentem audire videantur, quoties, nouo quopiam diuini luminis affulgente splendore, aliquid cernere licuerit penitusque perspicere.

Quocirca merito eum Hieronymus præstantissimus EZECHIELIS interpres Oceanum, scripturarum, mysteriorumque Dei labyrinthum appellare non dubitauit. & EZECHIEL יחזקיאל, quasi κράτος θεοῦ, Hebræis dicitur, hoc est robur Domini, & fortitudo Dei, siue roboratus à Deo, vt idem Hieronymus interpretatur. Ad quam vocis notionem respexisse videtur Dominus cum eidem EZECHIELI dicit: Omnis domus Israel חזקי attrita, hoc est obdurata fronte est & duro corde. Ecce dedi faciem tuam חזקי valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos. vtrobique enim reperitur idem verbum חזק ex quo cum Dei nomine אל compositio nomen hominis proprium יחזקיאל videtur esse deductum. Quare loci sensus haud inconcinnus indicatur huiusmodi: Nihil tibi timendum ab eorum fronte, obdurata videlicet scelere atque malitia. Tu enim es EZECHIEL, nempe virtute roboratus & confortatus à Deo. Et vero nomina plerunque non casu vel temere, sed boni ominis causa, summis præsertim quibusdam viris imposita, cum Græcorum philosophorum Princeps Plato censuit, tum rerum experientia confirmauit.

Fuit autem EZECHIEL, teste Epiphanio, ex terra Sarara oriundus: atque, vt Hieronymus ac Iosephus affirmant, à filijs Pontificum genus duxit. Fuit idem patrator miraculorum eximius. qui non secus ac Elias aut Elisæus Iordanis aquas, aut Moyses maris vndas, sicco vestigio Cobaris fluminis vastissimi traijciendi auctor fuisse traditur Israelitis, quamplurimis ex Chaldæorum insecutoribus in illo demersis. Idem fertur vberrima piscium multitudine à Deo precibus impetrata, populum Israeliticum fame pæne enectum, recreasse. Idem vindice iustitia permotus, venenatorum serpentum morsibus Deum suum à Danitarum Gaditarumque sceleribus vindicasse. Quis porro mortalium EZECHIELI in reuocandis ad vitam mortuis, quod est miraculorum omnium longe maximum, par vnquam inuentus est? qui vno Dei verbo pronunciato, infinitam hominum multitudinem non à mortis tantum faucibus, sed ab inferorum claustris puluerisque inanitate, atque ossium ariditate ad lucem vitamque reduxerit. Verum (quod caput est) tanta morum integritate, vitæque sanctimonia excelluit, vt non solum cum antiquæ legis prophetis, verum etiam cum noui testamenti Patribus, qui se rebus acerbis & cruciatibus perferendis Christo similes efficere studuere, conferendus esse videatur. Quam multa enim, quam grauia improborum perditorumque hominum caussa pertulerit: quis vnquam satis pro dignitate persequatur? quæ sane Chrysostomus eleganti, (vt cætera solet) oratione commemorat: Fame, inquit, ac siti pro alienis cruciabatur malis, vxoreque defuncta, eum casum absque lachrymis perferre iubebatur. Porro quid grauius dici possit, quam in rebus aduersis ne flere quidem licere? Omitto enim quod super stercus bubalorum panem suum comedere sit coactus, & quod super vnum latus trecentis & nonaginta diebus iacere, aliaque huiusmodi tolerare sit iussus. Eius tamen in proximos caritatis eximiæ vnum illud profertur ab eodem Chrysostomo documentum: Quippe, inquit, & EZECHIEL cum iustus esset, sciretque Israelitas iniquissimos ex omnibus, videns tamen illos iugulari & corruere, hoc idem passus est, atque illachrymauit: & certe anticipans Deus omnem ipsi illorum impietatem reuelarat, atque ipsis oculis intuendam præbuerat; vt cum illos puniri conspiceret, eam calamitatem fortiter ferret. Verum cum tanto præscientiæ solatio præparatus essetsita tamen angebatur animo ob eorum clades, corruensque pronus in terram clamabat: Heu mihi Domine, deles tu reliquias Israel? Hactenus

Chry-

Chrysostomus. Quibus non immerito videtur addi posse, quod auctor libri qui Isidoro adscribitur, de vita & obitu sanctorum, de illo testatur: EZECHIEL, inquit, sacerdos filius Bozri, genitus in terra Sarara, in typo Christi, filius hominis nuncupatus. Quæ nimirum omnia glorioſissima vitæ facta, ad extremum Martyrij quoque corona cumulauit, vt idem narrat, & ante illum Epiphanius atque Dorotheus. Eius solennis memoria habetur in Martyrologio Romano, quarto idus Aprilis his verbis: EZECHIELIS prophetæ, qui à iudice populi Israel, quod eum de cultu Idolorum argueret, apud Babyloniam interfectus, in sepulchro Sem & Arphaxad Abrahæ progenitorum sepultus est: ad quod orationis causa, multi confluere consueuerunt. Huc illud accedat ex Epiphanio: Sane, inquit, quando tanta eo frequentia vna ad monumentum eius conueniunt; formidant Chaldæi ac metuunt, ne illum auferant. quapropter egredientem comitantur. Verum quid plura consector? me ingenium & oratio potius quam materia scribendo deficiat; si eius laudes accuratius celebrare coner. Itaque ad reliqua progrediamur.

Prophetiam exorsus est EZECHIEL, vt ipsemet vates initio libri testatur, ac Theodoretus cæterique interpretes docent, quinto anno captiuitatis regis Ioacim, qui & ipse Iechonias dictus est. Quintus item hic annus fuit Sedeciæ regis, qui pro Iechonia Iudæorum rex fuerat declaratus. Duodecim tamen ante annis Daniel cœperat vaticinari. ijsdem porro temporibus & hi Babylone, & in Iudæa Ieremias, Sophonias, atque Vrias Samæi futura prædicebant. Quare Hieronymus: Eadem, inquit, & eodem tempore EZECHIEL in Babylone & Ieremias in Hierusalem prophetauerunt. & illius prophetia mittebatur ad captiuos, & huius ad eos qui habitabant in Hierusalem: vt vnius in diuersis regionibus Dei prouidentia probaretur. Denique Theodoretus: Eorum igitur, inquit, qui captiuitatis tempore prophetarunt, postremus est Diuus EZECHIEL propheta.

Porro totius prophetiæ argumentum siue Prophetæ consilium eo spectare videtur; vt ad veri Dei cultum, & IESV Christi seruatoris nostri obsequium alliciat non Hebræos tantum illum sperantes, verum etiam gentes omnes illius cognitionis expertes: atque vt illorum exemplo nos quoque excitemur, qui Christum aduentasse, iamque in Cruce pendentem mundo salutem sine vlla dubitatione credimus attulisse. Quod quidem duplici potissimum ratione præstare contendit, nempe timore ac metu pœnæ, præmij spe & cupiditate. Atque hoc idem, commemoratis exterarum gentium iustis debitisque propter scelera cladibus, confirmare, atque vt in animis alte impressum semper maneat velle videtur efficere. Quid enim aliud, dum describit Dei gloriam discedentem è Templo significet? nisi frustra sperare Israelitas Dei se præsentia non destituendos: cum omnium scelerum colluuione fœdati, & vrbem & Templum, sanctuariumque ipsum profanauerint, Deoque illa inuisa reddiderint. Quod idem Dominus testari videtur: dum queritur de Regibus Israel, illis verbis. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & inter eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus, quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. & quidem dum persequitur pæne infinita Regum, Principum, Sacerdotum, seniorum, iuuenum, virorum ac mulierum, Pastorumque regentium populum, ac tandem omnis ætatis, sexus gradusque flagitia immaniaque facinora; iustam fuisse condemnationis sententiam demonstratur. Quo etiam referenda videtur contra Ammonitas, Tyrum & Sidonem Aegyptum, Idumæos, ac tandem contra Og, & Magog scelerum peccatorumque socias vel etiam duces ac magistras pronunciata sententia. Verum non in perpetuum irascitur Deus, vere pius, vere clemens in suos atque indulgentissimus pater: sed paterna commiseratione, diligentiorique cura solatur miseros Babylone detentos: dum se vel ab ipso Deo destitutos esse suspicantur: dum Templo & Vrbe, eiusdem Dei gratissimo domicilio, in cinerem redacta, ac quodammodo perpetua obliuione sepulta; spes omnis videbatur pristinæ dignitatis recuperandæ sublata. eam spem vt excitaret suæ gentis amantissimus Vates; Vrbis dimensionem Templumque ostendit eis, figuram domus (vt eiusdem Prophetæ verbis vtar) & fabricæ, eius exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostendit eis, & scripsit in oculis eorum: Dei nomine pollicitus eorum omnium instaurationem, integramque restitutionem. Quæ sane omnia non ad terreni Templi ædificationem esse referenda, sed ad Christi Domini assumptam à Verbo humanitatem, eiusque Ecclesiæ mysticum ædificium: rei comprobauit euentus. Quare merito ad Templum & Vrbem referri totam EZECHIELIS prophetiam, ut supra affirmauimus; iam credo facile videre posse lectorem. Quæ fuit etiam causſa, cur hanc prouinciam totius prophetiæ explicandæ, lector humanissime, susceperimus. nam, cum eodem ducti studio, octogesimo post sequimillesimum Christi Domini natalis anno, P. Hieronymus Pradus & ego, Cordubæ conuenissemus: experiri cupiebamus ecquid, assiduo labore, simul conferentes, atque inter nos philosophantes, intelligere de augustissimo illo Salomonis Templo possemus. Atque ille quidem hoc sibi pollicebatur, opinione fortaſse de me aliqua concepta nonnullius eruditionis disciplinarumque Mathematicarum, atque Architecturæ, quibus artibus, Ioanne Ferrerio supremo Regis Catholici

Archi-

Architecto ingeniosissimo ac peritissimo viro docente, sacrarum litterarum studia conatus eram ornare pro viribus: quæ videlicet ab ineunte propemodum ætate colueram. ego vero idem sperabam nos, Deo bene iuuante, consecuturos, certiore non opinione tantum sed experientia fretus solertis ingenij eiusdem Patris Hieronymi Pradi, exercitatissimique in sacris scripturis interpretandis: quem etiam tum, Magistrum Præceptoremque, recolendis grauioribus sacrorum voluminum studijs, nactus eram: quæ fuerant à me annis aliquot intermissa.

Assiduis itaque lucubrationibus, vigilijs, laboribusque pro virili ab vtroque susceptis, quantum ingenio, industria, diligentia consequi potuimus, quicquid illud & quantumcunque est; tandem aliquando iam prodit. de quo conatu, gratæ posteritatis iudicium expectari malo, quam meum interponere. tantum quidem certe collegæ meo socioque in Domino cariss. Hieronymo Prado, quem honoris caussa identidem libenter appello, postremum hoc vt debeo, officium censeo persoluendum: cuius omnis est lucubratio, quæ primo volumine continetur: in quo commentarios ab explanatione consulto seiunxit, ne longioribus vti inter explanandum digressionibus cogeretur. Is tamen bombycum instar, cum maxime animum ac vires intenderet, operi immortuus est: atque adeo postremam, vt aiunt, illi manum imponere nequaquam potuit, immatura videlicet morte præreptus: sed mihi, dum ipse ad beatorum sedes properat, tum luctum atque lachrymas, tum illud ipsum primum volumen expoliendum ac recognoscendum: secundum vero, quod ne inchoarat quidem, omni ex parte elaborandum reliquit. Affecta enim iam Templi descriptione, opereque (maximis difficultatibus superatis) ad exitum pene perducto: illud Rex Catholicus Romæ summo sacrorum, fideique iudici Pontifici Maximo iussit offerri. Cum vero primum operis volumen typographis à S. D. N. Clemente VIII. data potestate atque honorificentissimo priuilegio, iam iam tradendum videretur, ecce tibi nec opinatus Pradi morbus, morsque consecuta (vt nihil est in rebus humanis proprium, nihil perpetuum) etsi rem non omnino disturbauit, moram certe attulit longiorem. lenta enim febri ex assiduis laboribus contracta, consumptus est, in Collegio Romano, ineunte anno 1595. Idibus Ianuarijs: cum tamen maxime de resurrectione cogitaret. nam cum à me mortis imminentis nuncium constanti ac læto animo suscepisset, suasque manus contemplaretur attentius; caussam roganti mihi respondit. contemplor (inquit) manus, quas olim iterum videbo: interea illud Iobi pronuncians: Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse & non alius. Magno igitur sui bonis omnibus pijsque relicto desiderio, vitam cum morte, vel mortem potius cum æterna illa beatitudine commutauit; annum agens octauum & quadragesimum: cum duos & viginti in Societate IESV sancte feliciterque traduxisset. Biaciæ, vrbe Bæticæ prouinciæ natus, & in alijs quoque eiusdem prouinciæ insignioribus ciuitatibus sacram scripturam de superiore loco interpretatus, & verbum Dei pro suggestu non raro concionatus floruit, exiguo quidem ac breui corpusculo, at animo excelso ac generoso. Neque vero immaturam ego mortem appellauero, quæ ætatis quamuis non longissimæ, in virtutis tamen actionibus, honestisque laboribus vigilijsque traductæ finem afferat, eademque initium perpetuæ tranquillitatis: Consummatus enim breui expleuit tempora multa. neque serum obitum eorum dixero, qui otio atque inertia vitæ curriculum transigunt: & intemperantia, cæterisque vitijs tametsi serius, mortem tamen sibi turpem atque initium sempiternæ mortis accersunt. Animi vero ornamenta, pietatem, doctrinam, cæterasque virtutes, quibus idem animum exornarat, non huius est loci longiore oratione percensere: res ipsa loquitur. nam vel hoc opus animi index satis clamat quantos in sacrarum litterarum studio progressus effecerit, quantamque ad bene de alijs merendum voluntatem attulerit. Et sane plura quoque atque his maiora fortasse protulisset, nisi mors conatus omnes intercluisset: Attamen gratiam ei plurimam, vt spero, & opto, habebunt pro his ipsis, quæ hoc primo volumine scripta posteris reliquit, quicunque sacrarum litterarum ac prophetarum studio tenentur. Nam virtuti eius quæ par oratio adhiberi queat? de cuius certe laudibus si plura dicerem, cogerer fortasse nonnihil de me ipse dicere. itaque priuabo illum debito testimonio potius; quam vt illud cum mea laude coniungam. Iam vero reliquum est, vt de interpretibus Hebræis, Græcis, Latinisque, quorum opera adiuti hanc explanationem sumus ingressi, breuiter dicendum esse videatur.

Et quidem quod spectat ad Latinos Patres, quos in hac prophetia explananda vniuersa secuti sumus; notissimi sunt Ecclesiæ Doctores Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius cum alijs de quibus non est opinor mihi dicendum singillatim. ipsi enim se produnt, & quantam auctoritatem, atque splendorem sint nostris hisce quibuscunque lucubrationibus allaturi quilibet facile vel me tacente (vt opinor) intelligit. Hebraicis autem scriptoribus, præsertim vero Rabbinis, licet non multum in vera sacrorum voluminum sententia peruestigandæ tribuamus: tamen vt vocum Hebraicarum notiones interdum ac significationes ostendamus; eorum potissimum testimonio sæpius vtimur, quorum fit vel in aliorum commentarijs, vel in Hebraicis Lexicis siue nomenclatoribus mentio. Quanquam non modo illos quos dixi, sed Rabbinos etiam veteres adhibemus: ex quibus Hebraica catena

concin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concinnatur, quam diligenter inuestigatam inuentamque Romæ à fideli interprete, pioque sacerdote P. Hieronymus Pradus curauit latine vertendam. Quod autem ad Græcos scriptores pertinet: præter illos, qui latine iam conuersi circunferuntur; Græcæ peruetustæ ac manu scriptæ catenæ testimonia crebrius vsurpamus: quam ex bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Sfortiæ licuit accipere deferibendam, eandemque esse quæ in Vaticana Bibliotheca cernitur, compertum est. quanquam Vaticana catena in reliquos etiam prophetas notas & Scholia eiusdem generis variorum Patrum vno volumine comprehendit. Eam igitur quam dixi in EZECHIELEM catenam à nostri Ordinis Patre Hieronymo Brunello Græcæ linguæ & Hebraicæ professore Latinitate donatam suis locis, vt apparet, inserimus: cuius tamen concinnator quis fuerit; non facile constat. fuit enim illud Græcis vsitatum; vt & catenas huiusmodi quamplarimas coagmentarent, & nomen suum modeste reticerent. Scriptores vero qui in ea citantur, præter tres quatuorue, quorum nomina non adscribuntur (quos tamen omnes Scholiastis nomine distinguimus) & præter Origenem ac Theodoretum: ex quo prope omnia, quæ iam Latinæ reddita ac typis excusa circunferuntur in hanc sunt catenam translata, vt multa item ipse Theodoretus ex Polychronio totidem fere vere verbis, in sua scripta contulerat: Præter hos, inquam, quamplurima sunt ex Apollinario Polychronioque desumpta. De quibus mihi scriptoribus nonnihil censui esse dicendum. Ac primum de Apollinario, cuius nomimis plures fuisse eruditos præclarosque viros, docet præter cæteros Hieronymus. Primus Apollinaris Episcopus Rauennas, Petri Apostoli discipulus, insigni martyrio coronatus sub Vespasiano commemoratur. Alter fuit Apollinarius Præsul Hierapolitanus scriptor Ecclesiasticus, & fidei propugnator acerrimus, apud Hieronymum, Vopiscum & Volaterranum. Ille autem, cuius fragmenta non exiguam nostræ huius catenæ partem videntur explere, Apollinaris iunior dictus est, Laodicenæ Ecclesiæ in Syria diuinarum scripturarum primo Lector, deinde Episcopus Apollinarij senioris eiusdem Ecclesiæ presbyteri filius ab ineunte ætate oratorijs artibus, quarum postea professor fuit, nobilissime imbutus ab Epiphanio clarissimo eius sæculi Sophista. Sed cum Iulianus Imperator prophanas disciplinas quas appellabat, Christianis interdixisset; ille relicto Epiphanio, se totum ad sacrarum litterarum studia contulit. In quibus cum & acumine ingenij & assidua exercitatione breui plurimum profecisset; Euangelia primum & Apostolica dogmata ad formam dialogorum, Platonis exemplo, redegit: hac arte astum Imperatoris eludens. Deinde maiora aggressus, tantam edidit pro Christiana fide voluminum multitudinem; vt recte de eo Basilius dixerit, Apollinarium libris suis totum orbem impleuisse terrarum. Hieronymus eiusdem in diuinis litteris auditor, eum scripsisse tradit in omnes fere sacros libros non aspernanda quædam commentaria, sed tanta breuitate; vt magis quasdam expositionum notas, quam expositiones ipsas adiunxisse videretur. Quod & ipse Apollinaris agnoscens iam senior, rogantibus amicis, commentarios in aliquos prophetas aliquanto edidit ampliores, quam eos quos iunior in eosdem aliquando perstrinxerat. Gratiano Imperatore, anno Domini trecentesimo octogesimo floruit. Hæc omnia exprædictis Patribus atque è Socrate, Sozomeno & Suida concinnasse videtur Sixtus Senensis. Qui eundem quoque ab Hæresis suspicione, vindicare conatur: verum non est nostrum hoc loco ista perpendere. Hoc unum tamen admonitum lectorem volumus, quod ad Apollinarium attinet, à multis ijsque grauissimis Patribus, vt à Hieronymo & alijs eius testimonia sæpe proferri. atque adeo eius verba, tum Græce, tum Latine, non raro citari in Scholijs Bibliorum Vaticanæ editionis Septuaginta interpretum, quæ auctoritate ac iussu summi Pontificis, decem ferme ante annis, promulgata versantur in manibus. Polychronius autem Episcopus Apamenus, Theodori Mopsuestiæ Episcopi frater, & Diodori Tarsensis Episcopi auditor, vita & verbo optime docens, scripsit Græca commentaria in Iob, & EZECHIELEM: claruit anno Domini quadringentesimo, cuius honorificentissimum testimonium Theodoretus in sua historia scriptum reliquit. In hac denique catena Basilius, Gregorius Nyssenus & Cyrillus Alexandrinus nonnunquam citantur illi quidem, sed rarius. Verum ne præfationis terminos excedere videamur; hic finis sit: ita tamen vt nos ipsi, scripta, nostraque demum omnia sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ atque orchodoxæ Romanæ iudicio penitus, & quanta maxima possumus animi demissione velimus esse subiecta. Vale.

CLE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

XIIII

CLEMENS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM, sicut accepimus, dilecti filij Ioannes Baptista Villalpandus, & Hieronymus Prado Presbyteri Societatis IESV assiduis multorum annorum lucubrationibus in Ezechielem Explanationes, Commentarios, Apparatum tribus tomis distincta conscripserint, quorum primo Explanationes, & Commentarij Hieronymi Prado in priora sex & viginti Ezechielis capita continentur, Secundo uero Explanationes Ioannis Baptistæ Villalpandi in reliqua viginti duo eiusdem Ezechielis capita, Tertio denique Apparatus Vrbis ac Templi Hierosolymitani, ab eodem Ioanne Babtista Villalpando Commentarijs & æneis descriptionibus explicatus, studio tamen cum supradicto Hieronymo Prado collato, Quod quidem opus cum suis innumeris descriptionibus, & figuris magno confectis sumptu, diligenter recognitum, atque adeo per dilectum filium Magistrum sacri Palatij nostri examinatum, & approbatum, ab eodem Ioanne Baptista Villalpando typis excudi cœptum, magna iam tum solicitudine, tum expensa perfici curetur: Nos cupientes vt opus prædictum, quod charissimi in Christo filij nostri PHILIPPI Hispaniarum Regis Catholici, ac doctissimorum virorum testimonio apud nos plurimum commendatur, ad communem studiosorum vtilitatem, quam emendatissime in lucem prodeat, & ne postquam prodierit, ab aliquibus, seu negligentia, seu malitia, mendis deformari, aut aliter temere vitiari, & deprauari possit: ac propterea indemnitati eorum, quibus ille hoc imprimendi negotium dederit, prouidere, ipsumque Ioannem Baptistam specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes: Motu proprio & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, omnibus Christi fidelibus, præsertim librorum impressoribus, ac Bibliopolis, quouis nomine nuncupatis, in Vrbe scilicet, & illius districtu, ac statu, & ditione temporali nobis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecta, sub mille ducatorum auri de Camera, pro vna eidem Cameræ Apostolicæ, pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus ab ipso Villalpando, operis autore deputatis, seu deputandis, vel eorum hæredibus, aut ab eis causam habentibus, nec non amissionis huiusmodi librorum in totum eisdem ab autore deputatis applicandis: alibi vero per totam Italiam, aut extra eam, vbiuis locorum & gentium constitutis, sub excommunicationis sententiæ pœnis, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui nequeant, autoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus, & inhibemus, ne per viginti annos à data præsentium computandos, opus prædictum, tres videlicet tomos, descriptiones, figuras que omnes, vel aliquem, vel eorum partem aliquam, etiam alio quocunque idiomate versa, siue parum, siue multum immutata, quouis quæsito colore, absque licentia eiusdem Ioannis Baptistæ autoris, vel ab eo deputatorum imprimere, aut impressa vendere, seu venalia tenere audeant, vel præsumant. Mandantes vniuersis & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aut alijs locorum ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu Officialibus in spiritualibus generalibus, ac in dicto statu nostro Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus & alijs Officialibus, vt quando & quoties pro parte dictorum à dicto Ioanne Baptista autore, vel ab eius, vel eorum causam habentibus deputatorum, requisiti fuerint, præmissa contra inobedientes exequantur, & obseruari faciant, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusuis personis, aut locis quomodolibet concessis & confirmatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac si ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem vt præsentium exemplis etiam in ipsis voluminibus impressis, vel extra volumina quomodocunque manu Notarij publici subscriptis, & alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides vbique locorum in iudicio & extra illud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris. Die IX. Maij. M. D. XCIIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

M. Vestrius Barbianus.

EGO Claudius Aquauiua Societatis IESV Præpositus Generalis Tomum hunc primum in Ezechielem; quo explanationes & commentarij in priora sex & viginti eiusdem Ezechielis capita continentur, charissimi in Christo P. Hieronymi Pradi eiusdem Societatis, Mandaui, vt à tribus item Societatis nostræ Theologis recognoscretur: quem cum illi probauerint; propterea etiam probandum censui, atque concessi vt imprimi posset: Si tamen ita placuerit Reuerendiss. D. Vicegerenti, ac Reuerendiss. P. Magistro Sacri Palatij. Dat. Romæ, die xxi. Februarij. Anno Domini. M D X CVI.

Claudius Aquauiua.

Locus ✠ sigilli

TO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

XV

TOMVS PRIMVS
IN
EZECHIELEM

HIERONYMI PRADI
BIACENSIS
E SOCIETATE
IESV
EXPLANATIONES
ET COMMENTARII
IN PRIORA SEX, ET
VIGINTI CAPITA.

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE.

Ex Typographia Aloysij Zannetti.
Apud S. Marcum.
CIↃ. IↃ. XCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS PRIMVS

IN

EZECHIELEM

HIERONYMI PRADI

BIACCENSIS

E SOCIETATE

IESV

EXPLANATIONES

ET COMMENTARII

IN PRIORA SEX ET

VIGINTI CAPITA.

SUPERIORUM PRAELIS.

ROMAE.

Ex Typographia Aloysij Zannetti.

Apud S. Marcum.

CIↃ IↃ XCVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



EZECHIELIS EFFIGIES EX PERVETVSTO MANVSCRIPTO VATICANO CODICE DEPROMPTA

Corporis hic formam cernis iam perlege chartæ
Quid reliquæ referant, ut uideas diximi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX
PER CAPITA EORVM OMNIVM, quæ hoc Primo Tomo continentur.

Commentarius Isagogicus de ratione interpretandi oracula prophetica. In xij. Sectiones partitus.

- *De duplici nomine prophetarum.* Sect. I.
- *Christum esse scopum prophetarum.* Sect. II.
- *Quod oraculis propheticis non subdit historia.* Sect. III.
- *Error Theodori Mopsuestiensis ex sacris scripturis, & Patrum testimonijs damnatur.* Sect. IIII.
- *De transitu ab Historia ad prophetiam.* Sect. V.
- *De allegoria verborum.* Sect. VI.
- *De allegoria rerum.* Sect. VII.
- *De allegoria mista verborũ & rerum.* Sect. VIII.
- *Respondet obiectionibus.* Sect. IX.
- *De locutione Hyperbolica.* Sect. X.
- *De variis modis visionum propheticarũ.* Sect. XI.
- *Quo pacto sit eruendus sensus visionum.* Sect. XII.

PRoœmium de nominibus, atque visionibus Ezechielis, & de earum dignitate & modo.

Capite Primo.

OStenditur Vati Gloria Dei vecta curru Cherubim.

VIsio similitudinis Gloriæ Dei, quam vidit Ezechiel in curru Cherubim. aere incisa. Post explanationem capitis.

EMblema noctis Aegyptiacæ: qua redemptor Israel trophæis victoriæ de Aegyptijs partæ satellites suos induit. Aquila enim & Leo, angeli sæuientis; homo & vitulus Israelitæ sacrificantis symbola; aere incisa ostenduntur.

Pars prima de visione in vniuersum. In x. Sect.

- *Quam perperam fuerint intellectæ rotæ visionis primæ Ezechielis.* Sect. I.
- *Quales fuerint facies Cherubinorum.* Sect. II.
- *Qualis sit species sedentis in solio.* Sect. III.
- *Quod species huius visionis sit eadem omnino cum facie solij Dei, quod erat in oraculo Templi.* Sect. IIII.
- *Quali forma fuerint effecti Cherubini oraculi Templi.* Sect. V.
- *Quod species visionis quam capite sextonar rat Isaias eadem sit cum prædicta Ezechielis.* Sect. VI.
- *Quod eadem visio sit postea Ioanni monstrata in Apocalypsi.* Sect. VII.
- *Quod eadem sit idea visionis huius atque eius quam vidit Daniel capite sept.* Sect. VIII.
- *Quod eodem apparatu visus sit Dominus primum à Mose in monte Sinai.* Sect. IX.
- *Quod Moyses viderit currum & quadri-Cherubim.* Sect. X.

Commentarius de prima visione Ezechielis. In II. Parte.

Pars secunda in qua declaratur mens visionis. In xij. Sect.

- *Quid senserint de significatione visionis Exechielis Latini, & Græci Patres.* Sect. I.
- *Hebræorum sententia de significatione animalium.* Sect. II.
- *Quænam sint prima exemplaria quatuor animalium ex auctoris sententia.* Sect. III.
- *Quod quatuor animalium facies breuiori summa cõplectatur nomen Iehouah.* Sect. IIII.
- *Quod illa redemptione Israelis altera dignior. & nomine Iehouah, nomen Iesu significetur.* Sect. V.
- *Visionis argumentum est triumphus redemptoris, qui duplex est.* Sect. VI.
- *Quid significet currus Dei.* Sect. VII.
- *De solio arcæ fœderis & prunario.* Sect. VIII.
- *De electro igni immerso.* Sect. IX.
- *Quid significent quatuor Cherubini quadriformes.* Sect. X.
- *Quod quaternis Cherubinis Euangelistæ, totidem faciebus Euangelia significentur.* Sect. XI.
- *Quod quaternis faciebus rotarum totidem Ecclesiæ stemmata significentur.* Sect. XII.

Capite Secundo.

SVperiore visione interius instructus, atque exterius confirmatus Propheta mittitur ad prophetandum populo contumaci.

Capite Tertio.

VOrato libro mittitur ad filios Israel: vbi iterum monstrata visione Gloriæ Domini extimulatur ad officium.

Capite Quarto.

PRophetatur obsidio, & pressura Hierusalem non tantum verbis, sed signis, & operibus.

Commentarius in cap. quartum.

- *Pars prima de diebus trecentis nonaginta, quibus dormire super latus suum præcipitur Vati. Sive de annis iniquitatis Iudæ, & Israel.*
- *Pars secunda de dormitione Vatis an fuerit vera, vel solum imaginaria visione.*

Capite Quinto.

MAlis quæ ex obsidione ventura erant prænunciatis, docet calamitatem quæ ex bello illis imminebat.

COmmentarius in caput quintum quo soluitur ænigma Vati propositum, de capillis combustis sparsis, & gladio petitis.

Capite Sexto.

COmminatur desolationem vniuersæ terræ Israel.

Capite Septimo.

PRophetat iam iam imminentem vastitatem vniuersæ terræ Israel.

Capite Octauo.

RAptus spiritu in Hierusalem videt nefarias abominationes ab Idololatris admissas in Templo Domini.

COmmentarius in caput octauum. De gentium Idolis, quæ coluerunt Israelitæ. Quodnam fuerit primum Idolum gentium.

Capite Nono.

OStenditur Vati per visum cædes facta à Babylonijs in Vrbe, à qua liberantur signati TAV.

Capite Decimo.

DEscribit Vates quadrigam Gloriæ Dei iterum in Templo visam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Capite Vndecimo.

VAticinatur Hierosolymitanis excidium: detentis vero Babylone reditum promittit in patriam.

Capite Duodecimo.

REgem cum principibus clam migraturos ex Vrbe ab hostibus expugnata vaticinatur, habitum præferens migrantis.

Capite Decimo tertio.

VAticinatur contra pseudoprophetas.

Capite Decimo quarto.

HYpocritis rogantibus oraculum Dei respondet seuere. Deinde promittit reliquias Israel seruatum iri.

Capite Decimo quinto.

SVb parabola vitis prædicitur incendium Hierusalem.

COmmentarius in caput decimum quintum de analogia vineæ cum Ecclesia.

Capite Decimo sexto.

SVb persona mulieris meretricis, quæ primum fuerit viri consortio copulata, ortus, educatio, nuptiæ, adulterium, repudium & rursus reuocatio Hierusalem contexitur.

Capite Decimo septimo.

PRoposita ænigmatica parabola, vaticinatur excidium regni Sedeciæ, atque exaltationem stirpis Ieconiæ, qui captus detinebatur in Babylone.

Capite Decimo octauo.

TEstatur Deus, non esse puniendos filios pro delictis patrum, sed vnicuique reddendam pro meritis vitam, vel exitium.

Capite Decimo nono.

DEplorat miseram sortem Filiorum Iosiæ Regum Iuda.

Capite Vigesimo.

COnsultus Vates à senioribus populi exprobrat illis Dei nomine vniuersa peccata tum à parentibus tum ab ipsis iam olim contra Dei præceptum admissa; negatque se responsurum ad eorum voluntatem: mox quo eos ad æmulationem prouocet prædicit colendum se à veris Israelitis.

Capite Vigesimo primo.

GLadium Regis Babylonis stragem magnam facturam in terra Israel, atque in filijs Ammon; eaque peracta Babylonium in terra sua perdendum prædicit.

Capite Vigesimo secundo.

REcenset varia ciuium scelera, Vrbemque comparat fornaci argentarij, atque syluæ ferarum, ob immania facinora incolarum.

Capite Vigesimo tertio.

SVb parabola duarum meretricum declarat Idololatriam Samariæ, & Hierusalem, & supplicium prædicit.

COenaculum ex antiquis monumentis, & Euangelica historia depromptum, vbi Ioannes in sinu Iesu cum discipulis recumbentis accubuit: aere incisum.

COenatio in qua pedes discumbentis Iesu peccatrix mulier stans retro lachrymis lauit, capillis tersit, & vnxit vnguento: aere incisa.

Capite Vigesimo quarto.

SVb metaphora lebetis pleni carnibus appositique ad ignem obsidionem Hierusalem, & sub figura vxoris mortuæ Vrbis excidium vaticinatur.

Capite Vigesimo quinto.

MInatur excidium Ammonitis, Moabitis, Idumæis, & Philistæis, eo quod de casu Vrbis, & Iudæorum afflictione exultauerint.

Capite Vigesimo sexto.

PRædicit euersionem Tyri, eo quod exultauerit ob excidium Hierusalem.

INdex locorum omnium Sacræ Scripturæ; quæ vel ex professo; vel obiter explicantur, vel saltem ex proximorum interpretatione illustrantur.

INdex phrasium Sacræ Scripturæ, quæ pro locorum opportunitate sparsim pertractantur Sacræ Scripturæ studiosis perutilis.

INdex verborum, & rerum locupletissimus.

HIERO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIERONYMI PRADO
E SOCIETATE IESV

COMMENTARIVS ISAGOGICVS IN EZECHIELIS VATICINIVM,

DE RATIONE INTERPRETANDI ORACVLA PROPHETICA.

DE DVPLICI NOMINE Prophetarum. Sectio I.

DVPLICI nomine & vtroque honorifico insigniti sunt Vates sacri, qui olim in Dei populo floruerunt. Alterum est נביא, nabi, à verbo נבא, niba, venire facio, seu venturum prædico. valetque præscium, prædictorem, vatidicum, præfatorem, vel potius præfactorem, qui scilicet annuncians in posterum futura, quasi venire faciat verbo, quæ re uera nondum extant. nam propter infallibilem oraculorum certitudinem aduentasse iam credebantur, quæ semel prædicebantur futura: tametsi post multa secula exhibenda promitterentur. Huius vocis loco in latina editione habemus, Propheta, in Græco codice προφήτης prophetes à προφημι, prophemi, prædico, vaticinor, quasi dicas præfatorem, aut procul fatorem, scilicet prædictorem eorum quæ procul sunt vt placuit Isidoro. Alterum nomen, illudque antiquius est ראה roeh, videns, contemplator. & quod idem fere sonat חזה, chozeh prospector, præuisor, spectator. dicebantur autem Prophetæ videntes, aut præuidentes, quod oculis mentis viderent mysteria quæ cæteris abscondita erant. Quod Hieronymus obseruat. nam de Abraham testatur Christus A. *Exultauit vt videret diem meum: vidit & gauisus est.* & de Isaia Ecclesiastes B. *Spiritu magno vidit vltima & consolatus est lugentes in Sion: usque in sempiternum effodit futura & abscondita antequam euenirent.* Vtriusque nominis mentio est in libris Regum. *Olim in Israel, sic loquebatur vnusquisque uadens consulere Deum: Venite & eamus ad Videntem. qui enim Propheta dicitur hodie, uocabatur olim Videns*, eo loco legimus נביא, nabi, & ראה, roeh, eademque repetuntur libro quarto regum. *Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium Prophetarum & Videntium.* Libro autem Paralipomenon tria simul reperiuntur nomina. *Gesta* inquit *Dauid priora atque nouissima, scripta sunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad videntis.* Vbi primum ponitur ראה, roeh, deinde נביא, nabi, postremo חזה, chozeh, nam Samuelem appellat contemplatorem, Nathan prædictorem, Gad spectatorem. Quæ quidem cognomina non tribuuntur ijs Vatibus quasi propria singulorum, sunt enim prophetarum omnium communia. Neque honoris tantùm ergo imposita sunt Vatibus, sed muneris ratione; etenim duplex Prophetarum officium erat, alterum esse os Domini, alterum esse oculos Ecclesiæ. nam interdum Christum finem legis præcinebant verbis, interdum referebant similitudinibus: quandoque Dei nomine oracula edebant: quandoque Ecclesiæ vice contemplabantur visiones: iam quasi prænuncij sponsi legabantur cum mandatis ad sponsam: iam quasi sponsæ paranymphi ad sponsum remittebantur: nunc speciosis gressibus anteibant Christum, vt ab Ecclesia peterent Euangelium pro fausto nuncio aduentus redemptoris: nunc aquilinis oculis è specula prospectabant Christum aduentantem à longe: quandoque loquebantur quæ audierant: quandoque referebant quæ viderant: interdum vtrumque munus exercebant. nam & oracula audita canebant, & visiones exceptas narrabant. Quapropter Vaticinia sua aliquando verba, aliquando visiones appellabant. Vnde factum est vt oraculum pro visione, & visio pro oracolo in sacris vsurpari soleat. Zacharias enim sic habet: *Factum est verbum Domini ad Zachariam*. & sequitur: non verbum sed visio. *Vidi per noctem, &c.* Ezechiel vero. *Factum est verbum Domini, &c.* & subdit; *Vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* Contra Abdias vaticinium suum prænotauit visionem cum nulla sequatur visio sed oraculum. *Auditum audiuimus à Domino, &c.* sic exorsus est Isaias. *Visio Isaiæ*, cum tamen nihil viderit vsque ad mortem Oziæ, quæ capite sexto narratur. Et merito quidem vtriusque nominis reciprocatio fit, quoniam oracula & visiones eodem recidunt, atque sibi sunt simillima. Oracula enim continent res visione dignas & visione alioqui notas; & visiones ipsæ sunt oracula, nam res seu personæ in visione ostensæ non secus atque verba res alias sacratiores significant, vt dicemus sectione septima. Quare in deuteronomio scriptum legimus. *Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui*. Notauit hoc Hieronymus in Commentario Abdiæ atque in capite primo Isaiæ obseruauit in Exodo scriptum: *Populus videbat vocem Domini* obrati nem prædictam.

Propheta dicitur præfactor.

Propheta dicitur prædictor.

Isidorus. 7. etym. c. 8.

Propheta dicitur videns.

Hieron. super Oseæ. 12. Amos. 1. & 7. atque in epistol. ad Paulinum.

A Ioan. 8. ỷ. 56.

B Ecc. 49. ỷ. 27.

1. Reg. 9. ỷ. 9.

4. Reg. 17. ỷ. 13

Lib. 1. Paral. cap. 29. ỷ. 29

Duplex prophetarum munus.

Zachar. 1. ỷ. 1.

Ezech. 1. ỷ. 3.

Hieron. in Com. Abdiæ

Exod. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTVM ESSE SCOPVM Prophetarum. Sectio II.

SERVNT Phidiam nobilem illum ſtatuarium, cum eleganter compingeret Mineruam eam, quæ in ſumma Athenarum arce conſiſtit, medio ipſius clypeo affixiſſe ſuum proprium vultum: eumque adeo induſtrie, ocultaque ſua arte ipſi ſtatuæ alligaſſe, vt ſi quis illum vellet abſtrahere, neceſſario etiam diſſolueret atque confunderet ipſius ſtatuæ compoſitionem. Eandem igitur in mundo rationem ſortitur Deus, ait Ariſtoteles ad Alexandrum. Cui B Dionyſius Areopagita libro de diuinis nominibus aſtipulatur dicens Deum eſſe centrum ſphæræ vniuerſi, atque principium rerum, & finem. nos vero vtriuſque verba permutantes, analogiamque retinentes ſic aſſerimus. Chriſtum eſſe centrum Eccleſiæ, atque eandem, quam Deus in mundo, & in clypeo auctoris facies, rationem ſortiri in rebus geſtis Patriarcharum, Prophetarum oraculis, & totius Eccleſiæ, quæ ſapientiæ ſimulacrum eſt, admiranda ſtructura. De illa enim ſcriptum eſt ſapientiæ nomine; prouerbiorum octauo. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum antequam quicquam faceret à principio*. quid eſt poſſedit niſi condidit? id enim ſignificat verbum, vel potius condendo ſibi C acquiſiuit? nam diuinus ſtatuarius viua ſui vultus imagine, Eccleſiæ impreſſa, ita ingenioſe illam ſibi deuinxit, vt qui opus intueatur, videat auctorem, & qui Chriſtum tollat Eccleſiæ, harmoniam confundat: Cuius compoſitio nil eſt aliud quam Chriſti poſſeſſio. Omnia enim quæ facta ſunt, & quæ ſcripta ſunt, in ipſo conſtant, ipſe eſt facies Patris, *imago bonitatis, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans* & coercens *omnia verbo virtutis ſuæ*. Ipſum enim dedit Pater ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, *qui omnia in omnibus adimpletur*, vt habet Paulus. *Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctũram ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram vnius cuiuſque membri augmentum corporis facit in* D *ædificationem ſui in charitate*. quaſi dicat apertius. Chriſtus eſt Eccleſiæ caput, cor, anima, ſpiritus in quo viuimus, mouemur, & ſumus. Idem Paulus habet ad Epheſios primo. *Propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo.* Græce pro inſtaurare legimus ἀνακεφαλαιώσασθαι ana cephalæoſaſthæ, hoc eſt recapitulare; breuiter & ſummatim complecti, quæ multis retro ſeculis ſunt geſta ſiue in cœlo, ſiue in terra. nam hoc ſibi vult illa dicendi forma, in diſpenſatione plenitudinis temporum, hoc eſt, cum diſpenſata, & conſtituta ab eo, tempore eſſent completa, voluit ſcilicet omnia retroacta complecti & recapitulare, atque etiam inſtaurare. nam in Chriſto omnia geſta vete E ris ſæculi quaſi longiores numeri in ſummam breuiorem redacti repetuntur, redintegrantur, & cum breuitate conſumantur. Nam ſi quid in veteribus Hiſtorijs vel laude vel memoria dignum eſt: ſi quid in lege memorabile: ſi quid in templo ſpecioſum: ſi quid in ſacrificijs Deo gratum: ſi quid in Regibus, Prophetis vel Patriarchis excellens: imo ſi quid inter cœleſtes ſpiritus glorioſum & illuſtre, id totum multo excellentiore ratione & breuiore compendio habemus in Chriſto.

Prou. 8. ℣. 22.

Heb. 1. ℣. 3.

Ad Epheſ. 1. 1. & 4.

Ad Eph. 1.

Chriſtus ſũma omnium legalium.

Cantauerat hoc ipſum Iſaias capite decimo. *Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam, conſummationem enim & abbreuiationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ*. hoc eſt, referet in pauca quæ olim multis digeſta erant, atque ſimul abſoluet, & conſumabit tot hiſtorias acephalas, tot promiſſiones dilatas, tantarum rerum initia, & elementa vix delineata; quæ omnia qui perfecerit, inundabit orbem iuſtitia, & pietatis quaſi diluuio altero obruet. Neque aliud vult ſibi Apoſtolus ad Romanos capite nono hunc locum Iſaiæ citans, quam quod capite decimo ſequenti ſcribit dicens. *Finis legis Chriſtus*, nam voci Græcæ τέλος telos reſpondet Hebrea כלה, calah, conſummatio perfectio, qua vſus eſt Iſaias: videlicet Chriſtus finis legis eſt, hoc eſt, conſummatio, ſumma, ſcopus, ad quem lex ipſa deſtinatur, & dirigitur. nam videtur alluſiſſe Apoſtolus ad nomen תורה, torah, lex, quod à verbo ירה, iarah, deſcendit, quod ſignificat iaculari, tranſmittere, dirigere ad ſcopum atque etiam iacere pluuiam, pluere. Vnde nomen תורה, Thorah, eſt quaſi pluuia, quæ è cœlo tranſmiſſa ad nos, terram noſtri cordis infundit, & inebriat; vt habet Iſaias: vel quaſi ſagitta, quæ cor hominis perforat, & traijcit timore Dei. ad quam ſignificationem aſpiciens Paulus, Chriſtum vocat *finem legis*, ideſt, ſcopum in quem ipſa dirigitur & deſtinatur. iuxta illud Lucæ. *Ea quæ ſcripta ſunt de me, finem habent*. id eſt peruenit ad ſcopum lex, me ſcilicet collimando obtinuit præſtitutum ſibi finem, & terminum. atque ita completa, terminata & conſummata eſt, etiam vſque ad iota vnum & apices minimos. Hoc ipſum Sapiens repetit. *Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius compoſita ſunt omnia; multa dicemus & deficiemus in verbis. conſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus*. Loquebatur autem de Chriſto Domino mundi Saluatore, nam paulo ante dixerat. *& plantauit illum Dominus Ieſus*. Eum itaque vocat auctorem & finem omnium, propter quem confirmatus eſt finis itineris, hoc eſt, in quem omnia quæ facta ſunt, temporum ſucceſſu deſtinata felicem ſortiuntur euentum, vt pote ſuo principio à quo manarunt reunita, *nam in ſermone eius*, inquit, *compoſita ſunt omnia*, & vt ſemel omnia quæ dicenda erant vnico verbo perſtringam, *conſummatio ſermonum ipſe eſt in omnibus*. id eſt, caput, ſumma, initium & finis ſermonum, quos vel antiqui fecerunt Prophetæ, vel poſteri eorum habebunt Apoſtoli & Euangeliſtæ, *ipſe eſt* A & Ω, alpha & omega *principium & finis. Apocalypſi ſecundo*.

Iſai. 10. ℣. 22.

Chriſtus finis legis.

Iſai. cap. 55 ℣. 6.

Luc. 22. ℣. 37.

Eccl. 43. ℣. 28.

Chriſtum itaque canebant oracula Prophetarum omnium: Chriſtum repræſentabant viſiones vniuerſæ Vatum: Chriſtum aſpiciebat lex: Chriſtum prædicebant & proſpiciebant Prophetæ. ipſe ſtat ab initio creaturę *in ſignum papulorũ, ipſe eſt deſiderium collium æternorũ: ipſum exquiſierunt quotquot de futura nobis gratia prophetauerunt*. ipſe certiſſimus eſt ſacræ ſcripturæ interpres & magiſter, ad quem quaſi ad ſcopum deſtinare debet Theologus commentationes ſuas & actiones uniuerſas, & ad eum quaſi ad ſpeculum æternæ veritatis, atque cum ſcripturas legit, verſat, expẽdit, explanat reſpicere debet. Chriſtum ſi tollas, ſcripturæ erunt infirma & egena elementa, infantum nuces; Iudæorum digna Theologia; ſunt hirſuta caſtanearum opercula ſine medulla: ſunt cadauer ſine anima, ſine corpore vmbra, ſine perſona imagines, promiſſiones vanæ, mandata intolerabilia, leges mortis, litteræ damnatio-

Apoc. 1. ℣. 8.

1. Petr. c. 1.

nationis administrtæ: chirographa, decreti interitus: denique præcepta non bona, in quibus non viuunt quicumque Christum auctorem vitæ,& gratiæ continentes,vel ignorantes scripturas versant.

QVOD ORACVLIS PROPHETICIS non subsit Historia. Sectio III.

VT certum est Christum Dominum finem esse legis,& prophetarum,atque totius sacræ scripturæ caput,ita non est dubium non vna tantum ratione,sed diuersimode in oraculis, & visionibus propheticis contentum esse, atque inuestigandum fore. Etenim vt scribit Irenæus,non solo sermone prophetabãt prophetæ, sed & visione, & conuersatione, & actibus quos faciebant, &c. Subditq. reliquas autem filij Dei recapitulationis dispositiones, quasdam quidem per visiones videbant, quasdam per verbum annunciabant, quasdam vero per operationem typice significabant.Eadẽ scribit Augustinus libro contra Adimantum.Et de visionum quidem generibus agemus deinde. Nunc de varijs modis oraculorũ differamus.

Irenæus lib. cont. her. 4. cap. 37.

Augustinus lib. cõtra Adimant. c. 28.

Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis annunciauit Filium suum. Aliquando verbis simplicibus,& perspicuis illum promisit: aliquando figuratis, & obscurioribus: iam contextus sermonis Christum detegit: iam nisi transitione facta ab historia ad prophetiam non inuenitur: interdum ex meritis verborum prædicitur: interdum ex vi analogiæ cum personis, vel rebus significatis per verba: quandoque solus videtur,quandoque comitatus historiæ gestis: nonnunquam delitescit sub figuris verborum: nonnumquam sub vmbris rerum gestarum. Sed expendamus singula.

Varius modus loquendi prophetarũ de Christo Domino.

Principio tanquam certum statuendum est in multis sacræ scripturæ locis, atque prophetarum oraculis Christum Dominum apertis, & perspicuis verbis esse prænunciatum, quæ nulla ratione alteri personæ veteris testamenti possint conuenire. hoc est. non omnia oracula prophetarum esse referenda ad historiam, sed quamplurima esse mera vaticinia de Christo Domino. Hoc Theologiæ axioma olim negauit Theodorus Mopsuestiæ Antiochenus (vt constat ex Leontio monacho, qui eius errorum mentionem fecit, scripsit autem temporibus Iustiniani Imperatoris,atque ex concilio Constantinopolitano quinto)asserebatque prophetas omnes de personis veteris Testamenti, vel de rebus tunc temporis gestis, aut gerendis esse locutos historice, & secundum literam. Quoniam autem ea omnia, quæ tunc temporis agebantur, parua erant, & quasi vmbra respectu Christi, & Ecclesiæ, verba autem grandiora, quam vt illis explerentur successibus; ideo ab Apostolis, & Euangelistis eiusmodi testimonia relata esse ad Christum secundum euentum,& similitudinem quandam: quoniam reuera in ipso Christo impleta sunt, & multo melius quam in rebus ipsis, vel personis de quibus dicebantur. Est assertio hæc prima facie plausibilis,sed subdola, & veneno plena, atque sibi ipsi contraria. Itaque psalmos omnes,tribus exceptis, quos de Christo exposuit, referebat ad Dauidem, Salomonem, Ezechiam, vel Zorobabelem. Prophetica oracula identidem, vt illud psalmi decimiquinti. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, interpretabatur de populo Israel erepto de periculo. Illud Ioëlis secundo. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*: de fauore,quo prosecutus est Dominus exercitum Zorobabelis dimicantem contra Scythas. Illud Micheæ quinto. *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel*. ad Zorobabelem conuertebat. Illud Malach. tertio. *Ecce ego mitto Angelum meum. Et statim veniet ad templum suum dominator*, de quodam ministro Dei, qui venit olim Templi cultum renouaturus. Illud Zachariæ nono. *Ecce rex tuus venit tibi*, de Zorobabele Babylone reuertente. Totum psalmum vigesimumprimum de Dauide oppresso angustia quadam. Psalmum sexagesimumoctauum eadem ratione de Dauide intellexit. Eiusmodi insania explanabat sacras scripturas Theodorus. Atque vtinam Iudaicus hic error ab Ecclesia damnatus, & cum auctore sepultus non reuixisset post tot sæcula, & nostra ætate patronos inuenisset, fuerunt enim alij qui illud Zachariæ Vaticinium, *Ecce Rex tuus*. de Alexandro Magno intellectum volebant. Illud Esaiæ. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me*: de Aarone. Illud capitis septimi eiusdem vatis, *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*: de vxore Achaz futura matre Ezechiæ.Atque,vt vno verbo dicam, Vniuersa quæ de Christo extant apertissima testimonia ad Aaronem, Dauidem, Ezechiam, Zorobabelem,vel alium quemuis è veteri testamento referebant secundum historiam. Deinde mystice, & spiritualiter de Christo intelligenda profitebantur illo argumento delusi, quod multo gloriosius esset Christo,& Ecclesiæ, præsignari personis, & rebus quam prædici verbis.

Ioel. 2. ℣. 28

Micheæ. 5. ℣. 2.

Mala. 3. ℣. 1.

Zachar. 9. ℣. 9.

Isa. 61. ℣. 1

Idẽ cap. 7. ℣. 14.

Aliquando loquuntur verbis manifestis.

Error Theodor. Mopsuest.

Forte. 44. 109. & 71.

Psal. 15. ℣. 10.

Prædictum errorem damnauit Ecclesia in Concilio Constantinopolitano quinto actione quinta, vbi anathemate ferit Theodorum,& eius explanationes. Sed ex professo in Concilio Romano sub Vigilio Pontifice subscribentibus episcopis viginti condemnata est hæc blasphemia. Habetur autem Concilium in Bibliotheca Vaticana, Vnde Antonius Augustinus, & P. Turrianus transcripserunt exempla, atque ille inter Concilia, iste in Commentario constitutionum Apostolicarum in lucem ediderunt. Nobis quoque, cum Romæ ageremus, eius legendi & exscribendi copia facta est. In huius igitur Concilij actibus refertur, recitata Theodori Mopsuestiæ interpretatione circa illa verba psalmi decimiquinti. *Non derelinques animam meam in inferno*, quæ continebatur capite vigesimosecundo eorum, quæ contra Theodorum proposita sunt, subiunxisse Pontificem Vigilium: in supradicto capite hoc videtur dici, prophetiam quæ ex persona Christi loquẽs ait,*Non derelinques animam meam in inferno*, non de ipso Christo prædictam fuisse, sed de populo Israelitico. hoc autem verum euentum ex ipsis rebus accepisse in Domino: & ideo B. Petrum ad Christum hanc prophetiam per euentum aptare voluisse. Qui hæc ita sapit, docet,credit, prædicat anathema sit. Rursum capite vigesimotertio.in supradicto, inquit, capite,exponendo quædã verba Psalmi vigesimiprimi,quibus dicitur, *Diuiserunt sibi vestimenta mea*.negatur is psalmus Iesu Chrsto Domino Nostro conuenire:sed quod Dauid propter quædam mala, quæ perpessus est, de se dixerit: euangelistam ex euentu ad Christum traxisse, quia non poterat, inquit Theodorus, Dominus Christus, qui peccatum non fecit, dicere, longe à salute mea verba delictorum meorum. Et ideo, qui hæc sapit,docet, credit, aut prædicat; & non ea, in quibus delictorum meminit, ad corpus

Damnatur error Theodori Mopsuest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius,quod est Ecclesia,quæ in hoc mundo sine deli A
cto esse non potest,intelligit pertinere: illa autem de diuisione vestimentorum non specialiter de ipso capite, ideſt Domino Deo nostro Iesu Christo prædicta,& in ipso credit esse completa, anathema sit. Et capitè vigesimoquarto recitata expositione illius versus; *Foderunt manus meas,& pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea*. Subiungit Pontifex in supra scripto capite vigesimoquarto. Asseritur verba illa non de Christo esse prædicta, sed Dauid hæc de se dixisse propter tyrannidem Absalonis, qui regiam vrbem, substantiamque peruaserat, & in terra omnia dinumerauerat patris: sed Euangelistam hæc ex euentu ad Christi traxisse personam. Qui igitur hæc ita sapit,docet, credit, aut prædicat, anathema sit. Postremo notans inter- B pretationem verborum illorum: *Dederunt in escam meam fel*,hoc quoque,inquit, de Dauid dicto, propter nimiam eius tristitiam, & iracundiam,aiebat, vsum fuisse Euangelistam ex euentu in Domino. Qui hæc ita sapit,docet, credit, aut prædicat, anathema sit.

REDARGVITVR IDEM ERROR *ex sacris Scripturis & Patrum testimonijs.* *Sectio IIII.*

EVNDEM errorem vel cessantibus Conciliorum decretis, ex sacræ scripturæ testimonijs in promptu est refutare. *Scrutamini scripturas* (dixit Christus) *quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me*. Et iterum. *De me enim ille* (Moses) *scripsit*. & rursus. *necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me*. & alibi. *etenim ea, quæ sunt, de me finem habent*. & alia id genus. quæ supra sectione secunda referebamus. Ex quibus eiusmodi instruitur argumentatio. In lege, & Prophetis sunt multa de Christo scripta, ergo mens scriptorum dirigebatur ad Christum, atque adeo verba illa ex ui sua, atque ex intentione loquentis continent, & significant Christum. Ergo secundum literam Christus continetur in scripturis sanctis: non igitur mystice tantum ex analogia rerum, D vt somniauit ille, vel secundum euentum, vt deliraut Theodorus, referenda sunt ad Christum, vel relata fuisse ab Euangelistis credendum est,sed secundum literam, in sensu literali, ex mentis vocum significato. Alioqui si mystice tantum, vel ex euentu prophetica vaticinia referrentur ad Christum, non de Christo potius, quam de Paulo, aut Hieronymo scripsisset Moses,aut testimonia perhibuissent prophetæ. nam cum membra Christi opera faciunt Patriarcharum operibus similia, ex vi analogiæ à Patribus illis repræsentantur,& de illis mystice,& secundum euentum vel accommodationem intelligimus quæ scripta sunt in Patriarcharum historijs. Pares sunt ergo Sancti Christo,membra capiti, & nihilominus, finis legis est Paulus, E vel Iacobus, quam Christus. hoc autem quis ferat? Quod si hoc absurdum est, illud etiam, ex quo fit, non est minus blasphemum,Christum mystice tantum, & secundum similitudinem contineri in scripturis, & per euentum eidem esse adaptatas ab Apostolis,& Euangelistis.

Sed agamus rationibus D. Petri, quibus ipse conuincit Iudæos, nostramque causam propugnat, dicens: *Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalem vniuersi,hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per prophetam Ioel: Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo, &c.* non dicit Petrus hoc miraculum à Ioele prophetatum, sed *hoc est, quod dictum est per Prophetam*; quoniam intelligebat Apostolus Ioelem ea verba protulisse,vt significaret Spiritus sancti communicationem in corda fidelium, idque ex vi verborum. Et inferius versu 25. Dauid *Versu.25.* enim dicit in eum(vel de eo) *Prouidebam Dominum, quoniam non derelinques animam meam in inferno*, quem psalmum nullo modo posse conuenire Dauidi argumento probat euidenti, quia Dauid mortuus est,sepultus,& in cinerem redactus Hierosolymis, vt ex sepulcro illius omnibus patere potest. Vnde infert,de Christo,non de se Dauidem ea verba protulisse. Atqui Iudæis loquebatur scripturarum gnaris,& legis zelantissimis, qui tamen ad tria millia dedere manus Petro,testimoniorũ pondere victi. Denique arguit Petrus testimonio psal. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*, quod *Psal.109.* nullo pacto competere posse Dauidi cõuincit, quia Dauid non ascendit in cælum. Quare de Christo, non de se prophetice loquutum intulit. Sed Iudæis persuasis dicet Theodorus, de Salomone accipiendum psalmum non de Dauide. Aduersus quos militat illa quæstio Domini. *Quomodo ergo Dauid in* *Matth. 22.* *spiritu loquens, vocat eum* Christum *Dominum, dicens; Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis*. *V. 43.* quia non minus insolubilis est quæstio eiusmodi interpretibus, quam Iudæis fuerat. nam illi respondere non poterant, quia nesciebant Christum, de quo intelligebant prophetiam, Dei filium esse futurum, simulque Dauidis: Isti quia de Salomone intelligunt,obmutescent. vt iam magis impie Christiani, quam Iudæi oracula, quæ de Christo sunt, detorquere audeant. Nam Iudæi pro explorato habebant psalmum de Christo esse accipiendum,nostratibus nondum hoc est exploratum, quos Christi adhuc quæstione vrgere necesse est. Si de Salomone editus est psalmus, *quomodo Dauid vocat eum Dominum, cum filius eius sit?*

Sed neque Iudæi tantum, quibus cum loquebatur Christus, & Apostoli, sic intelligebant ea oracula, sed etiam Chaldæus paraphrastes Christi Iesu infensissimus hostis, quæ supra diximus testimonia non de Salomone, Ezechia, vel Zorobabele, sed de suo Christo interpretatur,idque ex maiorum constanti traditione, vt late probat Galatinus li- *Galatinus* bris contra Iudæos,& in eius paraphrasi videre est. *lib.9. Iud.* Damnarunt etiam Ecclesiæ Patres hoc interpre- *& in Paraph.* tandi genus, vt præteream doctrinam Apostolicam *Tertullia-* in constit. Clementis libro quinto capite decimo- *nus.* nono,vbi oracula illa psalmi quadragesimiquarti. Isaiæ vndecimo. Zachariæ nono,& similia,de Christo domino interpretatur. Tertullianus de resurrectione carnis in illud Isaiæ, *Ecce virgo concipiet*, Quæ,inquit,hic figuræ? quæ imagines? quæ ænigmata?& libro primo contra Iudæos,refellit eos,qui putabant vbique subesse historiam,libro etiam primo contra Marcionem idem argumentum persequitur.

Hieronymus quinto libro commentariorum in *Hieron.* Hieremiam capite vigesimoquinto. psalmi non omnes sunt corporaliter intelligendi. & Danielis vndecimo. non omnia, quæ psalmo settuagesimoprimo dicuntur,possunt Salomoni conuenire.

Ambrosius libro tertio de fide capite tertio,& in *Ambros.* Apologia Dauid posteriori capite quarto ex professo

Ioan. 5. V. 39. Ibidem V. 47. Lucæ 24. V. 44. Luca 22. V. 37. Sect.2. Sensus literalis scripturarũ sæpe loquitur de Christo.D. Actu.2.V. 14.

Universidad de Deusto Biblioteca

festo demonstrat psalmum septuagesimumprimum A non posse conuenire Salomoni.

Augustin. lib. 17. de Ci. Dei c.8. & lib. 13. cont. Faust. c.37.et 38.

Augustinus libro de ciuitate decimoseptimo capite octauo idem scripsit de psalmi septuagesimi primi intelligentia, atque nostram sententiam tuetur contra Faustum Manichæum libro duodecimo capite trigesimoseptimo, & trigesimooctauo, & libro primo de Fide contra Manichæos capite trigesimo, & libro primo contra Adiamantum capitedecimoquinto.

DE TRANSITV AB HISTORIA ad prophetiam. Sectio V.

ELIMINATO errore Iudaico, supereſt vt ostendamus B quomodo ea oracula, quæ de Christo sunt, connectantur historijs rerum gestarum, quæ in scripturis referuntur. Neque enim existimandum est, totam scripturam, vel totos psalmos, prophetas, aut capita prophetarum integra, in quibus ea oracula continentur, de Christo esse accipienda. Sunt enim in scripturis multa, quæ ad historiam pertinent eius temporis; multa, quæ non nisi mystice; alia, quæ ne mystice quidem Christo aptari possunt. Neque enim omnium scripturarum subiectum, aut obiectum est Christus Dominus, tametsi finis sit. itaque in multis locis agnoscendus est C transitus ab historia ad prophetiam, vel à prophetia ad historiam factus. qui quidem, vt in scripturis frequens est, ita literalis sensus studiosis solet esse offendiculo. dum enim contextum, vt fas est, tenere volunt, vel totum Vaticinium de rebus tunc temporis gestis impie interpretantur, vel vniuersa ad Christum referunt pie quidem, sed non secundum scientiam. Nos germani sensus zelatores, & contextus obseruatores præsenti capite duximus admonendos, morem esse sacræ scripturæ præcidere interdum narrationis filum, & Chri-

Vestis Ecclesiæ versicoloris est sacra scriptura.

stum attexere historiæ quam aptissime. Hæc est enim illa vestis Ecclesiæ commendata, ex filamentis auri ophir sericis versicoloribus intertexti, (vt in Hebræo legimus) scilicet sacra scriptura, qua nõ secus atque Phrygia cyclade sponsa Christi de- D

Psal. 44.

coratur, dum inter varios gestorum veterum colores aurea œconomiæ Christi intexta segmenta irradiant. Transitum agnouere in sacris scripturis veteres Patres, Hieronymus Oseæ primo & Isaiæ decimosexto, vbi sic habet, Omnis prophetia ænigmatibus inuoluitur, & præcisis sententijs, dum de alio loquitur, transit ad aliud, ne, si ordinem scriptura conseruet, non sit Vaticinium, sed narratio.

Hieronymus.

Idem Danielis vndecimo dicens, non omnia quæ in psalmo septuagesimo primo dicuntur, Salomoni possunt conuenire. Transeundum ergo fatetur ab ipso Salomone ad Christum, vt cætera vaticinia sublimiora exponantur, auctor operis imperfecti homilia quadragesimanona in Matth. sic habet, Frequenter ex occasione carnali incipiebant E prophetæ, & sic miscebant prophetiam, vt in psalmo tertio de se incipit, *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me*: & ad Christum assurgit, *Ego dormiui, & soporatus sũ, & exurrexi, quia dominus suscepit me.* quæ necessario spiritaliter intelligemus de Christo. hæc ille. Item Cyrillus. Ecce ego mitto Angelum meum &c. transitum fatetur. Tychonius regula quarta de specie & genere afferens illud Regum, *Ipse ædificabit mihi domum*, Conueniunt qui-

Auctor operis imperfecti. homi. 49. in Matth.

Psal. 3.

Cyrillus super Malach. 3.

Tychonius. 2. Reg. 7. ℣. 13.

dem, inquit, ista Salomoni, sed excedit speciem dicens, *Et dirigam domum eius vsque in æternum.* Transitus est apud Isaiam. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes.* Hæc vtrique communia sunt, illi ex parte, & hyperbolice, Christo Domino vere, & literaliter, sed mox deserit Cyrum, & altius assurgit de Christo, dicens; *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra & germinet Saluatorẽ.*

Isai. 45. ℣. 1.

At vero Theodorus Mopsuestiensis Antiochenus contextus scripturarum obseruantissimus irridebat hanc doctrinam, negabatque præteritionem in sacra scriptura reperiri ab historia ad Christum, quod esset extremæ dementiæ susceptum sermonem præcidere, & repente ad Christum ascendere, & quidem hæretici delirium sectione tertia confutauimus; nunc rationi, qua nititur, dum transitum negat, satisfaciendum est. Respondemus itaque, non esse dementiæ, vt ille putat, ab historia prætergredi ad Christum; sed summæ sapientiæ, licet tam abditæ, vt insipientia visa sit eius fæcis hominibus, qui terrena tantum sapiunt. Quod vel ethnicus agnouit Philosophus lumine naturæ illustratus. scribit enim Plato in Phædro, Quidam diuino beneficio fiunt insani, vt Prophetæ, & Sibyllæ. & iterum, pulcherrimæ arti, quæ prædicit futura, hæc nomenclatura imposita est. (Cum sit omni sapientia sapientior, & sanior) quod non se gerat iuxta prudentiam humanam, &c. Cur enim Vates, & Sibyllæ insani æstimabantur à vulgo, nisi quia suis vaticinijs multa interserebant secundum speciem quidem inconsona, re autem vera maxime consentanea, & cum ijs, quæ narrare cœperant, mirifice cohærentia. Neque enim repente, aut temere ab historia assurgebant ad prophetiam, sed vt supra diximus, occasione carnalium gradatim ab humanis ad diuina euehebãtur. exempli gratia, psalmus septuagesimusprimus epigraphem gerit Salomonis, de quo cantare incipit psaltes, dicens, *Deus Iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis, Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in Iudicio.* Quæ quidem verba non excedunt mensuram humanæ condicionis. Sed mox subiungit alia grandiora, *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam*, & cetera, de quibus dubites merito, conueniãt ne ex parte Salomoni, an soli Christo. Quæ vero sequuntur, in solum Christum competunt: Salomoni autem neque per hyperbolem, neque vllo modo figurato aptari valent, cuiusmodi sunt. *Permanebit cum sole, & ante lunam à generatione in generationem.* & quæ sequuntur.

Respondetur rationi Theodori Mopsu.

Psal. 71.

DE ALLEGORIA VERBORVM. Sectio VI.

INTERDVM loquitur Spiritus sanctus verbis proprie sumptis ex linguæ more, interdum figuratis. Inter figuras, & tropos frequentior solet esse prophetis metaphora, & allegoria, vtpote elegantior, quæque maiorem lucem, & auctoritatem conciliat orationi. Talis illa est Isaiæ. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit.* Vbi Hieronymus: In multis scripturarum locis pleraque ponuntur, quæ non possunt stare iuxta historiam: intellige iuxta sensum grammaticum, quem scilicet verba proprie sumpta faciunt, sed iuxta rhetoricum. Sic enim licet appellare, cum qui ex figurata rhetorum locutione

Verba aliud significant quam sonãt.

Isaiæ 11. Hieronymus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cutione consurgit. Vnde Augustinus. Cauendum A est ne figuratam locutionem ad literam accipias. & origines. Non semper, inquit, consequentia historialis stare potest, vt in Prouerbijs. *Spinæ nascuntur in manus ebriosi*, hoc est homo iracundus iurgia seminat. Idem quarto libro Periarchon capite secundo, eiusmodi sunt locutiones, in quibus Deo huiusmodi tribuitur affectus, ira, pœnitentia, misericordia, &c. Solent etiam prophetæ producta metaphorica locutione allegoriam texere quæ cõtinuata est metaphora, vt Isaiæ quinto. *Propterea dilatauit infernus animam suam.*

Augusti. li. 3. de doctr. christi. c. 5.
Origines homil. 2. in Genesim.
Prouer. 26. ℣. 9.
Orig. lib. 4. Periarch. cap. 2.
Isai. 5. ℣. 14.

DE ALLEGORIA RERVM. Sectio VII.

Res ipsæ vel personæ aliquid aliud significant.

EST & alterum locutionis figuratæ genus multo sublimius in scripturis, quo res ipsæ vel personæ transferuntur ad significandas alias res, seu personas ex vi similitudinis, vel analogiæ, in qua conueniunt, quæ allegoria rerum appellatur. estque ita sacræ scripturæ propria, vt in ceteris scriptoribus, aut linguis non reperiatur, quod sit re vera prophetia, & futurorum præsignatio. Scribit Augustinus duplicem esse allegoriam, alteram vocum, quæ communis est scripturæ cum poëtis, & oratoribus, quæ nihil aliud est, quam perpetua metaphora, vt Iudicum nono. *Ierunt ligna, vt vngerent super se Regem, &c.* & quarto Regum decimoquarto. *Cardus libani misit ad cedrum, dicens, Da filio meo filiam tuam.* Et Isaiæ vndecimo. *Habitabit lupus cum agno,* Alteram esse rerum, quando scilicet personæ in scriptura relatæ, vel res suo tempore gestæ, aut gerendæ notæ sunt, & figuræ aliarum rerum sacratiorum. Eius fundamentum est illud Pauli, *quæ sunt per allegoriam dicta. hæc enim sunt duo testamenta.* Vbi per Saram & Agar vxores Abrahæ, duos montes Sion, & Sinai, dicit significari, per Isaac & Ismael, duo testamenta. Paulum secuti Patres, sensum inuenerunt mysticum in allegoria rerum inclusum, quem scilicet faciunt verba, non ex vi sua, sed ex analogia rei significatæ per illa. Itaque vt sensus literalis est, quem verba faciunt sumpta proprie, vel figurate, ita sensus mysticus est, quem res ipsæ per voces significatæ repræsentant ex vi similitudinis, & proportionis. nam sicut auctor est Augustinus. Sicut humana consuetudo verbis, ita diuina potentia factis loquitur. Et Hieronymus. Prophetæ in signũ positi sunt futurorum. Gregorius etiam. Iusti viri non solum quod dicunt, prophetia est, sed etiam plerunque quod agunt. Eiusmodi fuisse Ionam respectu Christi mortui, & suscitati testatur ipse Dominus & serpentem æneum eiusdem signum extitisse declarat Nicodemo ipse Christus. Eius generis fuere manna, maris rubri transitus, petra, nubes, tabernaculum, sacrificia, quæ in figura nostrorum illis contigisse testatur Apostolus. Suntque eius generis quamplurima in sacris literis. nam quæcunque scripta sunt (vt ait Augustinus contra Faustum capite septimo) vel de ipso Christo dicta sunt, vel propter ipsum. Sed hic obseruandum est, cum non esse mysticum sensum, sed fictitium, qui non respondet historico. de qua re sic scribitur nomine Hieronymi. Ille enim vere spiritualis intellectus est, qui non verisimilibus coloribus pulchrum mendacium pingit, sed virtute rerum ipsam rem exprimit veritatis. Idem Hieronymus. Spiritualis interpretatio sequi debet ordinem historiæ, quod plerique ignorantes lymphatico in scripturis vagantur errore. Idem alibi. Eisdem enim lineis & historia currit, & tropologia, sed illa humilior est, ista sublimior, Et Gregorius. Tunc allegoriæ fructus suauiter carpitur, cum prius post historiam in veritatis radice solidatur.

Augusti. lib. 15. de Trinitate cap. 19.
Iud. 9.
4. Reg. 14.
Isa. 11.
Galat. 4. ℣. 24.
Hieron. 2. Cor 3.
Hier. Isa. 13
Hier. super Ezech. 40.
Grego. hom. 4. in Euan.

DE ALLEGORIA MISTA Verborum, & rerum. Sectio VIII.

Duplex allegoria.

SED QVAE adhuc diximus Theologis acceptissima sunt, quæ dicturi sumus à nonnullis in dubium vocantur. Videlicet in aliquot sacræ scripturæ locis duplicem esse allegoriam, vocum scilicet, & rerum, hoc est non solum ex vi analogiæ, & similitudinis rei ad rem, vel personæ ad personam Christum repræsentatum esse, quod est mystice, & secundum allegoriam contineri; sed etiam vere, & secundum literam, ex meritis inquam orationis ab Spiritu sancto ordinatæ simul typum, & Christum significatum; alterum quidem ex proprietate vocis, alterum figurate; alterum ex prima impositione vocabuli, alterum ex translatione eiusdem ab Spiritu sancto factæ: alterum in sensu grammatico, alterum in sensu rhetorico, vtroque literali, sed illo historico, isto prophetico. exempli gratia, secundo Regum septimo. *Suscitabo semen tuum post te quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam domum eius vsque in sempiternum, ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, &c.* quem locum de Salomone loquentem secũdum historiam Paulus ad Hebræos primo de Christo intellexit conuincens Iudæos de Christi diuinitate, atque adeo demonstratiua vsus Theologia, non mystica, quæ Dionysio teste non arguit. Talis est ille alter Exodi. *Nec os illius confringetis*, videlicet ex Agno paschali, atque Christo agno Dei in Cruce pendente, vt nobis exposuit Ioannes. Atque ille etiam, quem D. Matthæus capite secundo ex Oseæ vndecimo citat, *Ex Aegypto vocaui filium meum.* nam vtrobique Euangelistæ addiderunt: *vt impleretur quod dictum est*, quæ verba (vt præclare obseruauit hic Lyranus, & Dionysius) arguunt in sensu literali accipiendum esse locum de Christo, & non solum in mystico. & merito, mysticus enim sensus cum non sit ex vi verborum prophetiæ intentus, non implet prophetiam. non enim impletur inane, nisi eo veniente, quod de erat; sensus vero mysticus non desideratur cum non intendatur per verba. Quod si in Christo plena est scripturæ sententia Christum ergo desiderabat, Christumque significabat oratio, atque aspiciebat prophetæ loquens. alioqui si ex euentu rei non significatæ per voces, sed proportionem habentis cum vocum significatu, id est, in sensu mystico scriptura impletur, quotidie impleretur, cum frequentes sint actiones virtutum, quæ in sensu mystico, morali scilicet, repræsentatæ sunt in Patrum antiquorum gestis Apostolo testante. *Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt*, id est, qui sumus finis, & terminus, propter quos eruditendos illa gerebantur in superioribus sæculis. Immo vero nunquam scriptura impleretur, cum sensum mysticorum in membris Christi nullus vnquam sit finis. Dicendum est igitur illa Euangelistarum

2. Reg. 7. ℣. 12.
Heb. 1.
Exod. 12. ℣. 46.
Ioan. 19. ℣. 36.
Matth. 2. ℣. 15.
Oseæ 11. ℣. 2.
Dioni. car. Dan. 8.

Christum continet scriptura in sensu literali non solum in mystico.

1. Cor. 10. ℣. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtarum nota: *vt impleretur ſcriptura*, ſignificari ſenſum literalem⌣. Quod ſi ſenſus literalis eſt de Chriſto, ergo ex vi verborum ibi Chriſtus continetur, & ſignificatur, & non tantum ex proportione rei cum re per verba ſignificata. Quod ſi ita eſt, neceſſe erit fateri duplicem allegoriam; vel ſi placet, metaphoram, & allegoriam, illam in voce, iſtam in re. vt verbi gratia non ſolũ Agnus paſchalis allegoria rei ordinetur ab Spiritu ſancto ad repræſentandum Chriſtum, qui cum Agno habet ſimilitudinem, ſed etiam eodem Spiritu ſic ordinante, verbum Agnus translatum ſit ad ſignificandum Dei Agnum pro nobis immolandum, cuius non eſſent crura frangenda. Atque huius ſententiæ eſt Euſebius contendens eum locum Oſeæ. *Ex Aegypto vocaui filium meum*, de Chriſto intelligendum multo ſatius, quam de populo educto ex Aegypto. Quod ſi obijcias. Vox translata non ſtat pro ſignificato primario, ſed pro aſcititio, vt verbi gratia, cum Chriſtus dixit de Herode: *Dicite vulpi illi*, nomen vulpis non ſtabat pro beſtiola, ſed pro Rege. Hoc ita eſſe in familiari ſermone, Verum in vrbano, & ſcito, quem ingenioſi adoleſcentes ſecum habent, contingere non raro, vt in eadem oratione vox translata & ſuam ſignificationem retineat, & alteram aſciſcat: Vtramque ſcilicet ex intentione loquentis cum elegantiſſima, & ſuauiſſima alluſione, atque duplici allegoria. Si igitur ingenij humani acrimonia poteſt vna voce duo comprehendere ſignificata, atque vtrunque ſimul conceptum ſemel exprimere, quid ni Spiritus ſanctus hoc faciat? præſertim cum ſoleat frequentiſſime vti allegoria verborum non ſolum in nominibus appellatiuis, ſed etiam in proprijs, vt apud Ezechielem. *Et ſeruus meus Dauid in medio eorum.* & Iſaiam. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro.* Vbi traducit nomina Dauid, & Cyri ad Chriſtum ſignificandum. Vtitur etiam allegoria rei, quæ multo eſt remorior ab humana loquendi conſuetudine. Cur non etiam (quod homines ſolẽt) vſurpabit allegoriam vtramque, verbiſque prægnantibus amplectetur ſignum & ſignatum, typum & veritatem?

Euſeb. demonſ. Euangel. li. 9. demon. 4.

Luc. 13. ℣. 32.

Ezechi. 34. ℣. 24.

Iſa. 44. ℣. 1.

RESPONDET OBIECTIONIBVS.
Sectio IX.

VERVM aduerſus prædicta opponet nobis lector. Eiuſmodi dicendi genere committi æquiuocationem, cum vnica voce comprehendantur ſignificationes diuerſæ. ℟. Nullo modo committi æquiuocationem, ſed exerceri analogiam, qua nil eſt vel in Hebraica lingua, vel inter ſacros ſcriptores frequentius, (vt Deo bene iuuante dicemus fuſe in libris de analogia ſacræ ſcripturæ) nil ſuauius, nil humano ingenio, quod ordine, ratione, & harmonia delectatur, accommodatius. Eſſet quidem æquiuocatio ſi plura ſignificata eſſent diuerſa, & inter ſe diſſidentia. à quo more loquendi non minus quàm à mendacio (eſt enim mendacium in re commiſſum) ſcriptura ſacra, & quiſque cordatus ſcriptor abhorret. Quapropter numquam mihi potui perſuadere in eodem ſacræ ſcripturæ loco multos eſſe literales ſenſus non ſibi ſubordinatos. Quod ſi aliquando multi proferuntur ab eius tractatoribus, hoc non ex vocum meritis, ſed ex noſtra ignoratione profectum eſſe exiſtimo: qui dum germanum, & vnicum neſcimus, in varios, & diuerſos abducimur. At vero analogia plura ſubordinata ſimillima, & omnino ſibi reſpondentia nectit, atque eiuſmodi ſignificata hoc duplicis allegoriæ genus vnica voce repræſentat.

Dices, Veteres Patres eiuſmodi teſtimonia exponere videntur myſtice, & ſpiritualiter de Chriſto. nam Hieronymus eum locum Matthæi tractans ita habet, Supereſt vt illud dicamus, quod ea, quæ typice præcedunt in alijs, iuxta veritatem, & adimpletionem referantur ad Chriſtum. & Chryſoſtomus. Quædam de alijs dicuntur, & in alijs implentur, ſicut Oſeæ verba prædicta, quæ de populo quidem Iſrael dicta ſunt, ſed in Chriſto impleta, ijs duabus Hieronymi & Chryſoſtomi auctoritatibus conuicti ſunt quidam Auctores de ſacris alioqui ſcripturis optime meriti, vt aſſererent eum locum Oſeæ. *Ex Aegypto vocaui filium meum*, atque cetera illi ſimilia ab Euangeliſtis adduci in ſenſu allegorico. Cumque alias fuerint gloriæ Chriſti zelantiſſimi, atque eo nomine in neotericos ſæpius inuehantur, eoſque quaſi iudaizantes accerſant, quod multa prophetarum teſtimonia ſuo iudicio apertiſſime de Chriſto loquentia non explanauerint de Chriſto: eundem locum enarrantes ſuccẽſent Oſiandro, quod voluerit illum de Chriſto ad literam ab Euangeliſta eſſe intellectum. Et quidem Oſiander reprehenſione dignus eſt, non quod oraculum de Chriſto ad literam intellexerit (nam ea ſententia nobis perplacet, vt ſana, & veriſimillima.) Sed quod aſſeruerit id teſtimonium ab omnibus Patribus allegorice intellectum eſſe, idque perperam, cum eius iudicio hiſtoria ſit. nam præterquam quod non eſt dicendus eiuſmodi ſenſus hiſtoricus ſed literalis phantaſticus, cum ſub alio hiſtorico deliteſcat, deceptus eſt exiſtimans veteres nomine ſenſus ſpiritualis, & allegorici ſemper ſignificaſſe eum qui literali opponitur: vel nomine hiſtoriæ intellexiſſe ſenſum literalem⌣. Etenim ſæpe iſtum ſecundum ſenſum literalem, qui ex allegoria vtraque naſcitur, ſpiritualem appellant, quod contineatur ſub hiſtorico priori. neque enim ita ſtricte accipiunt ſenſum myſticum, vel ſpiritualem, atque Theologi ſolent, pro eo ſcilicet ſenſu tantum, qui literali opponitur: ſed largius pro omni intelligentia, quæ ſub altera deliteſcit, etiam ſi ex vi vocis ſignificetur. Immo ipſum ſenſum literalem vnicum, ex vi vocis figuratæ ſignificatum, appellare ſolent altiorem, ſpiritualemque intelligentiam, atque opponunt illum hiſtoriæ, per hiſtoriam accipientes ſenſum literæ, aut grammaticum, vt videre eſt in eorum ſcriptis. exempli gratia ſcribit Hieronymus in illud Iſaiæ. *Habitabit lupus cum agno.* in multis ſcripturarum locis pleraque ponuntur, quæ non poſſunt ſtare iuxta hiſtoriam. & Iſaiæ vigeſimonono, vi deant Iudæi, & amici ſimplicis hiſtoriæ, qui fructus non quærunt in arbore, ſed folium tantum, vmbramque verborum, quæ cito areſcit, & deperit, quomodo in aduentu Domini Libanus mons Phœnicis verſus eſt in Carmelum. Idem ſcribit Origenes. Non ſemper, inquit, conſequentia hiſtorialis ſtare poteſt, vt Prouerbiorum vigeſimoſexto. Spinæ naſcuntur in manus ebrioſi, ideſt, homo iracundus iurgia ſeminat. En Hieronymus & Origines hiſtoriam vocant ſenſum, quem nos grammaticum vocamus; atque ſpiritualem, & fructuoſum eum, qui ex figurata locutione naſcitur, quemque ſupra appellauimus rhetoricum. non quod iſte literalis non ſit: eſt enim literalis reuera, & ſolus intentus ab Spiritu ſancto in prædictis locis, ſed quia ſub grammatico deliteſcit, & eum ſuperat, vt fructus arbo-

Hieronym. ſuper Oſeæ. 11.

Chryſoſt. homil. 8. in Matth.

Iſa. 11. ℣. 6.

Iſa. 29.

Origen. homil. 2. in Geneſ.

Prouer. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arboris folia. Veruntamen aliquando apertius loquuntur Patres. nam Basilius in Prouerbia eum sensum figuratum vocat parabolicum. Ergo in prædictis locis ab Euangelistis allatis agnouerunt sancti Ecclesiæ Patres Christum, & secundum analogiam cum rebus, & ex meritis verborum significatum, hoc est, in secundo sensu literali prophetico; quem, quod historiam excederet, & sub illa delitesceret, spiritualem appellarunt, vel mysticum, non quod literalis non esset. Neque aliud sibi voluit Chrysostomus supra in oppositum allatus. verum enim est ea verba, *Ex Aegypto uocaui filium meum*, typice dicta de Israel, atque in Christo veraciter impleta. quod si in illo vere impleta sunt, ergo de eodem etiam dicta fuerunt, tametsi non primo, sed secundario; non ex vi vocis proprie sumptæ, sed figuratè, vt diximus. Hieronymi autem testimonium nobis potius fauet, quam illis. nam aperte profitetur Christum verba Prophetæ verificasse, & impleuisse. atque adeo intellexit Hieronymus illis significatum fuisse Christum, tametsi non primario, & proprie, quod conuenit typo, sed secundario, & translatitio, vt supra ostendimus.

Secundus sensus literalis.

Supereſt vt dicamus quibus signis a nobis dignoscetur hoc dicendi genus duplici ex allegoria contextum. & quidem primum, & certissimum est illud, quod supra memorauimus: quando scilicet locus veteris Testamenti in nouo citatur cum illa additione: *Vt impleretur, quod dictum est*. indicant enim eiusmodi verba Christum, vel Ecclesiam in prophetia contineri non solum ex vi analogiæ, id est mystice, sed etiam ex vi vocum significari, hoc est, ad literam, vt iam ostendimus. Secundum signum, & nota sensus literalis est communis sanctorum Patrum expositio, quorum iudicium Ecclesia semper venerata est, & secuta in sacrarum literarum expositione. ij sunt enim seniores, quorum consilijs acquiescere fas est. Tertium est ipse contextus, & continua series non orationis solum, vel periodi vnius, sed totius concionis, vel capitis, vel totius interdum Vaticinj. hunc enim qui animaduerterit primo in vniuersum, deinde singillatim per capita, & periodos, facile deprehendet, quid sibi velint Spiritus sancti verba, & in quem scopum dirigantur; an in res gestas secundum historiam, an in finem legis, & prophetarum secundum veritatem, an in vtrunque secundum analogiam.

Signa duplicis allegoriæ.

DE LOCVTIONE HYPERBOLICA. Sectio X.

DIXIMVS capitibus præcedentibus Prophetas loqui solitos allegoria verborum, atque allegoria rerum, & quandoque duplici; quarum prima contineret sensum literalem rhetoricum, altera mysticum, postrema duplicem literalem; alterum scilicet grammaticum historicum, alterum propheticum rhetoricum. Sed sciendum est, non solum ex vi prædicti tropi duplicem induci sensum literalem, sed etiam ex hyperbolica, & superlata locutione, quæ in sacris literis vsu venire solet non raro. Est autem discrimen inter prædicta locutionis genera, & præsens, quia in metaphora, vel allegoria verba non stant pro significatu proprio, sed pro translatitio; in allegoria mixta stat pro vtroque: in hyperboli vero quodam modo pro primo, & plene pro secundo. exemplj gratia psalmo octogesimo octauo scriptum est, *Disposui testamentum electis meis: iurauj Dauid seruo meo vsque in æternum præparabo* stabiliam *semen tuum, & ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam*. & iterum, *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. in æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi: & ponam in saeculum saeculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli*, &c. *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint*, &c. *uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in ueritate mea*. &c. *Semel iurauj in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis*, &c. Quæ quidem promissiones quodam modo, hoc est, hyperbolice exponi possent de Dauidis throno, & regno temporali, quod multis sæculis perstitit, vsque ad aduentum Christi scilicet, (vt prophetauerat Iacob.) *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus est*: re autem vera intelligendæ sunt non tantum impletæ, sed etiam prædictæ de regno Dauidis spirituali, hoc est, de regno Christi, qui constitutus est rex ab æterno Patre super Sion montem sanctum eius, vt prædicaret præceptum eius (nam *rex sum ego*, ait ipse, & *in hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati.*) quemadmodum & Angelus testatus est, *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*.

Psal. 88. v. 4.

Gen. 49. v. 10.

Ioan. 18. v. 37.

Lucæ. 2.

Huc referri potest illud testimonium Amos, *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius*. quod tametsi D. Iacobus de Ecclesia interpretatus est in sensu literali germano, nil refert in parabolico intelligi de Templo Zorobabelis, in quo quadantenus, & ex parte verificata videtur prophetia. Itaque asserimus non quidem omnia oracula, quæ de Christo sunt, vt delirauit Theodorus, sed aliquot interpretari posse historice secundum hyperbolim, re autem vera, & in sensu literali esse accipienda de Christo, & non tantum ex accommodatione, & secundum euentum, vt Hæreticus somniauit.

Amos 9. v. 11.

Act. 15.

DE VARIIS MODIS visionum propheticarum. Sectio XI.

SATIS iam egimus de oraculis, quæ verbo enunciantur à sacris Vatibus. Nūc par est, vt de visionibus, quæ imaginibus rerum sacrarum constant, differamus: sic enim vtrique nomini prophetæ scilicet prædicētium, atque præuidentium satisfaciemus. Sane quidem Visiones propheticæ varijs modis fieri solent. Aliquando enim intelligibiles veritates reuelantur per formas sensibiles externis sensibus repræsentatæ. Vt cum in monte Moriah monstratus est Abrahæ Christus crucifixus in ariete hærente cornibus inter vepres, ipsomet testante: *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est*. Vel cum in rubo ardente Moses agnouit populi Israelitici afflictionem, & libertatem futuram. Aliquando reuelantur supernaturales veritates per formas imaginarias in Varis phantasia ordinatas, vel denuo formatas. Vt cum Isaias vidit Dominum sedentem super solium excelsum, atque id genus

Intelligibilis veritas per formas sensibiles.

Ioā. 8. v. 56

Exod. 2.

Per formas imaginarias.

Isa. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus visionis, vel dormientibus euenire solet, vel vigilantibus raptis in ecstasim. Aliquando autem nuda veritas supernaturalis sine ministerio imaginum per solas intellectuales formas obijcitur intellectui, vt cum Isaiæ reuelatum est arcanum de Verbi incarnatione, quod capite septimo protulit, *Ecce Virgo concipiet*. Vel cum Dauidi facta est illa insignis de regno Christi reuelatio, quam psalmo centesimonono decantat, *Dixit Dominus Domino meo*, &c. aut illa de nuptijs eiusdem Verbi, quam psalmo quadragesimoquarto cecinit. Verum hoc tertium genus prophetiæ ad oracula potius pertinet, quam ad visiones, neque proprie dicitur visio, cum sine imaginibus sensatis percipiatur, sed potius illustratio intellectus, aut reuelatio debet appellari. Excellit itaque sphæram visionum.

Aliquando sine imaginibus.

Isa. 7.

Psal. 109. ỳ. 1.

Psal. 44.

Visiones rursum, quæ externis percipiuntur sensibus, non ita proprie dicuntur propheticæ, teste Augustino, & D. Thoma, quia prophetia inuoluit secum obscuritatem, vt nomina etiam ipsa præuidentis, & prospectantis, de quibus sectione prima egimus, significant. Cum ergo externæ repræsentationes claro intuitu videantur, degenerant à ratione prophetiæ. ergo secundum genus, in quo visiones repræsentantur phantasiæ, proprie pertinet ad prophetiam: si tamen illas lumine supernaturali intelligat Vates, alioqui neque prophetiæ erunt. Scribit enim D. Augustinus. minus est propheta, qui rerum signatarum solo spiritu videt imagines; & magis est propheta, qui solo earum intellectu est præditus; sed maxime propheta, qui vtroque præcellit.

Visiones non dicuntur propriæ propheticæ.

Aug. lib. 12. super Ge. ad lteram. c. 9.

Visiones igitur imaginariæ, quæ proprie dicuntur propheticæ, triplices sunt, quædam enim earum continent imagines personarum, vel rerum veracium, quæ scilicet fuerunt, vel sunt, vel futuræ sunt. qualis est illa Zachariæ. *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum.* Vel altera eiusdem. *Ecce candelabrum aureum totum*, &c. nam & sacerdos Iesus supererat, & candelabrum in templo fuerat olim. Quædam continent imagines rerum, quæ non sunt, sed esse possunt, neque repugnat fore, aut fuisse vnquam. qualis erat visio Nabuchodonosoris, in qua ostensa est sibi arbor procera, & frondosa, &c. vel statua ex quadruplici metallo coalita, quam eundem per quietem vidisse narrat Daniel. nam eiusmodi arborem, vel statuam non repugnat esse quales ostensæ sunt. tametsi reuera non extiterint.

Visiones pro pheticæ triplices.

Zachar. 3. ỳ. 10.

Idem cap. 4. ỳ.

Dan. 4.

Dan. 2.

Quædam denique visiones continent imagines rerum quæ nec sunt, neque esse possunt. Talis fuit visio Danielis septimo capite recitata, quæ repræsentauit eidem quatuor bestiarum monstra, qualia non tulit Africa, neque ferret natura rerum. Eiusmodi portentorum imagines visuntur etiam in Apocalypsi Ioannis, quæ diuinitus sunt formatæ in phantasia contemplantis, vt essent aliarum rerum secretiorum hieroglyphica.

Dan. 7.

QVO PACTO SIT ERVENDVS sensus visionum, Sectio XII.

DIFFICILIVS est visionum propheticarum mentem assequi, quam oraculorum. etenim oracula intelliguntur perceptis orationis verbis; visiones non item. Sunt enim quasi scripturæ Aegyptiacæ sacris characteribus exaratæ, quarum literas agnoscere, & ordinare æque difficile est, atque significationem symbolicam tenere. Duplex itaque studium adhibendum est visionibus propheticis, alterum, vt ex verbis narrantis ideam elicias, quam ipse Vates habebat in phantasia: alterum, vt imaginis semel effictæ significationem assequaris. & in alijs quidem visionibus, quæ disertis verbis narrantur, difficilius est secundum præstare, vt in Apocalypsi experimur: in alijs vero quæ concisiori sermone proponuntur, primum est æque laboriosum, vt in capitis primi Ezechielis spectro animaduertimus. Verum in omnibus vtrunque necessarium est, & secundum sine primo nulla ratione perficitur. quemadmodum enim quando verbis loquuntur prophetæ, necesse est verborum tenere significationem, vt horum mentem percipias. & quando rebus loquuntur, oportet rerum propositarum naturam, atque adiacentia omnia diligenter considerare, vt diximus. quoniam ad earum similitudinem, & analogiam exigenda est allegoriæ veritas: ita quando visionibus prophetat oportet principio expressam ideam formare imaginum, quas verbis describunt, atque deinde ex eius comparatione veritatem prophetiæ inuestigare. quomodo enim paragogum exprimas sine archetypo? qui poteris Alexandri faciem, quam nunquam vidisti depingere, nisi ex historia eius vultus lineamenta edoctus, vmbram personæ mente conceperis, antequam ideæ conceptæ simulacrum referas in tabellam? Eadem prorsus ratione impossibile est sensum visionum consequi aut explanare, nisi prius recte teneas imaginum, quæ in visione offeruntur, naturam, habitus, gestus, circunstantiasque ceteras, quibus omnibus quasi linguis loquuntur muta alioqui spectra. *intelligentia enim opus est in visione*, ait Daniel. Neque frustra dictum est Ezechieli ab Angelo mensore templi. *Vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum ad omnia, quæ ego ostendam tibi*, &c. non satis enim putauit auribus audire verba, nisi oculis etiam res ipsas videret, atque interiore considerare obtutu. nimirum quia rerum ostensarum figuræ, quantitates, colores, ordines, proportiones verba erant, quæ nisi attenderet, atque mente tractaret, nulla ratione consequi posset, aut templi ideam, aut significationem. Sed de hac re fusius agemus in commentario ad caput quadragesimumquartum.

Sect. 7.

Visionum sensus sine imaginibus impossile est consequi.

Dan. 10. ỳ. 1.

Ezech. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVS IN EZECHIELIS PROPHETIAM.

PROOEMIVM.

IS vtcunque prælibatis pro oraculorum, & visionum propheticarum intelligentia, par est, vt à thesi descendentes ad hypothesim, hoc est, a prophetis ad Ezechielem, expendamus, an vtroque nomine, videntis, & prophetæ, decorandus sit, & quanta fuerit prophetiæ, eius dignitas. Et primæ quidem quæstioni facile respondemus, vtroque cognomento Vatis, & Videntis fuisse dignissimum, vtpote cui & oracula prophetica, & visiones excellentes sint diuinitus communicata. Nam oraculum edidit capite decimoseptimo de Christi regno inserendo Iudaico sceptro, illis verbis; *Sumam ego de medulla cedri, &c.* De vocatione gentium aliud, capite vigesimooctauo. *Quando congregauero domum Israel &c.* De regno Christi pastoricio, capite trigesimoquarto. *& suscitabo super eos pastorem &c.* De regeneratione per baptismum, capite trigesimo sexto. *Effundam super vos aquam mundam, &c.* De resurrectione mortuorum, capite trigesimoseptimo. *Ecce ego aperiam tumulos vestros.* Ibidem de vtriusque populi vnione sub Christo capite: *Faciam eos in lignum, & erunt vnum in manu eius, &c.*

Dignitas prophetiæ Ezechielis.

Ezech. 17. ℣. 12.

Ezech. 28. ℣. 25.

Ezech. 34. ℣. 23.

Ezech. 36. ℣. 25.

Ezech. 37. ℣. 12.

Ibid. ℣. 19.

Visiones etiam plurimas habuit Ezechiel, sed duas omnium, quæ vmquam prophetis communicatæ sunt, altissimas, & celeberrimas. Alteram capite primo, atque decimo, in qua vidit discedentem Deum a Synagoga, atque ad Ecclesiam transeuntem. Alteram a capite quadragesimo vsque ad finem, in qua spectauit Ecclesiæ instaurationem, & renouationem pietatis per Christum faciendam. Iure igitur, & merito Ezechielem נביא nabi, idest, præfatorem, vel Vatidicum, atque ראה roeh, idest, videntem, seu contemplatorem appellabimus. vtpote qui tam illustria cecinerit oracula, tamque sublimes visiones aspexerit.

De visionib. Ezechielis.

Quod vero ad genus visionum attinet, vt prætereamus modo intellectuales, quibus oracula, quæ protulit, aspexit; atque ceteras minus celebres, de quibus suis locis singillatim disputabitur. Duæ illæ celebratissimæ, hoc est, prima & postrema imaginatione comprehensæ sunt, earum vero significata lumine intellecta supernaturali, vt proprijs locis monstrabimus. Itaque ex hac parte maxime propheta dicendus est Ezechiel secundum Augustini sententiam, quam Commentarij superioris sectione decima prima citauimus, nimirum eum esse minus prophetam, qui rerum signatarum solo spiritu videt imagines, magisque prophetam, qui solo earum intellectu est præditus, sed maxime prophetam, qui vtroque præcellit. Verum enim vero, tametsi maxima sit vaticinij huius dignitas, multo maior est difficultas. nam in dignitatis gradu pares habet alios prophetas Ezechiel, in obscuritate nullum reperias illi similem. Vnde est illa Hebræorum veterum traditio, duas esse in sacra scriptura leges; alteram scriptam de rerum conditione, alteram secreto Moysi traditam de diuinitatis specie, illam appellatam Bereschith, istam Mercabah; illam contineri in Genesi, istam vero in Ezechielis curru, illam vulgatam esse omnibus, hanc solis sapientibus derectam. Ex hac traditione manauit illud, quod Hieronymus recitat, Hebræorum mandatum, ne quis huius voluminis exordium, & finem, sicut neque Canticum canticorum, neque initium Geneseos, legere permittatur antequam ætatem sacerdotalem, id est, trigesimum annum impleuerit: vt scilicet ad perfectam scientiam, & vaticinium omnium difficillimum, plenum humanæ naturæ spatium accedat. Verum nostra non interest, libri huius difficultatem, & obscuritatem ipso in limine exagerare, cum eam experti sint, atque testati cum veteres omnes, tum recentiores, qui Ezechielem vel interpretari, vel legere sunt aggressi. Illud potius nostri muneris esse putamus, rerum difficultatem, quæ merito visa est multis formidabilis, superare, si valebimus: atque obscuritatem literæ pro nostri ingenij tenuitate elucidare, quo Ezechiel propheta deinceps cum suauitate legatur, & cum voluptate intelligatur. quapropter initio primi capitis explanationem, deinde longiorem de prima Ezechielis visione commentarium subijciemus.

Difficultas prophetiæ Ezechielis.

Lib. 12. super Gen. ad lit. cap. 9.

Hieron. pro æmi. lib. 1. Commen. in Ezech.

Prima & vltima Ezechielis visiones imaginariæ fuerunt.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Ostenditur Vati Gloria Dei vecta curru Cherubim.

I ET factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei.

II In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin,

II Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus fluuium Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini.

IIII Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, ideſt de medio ignis:

V Et in medio eius similitudo quattuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.

VI Quattuor facies vni, & quattuor pennæ vni.

VII Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis.

VIII Et manus hominis sub pennis eorum in quattuor partibus: & facies, & pennas per quattuor partes habebant.

IX Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. non reuertebantur cum incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur.

X Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorum quattuor: facies autem bouis, a sinistris ipsorum quattuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quattuor.

XI Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum:

XII Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.

A Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. XIII

Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. XIV

Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quattuor facies. XV

Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quattuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ. XVI

Per quattuor partes earum euntes ibant: & non reuertebantur cum ambularent. XVII

Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quattuor. XVIII

Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. XIX

Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. XX

Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cum eleuatis a terra, pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis. XXI

Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. XXII

Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. XXIII

D Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. cumque starent, demittebantur pennæ eorum. XXIV

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXV *Nam cum fieret vox ſuper firmamentum, quod A erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.*

XXVI *Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.*

Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum XXVII
ignis, intrinſecus eius per circuitum: a lumbis eius & deſuper, & a lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu:

Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die XXVIII
pluuiæ. hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

Ob maiorem huius difficillimi capitis intelligentiam, eiuſdem explanationi, & commentario de prima viſione, præmittimus ſequentem viſionis eluſdem figuram, quæ oculis ſubijciet Cherubinorum, Rotarum & Currus, necnon Sedentis in throno veram imaginem: quam qui mente conceperit, facilem ſibi aditum ad ſequentia patefaciet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



HAEC EST VISIO SIMILITVDINIS GLORIAE DEI

Universidad de Deusto
Biblioteca



DEI QVAM VIDIT EZECHIEL IN CVRRV CHERVBIM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS PRIMI.

De coniunctione (&) præposita historiæ doctorum sententiæ.

Iosue 1. 1. Mach. 1. ℣. 1. Ionæ. 1. Tren. 1.

ET *factum est*. Exordium frequens scriptoribus sacris, à quo auspicari consueuerunt historias, & prophetias, vt videre est Iosue primo. *Et factum est post mortem Moysis*. primo Machabæorum. *Et factum est post quam percussit Alexander Philippi Macedo* &c. Ionæ primo. *Et factum est verbum Domini*. Trenorum primo. *Et factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel* &c. Valet autem ea dicendi ratio idem quod accidit, contigit, fuit (quomodo vertere solent Septuaginta Interpretes) vel, Deo ita disponente, euenit, ita res se habet. Eiusmodi est illa phrasis. *Videamus hoc verbum quod factum est*, id est, rem quæ gesta est, factum quod contigit.

Luc. 2. ℣. 15.

Gregor. hic. Aug. super Psal. 4.

Et Placet D. Gregorio vt coniunctio (&) nectat verba exteriora prophetæ cum visione interiore. Quæ sententia Augustini fuit in psalmo quarto, sic enim habet. Iunctura coniunctionis, cum sententia non præcesserit, cui sequens annectatur, mirabiliter fortasse insinuat prolationem veritatis in voce cum ea visione, quæ fit in corde, esse coniunctam. Verum ibidem Augustinus testatur familiare esse scripturis coniunctionem (&) supersluere, vt hoc loco Ezechielis credi posset. Quod notauerat etiam Origenes. Vernaculum scilicet esse linguæ Hebraicæ (&) coniunctione frequenter vti, vt interdum abundet ex linguæ proprietate. Idemque Euthymius reperit, coniunctio (&) in Hebraico idiomate frequenter abundat. Idem quoque notauit Oecumenius Roma: secundo. Quæ si aduertisset Isychius, non laborasset tantum nodum in scirpo quærens. Neque enim nouum est scriptores librum ordiri à coniunctione, cum Exodus, Leuiticus, Numeri, Iosue, Iudicum, Ruth, & omnes libri Regum, ab eadem auspicentur.

Origen. homil. 29. in libr. Num.

Euthymius. sup. Io. 7.

Oecumenius Rom. 2.

Isychius Leuit. 1.

In trigesimo anno. Existimarunt plerique veteres atque ex eorum mente Hieronymus in prooemio Ezechielis, annum trigesimum ætatis ipsius Prophetæ fuisse: quorum sententiam ipsemet Hieronymus reijcit in Commentario, & merito: quoniam nusquam apud sacros scriptores talis mos fuit, ab ortu suo, vaticinij tempora computare: Deinde quia notæ istæ locorum, & temporum ab historicis adhibentur, quasi testes veritatis rei gestæ, quam se narrare profitentur. Quare oportet esse insignes, omnibusque perspectas, quo fidem faciant historiæ. at vero natalis dies prophetæ, neque celebris erat, neque notus. quare parum, aut nihil ad veritatem historiæ confirmandam poterat adiuuare. Sed demus, natalem Prophetæ diem fuisse notissimum, certe explicari debuisset, hac ratione. In tricesimo anno vitæ meæ, & quantumuis vel notus esset, vel celebris, non debuit in computatione annorum ab eo cæpta subaudiri per antonomasiam, qua vsus est in hoc exordio. Etenim antonomasiæ simili locus non est, nisi cum initium annalium tam est insigne & vulgatum, vt sine nomine, & charactere appositum, ab omnibus intelligatur.

Confutatur opinio eorũ qui putant trigesimum ætatis suæ annum commemorasse Prophetam. Hiero. hic.

Secunda opinio de trigesimo anno Iubilæi reijcitur.

Alijs visum est hunc esse annum trigesimum à Iubileo præcedenti. Ceterum iure hæc opinio à Hieronymo & Theodoreto reijcitur, quoniam nõ concurrit annus quintus Ioachin cum trigesimo Iubilæi, vt ex nostra Chronologia licet animaduertere.

Tertia opinio trigesimum annũ ab inuentione libri legis

Chaldæus Paraphrastes, sic versum interpretatus est. Et factum est in fine trigesimi anni, postquam inuenisset Helcias sacerdos magnus librum legis in diebus Iosiæ, quibus verbis calculi huius caput, facit annum decimum octauum regni Iosiæ: nam eo anno inuentus est liber legis. Chaldæum secutus est Hieronymus, Theodoretus, & alij posterioribus sæculis, qui omnes volunt Vatem tempus vaticinij sui numerasse ab eo facto tam insigni, vel miraculo tam celebri, qualis fuit inuentio libri præter spem omnem, responsum Oldæ prophetidis tam seuerum, Regis etiam & populi fœdus cum Deo renouatum, atque, si placet, Phase illud celeberrimum eodem anno decimooctauo Iosiæ factum, non solum à Iudæis, sed etiam à reliquijs cæterarum Tribuum, quæ auitam Idololatriam abiurantes se se cum Dei populo coniunxerant.

4. Reg. 22

Hieron. Theodoret.

Confutatur tertia opinio

Cæterum hæc sententia multis argumentis impugnari potest, quorum hoc sit primum. Vel hæc æra, seu caput computationis annalium, vulgare erat, scriptoribusque omnibus eius ætatis commune, vel Ezechielis proprium. Si vulgare erat, quomodo Ieremias eo non est vsus? semper enim meminit annorum regni Ioachin, vel Sedechiæ, nusquam inuenti libri, neque Phase Iosiæ: immo ipse Ezechiel capite vigesimo nono numerat annum decimum, capite autem trigesimoprimo numerat annum vndecimum, capite vero trigesimo secundo annum numerat duodecimum, quorum annorum exordium constat esse non decimum octauum Iosiæ, sed initium regni Sedechiæ. Non erat igitur vulgaris, & communis illa computandi ratio, cum neque à Ieremia Ezechielis coæuo vsurpata sit, neque ab ipso Ezechiele fuerit semper retenta. Sed neque dicendum est id exordium annalium à Vate ex speciali ratione vsurpatum fuisse: quoniam scilicet in eo anno decimo octauo Iosiæ declarata est sententia captiuitatis, quam ipse iam patiebatur. Etenim oportuisset Vatem apponere notam capitis, à quo numerabat, si intelligi volebat, cum sciret non esse vulgare, neque præcepto, aut consuetudine inductum. Præterea si propter sententiam declaratam, ab eo anno computauit Propheta, cur non potius numerauit à quarto anno Ioachin filij Iosiæ, in quo Ieremias propheta aperte, & distincte Dei nomine intimauit eisdem Iudæis vrbis, & Templi excidium, auctorem cladis nomine proprio compellans, scilicet Nabuchodonosor; atque tempus captiuitatis impendentis decernens, scilicet septuaginta annos? quæ omnia constant ex eius capite vigesimo quinto. Cum igitur non conueniat prædicta æra cum Vatis charactere, necesse est alium inuestigare qui quadret.

Ierem. 25.

Propriæ sententiæ prima propositio non pertinet huius trigesimi anni exordium ad respub. Israel.

Asserimus itaque, primo eum characterem, vel caput computationis non pertinere ad Rempublicam Israelitarum: quod duplici argumento nobis persuademus. primo quia vsu receptum videmus ab omnibus historicis sacris, & profanis, cum res gestas notãt varijs characteribus, eiusmodi characteres ad diuersas pertinere Respublicas, dynastias, vel regna, vt videre est tum alibi, A tum

A 4. Reg. 23
A Iere. 25. & 52.
A Dan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.3.v.1. apud Lucam. *Anno decimoquinto Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilea Herode, & Lysania Abilinæ tetrarcha.* & alibi sæpe. Cum ergo duplici æra insigne sit Vaticinium Ezechielis, earumque altera ad Iudæorum Rempublicam pertineat, scilicet *annus quintus transmigrationis Ioachin*, necesse est alteram, id est, annum trigesimum, ad Chaldæorum Rempublicam esse referendam, secundo: idem confirmo. Ttransmigratio Ioachin fuit in tota Syria, & fortasse in Asia vniuersa celebris, & tamen in illa notanda, non est vsus antonomasia vates, quinimmo explicuit illam dicens, Ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. Cum ergo in altera æra nullum addiderit caput, sed potius per antonomasiam illud reticuerit, signum est aliquid esse multo nobilius, & notius transmigratione regis Iudæorum: Huiusmodi autem caput nullum potest inueniri apud eam Rempublicam. Quare inueniendum est in Chaldæorum Monarchia.

Propositio secunda. caput huius computationis fuit ab exordio Monarchiæ Nabuchodonosor.

Asserimus secundo Id caput æræ, qua vsus est Propheta, esse primum annum Monarchiæ Nabopol Assar, seu Nabuchodonosor senioris patris magni illius, qui abduxit Ioachin captiuum, ab hoc enim anno, publica auctoritate, noua æra instituta est, atque ab Astrologis Chaldæorum perpetuo obseruata, vt est videre in constructione magna Ptolemei, qui eorum calculos imitatus, regnorum Cambysis Persæ, Darij Histaspis: atque Hadriani Imperatoris Romani annos numerat à Nabopol Assaris imperio, qua computatione nulla potest reperiri vel certior, vel antiquior, vtpote quæ perpetuo cælorum motu quotidie stabiliatur, & confirmetur. Porro de hoc Nabopol Assar sic scribit Iosephus ex Berosо. Audito autem, Pater eius Nabul Assarus, quod Satrapa constitutus in Aegypto, & Syria inferiore, & Phœnicia rebellaret: cum non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori ætate valenti partem quãdam exercitus, contra eũ misit. Nabuchodonosor autem cum Satrapa desertore congressus, prouinciam, quæ ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem vero tempore contigit patrem eius Nabul Assarum, cum ægrotasset in Babylonia ciuitate defungi: qui regnauit annis nouemdecim. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Aegyptiaca disponens, reliquarumque prouinciarum, & captiuos Iudæorum, & Phœnicum, & Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendans quibusdam amicis, vt cum exercitu, & impedimentis perducerentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit, reperiensque cuncta à Chaldæis dispensari, seruatumque regnum ab optimatibus eorum, dominus factus est totius paterni principatus. hucusque Berosus apud Iosephum. Idem relatus ab eodem Iosepho vocat hunc Nabuchodonosor, facitque patrem alterius Nabuchodonosoris. Ptolemeus autem vocat illum Nabopol Assar patrem magni Nabuchodonosoris. Ex quibus patet Nabul Assarũ multis retro annis ante filij Nabuchodonosoris regnum fuisse Monarcham totius Asiæ & Aegypti, illique paruisse Babylonios, Assyrios, atque Aegyptios (vt latius in nostra Chronologia ostendimus) Iure igitur ab eius imperij initio æra instituta credẽda est, qua Babylonij Astrologi sunt vsi, vt in Ptolemeo videre est, & qua eius temporis scriptores publica instrumenta notabant, & eos imitatus Propheta noster, ab eadem Vaticinij sui tempus duxit, cum ait. *In trigesimo anno.* Subaudi imperij Nabul Assaris. sed hæc in Chronologia differuntur fusius. Fauet huic sententiæ, Prophetam apud Babylonios hæc scripsisse, atque adeo Chaldæorum se consuetudini accommodasse; quemadmodum postea fecerunt Daniel cap. 2. 7. 8. 9. & 10. Aggæus etiam, & Zacharias, atque Esdras. Denique Nehemias, qui omnes, vtpote subditi Babylonijs, vel Persis, eorum regum annalibus sua instrumenta communiunt, dicentes. *Anno secundo Darij. Anno primo Cyri. Anno septimo,* vel *vigesimo Artaxersis &c.*

Prophetæ tempus duxit ab annis regum exterorum. Dan. capitibus 2. 3. 8. 9 & 10. Aggæus. Zacharias. Esdras. Nehemias.

In quarto. Videlicet mense; quemadmodum ex Prophetæ Ezechiel mense Thamuz, qui respondet Iulio nostri Iulij.

Ptolem. constr. magna.

Ioseph. li. 1. cont. Appi.

Ioseph. li. 1. contra Appio. libr. 10. ant. cap. 12. Ptolem.

presserunt Septuaginta: solent enim Hebræi per intellectionem subaudienda reticere vocabula hæc, mensis, annus, dies. Hieronymus hoc loco scribit quartum mensem respondere nostro Ianuario, sensisseq. videtur eũ mensem esse quartum anni Georgici, seu politici, qui ab Octobri ordiebatur, non vero sacri, qui ab Aprili nostro incipit ex præcepto Domini. *Hic mensis* (Nissam) *vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Hieronymum secuti sunt iuniores alij, qui pro mense quarto interpretantur Theberh, qui respondet nostro Ianuario. Verum nos contra sentimus, mensem quartum Ezechielis esse, Thamuz, qui respondet nostro Iulio. Cuius rei gratia nomina mensium Hebræorum hic recensere visum est, sunt autem qui sequenti tabella continentur.

Hieron. hic. Exod. 12. v. 2.

TABVLA CONTINENS ORDINEM nominaque mensium Hebræorum nostris respondentium.

Primus.	*Nissan.*	*Aprilis.*
Secundus.	*Iiar.*	*Maius.*
Tertius.	*Siuan.*	*Iunius.*
Quartus.	*Thamuz.*	*Iulius.*
Quintus.	*Ab.*	*Augustus.*
Sextus.	*Elul.*	*September.*
Septimus.	*Tizri.*	*October.*
Octauus.	*Marcheſuan.*	*Nouember.*
Nonus.	*Chisleu.*	*December.*
Decimus.	*Thebeth.*	*Ianuarius.*
Vndecimus.	*Sabath.*	*Februarius.*
Duodecimus.	*Ador.*	*Martius.*

HAEC est dispositio anni sacri, qua vtuntur Prophetæ, & Scriptores sacri, vt patet apud Zachariam. *In die vigesimoquarto, undecimi mensis Sabath.* & alibi. *In quarta mensis noni, qui est Casleu.* & apud Esther. *In mense decimo, qui vocatur Thebeth.* & alibi. *Mense primo, cuius vocabulum est Nissan.* & iterum. *Erat tempus tertij mensis, qui appellatur Siuan.* & tandem. *Decimaquarta die duodecimi mensis Adar.* Eadem serie computant, & interpretantur computationes sacræ scripturæ Hebræi expositores, vt patet in eorum Commentarijs, & Chronologia Hebræorum. Idem etiam sensit Hieronymus. nam decimum mensem interpretatur Thebeth, Latinis Ianuarium. Idemque capite trigesimo tertio sequenti significat. Hoc autem capite non ex sua mente locutus est Hieronymus, sed secundum Orientalium, & vulgi computationem, quartum mensem respondere Ianuario nostro dixit: quod fecit indulgens nimium allegoriæ, quam tractabat de baptismo Christi celebrato in mense Ianuario, alioqui nouerat, & nobis tradiderat Magister Hieronymus numerum mensium exordiri a mense Nissan apud sacros Scriptores. Mensis itaque quartus Ezechieli est Thamuz

Zachar. 1. & 7. Hester 2. 16 & 8. atque 14.

Hier. super Ezech. 29. & 33. Meas Hieronymi sententiæ nostræ congruit.

Universidad de Deusto Biblioteca

mus, qui respondet nostro Iulio, & ex parte Iunio. A

Nomina mẽsium quãdo cœperunt.

In quarto. Rogabis. Quorsum ab ordine menses Hebræorum sumunt appellationes, quandoquidem propria habent nomina, quibus discernantur, scilicet Nissan, Thamuz &c? Respondeo ea nomina Chaldaica esse, vt omnes fatentur, & ipsorum ethymologia clamat. Quare non nisi post captiuitatem Babylonicam a sacris Scriptoribus vsurpata noscuntur. Sed vrges, nam in libris Regum dicitur. *In mense Zio, ipse est mensis secundus.* & iterum. *In mense Bul ipse est mensis octauus.* & alibi. *In mense ethanim, ipse est mensis septimus. Quinimmo tempore Moysi erat nomen* mensis primi Abib, ait enim. *Hodie egredimini in mense nouarum frugum.* & alibi. *tempore mensis nouorum.* Vtrobique habetur Hebraice Abib. Respondeo, probabile B esse menses omnes proprijs nominibus olim appellatos, quæ tamen non expressere sacri historici, nihilominus nomina sortitos ab ordine, vt expleretur Domini iussio. *Hic mensis vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.* neque enim ille primus dici posset, nisi sequens appellaretur secundus, subsequens, tertius, &c. Et fortasse celebriores menses proprijs nominibus gaudebant, ceteri non item. Vt apud Romanos videmus factitatum, de quorum mensibus Ouidius.

3. Reg. 6. ℣. 1.

3. Reg. 8. ℣. 2.

Exod. 13. ℣. 4

Exod. 23. ℣. 15.

Ouid. 1. Fast.

Tertius a senibus, iuuenum de nomine quartus.
Quæ sequitur, numero turba notata fuit.

Scilicet tertius dictus est Maius a maioribus, quos vocat senes, quartus Iunius a iunioribus, reliqui numeris distinguuntur, nempe Quintilis, Sextilis, C September, October &c.

Quid significet in medio.

Cum essem in medio captiuorum. Idest, versarer inter captiuos. Tale est illud. *Anathema in medio tui.* atque illud. *Tollebat arietem de medio gregis.* neque enim locum medium præcise notat hæc phrasis, sed unum inter multa, vel ex multis. Itaque Vates se profitetur captiuum cum reliquis captiuis versantem. Theodoretus. Pius cum impiis erat, cum iniustis iustus. Tanta enim Domini benignitas est, vt peccatorum causa suos famulos supplicijs, & calamitatibus afficiat. Origenes. Cum scelerum suorum causa essent Babylonem adducti, nisi iusti quoque fuissent cum illis admisti, nullum fuisset reliquum peccatoribus remedium. Fuit igitur hoc ineffabilis Dei bonitatis. non enim prorsus peccatores deserit, sed eos per sanctos suos inuisit, de quibus dictum est. Vos estis lux mundi, & sal terræ, &c. Eadem prouidentia effectum est, vt principes viros, qui in diebus Ioacim translati sunt Babylonem, comitaretur Daniel; atque cum reliquiis Iudæorum, qui manus Nabuchodonosoris effugerant, remaneret Ieremias. vt scilicet exules sua præsentia solarentur, & doctrina sua continerent in officio. Qui autem fuerint isti captiui, & quo tempore abducti, versu secundo tractatur.

Iosue 7. ℣. 13.

1. Reg. 17. ℣. 34.

Theodor.

Origenes.

Dan. 1. ℣. 6

Ierem. 34.

Iuxta fluuium Chobar. Hieronymus videtur legisse Chobad כבד, non chobar כבר, quia interpretatur, graue. Verum in septuaginta χοβάρ legimus, & in Hebraicis, atque latinis codicibus vniuersis per ר, r, in fine scribitur, כבר Chobar: significatque copiosum, abundantem, nimirum ab aquarum abundantia nomine accepto. quamuis aliter scripserit Plinius. Sunt qui asserant Euphratem Chobaris præfecti opera diductum vbi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret. Ab Assyrijs vero vniuersis appellatur Almarcar, quod significat regium flumen. Hæc Plinius. Vbi corrigendum est nomen Almarcar, & legendum Nehar malcha נהר מלכא quod est regium fluuium interprete ipso Plinio, qui si sub nomine regij fluminis intellexit, vt vero simile est, fluuium Chobar, non iam ab aquarum copia, sed ab ipso præfecto Chobare nomen sensit accepisse. Eundem fluuium appellat Chaborras Ptolomæus dicens, Fluuij vero per regionem fluunt ex dictis montibus proruentes, cum alij, tum qui Chaborras appellatur. Eiusdem meminit etiam Strabo, qui eum alio nomine vocat Aborram: atque Ammianus Marcellinus.

Plin. lib. 6. nat. hist. c. 26

Ptolem. lib. 5. c. 18. Strabo. li. 16 in 4. Tabula Asiæ. Ammianus

Qui quidem non bene fecerunt distinguentes regium flumẽ a Chaborra. nam idem esse videtur flumen seu ramẽtum Euphratis, dictum quidem Chobar, aut Chobarras a præfecto: Fluuius vero regius ab ipso rege Babylonis, cuius iussu diductum fuit.

Ergo secus fluuium Chobar assignatum est domicilium Iudæis non procul ab Vrbe Babylonis. nam propterea ipsorum nomine canit Psaltes. *super* (iuxta) *flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus.* Verum tamen separatum erat ipsorum domicilium a ciuium habitatione. etenim, vt notauit Polychronius, indigenæ non admiscebantur Hebræis, immo eorum etiam, quippe mancipiorum, consuetudinem auersabantur. Fortasse iniunctum est illis; vt regios hortos ad fluminis ripas consitos excolerent: vel vt muros, & ceteras vrbis munitiones extruerent, quas memorat Berosus, apud Ioseph um a Nabuchodonosore factas ex manubijs exciſae Ieru salem. Non secus accidit Israelitis, quos collocauit Salmanassar in Hala, & Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorum. atque Danieli, qui ad Tygrin fluuium visionem accepit.

Psal. 136.

Polychr. in catena.

Ioseph. li. 1. cont. Appi.

4. Reg. 18. Dan. 10.

Aperti sunt cæli. Aërium hoc firmamentum circa terræ globum expansum vocat sacra scriptura cælum, Græci æthera appellant. Aethera vero discindi, vel discedere cælum apud Poetas hyperbolice, est fulgurare, Vergilius:

Quomodo aperiantur cæli.

Verg. 9. Aeneid.

Vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video medium discedere cælum
Palantesque polo stellas.

Siluius Italicus.

Silius Ital. li. 1.

Ruptoque polo micat igneus æther.

& Statius.

Statius.

Necnon abrupta tremiscunt
Fulgura, & attritus subita face rumpitur æther.

Nec dissimili tropo vtitur Ioannes. *Ecce ostium apertũ in cælo.* & Matthæus. *Cæli aperti sunt super eum.* & idẽ Ioannes. *Stellæ de cælo ceciderunt super terram.* &, *cælum recessit sicut liber involutus.* Cælum comparat membranæ discissæ, cuius vtraque medietas recedit, & conuoluitur. quale est illud Isaiæ. *Tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli.* hoc est, coruscationum ui discindi videbitur cælum, & non secus atque ruptum volumen pergamenę cartæ in aduersas partes reuolui. Idemque valet, cadere stellas, atque tabescere cælorum militiam. nimirum quod in Psalmo dicitur. *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.* nanque fulgetra vulgaribus hominibus videntur quasi stellæ de cælo euulsæ in terram ruentes. Qua quidem locutione significat Vates Dei ad terram descendentis vim, impetum, & potentiam, quippe cuius quadrigæ stridenti non solum cælorum patentes portæ exitum aperuerint liberum, sed cælum ipsum disruptum cesserit. Hoc ipsum eadem cum exornatione significauit Diuus Petrus. *Aduenier autem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur.* Hoc est, præ timore seueriſſimi Iudicis cæli contremiscent, & quasi fulmine tacti scindentur medij, atque huc, illuc diffugientes veluti euanescent. nam hyperbolica locutio est, cuius sensus grammaticus fortasse frustra inuestigatur. Sensus itaque præsentis versus simpliciſſimus

Apocal. 4. ℣. 1. Matth. 3. ℣. 16. Apocal. 6. ℣. 13. Isaiæ. 34. ℣. 4. Psal. 76. ℣. 19. 2. Petr. 3. ℣. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus est. Vate spectante totum aërem crebris ful- A
guribus irradiatum fuisse, sed media sui parte tam splendenti luce completum, vt cælum discissum videretur. Illud non est vsquequaque exploratum, an imaginaria tantum visione, an etiam corporeis oculis intuitus sit Vates quæ narrat. Neque enim repugnat corporalem visionem fateri: neque vero est necesse, cum in phantastica omnia verificentur.

An imaginaria, vel corporea fuerit Ezechielis visio.

Et vidi visiones Dei. Quidquid præstans est, & excellens, efferunt Hebræi per patrium casum nominis Dei, loco superlatiui, quo ipsi carent. Vnde A *Cedri Dei*, sunt proceræ B: *montes Dei*, excelsi: C *Niniue Ciuitas* Dei, *magna*, vt hebraice habetur: id est, amplissima, frequentissima. Sic ergo visiones Dei, erunt admirandæ, magnificæ, & vere diuinæ. Sed quid est, quod secus aquas fluminis Ezechiel, atque Daniel vident visiones? An quia Spiritus sanctus, qui prophetas erudiebat, comparatur aquæ, vt sensit Apollynaris? An quia omnium hominum salus in hac visione promittebatur? nam aquæ multæ populi multi sunt: vel fidelium per aquam regeneratio, vt sentit Theodoretus? An quia suaui murmure præterlabentis aquæ, quasi musica Elisei, animus Prophetæ permulcetur, atque supernæ visitationi idoneus redditur? An forte quoniam ad fluminis oram pernoctabat Ezechiel in oratione Dei, loci videlicet amœnitate, & silentio inuitatus? Etenim hæc visio, non nisi noctu oranti ostenta videtur: neque enim fulgura interdiu apparere satis possunt, neque noctu C secus flumen otiabatur sacerdos Dei, sed pro contribulibus orat.

De acceptione, huius vocis, Dei.
A *Psal. 79. ℣. 11.*
B *Psal. 35. ℣. 7.*
C *Ionæ. 3. ℣. 3.*
Quare iuxta fluuios viderint prophetæ.
Apolly.
Theodor.
4. Reg. 3. ℣. 15.

II *In quinta mensis.* Scilicet die. fidelis historicus non tantum anni, & mensis, sed etiam diei meminit, in qua ad propheticum munus assumptus est.

Ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin. Reges Iuda filij Iosiæ quinquies captiui ducti sunt a barbaris, semel in Aegyptum, quater Babylonem. quinque igitur fuerunt commigrationes, vel captiuitates Regum Iuda. In Aegyptiaca captus est Ioachaz filius Iosiæ tertio mense regni sui, in cuius locum suffectus est a Pharaone, qui patrem Iosiam superauerat, Eliacim, vel Ioacim. Ex Babylonicis autem in prima abductus est iste D Ioacim tertio anno regni sui a Nabuchodonosore rege Babylonis. Sed deinde restitutus est in regnum sub vectigalis fœdere. Soluit tributum tribus annis, post rebellauit. Quare bello appetitus a Babylonio, & captus anno vndecimo regni, proiectus est bestijs. Principes autem regni, atque robur exercitus in Babylonem migrarunt: de Iuda quidem tria millia, vt Hebræi tradunt; de reliquis Tribubus septem millia. Tertia contigit post tres menses; nanque Babylonius accepto nuncio quod res nouas moliretur Ioachin filius Ioacim occisi, quem patris loco substituerat in regnum, Hierosolymam obsedit. Iuuenis autem timens sibi a Babylonio, sponte se dedit illi cum matre, & proce- E
ribus aulæ egressus ad castra. Hunc comitatus est Ezechiel, & cum ipso Babylonem migrauit, vt ipse aperte profitetur. *in vigesimoquinto anno transmigrationis nostræ*, abducti sunt autem simul ad decem millia Iudæorum, vt patet loco citato. creatus est a Babylonio rex Mathanias patruus Ioachin, quem vocauit Sedechiam, nomine scilicet nouo in signum dominatus imposito. Hic fœdere & iureiurando, quo astrictus fuerat, rupto, tributa negauit Babylonio in Aegyptij ope confisus. Sed ille anno octauo Sedechiæ Hierosolymam obsedit, nec multo post Aegyptio subeunti, vt suppetias ferret fœderato regi Hierusalem, occurrit, Pharaonemque fugauit. Rursus secunda obsidione cingit Vrbem anno nono Sedechiæ, atque vndecimo disruptam obtinet & inflammat, abductis multis millibus captiuorum, vt locis citatis, & alijs Ieremiæ late narratur. Ex his captiuitatibus aut transmigrationibus, postrema dici solet desolatio, quod in ea diruta est Vrbs, & Templum cum regia solo æquata. Penultima antonomaticῶs appellatur transmigratio à D. Marthæo. *Post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel.* Huius meminit in præsenti vates noster, illamque computationis suæ facit caput, quippe quæ per se celebris fuerat, & ad ipsum magnopere pertinebat.

De transmigratione Babylonis.
4. Reg. 23. 2. Paral. 36 Dan. 1.
4. Reg. 24. 2. Paral. 36 Ierem. 22.
4. Reg. 24. 2. Paral. 36 Ezech. 40. ℣. 1.
Ierem. 34. & 52.
Matth. 1.

III *Factum est verbum Domini ad Ezechielem.* Diximus in Commentario Isagogico verbum pro visione vsurpari in sacris literis, & visionem pro verbo. quia scilicet perinde est ostendere rem, communicata luce qua intelligatur, atque verbum facere. Item perinde est reuelationem intellectui communicare, atque rem, de qua agitur, demonstrare phantasiæ: qua ratione verbum sibi factum esse scribit propheta, visionem sibi communicatam intelligens: vel potius vt ait Polycronius, vt significet non visiones tantum contineri in libro, sed etiam probationes, ac demonstrationes prophetiæ, quas non sua efficit auctoritate, sed iussu diuino. Chaldæus. factum est verbum prophetiæ à facie Domini.

Commendatur propheticæ hæc.
Polychron. in catena.
Chaldæus.

Filium Buzi Sacerdotem. Personam ait Polycronius, à parentum appellatione, & sacerdotio describit, & commendat.

Quid significet manus domini.

Et facta est super eum ibi manus Domini. Chaldæus. & resedit super eum ibi spiritus prophetiæ à facie Domini. Theodoretus. Diuini Spiritus efficaciam ita vocauit. Et merito, quoniam manus symbolum est vis & energiæ, quia scilicet manu solemus vires exercere, & manus Domini erit virtus præpotens, & spiritus efficacissimus. Fieri autem manum Domini super aliquem est ostendisse in illo Deum suam potentiam, vel puniẽdo, vt in Actis Apostolorum. *Ecce manus Domini super te, & eris cæcus*: vel communicando illi energiam, seu Spiritum diuinum, quo indutus admiranda, & vere diuina vel loquatur, vel faciat. vt ibi *Manus Domini facta fuerat super Eliam, accinctusque lumbis currebat ante Achab.* & ibi. *In Iuda vero facta est manus Domini, vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præceptum Regis.* id est, admiranda Dei virtus enituit in eorum cordibus permouendis, atque iterum. *Cumque caneret Psaltes facta est super ipsum manus Domini, & ait.* Idem Ezechieli accidisse videbimus tertio capite, & trigesimo tertio, & in duobus prioribus locis, manus Domini est impulsus diuinus ad operandum: in reliquis vero ad loquendum Dei nomine arcana cælestia. Quomodo in præsenti vsurpatur.

Act. 13. ℣. 11.
3. Reg. 18. ℣. 46.
2. Paral. 30 ℣. 12.
4. Reg. 3. ℣. 15.

IV *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* Septuaginta. ventus auferens aut extollens. Aquila apud Hieronymum. ventus turbinis. Symmachus, & Theodotion. flatus ac spiritus tempestatis. Theodoretus ex Symmacho. impetu flans. Ventus itaque vehemens erat, & concitatus, qui Dei indignationem repræsentabat, quod nobis detexit Ieremias. *Ecce turbo dominicæ indignationis egreditur, & tempestas erumpens*. vel turbo se se intorquens. & Isaias.

De variis appellationibus ventus & turbinis.
Ierem. 23. ℣. 19.
Isai. 30 ℣. 27.

Ecce

Universidad de Deusto Biblioteca

Isa.30.℣.3. *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor* A
eius & grauis ad portandum: vultus eius ardore intol
lerabilis: *labia eius repleta sunt indignatione:* fremitu:
& lingua eius quasi ignis deuorans, spiritus eius uelut tor
Isa.57.℣. *rens inundans.* Idemque reperies in eodem prophe-
16. ta: *Iudicium à facie mea egredietur, flatus ego faciam.*
Iere.2.℣.4 hoc est quod dixit Ieremias: *effudit quasi ignem indi-*
gnationem suam.

Quid signifi cet regio Aquilonis. *Ab Aquilone.* Non indignationem solum, sed etiam diuinæ seueritatis certissima signa ostendit turbo à plaga Aquilonari profectus, in qua scilicet iacebat Babylon Hierosolymorum æmula, & diuinæ iustitiæ vindex, quasi vis venti ab Aquilone significet Babyloniorum impetum, vt sentit Theodoretus, hoc enim portendebat *olla succensa*, quam
Ierem.1.℣ vidit Ieremias, *cuius facies à facie Aquilonis*, nimirum B
13. *quod ab Aquilone panderetur omne malum super omnes*
Ibid.℣.14. *habitantes terram*. vt ipse Deus interpretatus est. Porro ex ea olla feruenti flatus iste indignationis excitatus est ex illa scilicet feruenti bili in Dei pectore recocta ebulliuit iste furor. Cadit autem bene vt ab Aquilone Dei furor efferuescat, quoniam ea plaga læua mundi regio est, vt Auster dextra, anterior vero facies oriens, occidens posterior. In Theologia autem Chaldæorum læua manus, est ea in Deo vis, vnde dura & castigantia succedunt: dextera vero, diuinæ opis & fauoris symbolum. Quare cum Dominus ad legem ferendam descendit, ab Austro visus est venire, vt Habacuc decantat. *Deus ab Austro ueniet.* de Theman venit, *& sanctus de monte Pharan.* vterque enim mons Australis C
Habac.3.℣ erat respectu Hierusalem, atque castrorum Israel.
3. Sicut ergo tunc ab Austro promittebat Israelitis præsidium, sic modo ab Aquilone eisdem minatur excidium.

Quid dextra quid læua manus signi ficent.

Qualis nubes fuerit. *Et nubes magna.* Solet nubes tenebris offundere terram & procellam secum conuehere grandinis, vt nubes ista procellosa significet quod est apud
Sophon. 1. Sophoniam primo. *Dies tribulationis & angustiæ, dies*
℣.15. *calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis.* Scholiastes aliter. Nubes figuram habebat vehiculi Dei.

Et ignis inuoluens. Vel se se reciprocans, fiammarum scilicet volumina sese per totam nubem insinuantia. Septuaginta. & ignis fulgurans. non solum enim intus nubes erat ignita, sed exterius euo- D
Hieron. Theodor. mebat fulgetra, & fulmina iaculabatur. Hieronymus inuolutus ignis monstrat ventura supplicia, & captiuitatis mala. Theodoretus. Maxima nubes. hastarum, & iaculorum, omnisque generis telorum copiam, & quasi inundationem significat. Ignis vero fulgurans nõ solum incussum terrorem. sed etiam Vrbis demolitionem ab igne profectam.

Et splendor in circuitu eius. Nubis scilicet. tota enim nubes splendore quasi Iridis exterius irradia
Theodor. batur. Theodoretus. splendor in circuitu significat Dei gloriam, quæ se in supplicio ostendit. Po-
Polychr. lychronius. splendor in circuitu, Dei præsentiam
Scholiast. docet. Scholiastes. splendor est quasi domicilium Dei, qui lucem habitat inaccessam. De qua re in fine capitis. E

Et de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Hebraice. De medio ignis tanquam oculus Hasmal. oculus autem pro visione, & vtrunque
Apocal. 4. ℣.3. pro re visa sumitur frequenter, vt in Apocalypsi.
Numer. 11. ℣.7. *Similis visioni smaragdinæ*, id est, speciei, aspectui smaragdi. & in Numerorum libro. Oculus eius sicut oclus chrystalli. Vulgatus vertit doctissime. *coloris Bdelly*. Sed de oculo, & electro inferius.

V *Et in medio eius.* Scilicet ignis, vt ex generibus vtriusque in Hebræo certum est.

Hieron. *Similitudo quatuor animalium.* Hieronymus. Similitudo, non natura, quattuorque animalium, quæ postea dicuntur quadriformia. Theodoretus. Quis autem poterit reuelationem aperte declarare, cum ipse Propheta in eius enarratione defatigatus fuerit? Non enim simpliciter quattuor se animalia conspexisse dixit, nec item similitudinem animalium, sed tanquam similitudinem quattuor animalium; ita vt perspicuum sit non vidisse diuinos prophetas ipsas eorum, quæ cerni nequeunt, naturas, sed similitudines, & formas. Narrat igitur nobis etiam conspectorum à se animalium figuras. Polychr. Ostendit Propheta per visum vniuersalem prouidentiam, neque templo circumscriptum numen: quod non solum Hierosolymis potestatem habeat, neque in Iudæos tantum dominetur, sed etiam gentibus imperet, earumque sit effector, & dominus, & rector. Scholiastes. Per quattuor autem animalia inuisibiles significat exercitus, vt Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes. Per quattuor vero formas vniuersam nobis indicat naturam, cui imperat Deus. Verum sententiam Græcorum super his animalibus narrauimus in Commentario. Vbi etiam ostendimus nostram in animalium significatione opinionem conformem esse Græcorum expositioni, nimirum illis repræsentari diximus Archangelos Ecclesiæ protectores, Deo assistentes. ipsiusque triumphi, quem de Aegypto egit, stipatores.

Theodor. Variæ patrũ sententiæ de modo & significatione visionis. Polychr. Scholiast.

Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. hoc est, animalia effigiem habebant humanam totius corporis dispositione, tametsi aliorum animalium insignibus essent vestita. Vnde Theodoretus. Formam igitur eorum, quæ conspexit rectam esse ait, & homini similem, & vnumquodque quadruplici facie. Apollynaris. Speciem oculis obiectam rectam esse ait, & homini similem. & anteponit quidem humanam figuram, quod habeat imaginem Dei, & hac potissimum exprimat diuinas virtutes, quæ etiam sunt Dei imagines. deinde addit etiam animalium irrationabilium, quæ vidit, similitudinem, atque hæc neque naturalia quidem, sed naturales proprietates per similitudinem ostendentia. Hæc notent, qui animalia Ezechielis somniant in effigie bouis, aut leonis, aut aquilæ, & dicant quomodo ijs formis referri possint diuinæ virtutes, quæ Deo assistunt. Certe Græci quattuor animalia erecto corpore quippe humano constituunt, deinde aliorum animalium similitudinibus induunt, quod & nos fecimus. sed de his infra.

Quattuor facies vni, & quattuor pennæ vni. Scholiastes. per quattuor vero formas vniuersam nobis indicat naturam, cui imperat. Deus, obserua formas reddidisse pro faciebus, non capita, vt nostrates fere intelligunt. Vnumquodque enim vnico tantum capite, vnicoque vultu erat præditum, quaternis autem formis animalium insignitum. nam facies hoc loco forma est, seu figura, aspectus similitudo, non vultus, vt late monstrabimus in prima parte Commentarij sectione tertia. Vbi etiam fusius prosequemur significationem facierum quattuor, esse quattuor trophæa redemptoris Israel. De numero autem pennarum vide sectionem Commentarij sequentis. VI

Pedes eorum pedes recti. Septuaginta. Crura eorum recta, & apte quidẽ: nam & infra manus posuit Vates pro brachijs, quæ eminebãt sub alis. Crura ergo VII

Universidad de Deusto
Biblioteca

recta, quod attinet ad ideam, significant humana A
esse crura non quadrupedum, quæ recuruos popli-
tes habent. Alij interpretantur sine poplitibus,&
sine genibus: quod absit. etenim similitudo perfe-
ctissima hominis in eis erat: membra proinde om-
nia humano corpori conuenientia habebant, nisi
quod calceos gestabant vituli, thoracem leonis,
alas vero Aquilæ. Atque hæc de idea animalium.
Quod vero pertinet ad significationem symboli-
cam, crura recta, inquit Scholiastes, illa cum timo-
re stare significat: videlicet quia nec sedebant,
neque genuflectebant, sed cruribus rectis insisten-
tia aurigæ spectabant nutum. Superbus ille sede-
re voluit coram Deo, propterea deiectus est *sicut ful*
Isai. 14. ℣. 15. *gur de cælo cadens.* A *Ego sum* ait Raphael *unus ex se-*
Lucæ. 10. ℣. 18. *ptem, qui astamus ante Dominum.* & de familiaribus B
A Tob. 12. ℣. 15. Salomonis Regina Sabæ. *Beati uiri tui, & beati*
3. Reg. 10. ℣. 8. *serui tui, qui stant coram te semper.* quia proprium
est familiarium, & stipatorum astare Principi; Prin
cipis vero sedere. Hoc ergo significant crura re-
cta assiduam supernorum virtutum assistentiam
coram Deo cum timore, & reuerentia coniun-
ctam.

Facies vitu- lina signifi- cat sacrifi- cium Chri- sti. *Et planta pedis eorum quasi planta pedis uituli.* Hæc est vituli facies toties repetita. Vngulæ sci-
licet bifidæ pedibus iuuenis insertæ, quibus osten-
debatur symbolice vnum ex quatuor trophæis re-
demptoris. videlicet ministerium sacrificale, quo
mediante & populum veterem de Aegypto, &
vniuersum mundum à Diaboli tyrannide redemit,
qui quadrigam moderatur Iesus Christus, vt dixi- C
mus supra. representatur secundario principum &
præsidum Ecclesiæ quale sit futurum ingenium, &
mores, de quibus inferius, ad caput decimum.

Et scintillæ quasi aspectus aris candentis. Quas scili-
cet vibrabat fornax accensa, in animalibus ipsis
repercussæ coruscabant quasi æs vel chalybs can-
descens, aut fulgurans, vt vertunt septua-
ginta.

VIII *Et manus hominis sub pennis eorum in quattuor par-*
tibus. Hebraice in quattuor quadraturis. Chal-
dæus, in quattuor lateribus, subaudi currus, ex se-
quentibus versibus, ac si dicat, singula animalia
eorum, quæ erant in quaternis lateribus currus,
habebant sub alis bina brachia, & manus binas
ad instar hominum, hoc repetit infra. dicens. D
Infra cap. 10. ℣. 8. *Apparuit in Cherubim similitudo manus hominis.*
Theodorus. Manus sub alis, inuisibilis, & varia
Dei energia, nam alibi manum appellat efficacitatem.

Et facies, & pennas per quatuor partes habebant.
Hebraice sicut supra in quattuor quadratis, vel an-
gulis, id est, singula ex quaternis animalibus ha-
bebant facies multiplices, & multiplices alas, fa
cies vocat, vt supra similitudines habitus.

IX *Iunctaque erant pennæ eorum alterius ad alterum.*
Videlicet quando explicabantur ad volandum.

Quid docto- res sentiant & quid sen- tiendum si- gnificari hac phrasi. *Non reuertebantur cum incederent, sed unumquod-*
que ante faciem suam gradiebatur. Verbum Hebræ-
um, Chaldæum, Græcum, & Latinum, Reuerti,
duo potest significare, Alterum est circumuolui, E
regredi, Alterum retrocedere. Sed secunda pars
versus satis aperte indicat in secunda acceptione
vsurpandum. hoc sensu. Non retrocedebat hæc
quadriga, vt solent ceteræ tractæ a curru, & one-
re præstæ, sed potius recta gradiebatur e regione
faciei suæ, siue antrorsum, nunquam uero retro
trahebatur. Sanctissimus Cyrillus. Non flectebantur
Cyrillus. ad nos, sed rectam, & quæ eos decet insistunt
Polychr. viam. Polychronius. Immutabilem in ministerio
mentem obtinebant non conatu iussa facientes. Apollyn.
Apollynaris. Motus Dei est immutabilis, & sine
pœnitentia. Hic auctor meo iudicio collimauit
scopum. nam illud significat progressus sine re-
trocessione, *Triumphator in Israel non parcet, &* 1. Reg. 15. ℣. 29.
pœnitudine non flectetur.

X Facies non dextra & si- nistra, loco rum diuersi- tate. *Similitudo autem uultus eorum facies hominis, &*
facies leonis, a dextris ipsorum quattuor: facies autē bo-
uis, a sinistris ipsorum quattuor, & facies aquilæ desu-
per ipsorum quattuor. legendum est, Facies Aquilæ
ipsorum quattuor cum textu Hebræo, Chaldæo,
Græco, Septuaginta, & Latinis correctissimis, Com
plutensi, atque Regio, sine particula, desuper, quæ
additur post vocem Aquilæ in aliquot codicibus
latinis. Hoc loco dextra, & sinistra non sunt ac-
cipiendæ exacte pro latere dextro, aut sinistro,
teste Hieronymo in hæc verba. In quo obseruan- Hieron. su- per Ezech. 12.
dum est, quod nequaquam, vt supra dicitur, fa-
cies hominis, & facies leonis a dextris quattuor,
& facies vituli a sinistris quattuor, &c. Vt videli-
cet alia a dextris, alia a sinistris esse credatur, sed
omnium æqualis ordo describitur dicente scriptu-
ra, *quattuor facies habebat unum, facies una, facies Che-*
rub, & facies secunda, facies hominis, & in tertio fa-
cies leonis, & in quarto facies Aquilæ. Vt prima & se-
cunda, & tertia, & quarta facies non locorum di-
uersitate dextri, aut sinistri, sed uno per gradus or-
dine describatur. Hæc Hieronymus. Ex quibus
verbis constat idem esse a dextris, & a sinistris, ac
si diceret, hac, illac. Vt hæc animalia varijs aspe-
ctibus referrent hinc hominem, illinc leonem,
hac vitulum, illac aquilam. Similis idiotismus
est in Genesi. *Vniuersa terra coram te est, si tu dexte-* Gen. 13. ℣. 9.
ram tenueris, ego ad sinistram pergam, id est, si tu hac
ieris, ego illac discedam. & in Deuteronomio. *Nō de* Deut. 28. ℣ 14.
clinaueris ab eis nec ad dextram nec ad sinistram, ideſt,
vltro, vel citro, hac uel illac.

XI Facies & pennæ pro eodē sumun tur. *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desu-*
per. Manifestum est ex hoc versu facies non si-
gnificare ora. Nam cum quaternæ fuerint fa-
cies singulis, incertum erat quænam earum fa-
cies esset extenta superne, quæ contra deorsum,
sinistrorum, & dextrorsum essent conuersæ. Præ-
terquam quod facies anterior, & os non bene di-
citur extendi. Loquitur ergo de pennis, quas dixi-
mus uocari facies aquilæ. Atque illud (&) non con-
iungit sed declarat. Quasi dicat. Facies eorum, pen
næ, inquam, eorum extentæ erant desuper. Seue- Seueri sen- tentia de alt rum signifi- catione.
rus, multitudines alarum, quæ eleuabantur, cele-
ritatem, agilitatem, mobilitatem, & vim sublimio-
ra petendi supernarum virtutum significat. nam
per has corporales ostensiones incorporearum per-
cipimus notitiam.

Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tege-
bant corpora eorum. Id est, binæ, & binæ, vt supra di-
ximus. Dixerat alas desuper extentas habuisse
animalia, ne de quaternis illud acciperemus, se ex-
plicat, & quasi corrigit in præsenti. non omnes,
inquit, extentæ erant, sed binæ singulorum; nam bi-
nis operiebant femora. Apollynaris. Requietiones Apollynaris sentētia con tra nudas & indecentes figuras essin gentes.
erga Deum. & quæ in illis apparebat agilitas cæli, E
grata erat. Supernæ virtutes nunquam sunt defti-
tutæ, & nudæ cælesti prudentia, neque vlla subest
indecentia propter nuditatem. non sicut homines,
qui in extensione ad Deum efferuntur, in suis ve-
ro actionibus humiliantur. ideſt homines tametsi
cum male agunt humilientur, cum autem Deo ap-
propinquant extolluntur; nō sic Angeli. tunc enim
maxime humiliantur, cum Deo sunt viciniores.
Seuerus. Facies tegebant ne forte in tantum specta Seueri sentē tia quare te gunt facies
culum

culum oculos defigentes ferre non possent, sed medium illum splendorem amitterent, quo eatenus possent frui, quatenus videre potest facies alis cooperta. & hoc centrum quoddam perspicuæ lucis demonstrat. A

XII *Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent.* Spiritum vocat vim, impulsum, & energiam diuinam animalibus impressam ab superiori auriga, qui flagelli vice, atque habenarum erat animalibus ad progrediendum, vel sistendum, volandum, vel quiescendum; cætera constant ex dictis.

XIII Spiritum vocat quasi habenas & flagellum moderatoris. *Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.* Significat his verbis obseruasse inter animalia caminum ignis accensum, aut prunarium, quod capite decimo aperte indicat dicens. *Misit manum ad ignem, qui erat inter cherubim.* Ex hac fornace diffusus ignis Cherubinos inflammauerat quasi ardentes prunas, seu faculas, aërem vero ambientem splendore, & fulgetrix compleuerat. B

XIIII Reuerti & non reuerti non sunt cõtraria. *Et animalia ibant, & reuertebantur.* Non significatur his verbis oppositum eius, quod dixerat supra. *Non reuertebantur, cum incederent.* Nam illud est non retrocedere in secunda acceptione verbi, quam notauimus: hoc vero secundum primam est hac, illac regredi, circumuolui, flecti motu celerrimo ad nutum moderantis habenas: quo laxante lora procedebant, reducente vero sistebant gradum, flectente voluebantur alio. Scholiastes. Huc illuc agebantur, quia cum concordia cuncta perficiunt. Apollynaris repetit bis, conuerteba ntur, significatque sine labore perficere omnia, & cum fructu non sicut homines, qui defatigati reuertuntur, & sine emolumento. C

Supra ℣. 9. *Scholiast.* *Apolly.*

In similitudinem fulguris coruscantis. Parum est inquit candentes prunas, seu faculas accensas vocasse animalia: fulgura corruscantia dixissem rectius. Tantus erat eorum splendor, & celeritas.

XV De forma rotarum iterum. *Cumque aspicerem animalia apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quattuor facies.* Miror interpretibus tantum negocium feciisse hanc rotam, eius figuram inquirentibus, atque vsum. Nam quidam putarunt sphæricam fuisse, qualem illam depingunt Parisienses typographi. Alij colurum sphæræ fuisse existimant. Verum Ecclesiasticus disertis verbis hanc litem diremit, & discussit somnia dicens. D

Eccleſiaſt. c. 49. ℣. 10.

Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. Nam si currum Ezechiel vidit, ergo rotæ, quas describit, rotæ currus erant, non sphæræ, vt latius infra docebimus. Harum ergo rotarum speciem sibi apparuisse iuxta animalia scribit Vates. Nam quattuor rotæ erant, non vna, & hoc est quod habetur in textu. *habens quattuor facies.* Nam in fonte legimus: ad quadraturam facierum ipsorum, hoc est, ad quattuor angulos, vel ad quattuor regiones, in quibus erant animalia, quod apertius docet infra illis verbis. *Et ecce quattuor rotæ iuxta Cherubim. rota vna iuxta Cherub vnum*, vel singulæ iuxta singulos. Origenes. Rota est mundus hic, generatio hæc, nos omnes sub rota sumus, qui sub generatione existimus. Scholiastes. Rota est anni orbis, & spirituum periodus. Quod vero ait super terram, significat rotas stetisse sub animalibus supra solum. Nam animalia alis fulta non tangebant vngulis E

In Commentario de hac visione Sectione 1.

Ezech. 10. ℣. 9. *Origenes.* Significationes rotarum ex patribus. *Scholiast.*

terram. Scholiastes. Rota super terram significat continuationem prouidentiæ Angelorum in homines, de qua re infra.

Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris. XVI De significatione vocis Tharsis. Hebraice quasi species Tharsis, idem habet cap. decimo. Pro qua voce Hieronymus ibi vertit Chrysolithi imitatus Aquilam, Simmachus pro eadem vertit Hyacinthum. Porro vox Tharsis. תרשיש proprium nomen est filij Iauan, filij Iaphet, filij Noe. Hic significat mare altum, & spaciosum, Oceanum scilicet, & Mediterraneum: inde naues Tharsis: Transferturque ad significandam Indiæ regionem auri feracem, quam vocant Ophir. De qua in libris regum, quia marina regio erat, vel potius quia dissita vltra mare altum. Præterea quoniam mare cæruleum habet colorem, traducitur vox ad significandum lapillum cærulei coloris, qui ponebatur inter alios in pectorali Pontificis. Fortasse iste lapis est quem nos Hispani consona voce Turchesiam vocamus, est enim coloris marini.

Simmac. Daniel. 10. ℣. 6. *Geneſ. 10.* *3. Reg. 9. ℣. 28. & c. 10. ℣. 11. et c. 22. ℣. 49.* *Exod. 28. ℣ 20.*

Et una similitudo ipsarum quattuor. scilicet rotarum idem aspectus erat, figura, dimensio, & color.

Et aspectus earum, & opera qua sit rota in medio rotæ. Idem repetit capite decimo, quibus verbis nihil nouum significat, vel in auditum, ne diuinantes noua, decipiamur. Sed rotam describit currus, in qua est modiolus in medio radiorum, qui ab ipso procedunt ad canthos, rotamque vocat in medio rotæ ipsum modiolum, qui est in medio radiorum, & canthorum. Exprimit autem tot verbis, & circuitionibus tum animalia, tum rotas, quoniam præ splendore nimio visionis, atque præ stupore vix assequi poterat extrema lineamenta, & vmbras rerum, quæ ostendebantur. Sed, vt earum aspectus, figuras, & species obseruabat nesciens quid illud rei esset, sic in scripta retulit. Et capite decimo, tametsi maiori luce donatus intellexit animalia esse Cherubinos, ceterum non omnino assecutus est vehiculum esse illud, cui insidebat Dominus. Quare rotas currus ea periphrasi circumloquitur, quasi rota in medio rotæ. Apollynaris. Rota ad rotã significat circulationem rerum, quæ in orbem fertur, quæ versatur in principio, profectu, & fine. & tum iudicia, tum misericordiam, quæ a Deo successiue quasi in orbem procedunt. Motus rotæ efficacia spiritus, quia res facile, & suauiter aguntur, & non per vim. idque in originibus, atque progressibus rerum, &c. Scholiastes. Rota ad rotam, tempus a tempestate dependens. Polychronius significat circulos annorum, & temporum periodos.

Huius locutionis rationem reddit. & Græcorũ sententias, de eius significatione enumerat.

Apollyn. *Scholiaſt. Polychron.*

Per quattuor partes earum euntes ibant. Id est, in quattuor vehiculi lateribus mouebantur motu velocissimo rotæ quattuor. Nam illa geminatio verbi cum participio in sacra scriptura significare solet vehementiam affectus, vel actiones verbi, vt in psalmo. *Euntes ibant, & flebant, &c. venientes autem venient.* id est, lento gradu procedebant descendentes in Babyloniam, sed exultantes & tripudiantes in patriam remigrabunt. En participia illa exaggerarunt significationem verbi, affectum scilicet tristitiæ in vnis, & lætitiæ in aliis, qui quoniam contrarij sunt, contrarius resultat sensus ex eadem phrasi.

XVII Explicatur phrasis. euntes ibant. *Pſal. 125. ℣. 6.*

Et non reuertebantur cum ambularent. eundem potest habere sensum hic versus, quem duodecimus. hoc est, non retrocedebant. Nam hoc solet & bobus, & rotis contingere. Vel forrasse sensus est, Non voluebantur, non circinabant, non agebantur in orbem, sed procedebant ad instar animalium, cui consonat quod supra additur, quasi spiritus vitæ erat in rotis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XVIII *Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus.* Hebraice dorſa; vel canthi, & altitudo ſtupenda erat. Quibus verbis ſignificat rotas admirandæ fuiſſe craſſitudinis, atque altitudinis, videlicet, quæ reſponderent magnitudini vehiculi, proceritati quadrigæ, magnificentiæ ſolij, & aurigæ dignitati.

Quid ſignificent oculi rotarum. *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor.* Vox עינים Ghinaijm ſignificat oculum animalis. Et quoniam ex oculo ſplendor, colorumque miſtura gratiſſima cum radijs lucis emicat, transfertur ad ſignificandum quemcunque aſpectum, colorem, & ſplendorem, qui in oculum incurrit, atque in hac acceptione vſurpari in præſenti teſtatur doctiſſimus Rab. Moyſes Aegyptius dicens per oculum ſignificari colorum varietatem colluccntem, ſicut ſcriptum eſt. Et oculus eius ſicut chryſtalli. Vbi Hieronymus doctiſſime vertit *coloris bdellij*. Exiſtimo itaque oculos hoſce fuiſſe ſimiles ocellis, quos in caudis pauonum ex lucis, & colorum miſtione factos non ſine voluptate intuemur, quadrantque illorum colores cum hiacyntino, ſeu colore marino rotarum. Sed de oculis late in commentario: vbi ſtellas firmamenti illis ſignificari dicebamus. Seuerus epiſcopus Anthiochiæ ſic intelligit. Oculis vndique plena, & non ex dimidia parte, vt cælum aſtris lucidiſſimis ornatum quaſi floribus, atque hac re oſtendunt ſe vigilare atque illuminata eſſe. Eandem ſententiam fuſius repetit infra, dicens. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, plena erant oculis. Vbi colla legimus, hebraice eſt, terga, vel canthi, vt diximus ſupra. Manus, & pennæ ſunt radij, vt in Malachia. *Sanitas in pennis eius*, id eſt in radijs ſolis, per circulum intelligit ipſum modiolum: Loquitur autem de rotis ſub metaphora animalis tribuens illis corpus, & membra. Quoniam in rotis obſeruauerat non ſecus atque in Cherubinis ſpecies quaſdam quattuor animalium prædictorum, vt dicetur verſibus ſequentibus.

Rab. Moyſes. lib. 3. directionum. Nume. 11. ℣. 6.

Seuerus hic. & cap. 10.

Quid manus quid pennæ rotarum ſignificent. *Malach. 4. ℣. 2.*

XIX *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ.* Promptum rotarum obſequium in omni genere motus ſignificat.

XX *Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum, ſpiritus enim vitæ erat in rotis.* Septuaginta pro ſpiritu legunt nubes, quacumque ibat nubes &c.

XXI *Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ, ſequentes ea, a qua ſpiritus vitæ erat in rotis.* Vel ſpiritus animalis. Scholiaſtes. vt oſtendat poteſtatem ſedentis, quam etiam ſignificat per nubem, cum dicit, ſpiritus ſequebatur quacũque nubes volebat, ideſt, ſedens. nam ad nutum regis aguntur. Polychronius. Significat ordinem præclarum rerum viſibilium, & temporum: quæ ac ſi ſenſum haberent parent Dei præceptis. Sic mare terminum ſeruat, nec excedit. Theodoretus. ſignificatur, inquit, inuiſibilis ordo Thronorum rationis particeps, cum dicitur ſpiritus vitæ in rotis, quaſi ſpontaneus & voluntarius eſſet motus, neque enim temo, aut iugum animalibus erat impoſitum, verum præibat quidem nubes, vehemens autem ventus ſequebatur, & diuinum vehiculum per ſe currebat, animalibus præeuntibus, rotis per ſe motis. Apollynaris. Viſio indicat ſubiectos eſſe Deo Angelos tanquam currum ſponte currentem ſub domino ſine habenis, Deumque ſuperuehi omnibus cœleſtibus ſine ſtrepitu, & rigore dominantem. Nam præſidentibus Angelis & aſſiſtentibus, tum orbium periodus exoluitur, tum temporum conſtitutio expletur. Scholiaſtes. Ne putaremus ab Angelorum voluntate vniuerſitatem rerum pendere, propterea ait, eunte ſpiritu ambulabant animalia.

Scholiaſt.

Polychr.

Theodoret.

Apolly.

De varia ſignificatione vocis ſpiritus. Varie ſolet vſurpari nomen (ſpiritus) in ſacra ſcriptura propter multiplicem analogiam, in qua res variæ communicant cum primæuo ſignificato illius. Oritur autem a verbo Rauach רוח, reſpirare, flare, efflare cum agitatione & motu. nomen רוח Ruach, ſpiritus, flatus, halitus vitalis, qui eſt in naribus animãtis. *Inſpiranit in faciem* vel in nares *eius ſpiraculum vitæ. Donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis.*

Gen. 2. ℣. 7. Iob. 27. ℣. 3

Secundo, & quoniam hæc agitatio, & reſpiratio eſt effectus, & index latentis in corpore ſubſtantiæ, & naturæ, quæ nec carnem habet, nec oſſa, quæ ſcilicet agitat, & ciet corporis membra, quæque reſpirationis, & vitæ principium eſt. ideo pro ipſa anima ſpiritus capitur, vt ibi. *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur*, & iterum. *Recordatus eſt, quia caro ſunt ſpiritus uadens, & nõ rediens.*

Pſal. 105. ℣. 29. Pſal. 77. ℣. 39.

Tertio, inde transfertur ad ſignificandam animalem vitam. vt ibi. *In cuius manu anima omnis uiuentis, & ſpiritus omnis carnis.* Si autem conſtruatur cum nomine חיה Haiah, accipitur pro flatu vitali. vt in Geneſi. *Vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cælum.* & iterum. *Et cuncta, in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra.*

Iob. 12. ℣. 10. Geneſ. 6. ℣ 17. Geneſ. 7. ℣. 22.

Quarto ſignificat virtutem, energiam, vim agitantem carnem, quam latini vocant animum. vt ibi. *Hæc audientes pertimuimus, & languit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus.* Et ibi. *Reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt.*

Ioſue. 2. ℣. 11. 1. Reg. 30. ℣. 12.

Quinto, Transfertur deinde ad ſignificandam quamcunque vim, ſeu virtutem, ſeu naturam inuiſibilem, ſcilicet pro vento ſumitur in Geneſi. *Adduxit ſuper terram ſpiritum.* & alibi. *Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.* & iterum. *Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, & neſcis unde ueniat, aut quo uadat.* Pro Angelis in pſalmo. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.* Nam de Angelis accepit Paulus ad Hebr. non de ventis.

Gen. 8. ℣. 1. Pſal. 147. ℣. 18. Ioan. 3. ℣. 6 Pſal. 104. ℣. 4. Heb. 1. ℣. 7

Denique pro Spiritu ſancto, vt in Geneſi. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ſeu fouebat aquas vim generandi illis impertiens. & apud Iob. *Spiritus eius ornauit cælos.* Ergo in præſenti verſu dupliciter vſurpatur ſpiritus: In prima parte verſus pro virtute, impetu, & poteſtate præſidentis, hoc eſt ſpiritu diuino: In ſecunda autem parte pro flatu vitali, vita animali, vt diximus acceptione tertia, qua rotæ idoneæ efficiebantur, & capaces recipiendi influxus, & motus a virtute ſuperiori, quique per omnia corporis membra permeabat, & diffundebatur. Nam de hac quadriga multo verius accipi poteſt quod ille alter de vniuerſo cecinit; Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus, Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Gen. 1. ℣. 2. Iob. 26. ℣. 13.

Ouidius.

XXII De ſignificatione vocis, firmamẽtũ. *Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti quaſi aſpectus chryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum deſuper.* Hoc loco pro firmamento, in fonte eſt vox רקיע Rachiagh, quæ extat in Geneſi. *Fiat firmamentum in medio aquarum.* Significatque extenſionem, expanſionem aquæ, ſcilicet nubis rarefactionem, quæ initio terram complebat, in cuius medio præcepit Deus fieri rarefactionem materiæ, quæ diuideret aquas ab aquis. id eſt, elementum aquæ a ſuperiori regione aëris. Vtrunque autem elementum vocat aquam. Quoniam aquea nubes erat ante diuiſionem elemen-

Gen. 1. ℣. 6

mentorum. Hæc extenſio, ſeu firmamentum A
Baſilius in Hexame. eſt aër ille, in quo viuimus, vt auctores ſunt D.
Aug. in Geneſ. Baſilius, & Ambroſius, Auguſtinus, Acacius Cæſa-
Acacius. rienſis epiſcopus, cuius ſapientiam commendat Hie-
ronymus, qui firmamentum pro aëre, aquas pro
nubibus interpretantur. Cui expoſitioni totius
capitis primi Geneſeos alioqui obſcuriſimi intel-
ligentiam debemus, & acceptam referimus. Er-
go Vates vidit ſuper capita animalium cœlum ex-
panſum coloris aërei, diaphanum, & ſplendeſcens
quaſi Chryſtallum. Nam vtrumque ſignificare
oculum diximus ſupra, quam vocem legimus in
Origine loco aſpectus. Quod ait *horribilis* ſignifi-
cat ſplendoris, vel magnitudinis admirandæ fuiſſe
cœlum illud expanſum ſupra vehiculum.

XXIII *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius* B
ad alterum: vnumquodque duabus alis velabat corpus
ſuum, & alterum ſimiliter velabatur. Hæc patent
ex dictis verſu vndecimo.

XXIV *Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum*
multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei: *cum ambularent*
Sonitus alarum iubilationem ſignificat & præſentem Deũ. *quaſi ſonus erat multitudinis, vt ſonus caſtrorum.* Du-
plicem in cherubinis motum ſe obſeruaſſe indicat
Propheta: volatum ad inſtar auium, & progreſſum
ad inſtar animalium, atque vtrunque concitatiſsi-
mum, & horriſonum fuiſſe declarat. Cum tolle-
bantur, inquit, à terra pennarum agitatione hor-
rendum excitabant fragorem, qualem fluctus furi-
bundi maris ad litus retracti, aut fluuij rapidiſsimi
torrens in medijs ſaxis colliſus edere ſolent, &
quale, præpotente Deo tonante, & fulminante, C
audiri ſolet mugitus. Nam hoc vocat vocem *ſu-*
blimis Dei. iuxta illud pſalmi. *Vox Domini in*
Pſal. 28. ℣. 3. *virtute, vox Domini in magnificentia, vox Do-*
mini confringentis cedros. Vel alluſionem fa-
cit ad clangorem tubæ vehementius identidem
Exod. 19. ℣. 13. perſtrepentis, quæ erat inſigne aduentus Dei in
Pſal. 88. ℣. 16. caſtra, ad quam alluſit pſalmus, *Beatus populus qui*
Num. 23. ℣. 21. *ſcit iubilationem.* & Balaam. *Et clangor victoriæ regis*
Scholiaſt. *in illo.* Conſonat huic expoſitioni Scholiaſtes, qui
ſic habet. Vocem alarum dicit iubilationem.
Cum vero ambulabant, ſeu progrediebantur pedi-
bus fulti, alarum remigio tumultuantis turbæ refe-
bant murmur. Pro voce *multitudinis* hoc loco,
Ierem. 11. ℣. 16. & apud Ieremiam eſt המולה. Hamulah ſignifi-
catque tumultum muſſitantis & perſtrepentis po- D
puli. Quare Septuaginta verterunt uocem loque-
læ. Denique hunc ſtrepitum comparat fragori
caſtrorum, non fruſtra, vel caſu, ſed magno cum
conſilio. Quoniam quadriga hæc caſtrorum Dei
erat Hieroglyphicum, vt dicemus inferius. Porro
capite decimo ſcribit has voces animalium audi-
tas in atrio exteriore Templi. *Cumque ſtarent, de-*
mittebantur pennæ eorum.

XXV *Nam cum fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſu-*
Celerem animalium obedientiam ſignificat hæc verba. *per caput eorum, ſtabant & ſubmittebant alas ſuas.*
Scholiaſt. Hoc eſt, vbi diuinus auriga ſignum dabat vt ſiſte-
rent, ex templo demiſsis pennis quieſcebant. Scho
liaſtes. Non ſemper reddebant ſonum, ſed conſi-
ſtebant, vt ſignificet quod hymnum dicebant ſe-
cundum decorum, & deſiſtebant cum timore,
vtrumque cum amore, & deſiderio facientes.
Theodoretus. poteſtatum earum, quæ cerni neque- *Theodor.*
unt, in omnibus obedientiam ſignificat, quod &
diuinus Dauid ait, cum dicit, *Benedicite Dominum*
omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum *Pſal. 102.*
illius ad audiendam vocem ſermonum eius. *℣. 20.*

Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti XXVI
eorum, quaſi aſpectus lapidis Saphiri ſimilitudo throni. Dignitatem indicat ſolij Dei.
Supra cœlum illud expanſum videbatur thronus
regius excitatus candoris inſignis, & ſplendoris
admirandi. Nam Sapphirus aërei coloris eſt au-
reis punctis micans, centroque chryſtallino, Pli- *Plinius lib.*
nio auctore. Vnde ſapphiro conferuntur facies *37. c. 2.*
roſeæ adoleſcentum. *Candidiores niuæ, nitidiores* *Threnor. 4.*
lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores: *℣. 7.*
vel ſapphirus exciſio eorum, id eſt, ac ſi eſſent exci-
ſi ex ſapphiro. Non ſimpliciter dixit thronum,
ſed ſimilitudo throni, vt regis dignitatem ſignifi-
cet, & illum non quemcumque, ſed ſapphirinum,
vt materiæ pretio auctoritatem commendet. The- *Theodor.*
odoretus. Hæc item ſpecies reconditam, & ſub
ſenſu oculorum minime cadentem diuinam indi-
cat naturam. *Nubes enim & caligo*, inquit, *in cir-*
cuitu eius, & rurſus, *Poſuit tenebras latibulum ſuum.*
nam purum illud, & in acceſſum lumen nobis te-
nebræ ſunt.

Et ſuper ſimilitudinem throni quaſi aſpectus hominis
deſuper. Hoc eſt, viſus ſum mihi videre ſpeciem
hominis, vel regis in ſolio ſedentis. Vniuerſa hæc
quæ videbat, non proprijs nominibus appellat,
ſed quaſi aſpectum, ſimilitudinem, faciem anima-
lis, firmamenti, throni, hominis &c. Quoniam præ
nimio ſplendore nõ poterat aciem oculorum inten
dere in ſpectrum, vt certas delineationes, & ima-
gines expreſſas conſequeretur eorum, quæ ſibi
oſtendebantur. XXVII

Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis
intrinſecus eius per circuitum, à lumbis eius, & deſuper,
& à lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis
ſplendentis in circuitu. Eandem imaginem deſcri-
bit capite octauo illis verbis, *Ecce ſimilitudo quaſi*
aſpectus ignis ab aſpectu lumborum eius, & deorſum
ignis, & à lumbis eius, & ſurſum quaſi aſpectus ſplen-
doris, ut uiſio electri. Vtroque autem hoc loco ea-
dem repetitur vox Hebræa חשמל Haſmal, pro qua
Hieronymus vertit electrum, & interpretatur me-
tallum auro, & argento lucidius. De quo ſcilicet *Plin. lib. 32*
ſcribit Plinius conſtare ex auro, & quinta argenti *cap. 4.*
portione, lucereque argento clarius. Ergo videbat *De electro*
Vates virum ſpecie electri in media fornace cande *infr. ſect. 4.*
ſcẽtis, atque a lumbis viri ſurſum, & a lumbis deor- *prioris partis Commentarij.*
ſum quaſi aſpectũ ignis ſplendentis circumquaque. XXVIII

Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die plu-
uiæ. hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. ſupra verſu
ſecundo notat Theodoretus. Splendor in circuitu
eius, eſt gloria Domini, quæ ſe oſtẽdit in ſupplicio.
Ex radiorum reflexione in nube opaca conſequens
erat, vt iris conflaretur verſicolor in circuitu ſolij
magnifici. Hucuſque caput primum in aliquot li-
bris cenſetur; ſed in correctioribus, verſus qui
ſequitur, caput abſoluit: atque etiam in Græcis.


Quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoniam autem ſequenti commentario fuſius probaturi ſumus viſionem hanc vniuerſam referre Saluatorem Iſrael præferentem inſignia victoriæ, ac de Aegyptijs triumphantem, ideo neceſſarium duximus, bellantem pro captiuis, ſeu potius debellantem hoſtes Deum : nec non eorum omnium, quæ nocte illa (tremenda quidem Aegyptijs, feliciſsima vero & gratiſsima Iſraelitis) tum his, tum illis acciderint, ſequenti figura deſcribere. In qua quidem ſedentem in ſolio Deum quaternis innixum Cherubinis primo ſuſpicies : dextra Oliuæ, pacis & miſericordiæ ramum erga ſacrificantes ſanguine agni conſperſos, extendentem: ſiniſtra vero, diuinæ indignationis vindicem gladium aduerſus Aegyptios vibrantem. Hinc Angelum, alatum ſcilicet iuuenem regio apparatu cernes Aegyptiorum primogenita percutientem : Illinc Iſraelitam ſacrificantem : In medio autem ſub ſolio Dei, quatuor veluti ſymbolis, ſeu hieroglyphicis, Angeli nempe, regis, hominis, & victimæ, aquila videlicet, leone homine, ac vitulo, Cherubinum vnum conueſtiri ac decorari conſpicies : qui non ſolum hæc victoriæ trophæa, ſed etiam glorioſum atque ineffabile nomen, quod ipſe ſibi ex hac inſigni victoria Deus aſſumpſit, geſtat in pectore.

COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca



Redemptor Israel trophaeis uictoriae de Ægyptijs partae satellites suos induit Aquila

Universidad de Deusto
Biblioteca



nila enim, et leo angeli saeuientis, homo et uitulus Israelitae sacrificantis symbola sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVS DE PRIMA VISIONE EZECHIELIS IN DVAS PARTES DIVISVS.

PARS PRIMA DE VISIONE IN VNIVERSVM & de eius similitudine cum facie Dei existentis in oraculo; & cum Isaiæ, Ioannis, Danielis, atque Moysis Visionibus.

QVAM PERPERAM FVERINT intellectæ rotæ visionis primæ Ezechielis. Sectio Prima.

AD rem ergo accedens propius, hoc est, ad explicationem prioris visionis Ezechielis. Quoniam diximus sectione vltima primi Commentarij, duo esse munera eius, qui visiones propheticas tractat: alterum veram & expressam imaginis effingere ideam: alterum, veritatem arcanam ipsa imagine significatam, ex comparatione cum imagine eruere: Vtrunque præstemus oportet in præsenti Commentario, vt ijs præmissis, inoffenso pede, literæ explanationem percurramus. Enimuero tria potissimum se offerunt in visione prima Ezech. difficilia intellectu. Facies scilicet quaternæ Cherubinorum, rotarum totidem figuræ, atque species electri igniti, quibus comprehensis cætera sunt procliuia, vt contra, ignoratis, vniuersa reddantur tam ardua, quam demonstrarunt aperte satis tot doctissimorum hominum labores in hoc capite primo exacti. Qui vtinam tam exacti fuissent, vt nullum nobis neque dicendi locum, neque inueniendi materiam, neque excogitandi occasionem reliquissent.

Tria difficilia sunt in prima visione.

Vt autem à faciliori exordiamur, tractatores capitis primi, rotarum nomine intellexere circulos duplices sibi inuicem complexos, atque se intersecantes ad angulos rectos spherales, ex quibus quasi sphericus globus constitueretur. Sic enim habet Theodoretus, quem imitantur ceteri. Rotarum speciem interpretatur Vates perinde ac si esset rota in rota, hoc autem facile poterit inspici, si quis duos circulos ratione sumptos alterum in altero Crucis instar interserat, satis enim figura etiam in eadem sede posita in quattuor partes motum admittit. Itaque vnam tantum rotam statuunt ex quaternis semicirculis compactam, quas vocasse putant Prophetam quattuor partes rotæ. Interpretanturque hac figura, quod à Propheta dictum est. *Species rotarum, quasi sit rota in medio rota.* Quam autem ab re hæc sint commentati interpretes, vt ab vngue leonem deprehendamus, lubet apertissimo Ezechielis testimonio ipso in limine demonstrare, ne quis existimet frustra post tot lucubrationes aliorum noues in eundem Prophetam nos cudere commentarios. Sic habet Ecclesiasticus. *Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.* Currum inquit Cherubim vidisse Vatem, ipseque scribit vidisse se rotas. Erant igitur rotæ illæ quales solent in curru fieri circulares, non vero orbiculares quales fiunt sphærarum coluri; alioqui currus dici non posset, cuius rotæ sphæricæ fuissent: neque enim tales solet esse rotæ curruum. Accedit nominis אופן ophan significatus, valet enim superficiem à verbo נפה quod est respicere, deriuatus, qui quidem significatus nullo modo quadrare potest orbicularibus rotis, sed tantum circularibus, quales sunt curruum rotæ, nimirum, duplici facie plana constantes, canthis in orbem ductis. Item quia, etiam si aliunde deducatur ea vox; tamen ea rotæ currum appellari consueuerunt in sacris literis, vt patet in Exodo. *Subuertit rotas curruum.* atque in libris regum. *Quattuor rotæ per bases singulas.* & subdit paulo inferius. *Tales autem erant rotæ, quales solent in curru fieri.* In quibus omnibus locis repetitur nomen אופן ophan, quo scilicet Ezechiel appellat rotas iuxta animalia sibi ostensa. Erant igitur rotæ similes rotis curruum, vt diximus, non sicut sphærarum coluri altera alteri inserta. Atque ita intellexerunt veteres Hebræi, quorum extant commentaria super מרכבה mercabah, quadriga, plaustro, aut curru Ezechielis, atque D. Hieronymus. Deum, inquit, vidit Ezechiel in aurigæ modum sedentem super Cherubim. auriga enim dici nō potest nisi qui currū moderatur. currum itaque vidit Ezechiel, & currus rotas. Præterea prædicti interpretes vnicam faciunt rotam ex quaternis semicirculis compactam. At vero Propheta capite decimo, in quo eādem repetiuit visionem, quaternas rotas ad quaterna latera currus iuxta totidem Cherubinos recēsuit, sic enim habet. *Et vidi, & ecce quattuor rotæ iuxta Cherubim, rota vna iuxta Cherub vnum.* Nec secus scripsit capite decimo, tametsi aliquanto obscurius. *Aspectus*, inquit, *rotarum, & opus earum, quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quattuor*

De rotarum forma antiqua sententia.

Eccl. 49. ℣. 10.

Exod. 14. ℣ 25.

3. Reg. 7. ℣. 30.

Hier. super Oseæ. 12.

Ezech. 10. ℣. 9.

Ezech. 1. ℣ 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuor. rotas memorat non rotam, rotasque quaternas, non vnicam, vt latius docebimus in capitis explanatione. Fit itaque ex prædictis, vidisse Prophetam carrucam quaternis rotis instructam, in qua Dominus vehebatur, similem per omnia carrucis, aut curribus, quibus equitare solebant reges Aegypti, & Syriæ. A

QVALES FVERINT FACIES *Cherubinorum. Sectio II.*

Quæ fuerint Cherubinorū facies iux ta interpretum sententias.

ALTERVM difficilius est in visione prædicta, videlicet. Qualis fuerit animalium habitus, & dispositio. nam plurima pars interpretum per faciem, B intelligunt os, seu vultum, atque adeo singulis animalibus affingunt quaterna ora, seu vultus, vnum ante, alterum retro, à dextris tertium, atque postremum à sinistris. Alij non quaternos tantum vultus, sed quaterna capita in singulis affingunt animantibus: addunt & singulis post quaternas alas, totidem brachia: ita vt in vnum corpus quaterna sint compacta animalia, Homo, Aquila, Bos, & Leo: atque hoc monstro quadricipiti verificari putant, quæ scribit Propheta. Ceterum hoc esse impossibile, vel ex ipso textu capitis persuadetur. Dicitur enim versu nono. *Et vnumquodque coram facie sua ambulabat*. Ex quo fit, vnicum tantum os, C seu vultum habuisse singula animalia, quem Propheta vocat faciem suam, alioqui si quattuor haberet vultus, cum omnes ex æquo sint facies animalis, nullus eorum diceretur facies sua, nulla enim est maior ratio de vno, quam de reliquis. Neque moueri posset antrorsum, si coram facie sua ambulabat, quoniam, cum quaternas haberet facies, ad totidem regiones spectantes, versus omnes procedere debuisset, vt coram facie sua ambularet. Itaq. sibi ipse Propheta aduersabitur, si per facies intellexit ora. Deinde quia, si facies vultus est, quomodo *facies Aquilae* est *desuper ipsorum quattuor*, & non potius retro ipsorum quattuor? nam vultui aquilino is locus reliquus erat, quando in ceteris videbantur Homo, Leo, & Bos. Dices. Erat quidem retro caput Aquilæ, sed eminebat ceteris. At si su- D blimior esset facies Aquilæ, ea tantum haberetur caput huius monstri, dixissetque Vates: similitudo Aquilæ in eis, & non potius, similitudo hominis in eis. Præterea idem aperte conuincitur ex cap. 10. sequenti, vbi sic scribit Propheta. *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar, & intellexi quia Cherubim essent*. Et Vates testatur prima illa visione cap. primo narrata se non comprehendisse quidnam sibi vellent illa insuета tot facie tum spectra; atque ideo vocasse animalia, voce nimirum generica, quod proprium eorum nomen ignorasset, nondum plane perspectis ipsorum imaginibus. Deinde vero repetita iterū visione, timore depositio, sui magis cōpotem animaduertisse exactius animalium figuram & habitum, atque agnouisse il- E la animalia multarum facierum, esse ipsos Cherubinos, videlicet sibi alioqui notissimos. Nunc rogabo, qui nam erant isti Cherubini, quos agnouit Vates? certe illi, de quibus legerat toties in Exodo (sacerdos enim erat Ezechiel) à lateribus arcæ binos Cherubinos à Moyse constitutos, quorum alis insideret Deus Israel; atque totidem à Salomone fabricatos, atque in oraculo positos, vt alis suis protegerent arcam, scabellum pedum Dei. nam

Confutātur aliorum opiniones.

Probat Cherubinos huius visionis similes fuisse Cherubinis templi

A 3. *Reg.* 6.

præter istos, nullo sacræ scripturæ loco alij memorantur Cherubini, quos Vates agnoscere potuisset. Etenim Cherub paradisi à Cherubinis arcæ nomine mutuato appellatus est à Moyse multis annis post constructā arcam. Quod si ita est, vt nobis videtur certum, aberrant quicunque putant quaterna ora gestasse Cherubinos Ezechielis. Nam Cherubini Moysis aduersis se se aspiciebant vultibus, vt scriptum legimus in Exodo, atque adeo singuli *Exod. 25.* singulas facies, & ora habebant: Cherubini etiam Salomonici stabant in medio oraculo erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem *2. Paral. 3.* domum, vt testatum est in secundo Paralipomenon libro. Quare necesse est vnica tantum facie, hoc est, ore & vultu esse præditos, qua scilicet aspicerent domum exteriorem, nam si quaternis pollerent vultibus, ad totidem cœli regiones prospexissent, & non solum ad Orientem, vt sacer historicus tradidit. Habemus ergo ex prædictis Cherubinos Ezechielis eiusdem fuisse figuræ cum Cherubinis Templi, atque adeo singulos eorum vnica insignitos facie, hoc est, vultu & ore, non quaternis.

Respondet obiectionibus.

Verum aduersus prædicta ipsemet prophetiæ textus militare videtur, qui non vnicam, vt diximus, faciem, sed potius quaternas singulis tribuit Cherubinis. Sic enim habet. *Quattuor facies vni, & quattuor pennæ vni.* Respondemus tamen, Vtrunque verum esse, atque ambiguitatem esse in voce (Facies) pro qua, ora & vultum interpretes intellexerunt, idque perperam. etenim פנים panim non semper significat vultum anteriorem, sed multoties habitum, aspectum, dispositionem, figuram, formam; non, inquam, partem aliquam corporis, sed totius speciem, quæ apparet, & cernitur. nascitur enim vox a verbo פנה panah. respicere, prospicere, aspicere, sonatque ex vi originis aspectum. Vnde & animis tribuitur ab Isaia. *Dominus affliget faciem eius, Isai. 24. ℣. terræ* scilicet. & in Psalmo. *Renouabis faciem terræ.* 1. qua significatione latinam vocem etiam vsurpat *Psal. 103.* Vergilius. *℣. 30.*

Quid significet vox facies.

quibus aspera quondam
Visa maris facies, &c.

Et in Psalmo: *Non auertas faciem Christi tui*, id *Psal. 131.* est, ne regni florentem statum labefactes. Quo- *℣. 10.* modo etiam loquitur Salustius. Facies Reipublicæ immutata est. & Iob. *Qui tenet vultum.* Hebraice fa- *Iob. 26.* facíem *solij sui*, id est, facit tremendam, & hono- 9. randam speciem, & aspectum solij sui. Eadem significatione vsurpatur in nouo Testamento a Luca *Luce 9.* *Facies eius erat euntis in Hierusalem*. Id est, habitus *℣.* & gestus, & in Apocalypsi. *Facies eius sicut sol lucet.* *Apoc. 1.* Græce, ὁ ὄψις opsis aspectus. Latius ergo patet he- *16.* bræa vox פנים panim, quam Græca πρόσωπον prosopon, tametsi vox Græca pro habitu, dispositione, & aspectu aliquando vsurpari soleat. Vnde Græci tam Septuaginta, quam Patres, quos in hoc capite citamus, pro voce hebræa פנים panim, reddere solent formam, aspectum, dispositionem, speciem, habitū, hoc est non πρόσωπον, sed σχῆμα schema, vel μορφώσις morphosis figura, figuratio, vel ὄψις ophis oculus, aspectus, phantasma, figura, idea, imago, facies, pulchritudo. nam hæ voces æquipollentes sunt inter se, & tam Græce πρόσωπον, prosopon, quam Hebraice פנים panim respondent exacte.

Quaternæ itaque facies non sunt quaterni vultus, sed quaternæ species, dispositiones, insignia figuræ, formæ, aspectus, & habitus, nimirum *facies hominis* videbatur in ore, manibus, cruribus, & corporis erecti habitu: *facies leonis* fulgebat in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceruicibus, armis, atque pectore iubatis: *facies Aquilæ* in alis: atque *facies vituli* in vngulis pedum bifidis. Etenim Cherub iuuenis alatus erat leonino exuuio quasi thorace vestitus, atque vngulis oruli calciatus. Hoc est enim, quod Propheta testatur capitulo primo. *Et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis, & quattuor facies uni, & quattuor penna uni.* Quibus verbis apertissime docet, animalia ista non fuisse quadrupedia, aut quadricipitia, sed habitu, forma, & dispositione humana; nisi quod aliorum etiam animalium gestabant facies, seu insignia, sed quibus non confundebatur, immo ornabatur potius humanæ speciei dignitas. Hoc ipsum est, quod eodem capitulo affirmat. *Et pedes eorum pedes recti.* Id est, non habebant recuruos poplites quasi quadrupedia, sed rectas tibias, & crura homini similia, tametsi calceos gestarent vituli vngulis simillimos. Quare sequitur statim, *& planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.*

QVALIS SIT SPECIES *sedentis in solio. Sectio* III.

De throno.

CARRVCA compacta, atque quadriga ordinata, superest examinemus similitudinem sedentis in solio sapphirino, de quo sic habet Propheta: *Et vidi quasi speciem electri*, &c. Vice Electri Hebraice legitur חשמל, chasmal, quod nomen quidam deducunt à verbo חשל, chasal, quod est deijcere, domare, reprimere, quasi valeat fulgorem lucidissimum, & ignis flammam excitatissimam, quæ visum & aciem oculorum propter excellentiam deijcit, & debilitat, qualis est electri, siue æris igne candentis. Rabbi Dauid nomen esse Angeli scribit, vel potius coloris similis igni. Chaldæus non transtulit in aliam vocem chasmal. Rabbi Salomon ignorare se fatetur, quid sibi velit hoc nomen. Cuius verbis nimium credulus Lyranus miratur Hieronymum vertisse Electrum pro chasmal, cum non percalluerit melius Rab. Salomone eius nominis potestatem. Verum perperam censuit Lyranus. nam Hieronymus inter Hebræos Salomone antiquiores extitit doctissimus, nosseque poterat, quod Rabb. Salomon ignorauit. Quid, quod hac versione imitatus est Septuaginta, qui Electrum primi reddiderunt pro chasmal. Atque hæc de voce Hebræa.

De electro.

Enim vero Græca, & Latina vox Electrum non est facilior explicatu. Vix enim inter auctores conuenit, quid sit Electrum. Quidam Electri nomine intelligunt succinum, genus scilicet gummi, quod ab arboribus fluit; Vel, vt alij malunt, genus bituminis, quod è scopulis cuiusdam Insulæ maris Germanici manat, liquidum illud quidem, sed aeris, atque aquæ, in quam defluit, frigiditate mox gelatum, in eam quam sentimus duritiem, ambram vocant. De quo intelligunt quidam præsentem versum, sed perperam, vt postea videbimus. Est & aliud electrum metalli genus, de quo Plinius. Omni, inquit, auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. Vbicunque quinta argenti portio est, Electrum vocatur. Suidas habet: Electrum est aurum alia forma expressum, mistum vitro, & lapide, cuiusmodi compositionis est sancta mensa Ecclesiæ magnæ sanctæ Sophiæ. Idem repetit in Chalcolibano, dicens, Chalcolibanum est genus electri pretiosius auro: est autem Electrum aurum alterius formæ. De ea cõpositione argenti cum auro intellexit Martialis illud:

Martialis.

Pallida sic niueo radiant electra metallo,
Et niueum felix pustula vincit ebur;

non vero de succino. De eadem scripsit etiã Diuus Hieronymus hoc capitulo primo, Electrũ est auro, argentoque pretiosius. Idem scribit Theodoretus in hæc verba: Tale enim est electrum veluti mixta quadam specie præditum, nec auro, nec argento simile, sed quasi vtriusque commistio. Eandem laudem tribuit aurichalco Plinius ijs verbis: Mox vilitas præcipua æris, reperto in alijs terris præstantiore, maxime aurichalco, quod præcipuam bonitatem, admirationemque diu obtinuit, nec reperitur longo iam tempore effeta tellure. Seruius: Apud maiores orichalcum pretiosius metallis omnibus fuit: quod & splendorem auri, & æris duritiem possideret. Sextus Pompeius hanc veterem opinionem refert, dum ait, Aurichalcum quidam putauerunt compositum ab ære, & auro, siue quod colorem habeat aureum. Sane vero Orichalcum dicitur, quod in montosis locis inuenitur. mons etenim Græce ὄρος oros, appellatur. In quæ verba Scaliger negat orichalcum in rerum natura reperiri: quod probat ex Aristotele apud interpretem Apollonij id ipsum negante. Fatetur tamen, ex auro, & ære fieri præstantissimum æs, vt prodiderunt veteres de ære Corinthio, quod tamen non sit illud commenticium aurichalcum, quod tanti fuit Veteribus, vt, cum nusquã esset, tamen, quasi esset, etiam auro excellẽtius haberetur.

Hieronymus hic. *Theodoretus.* *Plinius lib. 34. cap. 1.* *Seruius. in 12. Vergil.* *Sextus Pompeius.* *Iulius Scaliger.*

Antonius Nebrissensis in illud Apocal. *Pedes eius similes aurichalco*, contendit, Aurichalcum vitio pronunciationis legi apud Latinos pro Orichalco. Orichalcum vero idem esse, quod montis masculum: respondet enim Græcæ voci Chalcolibanum, quod putat esse æreum thus, vel masculum thus, nullo vero modo æs Libani. Quod autem Græci æreum pro masculo vsurpare soleant, probat ex Orphei hymnis, quibus præfigitur is titulus, Chalcolibanos in Apollinem, in Latonam, &c. id est, masculum thus, siue masculi thuris sacrificium. Verum fallitur Nebrissen. quia hoc commentum repugnat contextui: in quo pedes filij hominis similes videntur chalcolibano in camino ardenti. Quare necesse est, vt Chalcolibanum materia sit, quæ in igne subsistat: Thus vero vel leuiter admotum igni liquescit. Quod autem esse non potest, vel non solet, nunquam ostenditur existens in visionibus propheticis. quanto rectius est, vt similes viderentur pedes Orichalco, quod in igne subsistit, perficitur, & lucidius redditur? Itaque neque Festi Pompeij, quem pro se citat testimonium, neque Apocalypsis locus, neque nomen Orichalcum quantumuis correctum, illi suffragatur. Immo aduersantur Nebrissensi supradicti Auctores, qui aurichalcum cum electro confundere videntur, quod constat metallum esse. Non igitur existimare potuerunt Orichalcum esse thus. Sed illud decepit Nebrissensem, quod putauit Libanum non posse significare montem Phœnicis in ea compositione nominis Chalcolibani, sed potius thus. Qui error multos alios occupauit. cum tamen nil sit accommodatius naturæ orichalci: quod omnes isti Auctores definiunt metalli genus præcipuum, auroque ipso pretiosius. Tale vero æs ex Libano monte defossum esse non obscure significat liber Regum, atque Paral. Vbi legimus, Dauidem tulisse de Thebath, & Chun vrbibus Adar-ezer æris plurimum, de quo fecit Sa-

Antonius quinquagena 3. cap. 4. super Apoc. 1. *De aurichalco.* *2. Reg. 8.* *1. Paral. 18.*

Plin. lib. 33. cap. 4. *Suidas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa æ- A rea. Quam historiam replicans Iosephus, sic habet: Inuentumque est in eis aurum multum, nec non & argentum, insuper & æs, quod auro melius esse dicebant; ex quo etiam Salomon fecit magnum illud vas. Erant autem hæ vrbes Adarezer ad radices montis Libani sitæ inter Emath, & Damascum. vt par sit credere pretiosissimum illud æs è monte Libano defossum, atque ideo æs Libani nuncupatum. Ex dictis fit, tam etymologiam chalcolibani, & orichalci, quam etiam illius valorem præcipuum exacte quadrare æri Libanico, atque adeo illud esse orichalcum, vel aurichalcum atque item electrum, quod nil aliud est, quam aurum vile, siue æs pretiosum. Dicitur autem auro pretiosius, quia, vt notauit Seruius, & colo- B rem auri, & æris duritiam possideret. Cuius rei testimonium facit Danielis visio, quæ Angelum eodem habitu induit, atque Apocalypsis atque vice Chalcolibani posuit æs fulgens. sic enim habet. *Et brachia eius & quæ deorsum sunt vsque ad pedes quasi species æris candentis*. vel fulgentis, vt verterunt Septuaginta, & Hebræa vox קלל qualal deposcit, quæ significat læuem, læuigatum, nitidum, fulgens. En Daniel similitudine æris nitidi explicuit eandem speciem, quam Ioannes similem dixit Chalcolibano. esse enim eandem & comparatio vtriusque probat, & nos in sectione octaua monstramus. Vt iam hoc altero exemplo constet orichalcum non esse thus, neque electrum esse succinum, sed vtrunque esse idem atque æs C Corinthium, olim dictum æs Libani, Græcis Chalcolibanum, Latinis Orichalcon, quasi æs Libani, vel montis æs, deinde etiam aurichalcon, quasi aureum æs.

Ios. 7. Ant. 3.

Dan. 10. ℣. 6. Apocal. 1. & 2.

De sedente in throno.

Ceterum hoc constituto electrum esse metalli genus aurei coloris, auroque lucidius, inuestiganda est species sedentis in throno qualis fuerit, an scilicet pectus tantum electro simile habuerit, an etiam pedes? nam verba Prophetæ obscuriora sunt, & vtroque trahi posse videntur. *Et vidi*, inquit, *quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius & desuper, & a lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu*. Ignores an discrimen statuatur in materia, an in splẽdore. Si in materia, hic erit sensus. A D lumbis sursum electrum videbatur, a lumbis deorsum ignis. Si in splẽdore, talis sensus erit: Filius hominis electro accenso similis videbatur; sed hoc discrimine, quod sursum lucidius erat electrum, deorsum ignis concitatior. Priorem sensum confirmat altera visio capitis octaui. Vbi legimus, *Ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis, & a lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri*. Verum posterior sensus nobis vero similior iudicatur, quem verba capitis octaui nihilominus admittunt, immo libentius, quam priorem. Non enim dixit Vates, a lumbis sursum vidisse electrum, sed splendorem nimium, atque intus electrum, deorsum vero ignem. Itaque & sursum & deorsum electrum, E visebatur, sed quasi in camino ignis accensum, in quo per circuitum occupat ignis, verum superiora complet splendor maior, inferiora calor vehementior. Ratio etiam idipsum persuadet, quia, si a lumbis deorsum solum vidisset ignem, nec sub igne æreos pedes animaduertisset, non dixisset, Aspectus hominis desuper, sed potius, semi hominis; neque a lumbis eius & deorsum ignis. Vbi enim corpus integrum non est, neque agnosci potest homo, neque eius membra distingui. Ab exemplo item alterius visionis idem conficitur argumentum. ea extat apud Dan. in hæc verba. *Ecce vir unus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes quasi species æris candentis*. Corpus Angeli ex materia solida, & lucida videbatur conflatum, tametsi pectus ex lapide Chrysolito, qui colorem auri refert, brachia vero, & crura ex ære pretioso formata viderentur. Nusquam enim in hisce visionibus corpus humanum repræsentatur, nisi ex materia solida coalitum, tametsi non omnino videri posset ob fulgòris claritatem, vel flammarum volumina circumuolitantia, vel ex ratione habitus sedentis, qualis erat Dei, qui sedebat supra thronum carrucæ. nam Ezechiel, qui inferius obseruabat, animaduertit facilius electrum in pectore, non item in pedibus, quia ignis, & rotæ, & animalia crura sedentis operiebant: Contra in stante simulacro melius deprehenditur materia pedũ &c. Quem admodum Ioan. in Apocalypsis primo & decimo capite vidisse se narrat. Nam in primo Angeli pedes notauit similes aurichalco, in decimo vero similes columnis ignis. Sic enim habet: *Vidi Angelum amictum nube, & iris in corpore eius, & facies eius erat ut Sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis*. Quid enim est columna ignis, nisi columna æris ignita? alioqui ex igne columna, neque fingi, neque imaginari potest. Nam columna nil solidius, neque firmius est, igne contra nil leuius, & concitatius. Videbantur igitur Ioanni pedes Angeli, tanquam columnæ ex aurichalco ignito conflatæ, quales capite primo & secundo Apocalypsis descripserat; atque Daniel capite decimo, vt supra diximus. Similis erat species Dei, siue Angeli, qui apparebat Israëlitis in columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. Videlicet columna videbatur quasi ex aurichalco, vel ære lucidissimo conflata in altum erecta, quam nubes vndique ambiebat, vt dicimus suo loco. Sed, si roges, cur in specie columnæ apparebat Angelus? Respondeo, Quia, ex quo non oportebat aliquam hominis, vel animantis gestare personam, vt omnis idololatriæ tolleretur occasio, nil aliud monstrari potuit, quod phantasiæ hominum esset accommodatius, & Deum referret expressius. quia columna satisfaciebat phantasiæ, repræsentando hominis simulacrum inuisibile: Dei vero attributa mirifice significabat. De quibus etiam suo loco.

Dan. 10. ℣. 5.

Iis examinatis circa rotarum figuram, animalium formam, atque præsidentis effigiem, reliquum est, vt totius visionis absolutissimam fingamus ideam: ea est huiusmodi. Obiecta est phantasiæ Vatis species quædam Turbinis a vento Aquilonari, qui vehemens est, concitati, quem consecuta est atra nubes. in huius medio splendidus visebatur currus quaternis rotis, altitudinis horrendæ, ignitis illis quidem, atque vita præditis, E constructus. Circumstabant currum quaterni iuuenes alati, leoninis thoracibus vestiti, atque vngulis calceati vitulorum, toti flammantes, & scintillantes. Gestabant singuli quaternas alas, quarum binis velabant femora, binis volabant non secus atque Aquilæ, fragoremque volatu edebant castrorum similem, cum collatis signis comminus dimicatur. Vel qualem reddere solet exundans fluuius, cum se se per saxa præcipitat ex alto. Seu qualis esse solet mugitus ætheris,

cum

eam sublime tonat. Supra animalium (sic enim vocare placuit Vati iuuenes alatos) pennas visebatur cælum extensum, pellucidum quasi crystallus; cui impositum erat sublime solium regale, atque in eo sedens conspiciebatur quidam humana facie, corpore ad lumbos vsque instar aurichalchi accenso, deorsum ignitus totus, atque Iride splendescenti circum amictus.

Hæc omnia figura illa visionis, quam explanationi capitis primi apposuimus, ad uiuum expressa repræsentat.

QVOD SPECIES HVIVS visionis sit eadem omnino cum facie solij Dei, quod erat in Oraculo Templi. Sectio IV.

DEPINXIMVS imaginem visionis, quam Propheta delineauit, raram quidem illam, sed non insolitam; admirandam, sed non nouam. etenim alijs ante Ezechielem prophetis ostensa erat, atque alijs post ipsum deinde monstrata. Idea itaque visionis huius in alijs etiam sacræ Scripturæ locis animaduertitur. Neque idea modo prophetarum interioribus oculis obiecta est, sed etiam materiale eiusdem exemplar, & protomodulus corporeis oculis videri poterat in oraculo Templi Salomonici. Nam pro certo credimus præsenti visione repræsentatum aspectum solij Dei sedentis super Cherubim. Quod ne longe petitis testimonijs probare videamur, ipsemet Vates apertis verbis professus est, cum post absolutam visionis descriptionem subiecit: *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini*: Etenim nomine gloriæ Domini arcam Testamenti significasse compertum est. nam ita appellatam videmus in psalmo. *Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. & in libris Regum. *Translata est gloria Dei ab Israel, eo quod capta esset arca Dei*. & in psalmo. *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem*. Hebr. *gloriam eorum in manus inimici*. De qua re fusius in explanatione literæ agemus. Idem ex capitulo decimo, & vndecimo constat, in quibus scribit Vates gloriam Dei equitantem quadriga Cherubim iam egredi è Templo, iam stare in limine, iam in atrio consistere, iam regredi in sancta Sanctorum: atque sonitum alarum Cherubim auditum in atrio exteriori &c. Cum ergo idem Vates capitulo decimo testatus sit illam visionem eandem esse cum ista, quam viderat ad fluuium Chobar, manifeste conuincitur, vtrobique visam esse arcam Dei Cherubinis circumseptam.

Gloria Domini dicitur arca.

Psal. 25. ℣. 8. *1. Reg. 4. ℣. 21.* *Psal. 77. ℣. 61.*

De forma arcæ testamenti.

Sed oportet ostendamus, non solum arcam Dei, quæ erat in Templo, vidisse Prophetam, sed eundem prorsus apparatum, quem habebat in Templo, præsenti visione considerasse. Cuius rei gratia obseruandum est, arcam testimonij à Moyse non aliter fuisse constructam, quam lecticam tectam cum sella. nam Cherubini aurei à lateribus arcæ stantes manibus sustinebant propitiatorium, quod erat quasi scabellum Dei. alis vero binis inuicem protensis, & contextis quasi solium formabant supra ipsum propitiatorium, in quo Deus residere dignatus est, & responsa dare. Neque enim de corpore arcæ erat propitiatorium, sed illi superne imminebat. nam arcam tegebat tabula lignea auro illita; propitiatorium vero arcam obumbrabat, & tegebat ex auro solido ductum. Vt videre est Exodo. *Posuit & testimonium in arca subditis infra vectibus, & oraculum desuper &c.* Nota oraculum adnumerasse vectibus, quia non magis ad illam pertinebat, quam vectes. Atque hæc tam parua lectica, cubitorum scilicet duorum, & semis, constructa est pro commoditate Israëlitarum peregrinantium per desertum. Postquam vero in terram promissam inducti sunt, atque ciuitas Hierosolyma à Deo delecta est in regni metropolim, atque summi sacerdotij sedem, & complicato Tabernaculo materiato, & temporario ædificatum est stabile Templum ex marmore albo multo augustius, quam fuerat Mosaicum tentorium, tunc lecticæ loco structum est vehiculum, & biga Cherubinorum facta est quadriga. nam Dei nomine præcepit Dauid moribundus Salomoni, vt ex defæcatissimo auro faceret quadrigam Cherubim, hoc est vt binis alijs Cherubinis sculptis ex materia oleaginea, atque auro incrustatis augeret Mosaicam bigam, faceretque quadrigam, videlicet Cherubinos quattuor circa Dei solium stantes. Quòd & re ipsa præstitisse Regem refert.

De propitiatorio.

Exod. 40.

1. Paral. 28

Quod autem ad vehiculum attinet, seu plaustrum arcæ subiectum in Templo, ex eodem loco monstrari potest. nam vbi nos quadrigam legimus, Hebraice habetur מרכבה marcabah. quæ vox significat vehiculum, currum, carrucam, & quadrigam. vt ibi. *Fecit sibi Absalon currus*. & apud Zachariam. *In quadriga prima* (vel curru) *equi rufi*. Itaque verti potest locus ille Paralipomenon in hunc modum: Et vt ex ipso auro fieret similitudo currus Cherubim extendentium alas, &c. Existimamus enim, Salomonem non tantum fecisse binos Cherubinos ex materia, sed etiam plaustrum cum rotis, vel pedibus à terra sublatum, cui arca imponeretur. quod & recta ratio dictat. indecens enim erat, vt gloria Domini humi reperet, cum cætera vtensilia, candelabrum scilicet, mensa panum, & altare vtrunque pedes sub se haberent, aut bases, ne pauimentum tangerent. & ex capitulo vigesimoquinto Exodi colligitur quippiam simile, tametsi angustius, fecisse Mosem. Nam vbi nos legimus, *Pones circulos quattuor per quattuor arcæ angulos*, Hebraice. habet, super quattuor pedibus eius. nam vox פעם pagham, quæ ibi reperitur, aliquando significat pedes, vt ibi. *Siccaui uestigijs pedum meorum omnes aquas*. & per metaphoram rotas, quæ sunt plaustri pedes, *Quæ tardauerunt pedes quadrigarum illius*. Hebraice. rotæ curruum eius. Item, cum de machinis æneis ageretur, quæ rotis æneis ad instar currus nitebantur, dicitur: *Et axes æneis & per quattuor partes*. Hebraice. Per quattuor rotas. Habebat itaque arca fœderis tabulam sub se, cui incrustatæ erant quaternæ volæ, vel quaterni pedes, quibus à terra eleuata erat. eius itaque mensæ loco Salomon vehiculum videtur fecisse ex auro instructum vel pedibus, vel rotis, cui arcam imponeret cum dignitate. Atque hæc est Mercabah, carruca scilicet Cherubim, cuius meminit liber Paralipo-

1. Reg. 15. ℣. 1. *Zachar. 6. ℣. 2.*

De rotis

4. Reg. 19. ℣. 24. *Iudic. 5. ℣. 28.* *3. Reg. 7. ℣.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralipomenon. fauet etiam huic sententiæ, Ezechielem, capite decimo vocasse Cherub. quartum animal, quod capite decimo appellauerat vitulũ, videlicet, quia כרוב cherub, ab eodem verbo רכב racab equitare, curru vehi, deriuari sciebat, facta literarum metathesi, quasi carrucarium, aut curulem diceret, animal scilicet quod agit currum, quales sunt boues, qui currum etiam arcæ fœderis traxere aliquando, vt scriptum est libro Paralip. *Imposuerunt que arcam Dei super plaustrum nouũ.* & infra. *Bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam*, propterea pro eodem accepit Cherub. & vitulum Propheta. Stat ergo certa sententia, quam supra asseruimus, eum in visione Prophetæ, tum in eius exemplari, hoc est in oraculo Templi similitudinem fuisse currus sub area, & sede Dei, vt ex hac parte conueniat imago cum exemplari, & quadriga Prophetæ respondeat quadrigæ Salomonis. Porro illi camino ignis, quem obseruauit Ezechiel inter animalia, respondet prunarium, seu altare incensi, quod erant ante fores oraculi, quod simul cum arca fœderis secum vehendum voluit Dominus, cum a Templo migrabat, æneo illo altero posthabito, in quo immolabantur cruentæ hostiæ. eius altaris similitudo visa est deinde ab Isaia, atque a Ioanne in Apocal. vt dicemus inferius. atque ex hac visione existimo ortam illam consuetudinem Chaldæorum, & Persarum præferẽdi ante Regem, atque ante exercitum ignem. Eius mentionem fecere Curtius atque Xenophon. Illos postea imitati sunt Romani, teste Herodiano.

Par. 1. cap. 13. ℣. 7.

De altari incensi vecto ante thronũ.

Q. Curtius. hist. Alex. l. 3. Xenophon. 8. Cyri pædiæ. Herod. l. 1. & 2.

QVALI FORMA FVERINT efficti Cherubini oraculi Templi. Sectio V.

DOCVIMVS in Templi oraculo non secus atque in visione Ezechielis currum fuisse, atque Cherubinorum quadrigã. Restat, vt considéremus Cherubinorum Templi figuram, & habitum, vt deinde earum facies cum Cherubinorum faciebus, quas recenset Vates, comparemus. Doctores Hebræorum (vt refert Rab. Dauid) putarunt כרוב cherub. non esse vocem simplicem, sed compositam ex כ caph litera seruili & רוב rub, quæ æquiualeat רביא rabia, puer adolescens, & significare quasi puer, videlicet quia erant figurati puerorum effigie. Rab. Salomon addit vtroque sexu insignes extitisse Cherubinos a Moyse factos. Cuius sententiam secutus est B. Arias Montanus in schemate Templi, quod figurauit in suo Bibliorum apparatu. Sed tamen ista Hebræorum Doctorum, & Kimhi etymologia violenta est. neque enim in lingua Hebraica extat vocula רוב rub, quæ puerum significet, sed in Chaldaica, a verbo רבא raba, crescere, augescere, est רביא rabia, infans, puer crescens, nomen autem כרוב cherub mere Hebraicum est, vt literarum radicalium indicat dispositio. Præterea distinctionem sexuum imaginibus Angelorum apponere tam ridiculum est, quam indecorum. *In resurrectione neque nubent*, inquit Dominus, *neque nubentur*, sed erunt sicut Angeli Dei: nimirum qui sunt a sexus distinctione alieni, sicut ab omni materia immunes. quorsum igitur eorum figuræ distinguentur sexu, quorum perpetua substantia non indiget procreatione sobolis? Præterea quis non videt, quam sit indignum, nuda iuuenum corpora sexu vtroque notata astare coram Deo? *Velabant Seraphin binis alis femora sua.* & cherubin discooperient verenda? Præcipit Dominus sacerdotibus, ne sine feminalibus lineis, dent operam sacris, & suorum stipatorum pudori non prospexit? Valeant hæc Iudæorum somnia, qui vel in Domini sanctuarium Cupidines, qui vel in Domini sanctuarium Cupidines, & Veneres inuehere volunt, ne dicam Priapos.

Rabinorum sententiæ de Cherubinis. R. Dauid.

Rab. Salom.

B. Arias Mont. R. Kimbi.

Sexuum distinctio in Cherubinis non fuit. Matth. 22.

Isaiæ. 6.

Exod. 28.

Nostrates Cherubinos vestiunt talaribus tunicis, & zonis cingunt: decentius illi quidem, sed non secundum veritatem. nihil enim tale in sacris reperias, immo oppositum. Nam propterea binis alis velabant corpora, quia vestibus carebant. Igitur existimamus Templi Cherubinos eiusdem prorsus esse figuræ, qua Cherubinos Ezechielis depinximus, videlicet effigie humana in corporis habitu, ore, manibus, & cruribus, alis binis, iubato thorace, atque vngulis bifidis vestitos. Et quidem humanam faciem satis expressit Scriptura, cum tradit, aureos illos Mosaicos se mutuo aspicere versis vultibus ad propitiatorium. atque alibi de binis ex oliua sculptis a Salomone dicit, *Ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant uersæ ad exteriorem domum*. Quid enim est, erectis pedibus, nisi quod de suis prodit Ezechiel, *pedes eorum pedes recti*; hoc est, non curuo poplite, quasi quadrupedes, sed cruribus rectis quasi homines. Porro quaternas alas gestasse singulos necesse est: vt scilicet binis tegerent femora. quod sectione sequenti videbimus in Seraphinis Isaiæ obseruatum. binis autem extensis illi quidem Cherubini, id est, aurei pararent Deo solium, isti, id est lignei laudarent Deum exercituum. Sub alis autem habuisse brachia, & manus indubitatum est, ex quo fatemur esse humana forma effigiatos. Verum ex illorum munere, qui stabant a lateribus arcæ, colligitur aperte. Etenim illi alis operiebant propitiatorium. At vero propitiatorium nullatenus pertinebat ad arcæ constitutionem, vt iam supra notauimus, & suo loco dicemus: sed illi imminebat superius extensum. quare necesse erat, vt ipsorum Cherubinorum manibus fulciretur vtrinque, vt in nostra vides delineatione depictum. Habuere igitur manus Cherubini aurei, atque adeo oleaginei, qui ad instar aliorum efficti sunt a Salomone. Alioqui enim, si diuersa figura essent constituti, non coaluissent ex quaternis quadriga, cuius mentionem fecimus sectione præcedẽti. Nos etiã binas iam habemus Cherubinorum facies, hominis scilicet, & aquilæ. restãt binæ aliæ leonis, & bouis. Sed quas nõ obscure indicat Iosephus dicens, Super tegmen vero eius erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubim appellant, ea sunt animalia volucria specie noua, a nullo vnquam hominum conspecta. Hæc dixit Moyses in Dei se vidisse sede figurata. & alibi, hæ Cherubicæ effigies qua nam specie fuerint, nemo vel conijcere potest, vel eloqui. propterea animalia eos vocat Iosephus, quia insigniti erant exuuijs animalium, quæ obtinent in mansuetis & feris principatum, videlicet, vituli, & leonis. alioqui enim Iuuenes alatos appellasset, nisi leonis, & vituli insignia in illis notasset, propter quæ animalia dixit,

Non fuere stilus antiq. Cherubim.

Habuerũt brachia humana Cherubini.

Ioseph. lib. 3. cap. 6.

S. antiqui.

non

non quidem quadrupedia, sed volucria, atque ea A nouæ omnino speciei, & visenda, sed quæ hominibus hucusque fuerit inaudita, nedum inspecta. At vero quæ diximus omnia magis explicabuntur sectione sequenti.

QVOD SPECIES VISIONIS, quam capite sexto narrat Isaias, eadem sit cum prædicta Ezechielis.

Sectio VI.

ADMIRANDAM diximus fuisse visionem Vati ostensam, sed non insolitam, vtpote quæ alijs ante ipsum prophetis communicata sit, nimirum Isaiæ, B Danieli, & alijs, quos suo ordine recensebimus, & de reliquis deinde suis locis. nunc Isaiæ visionem cum Ezechielis spectro, atque cum Templi exemplari conferamus. *Vidi* inquit *Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum. Seraphini stabant super illud, sex alæ vni & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, duabus volabant, & clamabant alter ad alterum.* Obiecta est Isaiæ imaginaria visione ipsa facies solij Dei eleuati super alas Cherubim, quale in Templo erat, tametsi expressioribus lineamentis, & coloribus depictum: visus est idem apparatus, quem habebat in Templo, verum magnificentiore specie figuratus. &, quod C caput est, ipse Dominus, qui inuisibiliter residebat super Cherubim, visibili tunc apparuit effigie, atque habitu splendidissimo, qualem decebat vnigenitum regis Altissimi: nam speciem filij Dei vidisse Isaiam testatur Ioannes. Sed persequamur singula. Primum faciem Dei in oraculo vidisse ipsemet profitetur, cum dicit: *ea, quæ sub ipso erant*, aut fimbriæ vestimentorum eius *replebant*, *Templum*. Hebr. היכל hahecal sanctuarium, cuius orationis loco vertere Septuaginta. Plena erat domus a maiestate eius, hoc est, splendor purpurei paludamenti complebat totam domum. Vnde Chaldæus, splendor gloriæ eius. & paulo inferius: Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. En altaris meminit. Videbatur ergo sibi Vates in Templo esse, cum hæc spectabat. *Solium excelsum, & eleuatum* ipsam referebat Dei sedem super alas Cherubim. Verum hoc sublimius videbatur, quippe tanti regis dignitati conueniens. excelsum dicitur propter magnitudinis excellentiam, eleuatum propter eminentiam, & distantiam a pauimento, vt Dionysius interpretatur. Vnde confirmare licet quod supra sectione quinta de plaustro subiecto arcæ fœderis diximus. neque enim tam eminens appareret solium, si arca humi cubaret. Huius solij scabellum in Templo erat propitiatorium aureum: in Ezechielis autem visione quasi aspectus firmamenti extenti supra capita animalium. *Seraphim stabant super illud*, hoc est, iuxta illud, solium scilicet. nam circumsistebant. E stipatores quattuor a lateribus sedis, vt explicuit D. Dionysius Areopagita, hanc Isaiæ visionem tractans: ait enim, substantias illas sub Deo, & post Deum, & circa Deum collocatas vidit Theologus. Quibus verbis non tantum declarauit Seraphinorum numerum, sed etiam dispositionem, & situm. nam necesse est quattuor fuisse minimum, vt ante, & retro, dextrorsum, & sinistrorsum ambirent sedem Dei. nimirum totidem erant Seraphini, quot

Isaiæ. 6. ℣. 1.

Ioan. 12.

Dionys. de cæles. hier. cap. 13.

Dionys. vbi supra.

in Templo Cherubini. Neque oppositum significant illa verba Prophetæ, *Sex alæ vni, & sex alæ alteri.* & iterū, *clamabāt alter ad alterum.* nam vnus, & alter, vel vnus, & vnus, vt habetur Hebraice, significat singulos: quasi dicat, singulis eorum erant sex alæ, atque singuli ad singulos clamabant, vt Hieronymus etiam auctor est eodem Isaiæ loco. *Hieron. super Isa. 6.*

Sex alæ vni, & sex alæ alteri, hoc est senæ singulis erant, quaternæ scilicet pennæ, & bina brachia, quæ alarum nomine appellantur, etiam apud Latinos. Plinius enim sic habet: Elephas mammas citra in alis occultat, id est, in brachijs, aut anterioribus pedibus. inde axilla dicitur diminutiuum. Neque hæc locutio a sacris est aliena. solet enim B Scriptura alas pro brachijs vsurpare frequenter in psalmis, *In velamento alarum tuarum*, & in alio psalmo, *Sub pennis eius sperabis*, & in alio, *Si est iniquitas in manibus meis.* Hebr. in alis meis. & apud Ezechielem, *percute manum ad manum*. Hebraice alam ad alam. Eadem igitur ratione Isaias alarum nomine non tantum pennas quaternas, sed etiam bina brachia sub pennis extenta intellexit, & recensuit. Quod ex visione Apoc. Ioan. quam sectione sequenti explicabimus, aperte conuincitur. nam Ioānes animalibus suis tribuit alas senas, quæ eadem esse cum Cherubinis Ezechielis nemo negare ausus est. Cum ergo Ezechiel quaternas tantum singulis ascripserit, necesse est Ioannem alarum senū brachia etiam comprehendisse, non secus atque Isaiam. Quod autem brachia Seraphini habuerint, constat ex eodem capite, vbi dicitur: *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus*. Ergo quemadmodum Cherubini Templi binis manibus fulciebant propitiatorium, binis alis contractis tegebant femora, binis extensis obumbrabant Dei solium; eadem ratione Seraphini binis manibus velabant faciem, binis alis velabant crura, binis volitabant. Neque secus animalia Ezechielis se gessisse credendum est. Certe illud est notissimum, quaternas habuisse pennas, & brachia bina. nam alas quidem quaternas singulis tribuit Ezechiel, dicens, *quattuor pennæ vni.* brachia autem, & manus eisdem assignat alibi, dicens, *Et extendit Cherub manum ad ignem, & apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.* Postremo, prunario, quod inter Cherubim obseruauit Ezechiel dicens, *Imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim*, respondet in visione Isaiæ altare incensi, de quo ipse scribit: *Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari*. Vtroque autem repræsentatur altare thymiamatis, quod ante fores oraculi extabat, vt diximus sectione quarta. Fit ex ijs vidisse Isaiam eandem faciem solij Dei, quod in oraculo Templi extabat, atque eadē animalia, quæ vidit Ezechiel.

Quot alas habuerint Cherubini.

Plin. lib. 11 c. 40.

Psal. 62. ℣. 8.

Psal. 90 ℣. 4.

Psal. 7. ℣. 4

Ezech. 1. ℣ 6.

Ezech. 10. ℣. 7.

Seraphini habuerunt brachia.

De altari, quod apparuit ante thronum.

Ezech. 10.

Sed obijcies, nos velle confundere Hierarchicos Angelorum gradus, atque Ezechielem æquare Isaiæ, qui a B. Nazianzeno, & Hieronymo ex eo cæteris antefertur, quod Seraphim viderit, qui supremi gradus sunt in cælesti Hierarchia. Cui obiectioni respondemus cum Dionysio capite decimo tertio de cælesti Hierarchia, qui sibi ipsi opponens, quomodo ad mundādum Vatem Seraphim mittitur, quandoquidē spiritus supremi ordinis non mittuntur, Respondet, se a maioribus accepisse, (Hierotheo existimo, & D. Paulo, quos habuit Theologiæ magistros) inclytum Theologum non vidisse Seraphinos illos supremos, qui Deo semper astant. ij enim nunquam mittuntur, sed visionem minis-

Ex qua angelorum Hierarchia fuerint Cherubini & Seraphini quos viderunt vates.

Diony. de cæles. hier. c. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sterio facta m Angeli, qui Seraphim dicitur, quod a Seraphino fuerit ad id muneris directus. Vel etiam, quia igne purificauerit Isaiæ labra, quod proprium est inflammatorum spirituum, qui Seraphini dicuntur, suntque Deo familiarissimi. Eodem ergo pacto nos quæstioni respondemus: neque Isaiam Seraphinos ex primo ordine, neque Ezechielem Cherubinos ex secundo vidisse, sed vtrique repræsentatam in phantasia imaginem solij Dei existentis in oraculo, vt dictum est; idque ministerio Angeli, qui a Cherubino, vel Seraphino ad id muneris fuit legatus, propterea que ab Ezechiele Angelorum imagines vocatas Cherubinos, ab Isaia vero Seraphinos. Vel, quod magis placet, eosdem Dei stipatores ab Ezechiele appellatos esse Cherubinos, quod carrucam Dei migrantis agere viderentur, retento scilicet nomine, quod illis imposuerat olim Moses, eorum muneri accommodatissimum. nam, vt diximus supra כרוב Cherub a רכב racab ortum habet, facta literarum metathesi Hebræis frequentissima, quasi dicas, agens currum quadriga viuens, aut se mouens carruca, vel quidquam simile. Ab Isaia vero appellatos Seraphinos ab splendore, & aspectu ignis, quo toti flagrabant. nam שרף seraph, est vrere, incendere, vnde שרפים Seraphim igniti, incensi, quo nomine dictus est serpens ignitus, qui erectus est a Moyse Domino præcipiente. *Fac tibi serpentem æneum* vel ignitum, vrentem. & paulo ante: *Immittit Dominus in eos ignitos serpentes*. ij serpentes Seraphim dicuntur, quod igniti essent coloris, atque etiam quod ardore letali inflammarent eos, quos momordissent. Dicunturque esse alati, vt apud Isaiam constat, *& semen eius absorbens uolucrem*. Hebraice ignitus alatus, vel vrens volans. Tales, inquit Kimhi, id est, alatos ferunt in Aethiopia inueniri. nisi volantes dici mauis, quasi procul dissilientes, ita vt volare videantur, qua significatione vtuntur Hebræi verbo Volandi non raro. Ergo Angeli Domino assistentes hinc dicti sunt Seraphim, quasi ignei, ardentes, uolantes, alati. Horũ imagines in Templo existentes contẽplatus est Isaias, Seraphinosque vocauit quasi totos flammantes, nam tales depingit Cherubinos Templi Ezechiel, cum Cherubo illi superbissimo imperat; *in medio lapidum ignitorum ambulasti* id est, numerabaris quondam inter carbunculos flammantes, candentes, ignitos scilicet Templi Cherubinos aureos. Tales & in visione sibi apparuisse Cherubinos fatetur Ezechiel. *Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum*. Cum ergo vtrique Cherubini carbones, carbunculi, lapides igniti dicantur, merito ab Isaia appellati sunt Seraphim, quasi ignei, accensi.

Num. 21. ℣.8.
Ibid. ℣. 6.
Serpẽs Moysis alatus fuit
Isa. 14. ℣. 29
Ezech. 28. ℣. 14
Ezech. 1. ℣. 13

QVOD EADEM VISIO SIT posłea Ioanni monstrata Apocalypsis quarto. Sectio VII.

Apocal. 4.

HAEC eadem visio multis post sæculis ostensa est Ioanni, vt ipse narrat dicens: *Post hæc vidi, & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima, quam audiui tamquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu, & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens: & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardini, & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdina, & in circuitu sedis sedilia viginti quattuor, & super thronos viginti quattuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. & de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. & in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo. & in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante, & retro. & animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. & quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum viuenti in sæcula sæculorum, procidebant viginti quattuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. & vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem, &c. & unus de senioribus dixit mihi, ne fleueris, uicit leo de Tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quattuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum, &c.*

Templum vocatur cælum.

Sedes Dei posita in cælo solium oraculi prædictum repræsentat. nam in sacra scriptura cælum pro templo, & templum pro cælo vsurpatur non raro, vt videre est apud Isaiam. *In cælum conscendam, &c. Sedebo in monte testamenti, &c.* & alibi. *Tu exaudies in cælo in sanctuario tuo*. de qua phrasi, & analogia dicemus infra.

Isa. 14. ℣. 13. 3. Reg. 8. ℣. 32.

Vir sedens similis erat taspidis, & sardinis, quorum iaspis subuiridis est, & varius. Sardius vero rubeus, quem scilicet nos Hispani rubi vocamus. respondetque iaspis electro misti coloris auri cum argento, sardius vero igni circum ambienti. mare vitreum quasi crystallus, scabellum solij Dei refert, quod vidit Ezechiel crystallo simile, in claritate scilicet, & transfusione lucis. ergo vtrumque, quia splendidum erat & diaphanum, vitro & crystallo rite comparatur.

Quod ait. *in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor animalia*, non significat in sede ipsa existere, neque vero sub sede habuisse dorsa quasi boues sustinentes mare æneum Templi, vt quidam imaginantur, quo textui faciant satis, sed *in medio sedis*, significat ante sedem. erant enim bina ante sedem, bina retro, a lateribus tamen sedis, vt vides in nostra imagine initio huius commentarij de prima visione. Dicuntur autem esse in medio, quia erant inter Ioannem spectantem, & sedem. nam, in medio esse, Hebræis æquiualet, inter aliquos esse, vt *in medio populi habitare*. hoc est inter populares. Vide explanationem capitis primi. *in medio captiuorum*. Eundem sensum habet illa phrasis, *rota in medio rotæ*, de qua mox.

4. Reg. 4. 13. Ezec. 1. ℣.

Quatuor facies animalium.

Animal primum simile leoni, secundum simile uitulo, non significat singula animalia vnicam gestasse figuram, vel faciem, sed singula potius habuisse quaternas, quarum prima fuerit leonis. Similis phrasis extat capite decimo Ezechielis. *quattuor facies habebat unum. Facies prima facies Cherub, facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies*

Ezech. 10. ℣. 14

facies Aquilæ. Vides singulas facies singulis animalibus datas: cum tamen certum sit ex priori parte versus quaternas potius in singulis esse numeratas. Eodem ergo modo Ioannes facies recensét animalium, non animalia ipsa. Vocat autem facies nomine animalium, quia re uera animalium erant exuuiæ, atque imagines. nam vngula signum erat bouis; os, manus, & crura recta signum hominis; armi iubati signum leonis; atque alæ signum Aquilæ. Sed ais, Quorsum initio proposuit quattuor animalia se vidisse, cum deinde non de animalibus agat, sed de ipsorum faciebus? Respondeo, Nil aliud discriminis reperisse inter animalia per omnia sibi simillima, quam esse quattuor in totidem angulis solij constituta. quare de omnibus, ac si vnum esset prosequitur narrationem, enumeratque quattuor facies, quas in singulis obseruauit, ac si dicat apertius: Vidi quattuor animalia, singula eorum quaternis vestita animalibus, quorum primum erat simile leoni, secundum vitulo, &c. Hoc autem ita esse patet ex eo, quod sequitur. *Et tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti.* Tria animalia dixit similia esse leoni, vitulo, aquilæ, vnum vero habere faciem quasi hominis, discernens inter faciem, & similitudinem, vt videre est. Cur ita? quia de formis loquebatur animalium repræsentatiuis, quæ quidem in ceteris similitudines tantum erant, non vultus. in homine autem vultus ipse erat facies, vel forma eius repræsentatiua. alioqui si animalia ipsa diuersas habuissent figuras, vtpote vnum leonis, alterum vituli, non discreuisset Ioannes inter hominem, & cetera, huic asscribens faciem, illis vero similitudines, sed potius singulis singulas facies, ideſt, vultus dedisset, vel omnibus ex æquo similitudines. Præterea idem confirmatur ex eo. *Et quartum animal simile aquilæ volanti.* Vides in quo sita fuerit similitudo animalis cum Aquila? non in vultu, non in corpore, non in vnguibus, sed in alis tantummodo, quibus volat. Denique quia singula animalia habebant alas senas, nimirum ad instar Seraphinorum, quos vidit Isaias. nam omnes fatentur præsentem visionem illi esse quam simillimam. At vero Seraphini binis alis operiebant corpus suum, binis faciem, binis volabant, & clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus. ergo animalia Ioannis in eundem vsum accepisse senas alas credenda sunt, maxime cum eidem vacent ministerio. nam in circuitu sedis Dei astant, & clamant die ac nocte: Sanctus, Sanctus, Sanctus, non secus atque Seraphini Isaiæ. Binis igitur alis operiant corpus necesse est, alioqui frustra acceptæ videbuntur, atque gratis datæ essent binæ alæ animalibus, quas confingunt interpretes. namque leoninum corpus villis indutum est, vitulinum pilis, aquilinum plumis vestitum. Quorsum igitur alis binis operient corpora? necessariæ tamen sunt senæ alæ Cherubinis, qui, vt supra vidimus, ore, & toto corpore iuuenes erant, nuditatemque eorum operiri decebat alis binis, qui animalia vocantur ab Ezechiele & Ioanne, quia animalium exuuijs, & insignibus erant vestiti. Postremo, si facies leonis, ideſt, os & vultus vni erat, alteri vituli vultus, alij rostrum aquilæ, quomodo clamabant, vocesque articulatas, immo suauissimas, edebant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus? nam leo rugire potest, vitulus mugire, & aquila clangere, verumtamen nullum canere assuecit. Sed ais, Erant animalia mystica, & mysterijs plena. Fateor mystica fuisse, sed non magica. at vero ad magiam pertinet, vt bos, & leo loquantur, vel canant. Dices, Hoc non contigit re vera, sed in visione. Egregium suffugium, quasi vero soleat Deus in visione repræsentare quod re ipsa esse non potest. Visiones in sacris literis referunt historias, vel parabolas; non vero fabulas. priores re uera contigere, posteriores esse possunt, vel non repugnat fore, postremas esse repugnat, atque in visione ostendi existentes citra mendacium, magicumque commentum. Fit ergo ex dictis animalia Ioannis eadem esse cum animalibus Ezechielis, atque consequenter cum Isaiæ Seraphinis, Templique Cherubinis, quorum singli quaternas figuras ostendebant, hominis in ore & corpore, leonis in iubis, vituli in calcibus, atque aquilæ volantis in pennis.

Liber qui in dextera sedentis apparet signatus sigillis septem non est absimilis volumini, quod porrectum est Ezechieli ab auriga currus. nam iste liber interpretationem continet voluminis: illa inquam visio Ezechielis, visione Ioannis declaratur.

Liber Ezechieli traditus ab auriga, similis est ei quem tenet sedens apud Ioannem. Ezech. 2. ℣ 9.

QVOD EADEM SIT IDEA visionis huius, atque eius, quam vidit Daniel capite septimo. Sectio VIII.

HANC eandem Cherubinorum, & solij Dei ideam refert illa altera Danieli communicata visio, quam ipse cap. 7. recenset ijs verbis. *Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus, fluuius igneus, rapidusq. egrediebatur a facie eius, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.*

In hac visione Dominus habitum præsefert Iudicis, atque adeo personam senis assumit, quam capilli quasi lana munda albescentes repræsentant, & vestimentorum candor, qui regius olim erat color, maiestatem & auctoritatem Iudicis declarat, respondetq. iridi Ezechielis, atque splendori, quo Basilicam plenam viderat Isaias. Thronus, & currus flammeus expressa imago est solij aurei excitati supra plaustrum oraculi, sicut thronus, & currus Ezechielis, atque Isaiæ solium excelsum & eleuatum. tot millia ministrantium, atque assistentium Domino, diximus etiam vidisse Isaiam. quæ, etsi non referat visio Ezechielis, quod Dominum extra Basilicam migrantem inducit, certe in ipsa Templi Basilica non desiderabantur, in cuius parietibus per circuitum innumeros Cherubinos sculptos, & quasi extantes a pariete legimus apud Ezechielem. fluuius ille igneus ex parte significatus est altari incensi, quod ante oraculum extabat, quodque Isaias vidit carbonibus plenum, atque Ezechiel ante arcam in ipso currru vectum animaduertit. Cetera de filio hominis, quem Iudex in Throno collocauit suo, explicatiora sunt oracula, quam fuerint Isaiæ, aut Ezechieli ostensa in visione: de quibus sectione tertia huius Commentarij diximus.

Senis persona Iudicē repræsentat.

Ezec. 41. ℣. 22. 3. Reg. 6. ℣. 20. & 22.

Probat animalia habuisse vultum hominis, exuuias animalium reliquorum.

Non habebant animalia singula singulas facies, neque vultus brutorum, quia loquuntur.

QVOD

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVOD EODEM APPARATV A visus sit Dominus primum a Moſe in Monte Sinai. Sectio IX.

QVAS hucuſque narrauimus viſiones, poſteriores eſſe conſtat Salomonis Templo. quare non eſt mirum, ſi ipſarum ſpectra cum exemplari conueniant, ex quo ſunt expreſſa. Illud mirabilius eſt, ipſam oraculi quadrigam alia viſione multo antiquiore olim fuiſſe repræſentatam, immo vero ad inſtar illius viſionis factum in oraculo exemplar materiale quadrigæ. ea eſt viſio Moyſi oſtenſa in monte Sinai, ad cuius inſtar ipſe Moſes ſolium Dei inter Cherubim fabricari fecit, quemadmodum acceperat Domino præcipiente. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*. Ex oraculi itaque apparatu licebit de monte philoſophari, atque indubitanter aſſerere, Deum Moyſi eodem habitu ſeſe oſtendiſſe in monte, quem ipſe in tabernaculo primum, ac deinde Salomon in Templo deſignarunt. Verum id ipſum confirmemus alijs ſacræ Scripturæ teſtimonijs. Sane quidem imaginem ſolij, atque propitiatorij, quod fecit Moſes, atque adeo Throni, & firmamenti Ezechielis, quod ſolio, & propitiatorio reſpondet, videmus expreſſam in Exodo. *Videruntque Deum, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt*. Quidam Hebræorum, vt Rab. Abraham interpretatur, לבנת libnat, non lapidem, vt Hieronymus, ſed laterem, quaſi ſub pedibus Dei apparuerit laterculus ſapphyrinus. cuius ætyologia eſt a Rab. Salomone adhibita, nempe vt ſignificaret Dominus memorem ſe eſſe eorum afflictionis in opere lateritio. Hebræos ſecuti recentiores vertunt lateris, non lapidis, ſed falſo. nam lapidis vertendum eſſe conſtat. primo ex Chaldæo paraphraſte, qui ſic traducit, Tanquam opus אבן טבא ebon taba lapidis pretioſi. Item ex Rab. Dauid, qui ſic habet eo loco, Ecce המפיר לבנת libnath haſapphyr, eſt ſicut lapis ſapphyri, quem vidit Ezechiel in viſione prophetiæ capite decimo. Ecce in firmamento, quod erat ſuper caput Cherubim quaſi lapis ſapphyrus, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit. Præclare iſte quidem. etenim verſus, qui ſequitur in Exodo, vtrunque locum aptiſsime nectit, videlicet, *Et ſicut cælum cum ſerenum eſt*. Duo videbat Moſes, lapidem Sapphyrinum, & cælum ſerenum. Vtrunque enim ad eandem ſpeciem referri non poteſt. Etenim cælum ſerenum vel in munditia ſua, aut puritate, vel claritate, id eſt, cum nubibus vacat, colorem refert aërium, Sapphyrus autem rubri coloris eſt, vt patet ex illo Threnorum, *Rubicundiores ebore, antiquo Sapphyro pulchriores*. Abraham, qui huius eſt ſententiæ in Sapphyri colore, ſic vertit: Rubicundiores gemmis, ſapphyrus exciſio eorum. quaſi eadem ſententia ſit vtriuſque verſus. Erant, inquit, rubicundi quaſi gemmæ, & quaſi exciſi ex ſapphyro. Neque ab ea diſſentit Plinius, qui quaſdam ſapphyros cæruleas, quaſdam purpureas eſſe tradit, ſed omnes aureis punctis collucentes. ergo Moſes videbat ſolium Dei ſapphyrinum, hoc eſt, purpureum, auroque micans, atque pedamentum ſolij aërium. illud reſpondet Throno Ezechielis ſapphyrino, hoc firmamento, quod ſub Throno extenſum viſebatur, pellucidum, & clariſſimum tanquam cryſtallus: In Templo vero alæ Cherubinorũ, varijs coloribus ocellatæ, quibus inſidebat Dominus, referunt ſolium ſapphyrinum auro micans. Moyſis & Ezechielis propitiatorio; aureo refertur firmamentum, ſeu cælum. aureus enim color luce ſua, & fulgore lucidum, & ſerenum cælum repræſentat. Conueniunt ergo ſolium, & ſcabellum montis, & Templi. Super ſolium Deum viſum eſſe à populi principibus teſtatur Moſes loco prædicto, ſpeciemque eius refert eandem, quam Ezechiel. Sic enim habet. *Erat autem ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens ſuper verticem montis in conſpectu filiorum Iſrael. ingreſſusque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem*. duplici ſimilitudine ſpeciem Domini ſigni ficauit, ignis ſcilicet, & nebulæ, vel nubis. Ezechiel ſub ſpecie electri igniti filium hominis vidit in Throno reſidere. Moſes nil tale ſupra Cherubinorum alas effinxit. Deus enim in Templo audiendum ſe exhibuit, non videndum. Iſaias in habitu regali contemplatus eſt Dominum, Daniel ſub perſona Iudicis. Vnicuique enim prophetarum eam exhibebat Deus faciem, quæ ad eius inſtitutum erat accommodatior. etiamſi omnes ſint ſibi ipſis quam ſimillimæ. Enimuero facies Dei in Ezechiele præclare exprimit faciem eiuſdem in monte oſtenſam. Hæc enim non alia exiſtimanda eſt ab illa, qua per deſertum totos quadraginta annos ſuum ducebat populum, de qua ſcilicet ſcriptum eſt. *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore, nunquam deſuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo*. & iterum. *Erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem*. Qui quidem locus præcedentem declarat, atque nos docet non binas columnas præceſſiſſe exercitum, alteram nubis ſcilicet, & ignis alteram; ſed vnicam lucidiſſimi electri ardentis, quæ interdiu quaſi nubes apparebat, noctu quaſi ignis: interdiu tenebroſa videbatur, quia ignis ſplendor a ſolis iubare obſcurabatur, noctu vero luminoſa videbatur, quia in medijs tenebris libere, lateque collucebat ignea fax. hoc autem ita eſſe colligitur ex eodem capite. *Iam enim*, inquit, *aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum in columna ignis, & nubis*. En quia in crepuſculo & lux albeſcere, & tenebræ ex parte fugari cœperant, Columnæ duplex tribuitur facies, nubis, & ignis, nimirum quia oriente luce ignis offuſcari, & nubes conſequenter cœperat comparere. Eaſdem ſpecies referebat aurichalcum Ezechielis, igni immerſum, atque igni circumuolutum, vt diximus ſectione tertia.

Exod. 25. ℣. 40 — Apparatus ſolij Dei qui in tabernaculo & in templo ſimilis erat oſtenſo Moyſi in monte.

Exod. 24. ℣. 10

Exod. 24. ℣. 17

Exod. 13. ℣. 21.

Ibid. c. 14 ℣. 20 — De columna nubis, & ignis præcedente Iſrael.

Sapphyrus rubri coloris eſt. Thren. 4. ℣. 7.

Plin. l. 37. cap. 9.

QVOD MOSES VIDERIT CVRRVM, & quadrigam Cherubim. Sectio X.



OSTENDIMVS vidiſſe Moſem in monte Deum in ſpecie ignis ſolio ſapphyrino ſedentem ſupra firmamentum cryſtallinum. Reliquum eſt, vt monſtremus, ſub ſolio vidiſſe currum, & Cherubinorum quadriformium bigam, & fortaſſe etiam quadrigam. Illud ex præfato loco Exodi conuincitur neceſſario. in eo enim præceptum accepit omnia faciendi *ſecundum exemplar, quod ſibi in monte monſtratum erat*. atqui ſuperius ſectione tertia oſtendimus, ipſum

Exod. 25. ℣. 40.

sum in tabernaculo duxisse ex auro Cherubinorum bigam à lateribus arcæ, atque ipsam arcam supra plaustrum eleuasse, vel saltem illi quaternos subiecisse globos, seu sphærulas, quibus a pauimento eleuaretur. consequens ergo est, vt quid simile, tametsi expressius, ipse viderit Dei sedi subiectum. Atque ita testatur Iosephus. Super tegmen vero arcæ erant effigies, quas Hebræi Cherubim appellant. ea sunt animalia volucria specie noua, à nullo umquam hominum inspecta. hæc dixit Moyses in Dei sede se vidisse figurata. Neque Iosephus solus huius quadrigæ meminit. nam multis sacræ Scripturæ oraculis Deus inducitur quasi auriga vectus carruca cælorum, vel Cherubinorum, cum ad ferendam legem Israeli apparuit. *Ascensor cæli auxiliator tuus*. Hebraice vector, id est, qui cælorum curru vehitur. & Psalm. *Qui ascendis super occasum*. & iterum: *super cælos cælorum ad orientem*. id est, qui cælorum curru inequitans vehitur ad occasum, & orientem, omnia petcurrens. & subinde *currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis in Sinai in Sancto* id est, agunt, & stipant currum multæ Angelorum myriades, & Dominus inter eos, & super eos inequitans venit in Sinai, atque mansit in sanctuario. Ex quo loco aperte conuincitur, quod sectione tertia dicebamus, eandem esse formam quadrigæ Sanctuarij, atque Ezechielis, & Moysis. Idemque efficitur ex versu sequenti. *Viderunt ingressus tuos Deus* pompam triumphalem in Sinai *ingressus Dei mei, & regis mei, qui est in sancto*. id est, qualis in sanctuario est apparatus triumphi, tunc visus est. & Habacuch. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio*. & Psalm. non carruca solum, sed solij, atque ipsius Dei, quam supra delineauimus, facies describitur. *Confessionem, & decorem induisti*, id est, gloriam atque decus, *amictus lumine sicut uestimento*. duplicis vestis mentionem facit, altera est laus, gloria, decus; altera lux. illa exterior est, ista interior. illa ad creaturas manat, hæc intra Deum manet. nam *Deus*, vt Paulus explicuit, *lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit*. Ex hac luce refunduntur in vtrunque mundum radij decoris, gloriæ, & splendoris diuini. illa auricalco significatur ab Ezechiele, ista igne flammante. Sequitur: *Qui ponis nubem ascensum tuum*. vehiculum tuum, nubibus scilicet pro curru vteris, *qui ambulas super pennas ventorum*, ideſt, super ventos alatos equitas: quæ verba explicat versu sequenti: *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem*. En qui sint alati venti, Angeli, quos habet stipatores suæ carrucæ, qui quidem sunt natura spiritus, aspectu vero, & efficacitate ignis vrens. Sic locum hunc interpretatur Paulus ad Hebræos, quidquid de vētis, & igne Hebræi exponant. Sed in Psalmis apertissima extat mentio rotarum currus, quo vectus Deus noster pugnauit pro Israelitis contra Aegyptios in mari rubro. *Viderunt te aquæ, Deus*, inquit, *uiderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi*. id est, in traiectu maris rubri, aquæ virga Moysis percussæ Dei virtutem senserunt, timuerunt, & recesserunt. *multitudo sonitus aquarum*, id est, aquæ etiam è nubibus cum fragore ruentes obruerunt Aegyptios. *Vocem dederunt nubes*. ideſt, tonitrua, & fulgetra emiserunt æthera, vt eos terrerent. *Etenim sagittæ tuæ transeunt*, transiere fulgura scilicet, fulmina, & grandines iaculabaris e solio tuo. *Vox tonitrui tui in rota*. rotis currus tui tantum stridorem edebas, vt hostes præ metu exanimarentur, & vix fugæ præsidium quærerent. Solet locus iste de rotis Aegyptiorum explicari, sed distorte. Solet & de cælesti orbe, sed noua locutione. de Dei vero carruca facile, apte, & eleganter intelligendus venit. Porro Dei vectationem æmulari voluerunt Poetæ veteres, cum Iouem, Apollinem, Mercurium, aliosque vanissimos eorum Deos curru equitantes fingebant. Cuius fabulæ extat in sacris literis testimonium. etenim legimus Iosiam abstuliſſe e Templo *equos, quos dederant Soli reges Iudæ*, curruſque Solis combussisse igni. tam priscum fuerat istud commentum. Et de Hieroglyphici idea hactenus.

Ioseph. anti. 3. c. 6.

Deus frequēter apparuit vectus carruca cælorū, vel Cherubinorum.

Deut. 33. ℣. 26.

Explanatur Psalm. 67.

Habac. 3. ℣ 8.

Psal. 103. ℣. 2.

Explanatur hic Psalmus.

1. Timoth. 6. ℣. 16.

Hebr. 1. ℣. 7.

Psal. 76. ℣. 17

Explanatur hic Psalmus.

4. Reg. 23. ℣. 11.

COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII DE PRIMA VISIONE EZECHIELIS

SECVNDA PARS

IN QVA DECLARATVR MENS VISIONIS.

QVID SENSERINT de significatione visionis Ezechielis Latini, & Græci Patres. Sectio I.

DESCRIPSIMVS Hieroglyphica Ezechieli per visum ostensa. reliquum est, vt eorum significationem symbolicam, & arcanam enodemus. Atque primum quid alij de præsentis visionis significatione senserint, deinde, quid nobis videatur, aperiamus.

Hierony. Hieronymus hoc loco varias de hac re Doctorum recensèt sententias. ipse autem nulli adhæret. at vero in procemio commentarij in Matthæum visionem de Christo Domino, & quattuor animalia de quattuor Euangelistis interpretatur. Idem sensere alii Patres, Irenæus, Athanasius, Augustinus, Ambrosius in Apocal. Gregor. Isidorus, atque in prologo librorum noui Testamenti, Beda cum aliis in Apocal. Cæterum sensus iste allegoricus est, & longe peritus, tametsi idoneus, vt sect. 13. dicemus; atque ex iis, quæ hucusque de Hieroglyphicis disputata sunt, satis aperte colligitur. Quorsum enim Euangelia quattuor circumfert Dominus, cum se Prophetæ minabundus ostendit? cum volumen plenum lamentationis, carminis, & væ porrigit vorandum? cum vrbem flammis tradit è medio animalium acceptis? Immo vero quorsum in Templo Dei euangelistarum eriguntur statuæ binæ ex auro incrustatæ? Quorsum in Dei sede illorum effigies delineantur? & cur non potius Petri, & Pauli? Cur non potius Christi? Sed, quam verum sit hunc esse allegoricum, & non historicum sensum, sectione 13. luce clarius apparebit.

Iren 3. contra hær. cap. 11. Athanas. in synopsi. Aug. l. 1. de consen. Euang. c. 6. Ambr. in Apocal. Greg. hom. 3. & 4. in Ezech. Isid. l. alleg. vet. test. initio. Beda cum alijs in Apocal.

Quattuor hominis posfessores per quattuor facies significari.

Alij per quattuor animalia quatuor minoris mundi partes, id est, hominis facultates intelligunt, rationalem in Homine, irascibilem in Leone, concupiscibilem in Vitulo, atque syndieresim in Aquila, quæ supra tres cæteras sit, & errantes illas corrigat. Hanc spiritum quandoque dici in Scripturis, de qua Paulus loquitur, dicens: *Vt spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.* hanc quadrigam in aurigæ modum Deus regit, & frenat currentem, docilem facit, & suo parère cogit impe-

1. Thess. 5. ℣. 23

rio. refert id ex innominato Hieronymus. sed idem nos inuenimus apud Origenem in Catena Græcorum, quæ in Vaticana Bibliotheca prostat manu scripta. Vnde nonnulla delibauimus scholia, eaque breuissima, ad nostrum Propheram illustrandum idonea. Legimus eadem in Gregorio Nazianzeno.

Hier. Ezechiel. 1. Origenes in catena.

Greger Nazian.

Refert præterea Origenes, atque Hieronymus, alios per animalia quattuor mundi plagas intellexisse, per quattuor facies totidem elementa; per rotam in medio rotæ, vel eorumdem elementorum commistionem, vel quattuor anni temporum circulum. de quo Poeta:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

Per firmamentum cælum designari: atque per sedentem in throno imperium cuncta regentis Dei, omniaque habentis sub pedibus describi. atque ijs omnibus quasi pictura quadam, & imagine prouidentiam demonstari, quæ gloriæ Dei nomine intelligatur. Subdit Origenes, Verum hæc crassiora sunt. Quare Hieronymus eadem fere repetens adiecit, Hæc & ad euangelia, & ad cuncta, quæ supra posuimus, referre possumus.

Dei prouidẽtiam, significari visione.

Apollinaris, atque post illum Polychronius autumant, ostendi per visum Prophetæ vniuersalem prouidentiam, quæ non Hierosolymis modo potestatem habeat, neque solum in Iudæos dominetur, sed etiam in gentibus imperet, quarum sit effector, & rector. Nubes igitur veluti figura quædam videtur diuinæ naturæ: spiritus, seu ventus velati uigilum, custodumque locum obtinet: Splendor in circuitu, Dei præsentiam docet, ignis effulgens ad terrorem inducitur. Vel, ut alius innominatus scribit, nubes vehiculum Dei est, splendor quasi Dei domicilium, quia lucem habitat inaccessibilem, ignis uero ad peccatores terrendos. Per quattuor autem animalia, inuisibiles significat exercitus, vt principatus, potestates, virtutes, dominationes. Per quattuor vero formas eorum vniuersam nobis indicat naturam, cui imperat Deus, rerum tum visibilium, tum inuisibilium: per Hominem quidem creaturam omnem rationis participem Deo seruire discimus: Per Leonem vero, & Vitulum vniuersæ illum naturæ, tum iumentorum, tum agrestium ferarum imperium tenere docemur. Per Aquilam denique aquatilium, & volucrum: nam ex aquis vtraque.

Apollinaris & Polychronius significari visione puram, vniuersalẽ prouidentiam.

Scholiast.

que. At, quod earum crura erant recta, illa cum timore stare significat. Quod ipsarũ erant pedes alati, ministerij celeritatem significat. Ignis fulgens, efficacitatẽ Dei declarat. Manus hominis sub alis eorum, obsequium, quod in eis erat & ad continendum, & subleuandum Deũ indicat. Alarum extensio ministerium demonstrat. Quod autem non conuertebantur, dum incederent, immutabile ministerium. Quod vnusquodque ante faciem ambulabat, concordi mente cuncta perficere. Quod alis tegerent corpus, metum demonstrat inuisibilium copiarum. non enim vt valentes offerebantur, sed Dei in ipsas beneficium agnoscentes, cum timore simul & gaudio munus explebant. Quod vnumquodque ante faciem suam graderetur, declarat, quod parèrent ijs, quæ imperabantur. Hæc Apollinarius, Polychronius, atque alius quidam ex Græcis Patribus. Quorum sententia quam sit Hieroglyphico conformis, atque argumento Vaticinij conueniens, prudens lector facile iudicabit. Nobis quidem visa est literæ sensum continere in ceteris, in quaternis vero animalium formis, & a mente Prophetæ, & a seipsa multum excidisse iudicatur. nam, si per quattuor stipatores Angelicæ substantiæ Deo assistentes, & famulantes intelliguntur, quorsum ceterarum creaturarum personas induunt? numquid vt illas repræsentent? at quomodo intelligentur irrationales creaturæ Deo assistere, & non potius intellectuales, quarum hoc proprium munus est? Sin vero, vt illis significetur Diuinæ potentiæ dominatus, cur non potius per rotas inferiores creaturas, & per animalia superiores substantias accipiemus, cum ad nutum præsidis animalia agitari legamus, atque ad eorum motum subsequi continuo rotas? Sane quidem hæc interpretatio nostra multo esset horum auctorum instituto conuenientior, atque capitis argumento gratior: sed illud obstabat, quod quattuor facies animalium in spiritualibus substantijs inuenire difficile videbatur, Deo autem accommodare difficilius. D. vero Iustinus in hunc modum philosophatus est. Vidit autem propheta quadrifrontia animalia, similitudines habentia hominis leonis, vituli, & aquilæ. dicit autem propheta Daniel de Nabuchodonosore, quod ei creuerint vngues, vt aquilæ, & pili vt leonis, quodque herbis pastus fuerit more vituli, & hominis cor ei datum fuerit. hac visione consolationem quandam affert Israëlitis in præualidam, duramque potestatem Babyloniorum intuentibus, & de recuperanda libertate desperantibus. Vt igitur de hac desperatione deducat Israëlitas ostendit prophetæ mansueti, & immã sueti animalis coniunctionem, scilicet hominis & leonis, atque graues habentis humeros, & volucris compactionem, id est bouis & aquilæ, quibus declarauit mutandum esse imperium Nabuchodonosoris ferum in regnum mansuetum, atque duram captiuitatem in liberam expeditionem, idemque significauit per rotam in rota, abductionẽ Israëlis in exilium, atque restitutionem in patriam. Ingeniosa equidem interpretatio, sed magis accommodatitia, quam germana. Constat enim ex superioribus, facies animalium antiquiores esse Babylonio, nulloque pacto illi posse accõmodari: quia ille aquilæ pennas non habuit, nedum alas senas. neque oculis plenus dici potuit, neque quaternis animalibus apte repræsentaretur, qui vnicus erat. denique non quadrat significatio appositа ipsis faciebus, quia quamtumuis restitutus in humanum ingenium Nabuchodonosor; non soluit captiuitatem Iudæorum. frustra igitur ostenderentur eius facies, ad libertatem populo promittendam. Græci alio diuerterunt.

Quæst. 44. ad Orthodoxos.

Catina Syrus auctor apud Hieronymum hoc primo capite ingeniosus inter suos appellatus, iusto hac de re edito volumine, scribit, præsenti visione referri castrorum ordinem duodecim tribuum per solitudinem gradientium, atque consistentium in stationibus ab Angelo designatis per familias, & domos ad Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem; atque earum Tribuum consensionem in consanguinitate, & caritate significari per rotam in rota. Hæ ducebantur a spiritu, nube protegebantur in erèmo, & columna ignis illuminabantur in nocte, nec reuertebantur in Aegyptum, sed semper ad terram promissionis ire festinabant. Electri similitudinem in medio apparentis interpretabatur Sãcta Sanctorum. Faciem Hominis ad totum Israel referebat, Leonis ad regale sceptrum Iudæ, Vituli ad sacerdotalem, & Leuiticam Tribum, extra quæ sit facies Aquilæ vindicta, & vltio Dei de cælo cuncta prospiciens, & quæ parata sit laniare peccantẽ, de qua dicitur ab Osea. *Sicut aquila super domum Dei*, id est, Templum. & in hoc Propheta. *Aquilam grandem magnarum alarum, & unguium, quæ habeat ductum intrandi in Libanum*, Nabuchodonosorẽ intelligi volebat, quem & nunc significet esse venturum. ac super huiuscemodi quadrigam instar aurigæ sedere Deum, & facienda, vel non facienda præcipere, &c. Olfeciisse videbatur veritatem iste Auctor, sed non est assecutus; in eo autem longissime aberrauit & a vero sensu, & ab eo, quod instituebat, argumento, quod scilicet quartam faciem assignauit Nabuchodonosori, vt vindici diuinæ iustitiæ. Nam, quomodolibet intellexerit, hanc faciem, siue iustitiam diuinam, siue Regem Babylonis repræsentare, non obseruat quadrigæ rationem. nam, si quarta facies iustitia diuina est, refertur potius per præsidentem, quam per stipatorem. præsertim cum ceteri stipatores non referant alia diuina attributa, sed populi insignia, regnum, & sacerdotium. Sin vero Babylonius Rex quasi ipsius vltionis vindex repræsentatur, nullam habet cum ceteris faciebus conuenientiam, præterquam quod indecore miscetur sacris profanus. *Quæ enim conuentio lucis ad tenebras, Dei ad Belial? Quæ communicatio Dei cum idolo?* regno scilicet Sacerdotali cum Babylonio? Numquid collocare voluit Nabuchodonosorem in monte testamenti, similemque facere Altissimo? Numquid inter Cherubinos Templi statua erit Chaldæi regis? *inter filios Dei stabit Sathan? Saul inter Prophetas?*

Duodecim tribus ductig per desertũ hac visione significari, contendit Catina.

Osee. 8.

Ezech. 17. v. 3.

Vna facies animalium non potest significare vnum attributum diuinũ, quin aliqua alia significet.

Consequentius expleuit quadrigam Lyranus ex R. Dauide, quam Catina, quaternas facies referens ad totidem Monarchias, Assyriorum scilicet, Persarum, Græcorum, atque Romanorum, quæ sub alijs imaginibus bestiarum sunt postea Danieli ostensæ per visum. Ceterum longius receßit a mente Prophetæ, atque a literæ contextu. nam, vt vidimus sectione quarta, præsens visio obiecit oculis Vatis arcam Testamenti, quæ dicitur gloria Dei, vectam quadriga Cherubim, egredientem de Templo, atque iterum regredientem, &c. Atque ipsasmet Cherubinorum facies, quæ in Templo videbantur, quibus repræsentatas esse quattuor Monarchias impiorum hominum nefas est dicere. Iure igitur optimo impugnatur a Burgensi Episcopo Lyranus, & pessimo papyraceo clypeo protegitur a suo commilitone.

Lyranus per quattuor facies, quaternas Monarchias significari putat.

Burgẽsis impugnat Lyranum.

Lege-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theodoretus affirmat angelos non habere bestiarum imagines: eis tamen significari rerũ omnium summo Regi subiectionem.

Legerat absque dubio Theodoretus tam Græcorum, quam Catinæ sententias, atque, vtrasque corrigere volens, in hunc modum explanat Hieroglyphicum. At nemo existimet, bestiarum, & animantium rationis expertium imagines habere eas, quæ cerni nequeunt, potestates: Siquidem his alia innuuntur. Leo enim regnum: namque animal regium est, significat: per Vitulum, sacerdotium: nam pro principe sacerdotum vitulus vnus offerebatur: & per Aquilam prophetia declaratur: est enim animal in sublime volans: & prophetia huiusmodi est, quæ sublimia contemplans longissime prospicit futura. Docet igitur ijs, quæ dicta sunt, omnem humanam naturam vna cum proprijs ducibus omnium regi, omniumque auctori subiectam esse, qui tot donis humanum genus instruxerit. Hæc ille. Qua expositione correxit quidem Græcorum sententiam, aperte professus, Cherubinis nulla ratione repræsentari animantia rationis expertia, vt leo, vitulus, &c. Sed dona populo communicata, quorum ipsa animantia symbola erant, & Hieroglyphica. Correxit etiam Catinæ delirium, qui Nabuchodonosorem inter Cherubinos recensebat, id est, regno, & sacerdotio Israelitico adnumerabat, docens per Aquilam intelligi prophetiam, non Babyloniũ. Verum non exhausit symbolorum sacrorum significationem secretiorem: neque conuenientem conflauit quadrigam ex homine, rege, sacerdote, & propheta: nam homo, id est, Israel, non est insigne populi Dei, qualia sunt cetera, regnum scilicet, sacerdotium, & prophetia. sed potius pro plasma, seu statua, quæ tribus illis vestitur trophæis. Quare non debet numerari inter dona, neque cum populi Israelitici prærogatiuis recenseri. Præterea, non distinxit inter animalia, & quaternas singulorum facies, totidemque rotas: at necesse est tres quaternarios facere inter se diuersos, & sibi per omnia similes, animalium, facierum, & rotarum.

HEBRAEORVM SENTENTIA de significatione animalium.

Sectio II.

Animalia significãt quattuor castrorum archiduces, & facies eorum insignia, iuxta Hebræos.

NON desunt inter Hebræorum Doctores, qui existiment, hisce quattuor animalibus referri quattuor Archiduces castrorum Israel, quaternis vero facicbus toridem vexillorum insignia. Quam sententiam vt explicemus, oportet meminisse, populum Israel per desertum gradientem appellatum esse exercitum.

Exod. 12. ℣. 17. In Exodo scriptum est: *eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti*. Dictus est autem exercitus cum propter innumeram armatorum multitudinem, quæ fuit sexcentorum trium millium quingentorum quinquaginta, præter alia vigintiduo millia Leuitarum, quæ seorsim numerata sunt. exceptis paruulis, & feminis. nam omnes animæ erant, tradentibus Hebræis, millies mille, & octingenties mille. Tum vel maxime propter ordinem, & dispositionem elegantem, quam obseruabant in progressu, atque in castris metandis, acceptam a supremo huius militiæ magistro fortissimo Deo Israel, qui exercitum suum quadrangulari schemate ordinauit.

Numer. 2. *Singuli*, inquit, *per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi. Ad Orientem Iudas figet tentoria, & iuxta eum tribus Issacar, & Zabulon. Ad meridiem Ruben cum Simeone, & Gad. Ad Occidentem Ephraim, & cum eo Manasses, & Beniamin. Ad Aquilonem Dan, Aser, & Nephtalim &c.* Quattuor itaque Archiduces tribuum insigniorum quattuor cornua muniebant exercitus. Latera vero singula binæ complebant tribus singulis principibus subordinatæ. Intra hunc ambitum dispositæ erant castra Leuitarum in quattuor angulis schematis breuioris ordinata, quem exercitum interiorem vocare solet sacra Scriptura, vt in Commentario de Hierarchicis eorum ordinibus dicemus. In angulo orientali Aaron, & Moyses. In Meridiano filij Chaath. In occiduo filij Gerson: atque in Septentrionali filij Meran. Enimuero singuli Duces tribuum propria gestabant insignia, parentum scilicet stemmata in vexillis depicta. At vero inter cetera multo eminentius splendescebant quattuor Archiducum vexilla in totidem castrorum cornibus supra tentoria Principum erecta. Qualia autem fuerint illa signa, & qualibus insignibus notata, scribunt Hebræi in cap. istud Numerorum secundum, in hunc modum: Ad Orientem supra papilionem Naason primogeniti Iudæ collucebat vexillum viridis coloris, quem sibi colorem assumpsit, quoniam in viridi lapillo, smaragdo scilicet, parentis Iudæ nomen erat exaratum in Rationali Iudicij summi Pontificis, hoc est, in bulla pectorali, in qua visebatur ius ciuilitatis, & nobilitatis Israelitarum. In quo vexillo depictus erat Leo, hieroglyphicum parentis Iudæ: nam hunc leoni comparauerat Iacob. *Catulus Leonis Iuda.* Ad Meridiem eminebat supra tentorium Elisam filij Ruben vexillum rubrum referens colorem Sardij, in quo erat nomen patris scriptum in Rationali. Symbolum autem depictum visebatur humanum caput, quod Ruben esset primo genitus, & familiæ caput. *Ruben primogenitus meus.* Ad Occidentem surgebat in altum supra tentorium Elisama filij Ephraim vexillum aureum, in quo exaratum visebatur caput vituli, cui comparatus est auus eius Ioseph: *Primogeniti tauri pulchritudo eius.* Aureus vero splendor vexilli æmulabatur fulgorem Chrysolithi, in quo scriptum erat nomen Ephraim in Rationali. Ad Aquilonis plagam fluctuabat supra tentorium Ahiezer filij Dan variegatum signum ex albo, & rubro colore ad instar iaspidis, in quo cælatum erat nomen patris in Bulla Pontificis. Huius stemma fuit Aquila serpentibus inimica, ab Archiduce vice serpentis electa: quoniam auus parentem contulerat colubro. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita:* cuius loco Aquilam posuit, serpentum exitium. Horruit enim in vexillo præferre cerastem. Hæc de signis, atque eorum symbolicis notis tradiderunt Hebræi. In quorum doctrina quædam sunt certa, quædam vero similia, alia dubia.

Singuli duces singuli gestabant in singula.

Naason gestabat leonem in vexillo viridi.

Genes. 49. ℣. 9.

Eliſam gestabat caput hominis in vexillo rubro.

Elisama gestab at virili caput in aureo vexillo.

Deuter. 33. ℣. 17.

Ahiezer gestabat aquilam in vexillo variegato ex albo & rubro colore.

Certum est singulos principes gestasse parentum symbola. Numer. 2.

Primum illud est certum: singulos Principes gestasse parentum symbola in vexillis, quod ex capite Numer. supra citato constat: *Singuli*, inquit, *per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum*. Hebraice, singuli iuxta vexillum suum, & in signis domus patrum suorum. quasi dicat: singuli Principes diseretas a ceteris ducant acies, atque propria erigant vexilla, in vexillisque insignia portent, quibus a reliquis distinguantur. ea autem sint trophæa gentilicia, videlicet familiarum suarum stemmata: nam דגל, degel, quod priori versu, legimus, vexillum sonat, נס, oth vero, quod est in altero versu, significat signum, characterem, insigne, trophæum, symbolum. vt in psalmo. *Posuerunt signa sua signa*. id est, arma, stem-

Quid significet vox signum. Psalm. 73. ℣. 4.

ſtemmata pro trophæis victoriæ in ſummo templi: nam idem nomen repetitur in duplici ſignificatione, quod vtrunque ſignificet ex æquo, ſcilicet inſigne exaratum in vexillo, & trophæum, ſeu ſtemma gloriæ, victoriæ, &c. Idē ex libro Sapientiæ colligitur, in quo ita habetur: *Inueſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant ſculpta:* Græce loco magnaliū, legitur δόξαι, doxæ, id eſt, gloriæ, excellētiæ, trophæa, nobilitatis inſignia, ſtēmata parentum, de quibus iure gloriabantur. Signa itaque ſacra, & Hieroglyphica Aegyptio more inſculpta erant in ſingulis lapillis Bullæ Pontificiæ, non literæ exaratæ. Neque oppoſitum ſignificat Scriptura, dicens: *Habebuntque nomina filiorum Iſrael, duodecim nominibus calabuntur:* nam Hebraice ita legimus. Sculpturæ annuli ſingulis iuxta nomen ſuum erunt, immo duodecim tribubus. Chaldæus: ſculpti ſculptura diſtincta, ſicut ſculptura annuli. Septuaginta: ſculpturæ ſigillorū ſecundum nomen ſuum, &c. & paulo ſuperius: *Sumeſque duos lapides*, &c. *opere ſculptoris, & calatura gemmarij ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael*: Hebraice: opere ſculptoris, ſculpturis ſigilli ſculpes eos: & Chaldæus: ſicut ſculptura: quæ fit in annulis, ſculpes eos. Septuaginta: opus lapidariæ artis ſculptura ſigilli. Vbi autem nos habemus, *ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael*, Hebraice eſt, על שמות, gal ſemoth, ſecundū, contra nomina, vel pro nominibus filiorum Iſrael: ergo neque in binis ſmaragdis humerorum, neque in Bulla pectoris Pontificis literis viſebantur exarata nomina tribuum; ſed notis, ſignis, Hieroglyphiciſque ſculptis repræſentata: quæ qui dem ſigna vocat Sapiens δόξας, doxas, gloriationes, excellentias, præſtantias, tribuum ſcilicet ſtemmata gentilitia Aegyptio more referentia principem tribus, familiæque caput.

Sapient. 18. ℣. 24.

Probat non characteribus ſigillata nomina in lapidibus Rationalis, ſed ſignis Hieroglyphicis. *Exod. 28. ℣. 21.*

Ergo ex dictis videtur certo confici, in Bulla Pōtificis exſculpta fuiſſe duodecim ſigilla, ſeu figuras, aut notas, quæ repræſentabant duodecim filios Iſrael. Vnde efficax ſumitur argumentum, vt probetur, ſimilia ſigna depicta geſtaſſe principes in vexillis ſuarum acierum.

Quod addunt Hebræi Doctores de coloribus vexillorum, tā eſt vero ſimile, vt nulla ratione refelli poſſit; præſertim cum oportuerit varijs coloribus vexilla eſſe diſtincta, vt omnis tolleretur confuſio, poſſentque ſinguli tribules a longe proprium ſignū agnoſcere, & ſequi; cadatque aptiſſime, vt colores vexillorum æmularentur colores gemmarum, in quibus parentum ſtemmata erant cælata in Bulla pectorali Pontificis.

Quod ad colores uexillorum attinet, etiam certū eſt.

Præterea æque certū exiſtimamus, quod de quattuor imaginibus animaliū Hebræi tradidere in totidem vexillis Archiducum depictis. Cum enim probatum ſit, in ſingulis principum vexillis Aegyptio more exarata eſſe ſigilla, notaſve, ſeu imagines animalium, aut aliarum rerum pro ſtēmatibus parentum multo maiore iure hoc ipſum quaternis Archiducibus dandum eſt, eorum ſcilicet animaliū geſtaſſe figuras, quæ ab Hebræis aſſignantur, ſcilicet Hominis, Leonis, Vituli, & Aquilæ: quod, præter eorū traditionem, quæ in huiuſmodi ritibus, & maiorum conſuetudinibus magni ponderis eſſe debet cordato Theologo, cum non diſſentit a ſcripturis, & recta ratione: Ex pſalmis etiam colligitur efficaciter: ſic enim habet: *Deus cum egrederetis tu conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt: etenim cæli diſtillauerunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Iſrael. Pluuiam uoluntariam*, ad uoluntatem cadētem, *ſegrega-*

Non minus certum eſt, quod ad figuras animaliū attinet.

Pſal. 67. ℣. 8.

bis Deus hæreditati tuæ: & ſi infirmata eſt, tu uero perfeciſti eam, animalia tua habitabunt in ea, &c. hoc eſt, populum peculiarem, & exercitum tuum, quem ducebas per deſertum quaſi militiæ imperator, nō ſolum prodigijs honorabilem, & metuendum feciſti; ſed bonorum omnium abundantia cumulaſti: nam & pluuiam gratiſſimam legis tuæ largitor illi communicaſti, quod non feciſti ceteris nationibus; & tametſi aliquando a debita fidelitate deficiebat, tu vero roboraſti eam, confortans ſeras portarum ſuarum, principes ſcilicet viros, qui erāt quaſi claues Reipub. Hæc autem faciebas, quia *animalia tua habitabant*, quieſcebant, viſebantur in tua hæreditate: nimirum quia inter ceteras figura Hominis, Leonis, Vituli, & Aquilæ, in quattuor exercitus tui cornibus collucebat: quæ quidem ſigilla propria eſſe agnoſcebas, vtpote quæ in tua ſede ſculpta oſtētaſti, cum primum faciem ſolij tui in monte detegere dignatus es. Pignorum igitur tuorum memor, non ceſſabas benefacere populo, quem ſemel dilexeras, elegeras, & quem nobiliſſimis trophæis gloriæ tuæ honeſtaueras. Scio, aliter ab alijs verſum præſentem explanari, ſed non ſine tropo, cui locus eſſe non debet, vbi grammaticus ſenſus cum literali tam apte cōhæret, atque in noſtra paraphraſi oſtendimus.

Vide Pſal. 147.

Sane quidem, vt cenſuram abſoluamus de Hebræorum traditione, illæ cauſæ, quas aſſignant, ob quas hæ quattuor animalium figuræ electæ ſint a quattuor principibus, nobis videntur incongruæ. Nam, licet prima de Iuda, & ſecunda de Ruben arridere videantur, certe tertia falſa eſt: quia multis annis præceſſit ordo exercitus benedictionē a Moyſe datam Ephraimo: ille enim inſtitutus eſt vno anno poſt exitum de Aegypto, iſta vero collata poſt annos quadraginta a Moſe cētū viginti annorum moribūdo. Deinde, cur aquilā elegit Dā, cū in benedictione patris cōparatus ſit colubro? niſi forte aquilam pingebat, quæ vnguibus arreptum geſtaret draconem, quod erat vetus Lacedæmoniorum ſtēma: quo etiā argumento obſignarunt literas ad Iudæos conſanguineos tranſmiſſas, vt Ioſephus auctor eſt: quod ego potius crediderim, quoniam benedictioni parentis, & Hebræorum traditioni quadrat mirifice. Præterea, etiamſi illis daremus, eiuſmodi origines imaginum eſſe veras, non probabunt eſſe primarias: etenim, vt patet Numerorum libro, anno integro præceſſit ordinem exercitus apparitio Domini in Sinai, in qua primum Moyſes vidit quattuor ſolij Dei ſtipatores quaternis facibus nobilitatos, vt ſupra diximus Sectione nona. Sūt igitur facies Cherubinorum antiquiores inſignibus Archiducum, atque adeo iſta tranſumpta ſunt ex illis. Alij igitur ſunt inueſtigandi archetypi, ex quibus eiuſmodi facies translatæ fuerint in lapillos, & vexilla Ducum.

Redarguuntur cauſæ, propter quas Hebræi putāt, Archiducēs has quattuor animalium figuras elegiſſe.

Ioſeph. 12. antiq. c. 5.

Numer. 2.

QVAENAM SINT PRIMA exemplaria quattuor animalium, ex Auctoris ſententia. Sect. III.

VT ergo noſtram de facierum ſignificatione aperiamus ſententiam, oportet primaria quærere exemplaria, ex quibus in Dei ſolium, atque adeo in Templi oraculum translatæ ſunt. Qua in re videntur interpretes prædicti defeciſſe, putātes, facies etiam animalium ad

D vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad specialē populi sui prouidentiā significandā, non autē ad uniuersalē, quattuor animalium facies destinauit Deus. *Sapient.* 18. ℣.14.

vniuersalem spectare prouidentiam: cum tamen ad A specialem Dei prouidentiam, atque peculiare beneficium populo suo exhibitum pertineant: quod vt explicetur, repetendum est egregium illud facinus, quo Deus Israëlem redemit ab Aegyptiorum tyrannide. Placet autem eius hypotyposim audire ex ore Sapientis, qui ita habet: *Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cælo a regalibus sedibus, durus debellator, in mediam exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum*, minime fictum, *imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra.* & paulo ante: *Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. Abscondse enim sacrificabant iusti pueri bonorum.* Vides in hac descriptione Sapientis redemptionem Israëliticam factam noctis intempestæ silentio, nutu & prouidentia Dei, qui e regali solio cælorum vtranque despiciebat gentem, Aegyptiacam & Israëliticam: virtute autem Angeli, qui Imperatoris insignia gestabat, atque ministerio hominum, qui sacrificium immolauerant. In qua tragœdia quattuor audiuntur nomina, scilicet, Angelus, Rex, homo, hostia. Libeat nunc pictori ingenioso hanc historiam referre in tabellam, & viuis coloribus exprimere: quibus nam aptioribus depinxisset imaginibus, quam si delinearet Deum throno magnifico insidentem, atque imminentem septenis ostijs Nili densissima caligine offusis, sub pedibus autem C illius, hinc Angelum sceptro regio insignitum, illinc hominem sacrifico munitum apparatu? Quod si Chaldæus aliquis vel Aegyptius eandem tragœdiam in tabella Hieroglyphicis adumbrare voluisset, depingeret certe currum Solis clarissima luce fulgentem inter medias tenebras, atque insuper aptasset solium sublime, atque in quaternis pedibus illius totidem pinxisset facies, Aquilæ, Leonis, Hominis, Vituli: idque fecisset consultissime, & sapientissime. Nam Aquila sublime volat, & pernicissime, solaque in altum recta fertur, cum cetera volucres oblique transcendant æthera: visu pollet acutissimo, vel Homero testante in hæc verba:

Aquila Angelicæ naturæ symbolū.

—— vt Iouis ales,
Cuius acutam aciem perhibent præstare uolucres
Ante alias, quotquot cælo spatiantur aperto.

atque diutissime viuit: vnde est illud: Aquilæ senectus: nam seniles pennas ad Solis ardorem excutit, &, nouis renascentibus, quodammodo iuuenescit: *Renouabitur ut Aquilæ iuuentus tua.* & iterū: *Mutabunt fortitudinem*, uel redintegrabunt vires, *assument pennas sicut Aquilæ*, vel proferent nouas subinde pennas, vt solent aquilæ, *nolabunt & non deficiēt.* Quare symbolum est apprissimum agilitatis, & æternitatis, atque adeo supercælestis spiritus, cum a Deo legatur ad terras cum mandatis; nam veteres aquilam Iouis armigerum dixere: & in Psalmis legimus: *Ascendit super Cherubim, & uolauit; uolauit super pennas uentorum*: ubi alatis uentis Angelos comparari videmus.

Psalm. 102. ℣. 5. *Isa.* 40. ℣.31.

Ps. 17. ℣.11.

At vero Imperator ferox, & truculentus quonā aptiori referatur Hieroglyphico, quam Leonis imagine, qui est princeps ferarum? Neque sine exemplo sacræ Scripturæ; nam strenuos Imperatores Saulem, & Ionatham comparauit Dauid velocitate aquilis, fortitudine autem leonibus. & alibi sæpe Duces Leones vocantur. Homo nulla indiget aliena persona, neque nisi propria figura referri potest. Sacrificium vero significatur commode per uitulum, qui est hostiarum omnium excellentissima, vt in Psalmo: *Placebit Deo super vitulum nouellum*, id est, præ omnibus victimis: nam potissimam exemplo ceterarum apposuit: ergo hoc esset egregium Aegyptij ingenioſi commentum: vice Angeli Aquilam, pro Rege Leonem, pro seipso Hominē, & pro sacrificio Vitulum delineare.

Leo fetocem Imperatorē refert. 2. *Reg.* 1. ℣.23. *Nu.* 24. ℣.9 *Gen.* 49. ℣.9 Homo nullo alio aptiori Hieroglyfico refertur, quam hominis figura. Vitulus sacrificium significat. *Psal.* 68. ℣.32.

Sed quid, si uellet prædictas quattuor imagines vnica figura complecti? quid tum comminisceretur sapiens Aegyptius? Vtique fingeret hominis simulachrum, atque e ceteris figuris delibaret insignia, quæ proprijssima, & notissima forent, quæque simulachro uestiendo essent accōmodatiora, atque illis omnibus cū decore, & dignitate hominis statuam exornaret. Enimuero notæ Aquilæ propriæ, sunt pennæ; Leonis autem, pectus, armique iubati; Vituli vero vngulæ bifidæ: nam cetera membra horum animalium ignobiliora sunt, & nequaquam possunt cū humani corporis simulachro compingi. Hæc igitur insigniora delibasset a singulis, atque ex omnibus nouam formasset effigiem hominis alati, leonino exuuio vestiti, vngulisque vitulinis calceati: atque hoc simulachrū ad viuū referret tum Aegypti tragœdiam, tum illius historiam in tabella depictam; videlicet quattuor illa tragica animalia, hominem, leonem, aquilam, & vitulum. Quod ergo sapiens Aegyptius comminisci potuisset, hoc ipsum Dominus sese nostro accommodans captui inuenit: atque ideo quattuor animalium faciebus singulos decorauit stipatores solij sui: atque hæ sunt facies, quas dixit Moyses (referente Iosepho) in Dei se sede vidisse figuratas. Atque earum significatio legitima ista est, Angelus percutiens, homo sacrificans: summa vero redemptio Israëlitica, vel triumphus de Aegyptijs: nam, vt bene notauit Apollinaris hoc cap. in triumphis curru magnifico vehi solet Imperator, sublimi sedēs throno, circunstare solent hastati, præcedere captiui, ostentari trophæa ijsdem armis, atque apparatu vestita, quibus victoria parta est. Non secus Moysi, atque Principibus duodecim in monte Sinai mō strauit se visendum Dominus post quinquaginta dies exitus de Aegypto, nimirum curru magnificentissimo inequitans, vt diximus supra regali insi- D dens solio, millibus millium Angelorum stipantibus currum, quattuor vero satellitibus exercitus sui personatis animalium quaternis faciebus, hoc est armis, atque trophæis, quibus victoriam de Aegypto reportarat ipse Imperator strenuus: quæ vt euidentiora essent, nō singulos stipatores singulis, sed omnibus omnes voluit esse vestitos. Neque semel tantum, quod ceteri Imperatores solent, triumphali, qua diximus, pompa processit Deus, sed quotiescunque visendum postea se exhibuit, eundem habitum & apparatum triumphantis gestauit. Talem enim viderunt Isaias, Ezechiel, Daniel, Ioānes, vt supra ostendimus fusius: & ne adumbrata solum imagine insignis de Aegypto actus triumphus repræsentaretur, Moysi præcepit, vt vniuersum E pompæ triumphalis apparatum attente animaduerteret, atque illum, quoad eius fieri posset, aureis simulachris referret in tabernaculo. Deinde Salomoni iniunxit, vt ex auro faceret quadrigam Cherubim, Mosaica multo augustiorem, in qua satellitum solij sui facies, triumphi viserētur & trophœa: quo memoriam tam insignis victoriæ aureis anathematis in templo sacratam nulla vnquam antiquaret vetustas, nulla vnquam deleret obliuio. Simulque vniuerso mundo esset testatum,

Quomodo componātur animaliū formę, & de earum origine.

Triūphantis de Aegyptijs ostentat dominus apparatum.

Supra sect. 9. prim. par. huius Comment.

Quattuor facies animaliū, trophęa sunt victorię partæ.

Quā ob causam in tabernaculo, & templo tories reperitæ fuerint Cherubinorum imagines.

quanti

Universidad de Deusto Biblioteca

Vt testatum sit omnibus, quanti faciat Deus Israelitas in templo Cherubinos constituit.

quanti Deus fecisset Israëlitas, quot ac quantis A stratagematis eos in libertatem vindicasset, quam impense dilexisset, quanto honore dignatus esset. Etenim, quæ magni nobis steterunt, quæ carissima sunt, quæ magni facimus, ea in uasis argenteis, aureisque cælamus, in peristromatis acu pingimus, & in parmis ostentare solemus.

Qua re arca uocetur gloria Dei.

Ex eodem fonte manauit nobile illud cognomentum arcæ fœderis, videlicet gloria Dei, quod cum alijs sacræ Scripturæ locis, tum capite primo & decimo Ezechielis usurpatur, vt vidimus supra. Significat enim id cognomen, Deum non solum Israëlitas magnificisse, sed etiam magnam ex eorum libertate voluptatem, & nominis sui celebritatem comparasse: vt iam Israël ter felix habendus sit; nimirum felix admodum quod B libertate donatus; felicior uero, quod tanti steterit Deo; felicissimus autem, quod ipse assertor i suo fuerit honori; ita vt a redemptione eius desumpserit uelut Imperator stemmata, atque eadem insignia appellauerit gloriam suam.

Sup. Sectio. 3. pri. part. huius Comment.

QVOD QVATTVOR ANIMALIVM facies breuiori summa complectatur nomen יהוה, iehouah. Sect. IIII.

LEGIMVS Hieroglyphica Aegyptia, exposuimus emblemata, ænigmata potius explicaui C mus, dum pro captu nostro difficilem quæstionem tractauimus. Sed, vt, quæ diximus, omnia confirmentur pariter, atque illustrentur, addimus, ab eo facinore redemptionis Aegyptiacæ non solum accepisse Dominum triumphalis pompæ insignia, & trophæa, sed etiam honorificum cognomentum, vt solent Imperatores a deuictis regibus, nationibusque subactis sibi vindicare honestissima cognomina: nam Scipio Africanus nuncupatus est ab Africa deuicta, Nero Germanicus, Traianus Dacicus, &c.

Nomen redeptoris Israel, unde si bi assumserit Deus. Is. 43. ℣. 14 Idem c. 63. ℣. 16.

Non secus Dominus appellari se uoluit Redemptorem Israël, quo nomine vtuntur Prophetæ, maxime Isaias: *Hæc dicit Dominus redemptor uester*, D *sanctus Israel*. & iterum: *Redemptor noster, a sæculo nomen tuum*: hoc est, iam inde a vindicato Israële de Aegypti tyrannide hoc te nomine compellari voluisti, redemptor Israël. Sed non solum cognomen mutauit Dominus ab illo insigni facto, verum etiam nomen, quod vocant proprium, & creaturis incommunicabile יהוה, iehouah, ab eodem facinore patrando sibi ipsi imposuit, cum Moyse colloquens: *Ego sum, qui sum, sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos*: Hebraice. Ero qui ero, misit me ad vos: nam id sonat nomen יהוה, iehouah, exortum a futuro יהיה, iihieu, uerbi היה, haiah, quod est, esse. Vim autem eius nominis varij varie explicant. Alij enim putant significare substantiæ pelagus, fontem essentiæ, esse independens. Alij ratione futuri, vnde deriuatur, malunt significare æternitatem, eum scilicet, qui fuit, est, & erit. Quo alluisse Ioanné dicunt illo nomine Dei; *qui est, & qui erat, & qui uenturus est*. Sunt, qui putent, significare fidelem, ueracem, qui stet dictis, & pactis. atqui ij omnes recte mihi sensisse videntur, si ad nominis etymon tantum respicias. Ceterum historiæ filum, & capitis contextus in aliam nos sententiam deflectere coegit. itaque existimamus, hoc sibi nomen Deum a futuro facinore imposuisse: quasi hæc sit etymologia? Sum qui futurus sum, sum, quem iam experiemini vestræ libertatis vindicem. Vocor futurus assertor vester, is qui futurus sum redemptor Israël. Quoniam autem hoc potius erat ænigma, quam nomen, vt se & Moysi, & Israëli proderet agnoscendum, subiecit alterum cognomentum antiquius: *Sic dices filijs Israel: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos*. Quod autem nomen hoc non significet essentiam, sed factum, non substantiam ad intra, sed beneficium foris impensum, probari potest.

Interpretatio nominis Dei Iehouah.

Exod. 3. ℣. 14.

Apocal. 1. ℣ 8

Propria sententia.

Rationes, quibus probatur, nomẽ Iehouah, nõ significare substantiam, sed beneficium.

Primum quidem ex sequentibus, quibus sic dicitur Deus Moysi locutus. *Nunc uidebis, quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos*, &c. Et subdit: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum* יהוה, *Iehouah, non indicaui eos*, &c. Quibus verbis declarat, primo facinus patrandum, deinde nomẽ, quod ab eo sumpturus erat: nam alioqui quorsum mentionem interserit nominis sui, nisi quia erat ab eo facto insigni capiendum? Sed paulo inferius testatur apertissime nostram sententiam illis verbis: *Ideo dic filijs Israel: Ego Dominus qui educam uos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso*, &c. Quid quærimus nominis significatum, cum is tam patenter ab ipso Deo exponatur? Dixerat, nomen sinum, Ero, non indicasse Patriarchis: &, quasi rogaretur de nominis sui, Ero, etymologia subiecit: *Ego Dominus, qui educam uos*, &c. a facto ergo futuro petitum est nomen, non a diuinæ naturæ æternitate.

Prima Ratio. Exod. 6. ℣. 2. & 3.

Secũdo, ex Isaia dicente: *Sine argento redimemini; Quia hæc dicit Dominus Deus: In Aegyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi; & Assur absque ulla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis?* &c. breuissima oratione duas captiuitates refricauit, alteram Aegypti, alteram Babylonis: atque exemplo prioris sese prouocat ad alterã depellendam; quasi dicat: Olim populus meus male acceptus est ab Aegyptijs, sed ego illum vindicaui ab eorum tyrãnide: nunc autem a Babylonijs male habet: quid ergo moror? num patiar plebem meam dilectam gratis uenundatam seruire Chaldæis? Volo meum illi nomen iterum detegere, sicut olim feci in Aegypto: *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum*, vel adero breui; quasi dixisset: Quemadmodũ olim, cum Israëlem ex Aegyptiaca tyrannide redemi, notum omnibus feci nomen illud meum arcanũ, quod Moysi in rubo significaueram, scilicet, Sum qui sum, vel, Ero qui ero, scilicet, sum qui futurus sum redemptor Israël; sic cum eundem populum liberauero a captiuitate Babylonica: cognoscetur rursum vis, & etymologia nominis mei: nã, cũ re ipsa, & factis eũ me præstitero, quem futurum promisi, tum demum intelligent, quid sibi voluerit nominis mei ænigma, Ero qui ero, fatebũturque me iure vocatum redemptorem Israelis. Hoc autem reuera contigisse scimus: nam redempti a Babylonica seruitute assertori suo gratias agentes idem nomen, vtpote Deo honorificum, sibi autem suauissimum in Canticis crebro vsurpabant, vt Isaias refert: *Tu Domine pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum*. quasi dicat: dignum tuis factis nomen habes redemptoris Israëlis, sed non nouum: nam multis retro actis sæculis illud tibi merito imposuisse monstrasti, cum parentes nostros ab Aegyptiaca tyrannide redemisti.

Secunda Ratio. Is. 52. ℣. 3.

Isaiæ. 63. ℣. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia Ratio. *Exod. 6. ℣. 3.*

Idem argumentum conficitur ex loco Exodi prædicto, vbi sic habetur: *Apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente*, Hebraice באל שדי, beel sadai, & nomen meum יהוה, iehouah, non indicaui eis, &c. nam, si naturam diuinam significaret id nomen, quomodo Patriarchis incognitum fuit? nunquid minus de Dei æternitate, bonitate, immensitate cognouere Patriarchæ, quam Moses? immo quam Israëlitæ, qui vim nominis huius, Moyse attestante, intellexerunt? Minime vero: sed illi quidem prouidentiam erga se Dei experti sunt: atque hoc est, illis Deum apparuisse in Deo omnipotente, seu prouidente, omni sufficiente, protectore (nam id significat שדי, sadai, omni sufficientem, diuitem, prouisorem) quia eorum peregrinatio talem postulabat rectorem, & prouisorem, talemque Deum: nec reuelatū ipsis erat nomen יהוה, iehouah, quod ipsius potestate, & energia non indiguissent: nec enim opus habent redemptore liberi. At vero Israëlitis in Aegypto oppressis nomen nouum reuelatur, quia nouum beneficium ipso significatum promittitur: & nomen quidem, Ero qui ero, quasi ænigma erat, dum factum, quod continebat, dilatum est, sed facinore patrato prognosticon declaratur ex euentu: cognoueruntque Deum non solum esse prouidum gubernatorem, sed strenuum redemptorem. Indicare itaque Dei est, factis demonstrare; cognoscere vero, experientia discisse; nomen sibi imponere, est beneficium promittere: neque enim inania Dei nomina sunt, qualia sibi homines arrogant, sed solida, & quæ sequuntur potius factum, quam præueniant. nam ideo hoc nomen a futuro sumptum est, Ero qui ero, non a præsenti, ne sibi Deus ante factum nomen sine re indidisse videretur: *Dabo in Sion salutem*, ait Dominus, *& in Israel gloriam meam*: gloriam, & laudem a salute populi promereri vult, non aucupari gratis.

Nomen Dei Sadai quid significet.

Dei nomina no humano more inania, sed solida & ex factis desumpta. *Isa. 46. ℣. 13.*

Vltima Ratio. *Psalm. 67. ℣. 5.*

Denique idem probari potest ex psalmo: *Dominus*, inquit, *nomen illi*: Hebræus יה, iah, quod est compendium nominis יהוה, iehouah: nominis autem eius energiam mox explicat ab effectis: *patris orphanorum, iudicis viduarum, qui inhabitare facit unius moris*, unicos orbatos prole masculā Israëlitas, *in domo*, cum familia numerosa, *qui educit uinctos in fortitudine*, &c. En, quid significat nomen יהוה, iehouah, redemptor Israël, qui scilicet eo facto prospexit viduatis vxoribus interfectorum, orphanis, ne in fluuium submergerentur secundum Pharaonis edictum; parentibus, ne caris orbarentur pignoribus; vinctis seruitute dura, vt libertate fruerentur.

QVOD ILLA REDEMPTIONE *Israelis, altera dignior: & nomine* יהוה, *iehouah, nomen* IESVS *significetur.*

Sectio V.

SATIS feciisse fortasse videbimur Prophetæ imaginibus, cum earum significata exposuerimus. Verum nondum veritati, quæ in ipsis delitescit, factum est satis. Immo vero neque ipsis imaginibus: nam, cum Hieroglyphica sint, hoc est, sacra signa, & symbola arcana, hoc differunt a literis, quod istis vnica res significari potest ex verborum meritis, licet aliæ multæ contineantur in rebus per verba significatis, inter quæ multum interest, quod prius illud in sensu literali dicitur, cetera in mystico, vt latius docuimus Isagogico Commentario. At uero in Hieroglyphicis non unicus sensus literalis delitescit, sed multi, sibi quidem subordinati, quotquot videlicet analogiam habent cum rebus ipsis arcanis, seu imaginibus, quæ vice literarum proponuntur spectandæ: quia ex meritis uerborum, hoc est, imaginum quæ habent vicem verbi, ea omnia significantur; alia quidem primo, alia secundario. Igitur, cum omnia illi populo in figura contigerint, scripta ad correptionem nostram, hoc potissimum omnium factum, & præclarissimum facinus redemptionis Israël multo maiore iure typus existimandus est alterius dignioris, scilicet, redemptionis humanæ. Nomen quoque Redemptoris, quod sibi Deus ex hoc facto pro meritis imposuit, aliud augustius significasse existimandū est, quod non ad vnā tantum plebē, sed ad uniuersum genus humanum extenderetur: hoc enim decebat Deum, qui est Pater omniū, de omnibus ex æquo promereri tam illustre cognomentum, omnes redimendo non a seruitute Pharaonis, sed ab alia multo grauiore, scilicet peccati, & Diaboli tyrannide. Hanc qui abstulit, re vera appellari potuit Redemptor. Olim non nisi quodāmodo, & quasi in typo id nominis sortitus: *Vocabis*, inquit Angelus, *nomen eius* IESVM, *ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum*. Nomen hoc ישוע, iesuagh, IESVS, in illo altero יהוה, iehouah, continebatur, & repræsentabatur: sicut redemptio nostra in altera significata est: illud quasi ænigma erat istius: hoc quasi declaratio alterius; vtrunque redemptionem sonat futuram; illud confuse, hoc perspicue.

Hieroglyphica differunt a literis, quod istis vnica res significari potest, &c.

Nomen Redemptoris hoc facto partū longe maiorem Redemptionem generis humani significat.

Matth. 1. ℣. 21.

De nomine IESV.

Quod si ita est, redemptione Israëlitica nostram significatam, & nomine illo veteri hoc nouum repræsentatum fuisse, palam est, illis imaginibus sacris non solum veterem illam historiam contineri, sed nouam etiam adumbrari, neque adumbrari tantummodo, sed expresse conscribi; cum imagines illæ sint literæ sacratiores, & voces grandiores, quam vt earum vis, & maiestas rebus tunc temporis gestis exhauriantur. Nostri itaque Redemptoris gesta sunt illis exarata literis etiam secundum germanum sensum, quem vocant literalem, tametsi non primum: redemptoris vero Israël facinus quodammodo, & typice, tametsi primario. Itaque conabimur pro virili, qua licuerit breuitate, visionis propheticæ ideam per partes explanare, tum in priore sensu, tum in secundario: illum vocabimus literæ, uel germanum; hunc mysticum: nō quod in litera non contineatur, sed quia sub altero latitat: nam eiusmodi sensus Patres Ecclesiæ solent appellare mysticos, vt diximus in Commentario Isagogico.

Redēptionē Israēlis nostra significatur.

VI-

VISIONIS ARGVMENTVM EST A Triumphus Redemptoris, qui duplex est. Sectio VI.

VISIONIS argumentum est Triumphus Redemptoris: nã, quamuis multa, quæ in illa continentur, ad Dei prouidentiam vniuersalem pertinere videantur, vt proprijs locis dicemus; speciali tamen ratione hæc eadem ad triumphalis pompæ apparatum referenda esse constat. Quare sub Triumphi nomine vniuersa, & singula aptissime intelligenda veniunt, & explicanda. Enimuero in triumphis, vt bene notauit hoc loco Apollinaris, Imperatores eburnea sella curru imposita uehebantur, circumstabant hastati, præcedebant subiectæ nationes, trophæa cum armis victoriæ ostentabantur. Eodem modo, quoniam triumphans per visum ostenditur Deus, in curru equitare, & solio sublimi insidere describitur, insigniaque victoriæ proferuntur, atque sollemnis comitatus multorum millium Angelorum memoratur. Neque vero hic ritus triumphantium nouus est, aut a Romanis in orbem inuectus, sed vetustissimus: nam superuectatio apud omnes gentes symbolum est dominij, præsidentiæ, & Regiæ auctoritatis: idque aptissime: quoniam illi, qui ad Regni administrationem assumebantur, vel qui rerum gubernacula tenebant, curru, seu equo, aliove iumento vehebantur, vt videre est in Ioseph, & in Salomone, quorum ille Principatum adeptus est curru vectus: iste mula Regia inequitans: tum etiam quia, sicut auriga potest laxatis, adductis, vel flexis habenis, pro arbitratu quadrigam agere, sistere, & regere quoquo versum; sic isti legibus, placitis, prudentia, consilijs populos sibi subiectos gubernant, & pro voluntate moderantur. Quoniam vero triumphus nil aliud est, quam regnum temporarium, decretum ducibus ob partam de hostibus victoriam; ideo eadem pompæ sollemnitate triumphus appositissime celebratur, & significatur. Videas Pharaonem Regem curru uectum Regio, in signum dominationis Aegypti. Videas & Iosephum *super currum secundum* Regis, qui Regiam carrucam sequi solebat: *Transtulerunt eum in alterum currum, qui sequebatur eum more Regio*, equitare triumphantem Regia stola, Regioque torque a collo pendente, *clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent*. Apud Esther quoque Mardochęum legas indutum vestibus Regijs, Regio diademate coronatum, impositum super equum, qui de sella Regis erat, primo de Regijs principibus, ac tyrannis tenente equum eius, per plateam ciuitatis cum fastu incedentem, clamante interim Principe: *Sic honorabitur, quem Rex voluerit honorare*. En triumphus quasi vmbra Regni est, & apparatu Regio celebratur apud varias nationes. Legimus etiam, Eliam raptum curru igneo ab equis igneis agitato, non de Iezabel, & Achab tantummodo, sed de ipsa morte triumphasse. Apud Isaiam vero & Regnum, & triumphum simul repræsentatum curru animaduertas. Sic enim habet: *Vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem Cameli*. Vel par equitum, quorum alter biga asinorum, alter biga camelorum vehebatur, id est, Cyrum, & Darium: quorum ille humili loco natus, & laborum tolerantissimus erat; iste Regio sanguine ortus, magnanimus, & mansuetus: nam vtriusque ingenium, & natale solum significauit Spiritus sanctus per animalium, quæ agebant currus, diuersas naturas.

Apollinar.

Curru uehi triumphantes non est Romanorũ inuentum. *Genes.* 41. ℣. 43. 3. *Reg.* 1. ℣. 38.

Gubernatorum est proprium quadrigam conscendere, & quare.

Genes. 41. ℣. 42. 2. *Para.* 35. ℣. 24.

Esth. 6. ℣. 8

4. Reg. 2. ℣. 11.

Isa. 21. ℣. 7.

Cyrus ascensor asini, quia humili loco natus, Darius Cameli, quia de Regio semine natus.

Merito igitur Hebræi primum, deinde Græci Patres in vectatione currucæ Diuinam prouidentiam repræsentari tradiderunt: nimirum Origenes, Apollinaris, Seuerus, Polychronius, Theodoretus, &c. quos supra diximus, & in explanatione literæ memorauimus. Merito & nos addimus, non solum Diuinæ prouidentiæ esse insigne, vehi curru; sed etiam, immo potiore iure, signum esse, & pompam Dei Redemptoris, & de Aegyptijs triumphantis. Hunc Dei triumphum supra latius descripsimus, dum hanc visionem Moysi monstratam esse tractaremus. Christi vero Domini nostri de Sathana, peccato, & morte partam victoriam, reuectumque triumphum Diuus Paulus mirifice decantat, alludens, meo quidem iudicio, ad Iosephi triumphum, quando Aegypti dominus est constitutus post carceris labores toleratos: *Nouissime*, inquit, *diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia*, Syriace, continens, sustinens, moderans, agens omnia, videlicet, quasi currus portans, & quasi auriga agens vniuersum, *uerbo uirtutis suæ*, Syriacus, vi verbi sui, id est, non cum labore, sed nutu solo *remissionem peccatorum faciens*: Græce, facta remissione, vel postquam fecit *ipse, per se ipsum*, addit Græcus, & Syriacus codex, *sedet ad dexteram maiestatis in excelsis*, &c. Et subinde: *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius*: & cętera, quæ sequuntur. Omnia enim ad pompam triumphalem pertinent. Sed, quid sibi vult, iterum introductum primogenitum in orbem terræ? nimirum, quia primum inductum erat *Verbum* in hunc mundum, cum *caro factum est, & in propria venit*, teste Ioanne: quoniam vero illum non receperunt sui, iterum post deuictam mortem introducit Pater resurgentem a mortuis gloria, & honore coronatum, & constitutum super opera manuum suarum, ipso Filio attestante, cum ait: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, ite docete omnes gentes*. hoc enim dicebat ad suæ carrucæ bigas, discipulos inquam, quos scilicet binos miserat prædicare Regnum Dei: ac si dicat: Agite currum gloriæ meæ quoquo versum per omnes mundi plagas, vt omnes agnoscant Deum verum, & quem is misit in mundum Iesum Christum.

Inuectatione carrucæ diuinam prouidentiam significari tenuerũt Patres.

Supra Sectiõ. 9. pri. part. huius comment.

Christi Redemptoris nostri triumphum, decantat Paul. ad Hebr. 11. ℣. 2.

Semel introductus Christus per nativitatem, iterum introducitur per Resurrectionẽ. *Io.* 1. ℣. 14.

QVID SIGNIFICET Currus Dei. Sectio VII.

CVRRVS machina est ingeniosa, & ambitiosa, qua vtuntur Reges in incessu, Duces in bello, & in triumpho, ut superius diximus, cælesti machinæ quam simillima: nullo enim alio symbolo aptiori repræsentare possumus cælestes orbes, sub immobili cælo empyreo se se voluentes, quam currum contemplantes. In illo enim videmus rotas quodammodo pensiles ab axibus: nam, cum terram in puncto tangant, vel potius collidant, libratas

Rotarum forma, & colore cælestes orbes aptissime significatur: nec non & ipso curru.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bratas magis iudicamus, quam terræ nixas. Nam hinc est, quod veteres, volentes significare terram in aëre libratam, & quasi pendentem, finxerunt, Cybelem (per quam tellurem intelligebant) curru inuehi, quod sic interpretatur Lucretius.

Hunc veteres Graium docti cecinere poetæ
Sedibus in currus bijugos agitare leones,
Aeris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem.

Figura itaque, & dispositio currus ad viuum refert cælestes orbes, nec minus proprie color Tharsis, qui cælestis est, eosdem arguit curru significatos. Plaustrum cum arca fœderis, quæ est quasi lectica plaustro imposita, significat firmamentum, vt vocat Ezechiel, hoc est cælum supremum: rotæ orbes inferiores, qui, quasi rotæ currus, perpetuo voluuntur in orbem: aspectus, & statura rotarum horribilis est, propter cælorum molem vastissimam, & penniciſſimum rotatum: rota in rota esse videbatur, quia minores orbes a maioribus continentur. Vel potius rota ante rotam (hoc est enim in medio esse, vt patet in Apocalypsi: *& in medio sedis, & in circuitu sedis animalia*, id est, ante sedem, & a lateribus sedis, neque enim intra sedem animalibus locus erat) quia cælestis orbis inferior intermedius est inter superiorem, & terram. Oculi sparsi per vniuersam machinam stellas, & sidera repræsentant, nam oculus ignes, vel splendidas luces, stellasque significat, vt in expositione literæ diximus, & in Zacharia legimus: *Super vnum lapidem septem oculi sunt*, id est, totidem stellæ cælatæ. Nec mirum stellas nomine oculorum vocari, cum mundus iste homo dicatur magnus, & cælum sit mundi facies, quæ ijs luminibus, quasi oculis distinguitur, illuminatur, & exornatur. Super hanc carrucam equitare dicitur Deus, vt vidimus supra ex psalmo: *Qui ascendit super cælos cælorum ad orientem.*

Singillatim applicat partes currus orbibus singulis.

Apocal. 4. ℣. 6.

Supra sect. 10. primæ partis huius commentar. Psal. 67. ℣. 36.

Sed quæramus granum, emisso spicarum culmo. Machina currus cum imposito solio vniuersam Ecclesiam repræsentat, a Christo Rege, quasi ab auriga, gubernatam. Cum vero Ecclesiæ status duplex sit, triumphantis, & militantis; ille, significatur solio sublimi, conspicuo, firmo, de quo postea; iste vero, curru mobili, idque apposite. Si enim, vt diximus, currus cælum est, quo vehuntur Reges, & Duces præliantur, & triumphant victores; quid aliud significare potest aptius, quam Regnum cælorum visibile, in terris habitans, quod est Ecclesia? nam eo nomine insignitur in sacris Euangelijs. Cuius appellationis causæ ex analogia, quam diximus, sumuntur: nam Regnum quidem dicitur, quia in ipsa regnat Rex regum, & Dominus dominantium: in ipsa prœlium gessit Deus fortis: & in ipsa triumphauit princeps pacis nostræ Iesus Christus. Cælestе autem Regnum appellatur, quia cælo est quam simillima: de cælo enim descendit eius institutum, vt Ioannes refertur. *Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem, nouam, descendentem de cælo.* & iterum: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis*, Emmanuel, erit *eorum Deus*. Quid ni igitur cælorum Regnum dicatur Ecclesia, in qua Rex cælorum inhabitat, & in qua manet quasi in proprio Regno, immo, a cuius cõmercio nomen sumit Emmanuelis, quod est nobiscum Deus? De hac Ecclesia militante loquebatur Paulus, cum dixit: *Illa autem, quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra.* Hæc enim est Sara mater noui testamenti, quod referebat Isaac: Hæc opponitur Synagogæ, significatæ in Agar, *quæ in seruitutem generat*, & timori, & legi *seruit cum filijs suis*: cum Ecclesia Christi contra liberos, & ingenuos pariat filios, qui accipiunt *Spiritum adoptionis, in quo clamant* tenere *Abba*, Abba. Hanc itaque desursum esse dicit Apostolus, quia per Christum resuscitata iam præ certitudine spei sedet *in cælestibus* cum Christo capite, ipso Apostolo teste: &, quia habens hanc spem sanctificat se, cælestem vitam in terris æmulando, *& quæ sursum sunt, vbi Christus est in dextera Dei sedens*, quærendo.

Ecclesia dicitur Regnũ, & quare.

Dicitur ecclesia Regnũ cælorum, & quare.

Apoc. 21. ℣. 2.

Galat. 4. ℣. 26.

Ephes. 2. ℣. 6

Sed audiamus cælestem Imperatorem, quo eam nomine compellet: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea*. Quidam legunt, Equæ meæ, quæ agit currum Pharaonis, quasi verba sint Salomonis de equabus a socero suo Pharaone donoacceptis. Verum hæc absurda sunt, neque enim Salomon inducitur in Canticis amatoria verba loquens, sed Deus ipse ad Ecclesiam, quam confert, non quidem equæ, sed equitatui, quadrigæ, carrucæ suæ: nam vox רכשי, susati, collectiue sumitur, & illud In, valet inter vel super, aut contra, hoc sensu: O amica mea Ecclesia, tot nominibus mihi carissima sponsa, quam es simillima meæ quadrigæ Cherubim, cum in mari rubro inter Pharaonis currus collucebat ignita, vel superferebatur victrix, vel armata præliabatur.

Cant. 1. ℣. 4.

Absurdum est, Salomonẽ loqui amatoria in cãticis, quia Deus ipse loquitur cum ecclesia.

Idem Zachariæ decimo capite late prosequitur: cum enim nono præcedenti triumphum Christi Iesu modestissimum decantasset, illum inducens asino vectum, quo facto redemerit non Israelem in vndis maris rubri, sed genus humanum in sanguine testamenti, subdit: *Quia visitauit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Et erunt quasi fortes* (Israelitæ) *conculcantes lutum viarum in prælio*, quas scilicet aperuerat Dominus in mari rubro, *& bellabunt, quia Dominus cum eis, & confundentur ascensores equorum.*

Zachar. 10 & 9. cap.

Vidimus currum victoris: videamus vehiculum sponsi, vt propositis faciamus satis. Cantica hc habent: *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media caritate constrauit propter filias Hierusalem, &c.* Pro ferculo Hebraice est אפריון, apirion, a verbo פרה, parah, fructificare, quasi dicat fecundum sponsæ thalamum, lecticam, gestamen, carrucam, qua deferuntur sponsæ, vt scribit R Dauid, & merito: scimus enim, apud veteres in vsu fuisse, vt noua nupta curru equitans traduceretur, quod Hesiodus ita describit: Hi curru vectam geniali virginem amanti traduxere viro. Eo vero curru nuptiali tres tantum vectari solitos, scribit Pausanias; nimirum sponsam, quæ sederet in medio, sponsum, & paranymphum, qui anulum maritalem tradit. Eiusmodi carrucam sibi dicitur fecisse Salomon, hoc est, ad laudem nominis sui Christus, vt scilicet ea traduceret sponsas sibi carissimas ad thalamum cælestium gaudiorum. Tota structa est ex lignis Libani, cedris scilicet incorruptibilibus, & odoratis, id est, Apostolis & Apostolicis viris vndique fiantibus incorruptibilitatem, & viuificantibus animas, vt exposuit D. Irenæus. Columnas eius ex argento fudit: argentum est puritas, vel claritas Verbi, quo fulgent columnæ Ecclesiæ, Apostoli, Euangelistæ, Pastores, & Doctores. Reclinatorium, id est, lectulum, in quo recumbebant, ex auro struxit. Aurum caritas est Christi. *Ascensum pur-*

Cantic. 3. ℣. 9.

Sponsæ curru traducebantur. Hesiod. in Scuto Herculis.

Pausanias tres tantum geniali carruca duci solitos affirmat: sponsum cum sponsa, & paranympho.

Cedri Apostolos & Apostolicos viros significant. Ex Irenæo l. 3. c. 11.

purpureum est ephippium, stragulum, aulæum, operimentum lecti, scilicet sanguis Christi splendescens quasi purpura, quo nobilitatur, & accenditur Ecclesia in amorem sponsi. *Medium autem eius* ardebat (id enim significat רכף, racaph) amore propter filias Hierusalem, id est, amata, sponsa carissima præ ceteris: quam scilicet ipse non dilectam habet, & uocat, sed amorem & caritatem, tam impense illam deperit. In medio itaque lecti sedebat sponsi amor, nimirum sponsa: ita locus medius, more veterum, sponsæ datus. Cuius latera claudunt sponsus, & cælestis paranymphus, spiritus scilicet nuptiarum, parochus, & sponsæ, vt vocant, patrinus.

Sponsa dicitur amor.

Rotæ currus membra sunt Ecclesiæ, quaternario numero significata; quia sublunaria omnia ex quaternis constant elementis, & terra in quattuor partes distribuitur, seu regiones in Apocalypsi. Vel potius quattuor gradus primarij fidelium designantur, de quibus Paulus: *Et ipse dedit quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, Pastores, & Doctores in opus sanctorum*, ad complendum electorum numerum, *in opus ministerij*, ad ministrandum, & dispensandum verbum Dei, *in ædificationem corporis Christi &c.* Nam, si prophetas eximas ab hoc numero quasi ad legem veterem pertinentes, vel si ad nouam in Euangelistis intellectos; quatuor erunt rotæ, portantes plaustrum Ecclesiæ: nimirum, Apostoli seminatores verbi; Euangelistæ, & Prophetæ, scilicet scriptores, & interpretes; Pastores, qui regunt; Doctores, qui instruunt, & exhortantur. Ij sunt simul currus, & aurigæ, qui portant, & agunt; qui vehunt, & vehuntur: nam rotæ quidem portant currum, & a curru sustinentur. Ij nomine fidelium, & ipsorum potissime dicuntur rotæ, qui terram vix extremis pedum digitis tangunt, & veloci impetu feruntur ad vlteriora, quæ retro sunt, obliuiscentes. Vnde Basilius: Rota, quæ parum attingit terram, & ad anteriora tendit, vitam perfectam habentes significare potest, &c. Et Hieronymus: Rotæ sunt, quorum cursus, & statura tendit ad cælum, & paululum quid attingit in terra, & semper properans ad excelsa festinat, de quibus dicitur: *Lapides sancti eleuabuntur super terram*, ex quibus ædificatur cælestis Hierusalem. De eisdem rotis, tametsi nomine Angelorum, sic habet Dionysius. Rotæ, quæ altæ quidem sunt, ceterum in anteriora semper absque vlla conuersione in nullam partem declinando incedunt, vim actionis Angelicæ, qua rectam semper viam, atque arduam pergunt, insinuant: quippe omnis illorum cursus, spiritualisque rotatus ad viam illam erectam, atque arduam cælesti intentione dirigitur, &c.

Rotæ quattuor, sublunaria, ex quattuor elementis conflata, in quattuorque mundi partes distributa significant.

Apoc. 4.
Ephes. 4. ℣. 11.

Apostoli, Euangelistæ, Pastores, & Doctores, quattuor rotas Ecclesiæ indicant.

Basil. homil. 1. in Psalm. 28.
Hieron. super hoc c. 1.
Zachar. 9. ℣. 16.
Diony. de cæles. hier. c. 15.

Rota videbatur esse in rota, vel intra rotam, propter fidelium amorem mutuum, quo se ipsos amplectuntur, constringunt, & in corde habent, atque ob incredibilem vnionem, qua iuncti sunt cum Christo capite, de qua Paulus: *Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis*, mutuam officiorum subministrationem, *secundum operationem in mensuram vnius cuiusque partis*, factam pro mensura vniuscuiusque partis, *augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate*, idest, accipit augmentum corporis, vsque ad constructionem perfectam sui ipsius, quæ fit per caritatem.

Rota in rota fidelium mutuus amor.

Ephes. 4. ℣. 15.

DE SOLIO, ARCA FOEDERIS, & Prunario. Sectio VIII.

SOLIVM conspicuum, ac sublime, perennitatis, æternæque quietis symbolum est Aegyptijs: atque adeo Diuinæ Maiestatis, atque Regiæ dignitatis, quam nulla potest perturbatio inquietare, aptissimum est hieroglyphicum. In psalmis habetur: *Sedebit Dominus rex in æternum*, id est, dominabitur securus, &c. Et iterum: *Deus sedet super sedem sanctam suam*, id est, in omnibus gentibus late dominatur. Hinc est, vt Ieremias per solium Dei ipsum diuinum numen significauerit, dicens: *Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel, &c.* Quasi dicat: O Deus, qui sedes super thronum excelsum Cherubinorum ab initio, quique in sanctuario nostro thronum tuum stabilisti, species Israel, &c. Hoc solium apperijt superbus ille, dicens in corde suo: *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis similis ero Altissimo.* hoc est: debetur etiam mihi solium super alas Cherubim, & thronus in oraculo, quod ad Aquilonem vergit: quidni assimilabor Altissimo Deo? Itaque in throno firmum, ac stabile imperium, Regiamque dignitatem, seu venerandam iudicis auctoritatem significant diuina oracula. Atque ideo, vt diuinitatem, regnum, & iudicium filij declarent solium ei a patre communicatum testantur Psalmus dicens: *Sede a dextris meis*. Et Isaias: *Super solium Dauid sedebit*. Est & sella curulis, triumphantis indicium: quare super carruca imponitur redemptori. Scabellum solij crystallinum extentum super capita animalium, quod ab expansione nomen habet, significat cœlum empyreum, in quo videtur, & regnat Deus.

Solium æternæ quietis symbolum.

Psal. 28. ℣. 10.
Ps. 46. ℣. 9.
Ierem. 17. ℣. 12.
Isaiæ. 14. ℣. 13.
Psal. 109. ℣. 1.
Isai. 9. ℣. 7.

Lectica currui imposita, Arca scilicet fœderis, legem continet, & pactum Dei cum hominibus percussum in Sinai: atque alterum significat in monte Sion, ictum in perpetuam reconciliationem generis Adami cum Deo, sanguine Agni immaculati confirmatum apud Matthæum. Lex illa, & propter illam arca, dicta est gloria Israel: quoniam ipsa excellebat ceteras nationes terræ. Lex gratiæ, & amoris item gloria est Ecclesiæ Christi, & quasi nobilitatis eius insigne. *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

Lex caritatis, & propter eam arca Solij Dei dicitur eius gloria.

Exod. 24.
Matth. 26.
Ioan. 13. ℣. 35.

Prunarium plaustro vectum ante arcam, significabat altare Thymiamatis, quod Deus simul cum arca fœderis a sanctuario ablatum secum ferebat, atque refert sacrificium laudis incruentum, Eucharisticum, quo Ecclesia Deum sibi facit propitium citra carnium nidorem, & sanguinis effusionem. Quantum vero illo delectetur Deus, significauit Iudæis Malachias, dicens: *Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu uestra: magnum est nomen meum inter gentes, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.* Septuaginta: in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium mundum. Quem locum communis Ecclesiæ Patrum sententia de sacrificio Eucharistiæ interpretatur. Hoc igitur sacrificium mirifice repræsentatur per altare Thymiamatis, in quo non cremabantur carnes victimarum, sicut in altero aneo arrij, sed adolebatur incensum odoratum: quo ritu consummabatur sacrificium in altari æneo cœptum, vt late differemus in Commentario Hierarchico ad caput quadrage-

Prunarium & altare incensi, & sacrum Eucharistiæ altare significat.

Malach. 1. ℣. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

drageſimum quintum: propterea igitur altare Thymiamatis, ſeu incenſi cum impoſito prunario vehitur diſcedente Domino, vt ſignificetur, eum cultum, qui Domino gratiſsimus eſt, nunquam ceſſare, nunquam intermitti, etiam templo diruto, Vrbeque incenſa, vbique gentium Domino exhibitum iri.

DE ELECTRO IGNI IMMERSO
Sectio IX.

Electrũ Chriſtũ Deũ & hominem ſignificat.

ELECTRVM ignitum, ex quo videbatur conflata effigies filij hominis ſedentis in throno propter miſtionem argenti cum auro, ſignificat Christum Dominum, in quo eſt diuina & humana natura: de quo ſic habet D. Gregorius in hoc capite: In electro enim dum aurum argento miſcetur, argentum ad claritatem creſcit, aurum vero a ſuo fulgore palleſcit. Quia igitur in vnigenito Dei filio naturæ diuinitatis vnita eſt natura noſtra, in qua adunatione Humanitas ad maieſtatis gloriam excreuit, Diuinitas vero a ſui fulgoris potentia humanis ſe oculis temperauit; quaſi electrum factum eſt, & electrum in igne eſt Deus factus homo in perſecutione. Idem habet Origenes atque Rupertus Abbas. Verum eſt tamen, ignem hoc loco non tam perſecutionem, quam iram, & indignationem ſignificare, vt diximus. Quod autem Filio Dei potius, quam Patri tribuerimus ſolium, Redemptoris nomen, & pompa facit, tum etiam Iſaiæ viſio, quam huic ſimilem eſſe profitemur, de ea enim Ioannes ſcripſit. *Hæc dixit Iſaias quando vidit gloriam eius*, ſcilicet filij. Denique electri ex auro, & argento conflati natura aptius Filium, qui ex duplici natura conſtat, quam Patrem repræſentat, qui ſimpliciſſima ſubſtantia eſt, & auro commodius referri debuiſſet. Itaque electrum filium ſignificat prædeſtinatum hominem, vel incarnandum, vt loquitur D. Clemens, dicens: Hunc filium Dei incarnandum olim apparentem vidit Iacob vti hominem: hunc Abraham hoſpitio recepit: hunc Moyſes in rubo vidit: hunc Ieſus Naue dux exercitus Domini armatum pugnantem: hunc Daniel filium hominis venientem ad patrẽ, &c. quomodo etiam veteres fere omnes loqui ſolẽt, Cyrillus, Athanaſius, Baſilius, Auguſtinus, & Ambroſius. At vero in electri ſuperiore parte magis radiabat ſplendor electri aureus, & claritas argentea collucebat; in inferiore vero ignis efferueſcens maiores excitabat flammas, vt ſignificarentur binæ perfectiones Diuinæ prouidentiæ, atque totidem Redemptoris attributa, quæ tum in vniuerſi huius Regimine, tum in redemptione Iſraëlitica, tum denique in Chriſtiana libertate eluxerunt vel maxime. Eæ ſunt fidelitas, & fortitudo, vel bonitas, & ſeueritas, fauor bonorum, auerſio peccatorum; miſericordia, & iuſtitia, quarum prior oſtenditur in ſplendore faciei, nam facies illuminata, hilaris, læta in ſacra Scriptura ſignum eſt fauoris, & beneficentiæ, vt patet in Pſal. *Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum*. Et iterum: *Illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri*. Et tertio: *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum*, id eſt, me lætificabat claritate vultus ſui. Poſterior vero monſtratur in igne, qui vindex eſt furoris, & miniſter vltionis, vt in Deuteronomio. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima*, &c. & ſtã meus gladius verſatilis poſitus ante Paradiſi aditum manifeſte repræſentat vltionem trãſilientibus ſepem diuini præcepti.

Gregor. hic.

Orig. & Rupertus Abb.

Quare filio Dei tribuatur redemptoris nomen. Ioan. 12. ℣.41

Clem. Rom. l.5.cap.21. Apoſt.cõſt.

Cyril.cathe. 10. & 11. Athan.ſer. 3.cõtra Arrian. Baſilius ſuper Exo. 3. Aug. in ca. 1. Ioan. Ambr. ſup. ad Colloſ. 1.

Electrum, & ignis Dei noſtri miſericordia, & iuſtitiam demonſtrant. Pſal.30. ℣.17. Pſal.66. ℣. 2. Iob 29.℣.2. Deuter. 32. ℣.22.

Neque præſentis inſtituti eſt oſtendere bonitate, & ſeueritate mundum a Deo gubernari, cum in pſalmo tribunal Dei cuncta diſpenſantis dicantur præcedere *Miſericordia, & veritas*, atque in alio *Miſericordiam & veritatem* diligere Deum. Veniamus ad opus redemptionis. Sane quidem in ipſo hæ duæ potiſſimum ſplendeſcere viſæ ſunt, vt ipſe Dominus teſtatur in Deuteronomio: *Eduxitque nos in manu forti & redemit de domo ſeruitutis*, &c. *& ſcies quia Dominus Deus tuus ipſe eſt Deus fortis, & fidelis custodiens pactum, & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes, & reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltra non differat*, &c. Eadem bina brachia Deo tribuuntur in Exodo: *Dominator Domine Deus miſericors & clemens, patiens*, &c. Hebraice *Dominus eſt fortis, & miſericors*, & ſubdit explicando prædicta nomina: *Cuſtodiens miſericordiã in millia*, &c. *reddẽſque iniquitatem patrum filijs*, &c. Vtriuſque vero energiam experti ſunt eodem tempore, ſed diuerſa ſorte Iſraëlitæ, atque Aegyptij: namque in illos electri fulgorẽ atque amorem oſtẽdit in columna nubis, quemadmodum liber Sapiẽtię teſtatur: *Nam nubes*, inquit, *caſtra eorum obũbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit*; in iſtos vero ſeueritatem, & fortitudinem in columna ignis, quam eleganti carmine celebrauit Habacuc: *Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio: Suſcitans ſuſcitabis*, nudabas, exerebas *arcum tuum: iuramenta tribubus, quæ locutus es*, id eſt, quo feras opem, vt promiſeras, & iuraueras tribubus Iſraël. *Viderunt te & doluerunt montes*, &c. *In luce ſagittarum tuarum ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ*, id eſt, incedere poterant ad lucem fulgurum, & fulminum, quæ in hoſtes iaculabaris.

Exod.34. ℣.6. Sap. 19.℣.7 Habac. 3. ℣.8.

Sed referamus iſta ad Chriſtum Dominum generis noſtri redemptorem, & vtramque in eius œconomia inueſtigemus, perfectionem amoris, & ſeueritatis. Sane quidem nullibi reſplenduerunt clarius, quam in ipſius vel cruento certamine, vel læta victoria, vel nobili triumpho, de quibus Iſaias loquitur in hæc verba: *Lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda quando diuidũt ſpolia*, &c. Quid hoc eſt, niſi bonitas, amor, & beneficentia in redemptos? Sed audi ſeueritatem, & fortitudinem in aduerſarios: *quia omnis violenta prædatio cum tumultu*, id eſt, prædatores tumultuantes, *& veſtimentum miſtum ſanguine*, quod ſibi perſuadebant tingendum ſanguine fidelium *erit in combuſtionem, & cibus ignis*. Idem inferius ſummatim repetit: *Super ſolium Dauid ſedebit, ut confirmet illud in iuſtitia, & in iudicio*, benefaciendo iuſtis, & pœnas exigendo de ſontibus, *zelus Domini exercituum faciet hoc*. Quid eſt zelus, niſi indignatio profecta ex amore? indignationem ergo oſtendit in hoſtes Dæmones, peccatum, & mortem; quia amore proſequebatur ſuos. Eaſdem virtutes Regias videas abunde deſcriptas in pſalmo: *Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem*. Et iterum: *quia liberabit pauperem a potente, pauperem cui non erat adiutor*, &c. Denique Iſaias vtrũque munus ſe executurum profitetur: *Vt prædicarem annum placabilem* Iubilæi *Domino, & diem vltionis Deo noſtro*. Ipſe idem dies & Iubilæi dicitur, & vltionis: quoniam eodẽ facinore Chriſtus humani generis hoſtes

Pſal.88. ℣.15. Pſal.83. ℣.12.

Deut.℣.8.

Myſtice Chriſti amor, & ſeueritas oſtenditur.

Iſa.9.℣.3.

Iſa.61.℣.2

Universidad de Deusto Biblioteca

stes prosternens, & Patris iniuriam vindicauit, & hominibus pacem, remissionemque delictorum obtinuit.

QVID SIGNIFICENT QVATTVOR Cherubini quadriformes.

Sectio X.

Quattuor Cherubini quattuor Angelos tutelares ecclesiæ ferunt.

QVATTVOR Cherubini stipatores totidem referunt Angelos tutelares populi Dei, vtpote Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, Vrielem, seu alios similes, quorum nomina ignoramus; quattuorve Dei Legatos, per quos Deus Ecclesiam suam illuminare, dirigere, atque excitare solet. Horum frequens memoria est apud Danielem: nam Angelus primarius quidam præcepit Gabrieli; *Gabriel fac intelligere istum uisionem*. Et iterum alius quidam sic habet: *Ego ueni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus: Et ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meũ*, &c. Vnde tres minimum agnoscimus Angelos protectores Ecclesiæ, Michaëlem, Gabrielem, atque virum illum, qui Gabrieli imperauit, vt visionem detegeret Danieli. Verum ex Zacharia quaternarius Angelorum tutelarium numerus colligitur: nam vidisse se ait *quattuor cornua*, deinde *quattuor fabros*, atque intellexisse cornua quattuor esse quattuor principes Monarchas, qui *uentilauerunt Iudam*, cornibus quasi tauri, vel rhinocerotis. Fabros autem quattuor veniisse, *ut deijciant cornua gentiũ*, &c. qui non possunt alios significare nisi Angelorum principes quattuor, quorum intererat Dei templum reædificandum curare. Iidem paulo superius eodem capite vocantur equites veredarij, qui terram perambulant, atque in varias formas distributi, propterea que diuersi coloris equis insidere dicuntur; alius ruso, alius albo, alius vario: qua voce duplicem misturam macularum in duplici equorum variorum sorte intellexit Vates, diuerso a se inuicem colore distinctam, vt quattuor omnino recensuerit equitum duces, qui obsistant quattuor hostibus Monarchiæ; atque totidem fabri templi numero respondeant quaternario. Enimuero solent summi Angelorum principes septenario numero comprehendi in sacris literis, nam apud Tobiam Raphaël sic ait: *Ego sum unus ex septem, qui astamus ante Dominum*, &c. sed ille numerus supercælestibus rite accommodatur, quia vniuersitatem, & perfectionem importat ob septenarium dierum numerum, in quibus sunt vniuersa creata: at vero sublunaria omnia aptissime exprimuntur numero quaternario, quod totidem elementis constent vniuersa, atque ex totidem plagis in vnum Ecclesiæ corpus conueniant fideles, vt bene notauit Irenæus. Quare eodem numero comprehenduntur Angeli Ecclesiæ protectores, qui ad diuinam prouidentiam declarãdam, & exercendam pertinent.

Dã.8.℣.16.

Dan. 10. ℣.12.

Zachar.1. ℣.18.

Principes Angelorum septenario numero cõputantur in sacris literis, hoc est numero uniuersi.

Tob. 12. ℣ 15.

Quaternarius sublunarium numerus.

Iren. lib.3. cap. 11.

Ecclesiæ primates induxit uictoriæ trophæa, hoc est, hominis, aquilæ, leonis, & uituli facies.

Supra primi parte huius Cõment.

Quoniam vero post redemptum Israëlem de Aegypto decuit victoriæ tam felicis arma pro trophæis ostentari in circuitu currus triumphatoris, ijdem Ecclesiæ primates, Dei scilicet stipatores, noua induerunt gestamina, noua insignia, nimirum quaterna stemmata, quibus redemptio celebrata est, & repræsentabatur. Eæ sunt quattuor, quas supra diximus, facies hominis, leonis, aquilæ & vituli: quibus induti armigeri Dei, non tam ad vniuersalem Dei prouidentiam, quam ad redemptoris triumphum pertinere noscuntur. De ijs scriptum est Psalmo sexagesimo septimo. *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*, id est, Angeli simul cum hominibus arcam Dei migrantem comitabantur cum iubilo. Sed de redemptione Israelitica satis in superioribus dictum est: iuuat de humani generis reparatione eadem insignia interpretari.

Psalm. 67. ℣.26.

Omnipotens sermo Domini cælum, terramque pertingens, gladio armatus, Christum referebat de quo scriptum est: *Et verbum erat apud Deum: Et Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* atque alibi: *Vocabitur nomen eius Emmanuel*, id est, nobiscum Deus. Illæ personæ Angeli armati, hominisque sacrificii, quibus Israël euasit captiuitatem, & necem, vtranque eius naturam expresserunt, diuinam, scilicet, & humanam, quibus nostram redẽptionem operatus est. Neque enim prodesset, nisi Deus esset; neque mereri posset, nisi homo esset. Quaternas facies vnus in se ostendit Christus; ipse Aquila, quia Verbum Dei, ipse verus homo, ipse leo, vtpote Rex, ipse denique vitulus, quia sacrificium & sacerdos. Ipse Cherub quadriformis, in quo latet multiformis sapientia Dei, Apostolo teste.

Mystice Angelus, percutiens Christum referebat.

Io.1.℣.1.& 14

Isa.7.℣.14.

Quattuor facies Christũ indicant.

Neque facies tantum Cherubicas Christus Dominus in se ipso repræsentat, sed earum etiam dispositionem, & situm demonstrat: nam Cherub effigiem habebat iuuenis, totiusque corporis dispositione hominem referebat, tametsi Aquilæ gestaret alas, pectus leonis, & vituli calceos. Ita prorsus Christus Dominus in similitudinem hominis factus, & habitu inuentus vt homo. At vero sub humana figura ceteras occultabat suo tempore proferendas: nam vituli formam detexit in calce, hoc est in vitæ extremo semetipsum offerens hostiam Patri: quo facto se sacerdotem, & sacrificium testatus est. Leonis, & regis effigiem in resurrectione monstrauit, quemadmodum prædixerat futurum Iacob: *Ad prædam*, inquit, *fili mi ascendisti* in crucem, *requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Nõ auferetur sceptrum de Iuda.* &c. Leoni, qui post voratam prædam dormierit, deindeque surrexerit famelicus, comparat Christum resurgentem a mortuis. Namque laniatis hostibus humani generis, eorumque hausto sanguine sopore mortis correptus est, & sepulchro quasi leo in antro conclusus. Verum modice soporatus, quasi leo, qui inter dormiendum apertos habet oculos ob breuitatem palpebrarum tametsi mortuus, non tamen extinctus; post modum *solutis doloribus* vinculis *inferni*, quibus impossibile erat ipsum teneri, ac si euigilasset a somno ad vitales auras mortis, & inferni victor euasit: quo facto vim suam leoninam, ac plane gigantæam patefecit; non secus atque Sampson, qui ab hostibus obsessus, postquam dormiuit satis, de nocte consurgens ambas fores Vrbis cum sera, & vectibus humeris imponens, ad verticem vsque montis baiulauit. Leoni item comparatur in Psalmis: *Iudicabit in nationibus implebit ruinas*, ruinis, cadaueribus, *conquassabit capita in terra multorum*, vel caput multorum, id est, Dæmonem in terra. *De torrente* manantis a cadaueribus cruoris *in via bibit*, vt leo solet post factam stragem, *propterea exaltauit caput*: idcirco a Patre honoratus est, & orbis Dominus effectus. Quoniam autem leonina ista virtus symbolum erat regiæ

Non solum facies, sed earum etiam dispositio Christum repræsentant.

Vituli pedes Christi mortem inuisit, leonis pectus eiusde resurrectionem.

Genes. 49. ℣.9. & 10.

Iudic. 16. ℣.3.

Psalm.109. ℣.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giæ potentiæ in Christo; ideo Iacob regnum promittit Iudæ progenitori Christi dicens: *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Constat itaque ex dictis merito per leonis pectus, & armos iubatos (in quibus leo vim habet totam) significatum esse Christi regnum, quod obtinuit resurgens a mortuis: nam in resurrectione potentia virtutis eius eluxit, vt Apostolus varijs locis notauit. Denique Aquilinas pennas, diuinam, inquam, naturam in cælum propria virtute conscendens detexit: *nam qui ascendit, ait Apostolus, ipse est & qui descendit primum. Nemo* enim ait Christus, *ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo.*

Rom.1.℣.4. Ephes.1. ℣. 20.

Aquilinas pênas ascendês in cælũ Christus detexit.

Eph.4. ℣.9. Ioann. 3. ℣. 13.

Dicamus ergo humana facie Christi incarnationem, vitulina mortem, leonina resurrectionem, atque aquilina ascensionem esse significatam: idque non sensu accommodatitio, sed germano ex meritis verborum, quæ ipsæ imagines sacræ sunt, contentum, & repræsentatum.

Depinxit has quattuor facies Isaias totidem nominibus Saluatoris, quæ enumerat in hæc verba: *Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius*, nam binæ voces nectendæ sunt, *Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* nam per admirabilem consiliarium, intellexit Patris sapientiam, quæ de se ait: *Cum eo eram cuncta componens*: per Deum fortem, domitorem mortis: per Patrem futuri sæculi, secundum Adamum auctorem vitæ æternæ, quæ est sæculum futurum: per principem pacis, sequestrem nostræ reconciliationis cum Patre offenso: vt ijs nominibus significatæ fuerint facies aquilina Dei, leonina Regis victoris, humana filij hominis, atque vitulina sacerdotis.

Admirabilis consiliarius Dei verbum. nẽpe aquila. Deus fortis resurgens ut leo, Pater futuri sæculi ut homo. Princeps pacis morte reconcilians: ut vitulus.

Isa.9.v.6. Prouerb. 8. ℣.30.

Quoniam vero, quas prædiximus, formas ostentare solebat Pater cum sese visendum exhibebat hominibus, & pro trophæis partæ victoriæ de Aegyptijs cælo, terraque circumferre triumphans; non secus se gessit Christus morti vicinus: nam celebrem decreuit sibi parare triumphum, in quo Cherubinos protulit quattuor vehiculi sui stipatores eisdem facicbus insignes. Etenim quid aliud est Christum Dominum ante sex dies Paschæ Hierosolymam ingredi asello, & asina inequitantem, quam currum humilem sibi parasse ad triumphum? Quid sibi volunt turbæ præeuntes, & insequentes, nisi pompam ouantis ducis? Quid significant spatulæ palmarum, & oliuarum rami, nisi pacem post victoriam? Quid vero infantum acclamationes, nisi Cherubinorum laudes? Sed audiamus voces gratulantium: *Osanna filio Dauid* concinebant, *benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.* hoc est: Fer opem obsecro tu, qui in excelsis habitas, salua nos de cælis, Dei fili. Obseruemus deinde agnorum, & hædorum turmas gregatim subeuntes, eadem porta urbis, eodem tempore, atque ad idem ministerium cum Christo, scilicet vt decima quarta deinde luna immolarẽtur. Nam decima die actus est triumphus Christi, de quo scriptum est: *Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum.* Quis iam non videat quaternas facies Cherubinorum, totidemque Christi mysteria præsenti actione repræsentata? Agnoscunt istum filium Dauid, vtpote hominem: Fatentur Regem in nomine Domini sibi missum: postulant ab eo salutem de cælis, vtpote a Deo: ipse vero tanquam agnus portatur ad victimam, immo vero ascendit exultans, & serio triumphans, vt se victimam simul, & sacerdotem ostendat.

Christus in die Palmarũ se profert hominem, Deũ, Regem, & Sacerdotem, nẽpe hominẽ, aquilam, leonem, & vitulum.

Exo.12.℣.3.

Eadẽ Christi facies probat ex Paulo.

Declarauit hoc factum D. Paulus, & quattuor formas Christi quasi digito signauit dicens: *Qui cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Cernis quattuor facies Paulina hypotyposi signatas? diuinam ibi, *cum in forma Dei esset*: humanam ibi, *habitu inuentus vt homo*: Pontificiam ibi, *humiliauit semetipsum vsque ad mortem*: postremo regiam illis verbis, *propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. Easdem videas ab eodem Apostolo iterum, vbi triumphum Christi depinxit, effigiatas: nam præter humanam, de qua constabat, diuinam notauit dicens: *Cum sit splendor gloriæ*, &c. Pontificiam vero dicens: *remissionem peccatorum faciẽs*, &c. Denique regiam, quam sacerdotio consecutus est declarat, dicens: *sedet ad dexteram maiestatis*, &c.

Philip. 2. ℣.6.

Heb.1.℣.3.

Eadem præclara Christi trophæa celebrat regius Psaltes: nam principio illum inducit hominem qui rem habeat cum hostibus, Deique indigeat protectione: dicit enim: *sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Deinde regem cum subdit: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Postmodo Deum, adijciens: *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te*: id est: Tuus est principatus tibi reddetur imperium mundi in die potentiæ tuæ, cum resurges splendore gloriæ vestitus, qualis debetur filio meo. nam ex substantia mea ante Luciferi ortum te genui Deum mihi æqualem, vt duplici titulo tibi regnum debeatur. Denique sacerdotem profitetur eundem dicens: *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* &c.

Easdẽ Christi facies probat ex psal. 109.

QVOD QVATERNIS CHERVBINIS *Euangelistæ, & totidem faciebus Euangelia significentur. Sectio XI.*



COMMVNIS Patrum, & Doctorum consensus recepit tam Ezechielis animalibus, quam Ioannis significari quattuor Christi Euangelia, vel Euangelistas eorum scriptores. Ita habet D. Irenæus, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, Gregorius, Ambrosius, & Beda, atque alij posteriorum temporum scriptores: qui quidem omnes recte mihi sensisse videntur: nam cum quattuor animalibus repræsentati sint totidem Archangeli præcones triumphi Redemptoris, quaternisque singulorum faciebus totidem & trophæa, & excellentiæ significentur; merito accommodarunt præcones Euangelistis, & Christi perfectiones Euangelijs: atque tam diligenter, quam pie in singulis Euangelijs inuestigarunt singulas animalium facies, vt analogia & comparatione facta rerum cum rebus, & personarum cum personis, sensum quoque legitimum vtriusque vaticinij in Christi œconomia inuenirent. Patrum ergo commendamus pietatem, reueremur sententiam, & sequimur interpretationem. sed illud non ignorare lectorem volumus, hunc non esse sensum priorem, immo neque secundarium, sed spiritualem, & mysticum, atque accommodatitium, quod ita esse præter ea, quæ supra notata sunt, multa alia firmissime probant. Primum Ioannes raptus in spiritu videt quattuor anima-

De quattuor Euangelijs seu Euangelistis interpretãtur Patres Cherubinorum facies.

Iren. lib. 3. cap. 11. Athanas. in Synopsi S. Scriptura. Hieron. in Ezech. & præf. Mat. Aug. lib. 2. de cõs. Euãg. cap. 6. Isido. in proleg. lib. nou. testamenti. Greg. hom. 3. & 4. in Ezech. Ambros. & Bed. in Apoc. 4.

De Euangelijs interpretatur ratio ex sensu mystico & spirituali.

Apoc. 4. ℣.6.

animalia in cælo Dei solium circunstantia, & clamantia: sanctus, sanctus, sanctus. Si igitur animalibus repræsentantur Euangelistæ, seipsum vidit iam carnis exutum nexibus, & cum Matthæo, Marco, & Luca Christo fruentem: arqui hæc visio falsum contineret: nam in viuis agebat Ioannes tunc temporis, & eminus spectabat visionem. Dicit quidam, visionem eam pertinere ad tempus futurum, quo scilicet Ioannes iam vita functus poterat cum ceteris Euangelistis laudes canere. Sed contra ipsos est, quod infra quattuor animalia loquuntur cum Ioanne, dicuntque singula: *Veni, & uide*: Ioannes ergo beatus Ioanni mortali loquetur, & visionem declararet: sed respondent eum esse sensum verborum quarti animalis, quasi dicat. Cum tu, ò Ioannes, quartum animal eris, id est, cum Euangelium scripseris, id fiet, quod in huius sigilli apertione significatur, sed quis non videat quam distorta sint ista? multo consultius fecere Patres, Ambrosius, & Anselmus, qui difficultate huius quæstionis deterriti aliter intellexere animalium significatus quarto capite Apocalypsis, aliter capite sexto: vtpote qui videbant in sensu spirituali libere se vagari posse: referunt itaque animalia capite sexto ad Doctores Ecclesiæ. Rupertus Abbas conuictus hac obiectione nobiscum sensit: nam de quattuor Christi mysterijs, incarnatione, morte, resurrectione, & ascensione interpretatur animalium facies: pijssime ille quidem, & aptissime.

Probatur rõnibus, non esse hunc sensum literæ.

Apoc. 6. ℣. 1. 3. 5. & 7.

Ambros. & Anselm.

Rupertus Abbas nobiscũ sentit.

Potest & alterum argumentum non infirmius priore ex eodem capite quarto depromi: nam viginti quattuor seniores simul cum quattuor animalibus videntur a Ioanne gratias Deo, & Christo agentes. Seniores autem illi referebant duodecim Apostolos, & totidem primogenitos Israël, qui nomine vtriusque populi, atque adeo Ecclesiæ vice procuratores agunt coram tribunali Dei, vt omnes fere interpretantur, præsertim Arethas, & Andreas Episcopi Cappadociæ, a quibus stat cum Hieronymo Glossa. Atqui ex Apostolorum numero sunt duo Euangelistæ Matthæus, & Ioannes: non igitur possunt animalibus, & senioribus simul repræsentari sine fictione. Reliquum est ergo, vt sensus iste de Euangelistis sit mere allegoricus, & accommodatitius, atque talis a Patribus ipsis, a quibus inuentus est, æstimatus: nam Irenæus, apud quem primum legitur hæc interpretatio, multo aliter exponit quattuor animalium facies: quas tamen deinde accommodat Euangelijs potius, quam Euangelistis: sic enim habet. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex Verbum, qui sedet super Cherubim, & continet omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Euangelium, quod in vno spiritu continetur: quemadmodum & Dauid postulans eius aduentum ait: *Qui sedes super Cherubim appare*. Etenim Cherubim quadriformia, & formæ ipsorum imagines sunt dispositionis filij Dei: primum enim animal, inquit, simile leoni efficabile eius, & principale, & regale significans: secundum vero simile vitulo sacrificalem, & sacerdotalem ordinationem significans: tertium vero animal habens faciem quasi humanam, eum qui est secundum hominem, aduentum eius manifeste describens: quartum vero simile aquilæ volanti, Spiritus in Ecclesiam aduolitantis gratiam manifestans: & Euangelia his consonantia, in quibus insidet Dominus Iesus. Aliud enim illam, quæ est a patre principalem, & efficabilem, & gloriosam generationem eius enarrat, dicens sic: *In principio erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, &c. Illud vero, quod est secundũ Lucã, quoniam quidem sacerdotalis characteris est, Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoauit. Iam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari. Matthæus vero eam, quæ est secundum hominem, generationem eius enarrat; *Liber*, dicens, *generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham*: & iterum: *Christi autem generatio sic erat*. Humanæ formæ igitur hoc Euangelium: propter hoc & per totum Euangelium humiliter sentiens, & mitis homo separatus est. Marcus vero a prophetico spiritu ex alto aduenientẽ hominibus initium fecit: *Initium*, dicens, *Euangelij quemadmodum scriptum est in Isaia propheta*; volatilem & pennatam imaginem euangelij monstrans, propter hoc & compendiosam, & præcurrentem annuntiationem fecit. Propheticus enim character est hic: & ipsum autem Verbum Dei illis quidem, qui ante Moysem fuerunt, Patriarchis secundum diuinitatem, & gloriam colloquebatur: his vero, qui in lege, sacerdotalem & ministerialem actum præbebat: post deinde nobis homo factus munus cælestis spiritus in omnẽ misit terrã protegẽs nos alis suis. Qualis igitur dispositio filij Dei, talis & animaliũ forma, & qualis animaliũ forma, talis & character euãgelij. Quadriformia autẽ animalia, & quadriforme euangeliũ, & quadriformis dispositio Domini: & propter hoc quattuor data sunt testamẽta humano generi. Vnũ quidem ante catachlysmum sub Adam. Secundum vero post catachlysmum sub Noë. Tertium vero legislatio sub Moyse. Quartum vero, quod renouat hominem, & recapitulat in se omnia, quod est per Euangelium, eleuans, & pennigerans homines in cæleste regnum, &c. Hæc ipse. Quibus verbis significat quattuor animalibus, seu Cherubinis, atque quaternis eorum faciebus (nam sic habet, quadriformia Cherubim, & formæ ipsorum) repræsentari quattuor filij Dei dispositiones. Prima, Regia: Secunda, Pontificia: Tertia, Humana: Quarta, Diuina. Quattuorque apparitiones eiusdem. Prima Regia coram Patriarchis. Secunda Pontificia coram Israëlitis. Tertia Humana coram Iudæis. Quarta Diuina coram Apostolis in die Pentecostes. Quattuor denique fœdera eius cum hominibus. Primum cum Adam. Secundum cum Noë. Tertium cum Moyse. Quartum cum Apostolis. Euangelia autem quattuor ijs mysterijs consonantia nihilominus significata esse faciebus Cherubim. De euangelistis autem nullum verbum Irenæus. Verum in promptu est, qua ratione facies accommodauit Euangelijs, eadem etiam sub animalibus Euangelistas intellexisse, vt præcones Euangeliorum, atque adeo dispositionum multiformium filij Dei. Ex quibus omnibus multo magis confirmatur nostra sententia de quattuor significatibus facierum tam primaria, quam secundaria: atque Patrum expositio mystica firmissimis esse nixa fundamentis declaratur.

Secunda ratio ex cap. 4. Apoc.

Arethas, et Andr. in gl. super Apoc.

Irenæus primus uisionẽ de Euangelistis interpretatus est.

Idem lib. 3. contra hær. cap. 11.

Psalm. 79. ℣. 2.

Ioannes.

Quattuor testamenta hominibus data.

Primũ sub Adam.

Secundũ sub Noe.

Tertiũ sub Moyse.

Quartũ per Euangeliũ.

Quattuor apparitiones Christi, quattuor facies repræsentant.

Regia Patriarchis.

Pontificia Israelitis.

Humana Iudæis.

Diuina Apostolis.

Quattuor ĩtẽ fœdera significant.

Sed illud hic adnotandum videtur, multo aliter accommodasse animalibus Euangelia Irenæũ, atque communis habet sententia: nanque leonem comparauit euangelio Ioannis, aquilam Marci; cum ceteri Patres Marco leonem, Ioanni vero aquilam conferant. sed neque in hac analogia consentiunt inter se Patres. Nam D. Augustinus Matthæum significat per leonem, Marcum per hominem: contra Hieronymus, quem fere sequuntur interpretes, in homine Matthæum, in leone Marcum,

Aliter Iren. facies accommodauit euangelistis, quã alij patres.

Ioanni leonẽ, aquilam Marco.

Augus. Matthæo leonẽ, Marco hominẽ tribuit Hier. Matthæũ hominem, Leonẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcum, in uitulo Lucam, atque in aquila Ioannem intelligit. Sed nil mirum variare interpretes in sensu mystico, qui ex analogia totus pendet, cum variæ inueniri possint in Euangelistis analogiæ, quibus conformantur cum Cherubinis.

Marcũ. vitulũ Lucã, & Ioannem aquilam uocat.

QVOD QVATERNIS FACIEBVS rotarum, totidem Ecclesiæ stemmata significentur. Sectio XII.

EXPEDITIS faciebus Cherubinorum oportet rotarum etiam facies explicare: nam ex Prophetæ verbis videtur, cõficiros, atque adeo currum similibus figuris esse depictum, quibus animalia insignita vidébantur: *Cumque aspicerem*, inquit, *animalia, apparuit rota vna super terram, habens quattuor facies.* Hebraice: cum quattuor faciebus eius; vel suis, id est, quæ suas etiam habebat figuras, quales & animalia. Verum hæc ex prædictis non erit difficile persequi: nam in promptu est, facies rotarum esse quaterna stemmata nobilitatis Ecclesiæ communicata ad instar quattuor insignium Redemptoris, decebat enim sponsam eisdem gloriari sponsi trophæis, atque eisdem gaudere manubijs, quæ sponsus commisso certamine eius liberandæ gratia, partaque victoria e bello reuertens retulisset. Neque enim minus gloriosa futura erant sibi hostium spolia, quam sponso, tamesi magis vtilia extitissent. Hæc sunt illa donaria, quæ carmine triumphali celebrat Vates: *Dominus dabit verbum euangelizantibus* in *virtute multa*, dabit hoc egregio facinore materiam amplam componendi carmina poëtis, & cantoribus exercitus magni, *Rex virtutum dilecti dilecti*, imperator exercitus dilectissimi sui Israelis dabit *speciei domus*, sponsæ suæ speciosissimæ præ familiaribus puellis (sic vsurpatur species apud Iob: *visitans speciem tuam*, id est, vxorem, *non peccabis*) *diuidere spolia*, id est, partiri cum domesticis manubias hostiles, & inferius: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis*: equitabat *in Sina* & *in sancto* templo. *Ascendisti in altum* montis Sinai *cepisti captiuitatem*, liberasti tuos, qui detinebantur captiui, *accepisti dona in hominibus*, diripuisti manubias, vt dona hominibus dares. Vides spolia esse trophæa Redemptoris, atque Ecclesiæ donaria? D. Paulus hæc omnia, vt par est, ad Christi Domini in cælum ascendentis triumphum refert: hoc enim redemptoris nostri facinus impleuit chartas Prophetarum, & Sibyllarum; Euangelistarum, & Apostolorum linguas fecit disertas; Doctorum Ecclesiæ facundiam exhausit, atque ipsum mundum, si scriberentur libris, compleret: neque sibi soli tantam ex eo facto comparauit gloriam, sed nobis acquisiuit manubias: ascendens in altum, cælorum cælum, misit inde Spiritum sanctum. Qui quattuor potissimum donarijs pretiosis sponsam Christi honestauit, & locupletauit, qualia sunt adoptio, libertas, sacerdotium, & regnum: quorum figuræ, vel vmbræ potius collatæ sunt veteri populo ex Aegypto egresso. De singulis suo ordine differemus, ita vt præcedat vmbra, veritas subsequatur.

Quattuor facies rotarũ similes prioribus Ecclesiæ trophæa innuunt.

Psalm. 67. ỳ. 12.

Iob 5. ỳ. 24.

Donaria itaque quattuor sunt prærogatiuæ, & immunitates, quæ populo veteri promissæ leguntur. *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta*, &c. Prima est esse Dei peculiũ. Secũda Respubl. libera. Tertia sacerdotiũ. Quarta regnũ. Et prima quidẽ donatũ Israëlem Dominus testatur in Deuteron. dicens: *Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram*, &c. Esse autem Dei peculium est, quandam participationem diuinitatis obtinuisse significatam arcano illo fœdere, quod inter Deum, & Israëlem sanguine percussum est; ut scilicet ipsi essent Dei populus, Dominus vero illorum Deus. Quam etiam ipse Dominus commendat: *En Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos*: & alibi: *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinauit mihi domum Israel, vt esset mihi in laudem & in gloriã*, &c. id est, in vxorem, *quæ est gloria viri.* Hic obserua in fœdere communionem bonorum, & virium fieri; in matrimonio autem vnionem substantiæ, & carnis conglutinationem: *erunt* enim *duo in carne vna*, id est, vna caro, Hebræa phrasis: vt ex ijs similitudinibus coniecteris quanta fuerit prærogatiua, esse peculium Dei: sed quid si cum priuilegio Christiani populi conferatur? nam diuinæ naturæ participatio Israëli quadantenus, & quasi in typo communicata est, videlicet quatenus a Deo electus erat pro populo sibi caro, & præ ceteris electo: at vero *magna nobis, & pretiosa promissa donauit*, ait D. Petrus, *vt diuinæ efficiamur consortes naturæ*: neque nomine tenus, vt olim Israël, quem primogenitum suũ vocauit Dominus, cum tamen ad honorem filij non peruenerit, *nobis* autem *talem caritatem dedit Pater, vt filij Dei nominemur, & simus: non enim accepimus spiritum seruitutis iterum*, ut illi, *in timore*, qui seruorum est, *sed spiritum adoptionis filiorum*, tenere dilectorum, *in quo clamamus*, sicuti infantes teneri carissimum parentem balbutientes blandula, & iterata vocula compellare solent, sic nos repetimus multoties, *Abba, Abba*, Pater, Pater; præ dulcedine, & teneritudine amoris aduersus Patrem nostrum nostri amantissimum. Ista prærogatiua merito in alis aquilæ intelligitur: nam, vt supra diximus, aquila sublime volat, & in cælum contendere videtur, cum se a nostris oculis abducit.

Deu. 7. ỳ. 6.

Exod. 24. ỳ. 8.

Deuter. 10. ỳ. 14.

Ierem. 13. ỳ. 11.

Israeli in typo & quadantenus diuinitatis participatio conuenit, Ecclesiæ uero quasi proprie.

2. Petri 1. ỳ. 4.

1. Ioãnis 3. ỳ. 1.

Secunda prærogatiua Israel libertas Respubl. humana facie repræsentata. *Deuter. 4. 7. 8.*

Secunda prærogatiua Israël libertas Respubl. humana facie repræsentata. Deuter. 4. 7. 8.

Libertas Israël corporea, Ecclesia vere libera. *Galat. 4. ỳ. 24. et 26*

Secunda prærogatiua Israël libertas Respubl. humana facie repræsentata. Deuter. 4. 7. 8.

Libertas Israël corporea, Ecclesia vere libera. Galat. 4. ỳ. 24. et 26

Secunda Israël prærogatiua libertas Respubl. humana facie repræsentata. Deuter. 4. 7. 8.

Libertas Israël corporea, Ecclesia vere libera. Galat. 4. ỳ. 24. et 26

Secunda prærogatiua Israël

quia *perfecta caritas*, quæ est lex libertatis, *foras mittit timorem*. Hæc est libertas, qua Christus nos liberauit, non quam somniarunt Hæretici, Epicurei, *Velamen* facientes *malitiæ libertatem*, vt habet Petrus.

1.Petri. 2. ℣.16.

Tertia prærogatiua erat Leuitici sacerdotium

Tertia facies vitulina scilicet erat sacerdotium gentis a Deo institutum, de quo extat illud Ecclesiastici. *Excelsum fecit Aaron fratrem eius* Moysis, *statuit ei testamentum* pactum *æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria, &c.* & inferius: *Fungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius, &c.* id est, vt ministraret Deo, & sacrificaret, atque Dei nomine populo eius benediceret. Huic successit in Ecclesia Christi sacerdotium spirituale, quod sic commendat Diuus Petrus. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, &c.* non dixit regnum sacerdotale, ne aliquid temporale cogitaremus, sed sacerdotium, quod spirituale ministerium est: adiungit autem regale, ne Leuitico munere putaremus gaudere Christianos: cum multo sublimius sacerdotium acceperint, scilicet offerre spirituales hostias Deo per Iesum Christum, vt paulo superius dixerat Apostolus. Quales autem sint hostiæ nostræ Diuus Paulus declarauit. *Obsecro itaque vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, &c. exemplo*, inquit, *Christi, qui semetipsum obtulit holocaustum Deo*. vos metipsos Patri offerte, vos sacerdotes futuri estis, vos item victima. Sed nolo vos ipsos interimatis, nam viuentem hostiam desiderat a vobis Deus, non vt olim iugulatorum pecudum carnes. At dices: Qui potest esse victima, & viuens? nam

Leuitico successit Christi sacerdotium.

1.Pet.2. ℣.9.

Rom.12. ℣.1.

Victima, quæ cecidit dextra victrice, vocatur.

Ouidius.

ait Ouidius; rationis cultro iugulanda est, non ferro; *rationabile obsequium* Deo gratius, quam carnale: non postulat Deus carnes vestras exsangues, sed carnem cum sanguine, id est, affectus vestros carnales. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, &c. Hoc facto victima moritur, sacerdos viuit: Aries immolatur, Isaac vero supersest. *In omni oblatione*, mea, ait Dominus, *offeres sal*. Quid ita? sal vita artificialis est carnium exsanguium: nam eas corrodendo, & exsiccando præseruat a corruptione, significatque aptissime vitam spiritus, quæ respectu vitæ animalis est aduentitia. Hanc desiderat, & postulat Deus in omni sacrificio, quasi dicat: Nolo victimas mortuas, sed viuentes non vita animali, quæ præcedere solet oblationem, sed rationali, hoc est spirituali. Volo, inquam, vt idem sit homo sacerdos, & victima, & ipse vi spiritus iugulet quidquid in se animamale est, vt viuat quod spirituale est. Quod Apostolus nobis elucidauit amplius dicens. *Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo: non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo, &c.*

Leuit.2. ℣.13.

Rom.6. ℣. 11.

Imperium Israeliticum leone significatum.

Quarta facies, leonina scilicet, est principatus Moysis & Iudicum successorum, qui Dei nomine populum iudicabant, regebant, & tuebantur. Vnde tantam fortitudinem, & vim accipiebat populus, vt leoni truculentissimo, atque rhinoceroti, bestiæ inuictæ, illum comparauerit Balaam. *Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis: deuorabunt gentes hostes illius, suos, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis: accubans dormiuit vt leo & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit, &c.* Significant hæc in Ecclesia Christi regnum spirituale futurum, quod situm est in animo liberali, spontaneo, munifico, magnifico, inuicto, & vere regio: qui scilicet non se finit a malo vinci, *sed vincit in bono malum*. qui scilicet bonum reddit pro malo, esurientem inimicum cibat, sitientem potat, atque ijs armis superat verecundantem: hoc est enim carbones ignis congerere in caput eius, verecundæ, & ruboris flammis eius faciem operire. Qui dat, nihil inde sperans; tribuit in hilaritate; Deo seruit ipsi non spe præmij, nedum timore supplicij, sed quia hoc postulat ius, & fas. Hunc affectum postulabat Dauid: *Spiritu principali confirma me*, id est, munifico, spontaneo, regio. Tales vocantur in Euangelio pauperes spiritu, qui nil ex corde amant. De ijs Iacobus. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?* concordat cum Christo Iacobus: vterque promittit regnum cælorum pauperibus in temporalibus, sed diuitibus fide: ij enim sunt regio, & excelso animo: nam regio animo nil pauperius, nil ditius, cum nil habeat in votis, nil desideret; omnibus tamen abundet.

Regnum spiritale Ecclesiæ, in quo consistat.

Rom. 12. ℣.21.

Psal.50.℣. 14.

Iacobi. 2. ℣.5.

Sed hic obseruandum est, vtriusque legis regnum esse sacerdotio annexum, & ab eo dependens: hoc est enim quod Dominus dixit: *Eritis mihi in regnum sacerdotale*, vel regnum sacerdotum: quasi dicat: In hac Republica ego Dominus futurus sum: meo nomine eam gubernabit sacerdos: cuius erit munus, ea, quæ ad meum cultum pertinent, procurare, legem docere, & populum mihi reconciliare. Quoniam vero hoc munus spirituale est, aderit dux a me electus, vel iudex, aut consul, qui bella tractet, cum opus erit, qui tamen a sacerdotis pendebit nutu: aget cum consilio suo sæcularia negocia, dicet ius populo: cum tamen sese graviores obtulerint causæ, os sacerdotis consulet, & eius oraculum exspectabit. Talis fuit status Reipublicæ Israeliticus a Deo institutus, propterea que dicitur regnum sacerdotale. Talis est & spiritualis status regum, quos euehit D.Petrus: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium*: nam regius ille animus a sacerdotio pendet, & medio sacrificio comparatur, & conseruatur. Quemadmodum enim Christus Dominus mediante morte obtinuit imperium orbis, hoc est, hominum obedientiam spontaneam (hoc enim erat regnum sibi carum, quod expugnare volebat) sic nos per carnis mortificationem obtinemus regium animum despiciendi omnia, atque adeo omnibus fruendi. *Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium*. Quare opus vocat cultum? quia opus sacerdotale est, ministeriumque religionis, & pietatis aduersus Deum, iustitiæ gladio iugulare veterem Adamum cum actibus suis. Hunc actum sacrificiale sequitur pax, & silentium, concordia, & obedientia, quæ cum in republica sunt, testantur regem esse non pœnitendum.

Regnum & sacerdotium tam Israel, quam Ecclesiæ annexa sunt. *Exod. 19.* ℣.7.

Sacerdos gubernat Ecclesiam: & de eius munere.

1. Pet. 2. ℣.9.

Sicut morte Christus obtinuit imperium mundi sic mortificatione fidelis, sui imperium obtinebit, hoc est sacerdotio, regnum. *Isa.32.*℣. 17.

Effectus mortificationis.

Ob eandem rationem Christo Domino regi tribuit sacra Scriptura munus docendi populum, quod est sacerdotale. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius*. Et alibi ipse Christus dixit Pilato. *Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc na-*

Ob rationē prædictam Regi tribuitur docere, sacerdoti præstari. *Psal.2.*℣.6. *Io.18.*℣.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus sum, & in hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Contra vero cum inducitur sacerdos gladio armatur, ait psaltes: *Tu es sacerdos in æternùm secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in nationibus, &c.* Quid hoc rei est? quæ metamorphosis munerum? Rex ne docet legem? sacerdos præliatur? nimirum quia regnum hoc spirituale est, non temporale, sacerdotioque annexum, & ab eo pendens: Sacerdotium contra non est meri nominis principatus, gladium habet, auctoritate pollet, ius omnino possidet; vnde in regiam dignitatem emanat auctoritas. Hoc iure potitur summus Ecclesiæ Pontifex Christi Vicarius, cuius potestas in Machabæis designata est, qui natura sacerdotes erant, atque eodem iure, cum opus fuit, ducum officio, & auctoritate fere regia sunt functi.

Psal. 109. v. 4.

Romani Pontificis potestas in Machabæis designata, qui natura sacerdotes erant, & Iudicum munere vtebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

Superiore visione interius instructus, atque exterius confirmatus mittitur ad prophetandum populo contumaci.

I. HAEC visio similitudinis gloriæ Domini. & vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.

II. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me,

III. Et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes apostatrices, quæ recesserunt a me: ipsi & patres eorum prævaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc.

IV. Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

V. Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorum.

VI. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas: quoniam increduli: & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides quia domus exasperans est.

VII. Loquéris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

VIII. Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi.

IX. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris: & scriptæ erant in eo lamentiones, & carmen, & væ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS SECVNDI.

I. Probat hac visione referri Deum sedentem in templo super Cherubim.

HAEC *visio similitudinis gloriæ Domini*. id est: Hæc visio, quam tot descripsi verbis, imago erat expressa gloriæ Domini. His verbis diuinus Vates explicauit prototypum, & primum exemplar huius imaginis, quam videbat, fuisse faciem Domini sedentis super Cherubim in Oraculo templi. Nam arca Testamenti cum suo propitiatorio hoc tam insigni appellabatur nomine, gloria Dei. Et iure optimo, quoniam gloria Hebraice כבוד, chabod, Græce δόξα, doxa, Latinis significat excellentiam, præstantiam, quidquid egregium est, vnde quis potest gloriari. Vnde vsurpatur pro Regis corona, hominis lingua, & ratione: qua cæteris præstat animantibus, atque eadem analogia pro facie sanctuarij, præsentia Dei in terris contestata responsis, quæ dabat inter Cherubim, atque ignea nube, quæ obumbrabat sanctuarium. Nam hæc erat gloria, excellentia & præstantia Israëlis. *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, &c.* Et iterum: *Quæ est alia gens sic inclyta, quæ habeat cæremonias, & iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?* Sic sumitur in Psalmo. *Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Et in libro Regum. *Translata est gloria Dei.* Et in Psalmo. *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.* Hebraice, gloriam.

Deut.4.℣.7.
Psal.26. ℣.8.
1.Reg. 4.℣. 21.
Psalm. 77. ℣.61.

Et vidi, & cecidi in faciem meam. hoc est: Videns hoc spectrum cecidi; vel, vt vidi, concidi consternatus animo præ magnitudine, & nouitate admirandæ visionis. Scholiastes: Terrifica visa Propheta viderat, vt ipse territus discederet, & Israeli nunciaret, quæ illi imperabat Deus, & maior ex rebus visis timor oriatur, eoquod propter Israëlis sæuitiam erat affectus: itaque clauum clauo trudere nititur Deus. Tale quippiam Danieli accidit: *Vidi*, inquit, *visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo.* Et iterum. *Domine in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium.* Atque Isaias eadem visione stupefactus clamauit: *Væ mihi quia tacui.* id est. Heu me perij, óccidi: nam id significat tacere hoc loco, silentium videlicet deficientium præ stupore, vt idem Isaias alibi. *conticuit Moab*: & Ieremias. *conticuit Ascalon.* Neque secus Balaamo euenit, de quo legimus: *Qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius*, id est, qui defecit postquam aperti sunt oculi eius in visione, Theodoretus. Meritissime cadit: si enim Seraphim celebrantia velant ora, quid non sustinuisset & homo mortali corpore indutus, veram visionem contemplans? Quod vero addit, in faciem se corruisse, indicat gestum reuerentis, & adorantis, vt Ruth cap. 2. *quæ cadens super faciem suam, & adorans super terram, &c.* Et apud Matthæum. *Audientes discipuli ceciderunt in faciem suam.*

Reuerentiã Vatis & admirandam Diuinæ Maiestatis præsentiam indicant verba. *Scholiast.*
Dan.10.℣.7
Isa.6.℣.5.
Isa.15.℣.1. Ierem. 47. ℣.5.
Nu.24.℣.4.
Theodor.
Ruth 2. ℣.10.
Matth. 17. ℣.6.

Et audiui uocem loquentis. cuiusdam, scilicet: ignorabat enim quis nam esset, qui loquebatur præ horrore attonitus. Sic legunt Septuaginta. & Chaldæus, loquentis: tametsi in codice Hebræo legi etiam possit, vocem loquentem.

Et dixit ad me: Fili hominis. Hebraice. Fili Adam, אדם, Adam, quod nomen proprium est primi parentis tractum ab humo rubra, ex qua corpus eius compactum fuit, quasi dicat, rubeus: nam אדמה, adamah, dicitur humus rufa: deinde communicatum est omnibus eius filijs, factumque appellatiuum, & commune vniuersis cognomen. Vnde, fili hominis, perinde est ac si dicas, homo: vt patet in Psalmo. *Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam uisitas eum.* Importat autem nomen hoc fragilitatem, vilitatem, & despectum: Vnde Paulus. *Nonne homines estis? nonne secundum hominem ambulatis?* Et in Psalmo. *Constitue Domine legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt.* hoc est: Immitte illis apparitorem, & exactorem tuum, infirmitatem scilicet, calamitatem, aut infortunium aliquod, vt nouerint se mortales esse, lutea vasa, & fragilia. Sequitur in Psalmo סלה, selach, id est, sententia meditatione digna, qua admonemur, vt nobiscum commentemur, quid homo sit; bulla, scilicet, calamitatem, aut infortunium aliquod, vt nouerint se mortales esse, lutea vasa, & fragilia. Sequitur in Psalmo סלה, selach, id est, sententia meditatione digna, qua admonemur, vt nobiscum commentemur, quid homo sit; bulla, scilicet, *uapor, nubis uestigium, nebula, umbra*, somnium, vanitas, & nihil. Hoc autem nomine (vt videtur Hieronymo in illud Danielis octauo. *Intellige fili hominis*, atque Theodoreto) admonet Deus Ezechielem conditionis suæ viliſſimæ, ne deinde ad propheticum munus assumptus insolescat. Rabbi Dauid Chimhi. Vocat eum בן אדם, ben Adam, filium hominis, ne superbiat, ac seipsum Angelis comparet, eoquod viderit visionem grandem, quam superius narrauit: nisi malis, hominem hoc loco ex vulgari vsu significare potius speciem humanam, quam fragilitatem, quo modo & Christus Dominus se vocat *filium hominis*, id est non (vt alij interpretantur) filium Virginis, sed hominem.

Quid significet vox, homo.
Psa.8.℣.5.
1.Cor.3.℣. 3. & 4.
Psa.9.℣.21.
Sapien.2. ℣.5.
Hieronym. super Dan. cap.8.
Theod. ibi.

Sta super pedes tuos, & loquar tecum. Hoc dicit ad depellendum timorem: quasi dicat (vt notat Polychronius) ne timeas, non enim ad vltionem venio, sed vt te eligam prophetam populi. Apollinaris. Stantis enim est diuinorum auditio, non resupini. Hieronymus. Nullum peccatorem stantem legimus, sed ad sanctos dicitur: *State ergo succincti lumbos.* ad peccatores autem: *Non erit stabile uestigium pedis.* & in Psalmo. *Non stabunt impij in iudicio*, vt Hebraice legimus.

Polychr.
Apoll.
Hieronym. Ephes.6. ℣.14.
Psal.1.℣.6.
Videndum caput 28. Deut. II.

Et ingressus est in me spiritus. hoc est, animus, vires, & fortitudo cordis, quæ timor admerat, mihi reddita sunt: redijt ad me vigor excusso timore. Septuaginta efficacius efferunt. Venit in me spiritus, & assumpsit me, & eduauit me, & statuit super pedes meos, &c. Theodoretus. Diuina quædam virtus cum tetigisset me veluti solutum metu collegit, & in comparauit; vt consistens verba, quæ ferebatur, audire possem. Eodem modo interpretantur Hieronymus, & Gregorius, scilicet de Spiritu sancto: sed aptius videtur de virtute animali intelligendum, seu de vigore cordis, qui recedere dicitur cum deficit, & redire aut ingredi cum adest, vt acceptione quinta videre est, & in Psalmo. *animam meam conuertit.*

Theodoretus.
Hieronym. Gregor. hic mil.9.
Psal. 22. ℣.3.

Et

III.

Præsens pro futuro tempore stabile decretum, & firmum propositum significat. *Exod. 5. ℣. 10.* *Lucæ 19. ℣. 8.*

Et audiui loquentem ad me & dicentem: Fili hominis mitto ego te ad filios Israël. Præsens tempus, seu participium præteriti tempori in sacris literis significat animæ propositum, seu stabile decretum. *Non do vobis paleas*, id est, decreui non amplius dare. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*. Hoc est, constitui deinceps dare: neque enim ante Christi hospitum vel liberalis erat in pauperes Zachæus, vel in fœneratores iustus; alioqui nec peccator appellaretur a Pharisæis, nec Christus dixisset: *Hodie salus domui huic facta est*. Ergo (do) non significat soleo dare, sed constituo dare. Eiusmodi vsurpatur verbum præsens a Christo domino. *Apud te facio pascha*. atque Virgo sanctissima. *Verum non cognosco*, ex qua phrasi vehementer confirmatur Beatæ Mariæ nõn propositum modo, sed decretum voto confirmatum de seruando virginitatis flore in perpetuum; non secus vsurpatur in præsenti, *mitto te*, quasi mittere destinaui, & decreui. *Matth. 26. ℣. 18.* *Lucæ 1. ℣. 34.* Probat virginitatem sanctissimæ Matris voto cõfirmatam.

Deus prius quam ministerium det, dat gratiam ad illud *Rom. 1 ℣. 5. 2. Cor. 3 ℣. 6. Ioan. 20. ℣. 21. Act. 2. ℣. 15. Iere. 1. ℣. 5.*

Sed vide quam apte cadat fides publica, & munus propheticum, & quam suauiter disponat omnia diuina prouidentia, communicans ministris Verbi *gratiam*, deinde *Apostolatum*. & iterum. *Qui idoneos nos fecit noui testamenti ministros*. Et apud Ioannem: *Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos: hæc cum dixisset insufflauit: Accipite Spiritum sanctum*. Et ad Ananiam ait Dominus: *Vade, quoniam vas electionis est mihi iste*. id est, creaui illum insigne organum, & instrumentum electum Euangelij mei. Id fatebatur Ieremias: *Antequam exires de vulua, sanctificaui te*, id est, elegi, & consecraui te, *& prophetam in gentibus dedi te*, & iterum. *Posuit os meum quasi gladium acutum*.

Compar ministros verbi Architectis. *Exod. 31. ℣. 3.*

Et quid mirum ad tantum munus electo communicatum diuinum spiritum? cum diuina prouidentia Beseleel vocauerit ex nomine, vel elegerit, & repleuerit eum *Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia*, vt digne fabricaretur tabernaculum, cuius exemplar ipse Dominus Moysi ostendebat. Nunquid difficilius est ex cedro formare columnas, quam lignum aridum carie exesum renouare, atque ita roborare, vt templum Dei fulciat? an laboriosius ex hiacyntho, cocco, & auro contexere aulæa, vel opere Phrygionico acu pingere, & gemmis distinguere sacra vestimenta; quam Adami filios vetustis moribus exuere, & ita uerbo Dei informare, vt dignæ fiant Christi vestes, decus, atque gloria domus suæ? cum ergo ad ea opificia communicarit Dominus *sapientiam, & intelligentiam* artificibus; multo maiore iure ad hoc diuinum munus prophetis spiritum vberem elargitur.

Iudæi ignominiosè vocantur Gentes.

Ad Gentes. Mittebatur Vates ad filios Israël concaptiuos suos, qui gentes vocantur ignominiose, quod non secus atque ceteræ gentes, Dei religione posthabita, forent dediti Idolorum cultui. Rabbi Dauid Chimhi. Eo quod essent inter se religione diuisi: nam quidam eorum colebant idola Ammonitarum, alij Mohabitarum, &c. Alioqui nomen gentis non competit Hebræis, vt *Gal. 2. ℣. 15.* Diuus Paulus docet. *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores*. Et in Psalmo Iudæi *populi* dicuntur, Ethnici vero *gentes*: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania*. Eadem *Psal. 2. ℣. 1.* figura apud Isaiam dicuntur *populi Sodomæ, & Gomorrhæ*, & apud Ezechielem *Amorrhæi*. *Isa. 1. ℣. 10. Ezech. 16 ℣. 3.*

Apostatrices, quæ recesserunt a me. vel, rebelles, quæ rebellarunt in me. Verbum idem est סרר, marad, deficere, descisscere, abalienari a legitimo domino, item, irritare, quoniam subditi irritati deficere solent a Domino. Septuaginta vertere: in amaritudinem conuertunt, hoc est, bilem amaram excitant, de qua phrasi latius capite octauo tractabimus.

Pactum & transgressio quæ, & vbi reperiantur in sacris literis.

Ipsi & patres eorum præuaricati sunt transgressi pactum meum vsque ad diem hanc. Hebraice: vsque ad ipsam hanc diem, emphaticõs; quasi nunquam intermiserint Deum irritare, neque oppressi captiuitate resipuerint aliquando. Pactum hoc extat in Exodo: transgressio in Psalmo. *Auerterunt se, & non seruauerunt pactum; quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum*. vel, retroacti sunt vt arcus dolorosus, fallax, qui non petit scopum, quo minabatur, sed inuersus percutit sagittantem, aut etiam alio transmittit telum. sic gens Hebræa, relicto vero Dei cultu, & pacto; quod quasi scopum promiserat collimare; fefellit exspectationem, ad Idola sese conuertens. Et Isaias ait: *Transgressorem ex vtero vocauit te*. atque Ieremias. *A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, dixisti, non seruiam*, quasi iuuencus indomitus sagittatus, qui recalcitrat, & iugum a ceruice excutit fractis vinculis. *Exod. 24. ℣. 8.* *Psal. 77. ℣. 57.* *Isa. 48. ℣. 8.* *Iere. 2. ℣. 20.*

IV.

De obstinatione Hebræorum.

Filij dura facie, & indomabili corde sunt. Contextum versus declarat sic Polychronius. Non quod nesciam malitiam eorum, quia impudentes sunt ad reprehensiones, &c. te ad illos mittere decreui. Hunc versum negat Hieronymus reperiri apud Septuaginta: verum Theodoretus, & Polychronius illum interpretantur: nihilominus Bibliorum Septuaginta correctores eum expunxisse dicimus, nixi Hieronymi auctoritate. Filius, in sacris literis latissime patet: non enim solum significat natum, sed hominem, virum, personam, immo rem qualemcunque, vt suis locis dicemus. Oratio illa *dura facie*, Hebraice sonat, pertinaces faciebus, vel frontibus: illa vero, *indomabili corde*, valet, obfirmato, obdurato animo; quarum vis explicatur ex Isaia. *nervus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea*. vbi detegitur metaphora sumpta a iuuenco petulante, qui nescit retrocedere vel in fronte stimulatus; significat ergo eos esse rigidos, impœnitentes, & pertinaces in proposito, qui nec promissis, nec minis, neque vero flagellis vel emolliri potuerunt, vel deterreri. Origenes. Hoc simile est illi prophetæ Ieremiæ: *Me ergo non timebitis? & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit, &c. Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt*. Theodoretus, Polychronius, & Scholiastes: *Dura facie*, significat impudentes; secundum illud: *Frons mulieris meretricis facta est tibi*: quia scilicet non erubescebant, neque illos pudebat scelerum, quorum conuincebantur. *Indomabili corde* appellat, ait Scholiastes, contra Deum impios, & superbia totos inflatos. Theodoretus. Qui neque supplicio-rum necessitate mutantur. *Isa. 48. ℣. 4.* *Origen. Ierem. 5. ℣. 22.* *Theod. Polychr. Schol. Iere. 3. ℣. 3.*

Dei benignitas in hoc maxime splêdet, quod vocat induratos, neque subtrahit auxiliũ ab ijs, quibus scit non profuturum.

Sed hîc obserua Dei longanimitatem inauditam, & inexhaustæ bonitatis pelagus. Accersit eos, & patres eorum violati fœderis, posthabitæ legis, pessundatæ religionis, nouit certo parum profuturas exhortationes obduratis; & tamen non deserit fœdifragos, non subtrahit auxilium obstinatis; sed matris instar pientissimæ pharmacum freneticis porrigit, insa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

insanabili laborantes morbo ad pœnitentiam reuocat, & ad sanitatem inuitat; clamatque ad Ieremiam. *Noli subtrahere verbum, si forte audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis.* Si vero vocem, filius, in primaria significatione accipies, vt certe potes inuitante contextu; est quod admireris, atque suspicias non solum Dei bonitatem, sed benignitatem, & suauitatem: nam contumaces seruos non dedignatur nomine filiorum honestare etiam lacessitus, & ad iram prouocatus: *Recordare fili*, inquit Abraham Dei vice, *quod recepisti bona in vita tua.* O viscera misericordiæ Dei nostri.

Ad quos ego mitto te, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus. Hebraice. Ego te mitto ad eos, & dices, &c. id est: nihilominus ego te legare volo ad eos prophetam, vtque præfatione vatibus vsitata exordiaris præcipio, scilicet, *Hæc dicit Dominus*: hoc est, verbum ex ore Domini loqui, hoc est, esse *quasi os Dei.* Contra pseudoprophetæ *assumunt linguas suas* dicentes, *somniauit, somniauit*: non leuat linguas eorum Deus, sed ipsi pro arbitratu suo; cum tamen prophetarum Deus assumat linguas, vt per os eorum loquatur. *Assumpta parabola* sua vaticinantur pseudoprophetæ: contra vero prophetæ dicunt, *Onus*, vel assumptio, aut exordium, *verbi Domini in manu Malachiæ, &c.*

Hæc dicit Dominus. Oratio suauis, & vere Euangelio digna, & vt aiebat ille alter, Euangelij Christi præludium, qui frequente sermone vsurpabat, *Ego autem dico vobis.* non reboant prophetæ in antris, vt Apollinis sacrificj; non stridٍent dentibus, vt arreptitij Pythonis; sed diserris verbis Dei legationem propalant, *Hæc dicit Dominus.*

Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quoniam domus exasperans est. Domus, familia, proles, vt in Psalmo. *Nisi Dominus ædificauerit domum.* & in Exodo: *Aedificauit eis domos*, id est, donauit sobolem numerosam. de qua phrasi latius alibi. Particula (forte) non est dubitantis de euentu, sed illum permittentis libero arbitrio, sicut Ieremiæ proxime allato loco, atque apud Matthæum. Forte *verebuntur filium meum.* Origenes. Hoc autem addit ne videretur illos, cum essent ante præsciti, non posse aliter agere: nam ex æquo in nobis est audire, & non audire ex libero arbitrio, ac si Deus nil præsciuisset. *Quiescere*, est cessare, desistere. Zacharias. *Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite*, id est, desistite. Hispanice: *si assi quisierdes, sino dexaldo*: sic modo siue audiant, siue audire negligant, desistant; siue audiãt siue secus, quod magis credo futurum, quia *domus exasperans est*, irritatores, atque rebelles: sunt enim verba irascentis similia, faciant quod volent, siue pareant, siue secus. Chaldæus aliquanto aliter intellexit, & vertit: Si forte ipsi suscipiant disciplinam, & desinant peccare. Septuaginta: si forte audiant, aut timeant, in eundem sensum cum Chaldæo. Vocat autem quiescere, cessare a peccatis, & meliora inire consilia, de qua theoria dicemus infra. Admonemur autem hac sententia, quod obseruauit Hieronymus, non esse cessandum à sacris concionibus, etiamsi sana respuatur doctrina: sæpe etenim fit, vt audientes verbum moleste, suscipiant fructuose, & aratro verbi proscissa terra vbertatem proferat frugum iustitiæ.

Et scient quia propheta fuerit in medio eorum. Certe si audire, & parere verbis tuis nolent, meam saltem prouidentiam non arguent in aliquo defuisse, quod debuisset facere. Rabbi Selomo: vt eorum peccatum sit inexcusabile, quod prophetam inter eos versantem non audierint. Scholiastes: Ex ipsis rebus intelligent, te non loqui ex propria auctoritate vel sensu, sed meis cedentem præceptis: atque me non derelinquere illos in captiuitate positos, sed vtilem procurationem illorum obire. Obserua auxiliorum superabundantiam obduratis quandoque præstari ad iustificationem diuini iudicij. *Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Theodoretus: Nostra enim iniquitas cum diuinis beneficijs collata, iure nos supplicijs subijcit, & ipse iustus iudex etiam ab ijs, qui puniuntur, vt victor accipit suffragium, vt is, qui nullum humanitatis genus reliquerit, neque vllam rationem, qua posset de hominibus bene mereri, intactam prætermiserit. Exemplum est Pharao, cuius contumaciam prænoscens Deus (*Noui enim ego*, inquit, *quod non dimittet vos Pharao nisi in manu valida*) diuina sua erga illum lenitate vti perseuerauit: nam, si supplicia intulisset Dominus, & iam inde eum prænouisset, qua ex re cognosci potuisset diuina iustitia ab ijs, qui prænotionis haud cernerent euentum? idcirco finem expectat, & tunc infligit pœnas.

Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Polychronius. Prædicit Vati illorum ingratitudinem, ne, si insperato incidisset in calamitatem, animum abijceret. Sic etiam Apostolis Dominus prædicit persecutiones, tribunalia, &c. duabus ex causis, vt simul præparentur ad futura mala; item vt euentu rerum obstupescant, prædictionis visa veritate. Illa particula, *quoniam*, potest esse causalis, & referri ad orationem subauditam hoc sensu: Bono animo te esse iubeo, oportet te esse virum in hoc munere gerendo: subaudit deinde (nam male te accipient tribules, proscindent conuitijs, intentabunt minas, &c.) sunt enim increduli, & subuersores. Vel respicit orationem proximam: Neque sermones eorum metuas; tametsi cum contumacibus verseris. Et in hoc sensu accepit Scholiastes Græcus. Non ad insolentiam illorum respiciens, fugias illorum consuetudinem peruersam, etsi videas illos furentes insanire, & contra te conspirantes, &c. Nam particula (quia) aliquando est aduersatiua, & non rationalis vt ibi. *Nequaquam, quia illius ero, quem elegit Dominus.* id est, sed potius illius ero, &c. quod Septuaginta sic efferunt: Quia insanient, & congregabuntur contra te in circuitu. Recentiores vertunt, vrticæ, & spinæ tecum sunt. Hebraice pro, incredulis, est סרבים, sarabim, cuius nec singulare, nec verbum extat in sacris literis. Verum Chaldæus paraphrastes frequenter illo vtitur, vt supra, *domus exasperans est*, ipse ait: quoniam populus harbam ipsi: & iterum atque iterum eodem capite: in præsenti etiam versu pro, sarabim nomine, posuit participium miserbin. Significat igitur verbum, sarab, Chaldæis, atque Hebræis, vt ex versione Hieronymi vulgata colligimus, idem quod eius cognatum Hebræum סרר, sarar, id est, renuere, declinare, rebellare, auertere se, peruersum esse. Oseas enim ait: *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.* Hebraice: sicut vacca rebellis rebellauit: inde nomen participiale סורר, sorer, contumax, peruersus, inobediens, immorigerus, indisciplinabilis, qui non vult regi disciplina, sed pro arbitratu quoli-

Ierem. 26. ℣. 2. & 3.

Etiam contumaces seruos non dedignatur vocare filios, Dei benignitas.

Luc. 16. ℣. 25.

Diserimen inter veros & falsos prophetas. Ierem. 15. ℣. 19. Ierem. 23. ℣. 31. Ierem. 23. ℣. 25.

Malach. 1. ℣. 1.

Matth. 5. ℣. 22.

Propheræ Dei palam, alij autem in occulto, & quasi furtiue loquuntur.

V.

Domus pro familia. Psal. 126. ℣. 1. Exod. 1. ℣. 21.

Forte, nõ est dubitãtis, sed declarantis arbitrij libertatem. Ierem. 26. ℣. 2. & 3. Matth. 21. ℣. 37.

Origenis sententia de præscientia Dei non cogente libertatem. Zachar. 11. ℣. 12.

Irascentis Dei verba sunt: dimittit enim hominẽ in manu consilij sui.

Hieronym.

Iustificat Deus suam prouidentiã cum peccatoribus indurati.

R. Selom. Scholiast.

Psal. 50. ℣. 6. Theodor.

Exod. 9. ℣. 19.

VI.

Poych.

Implicitè dicit Deus prophetæ & apostolis prædicit futuras tribulationes, non vt possint resistere facilius, cum vt ex eorum prædictorum veritate fidem

1. Reg. 16. ℣. 18.

Se rebellare & obedire quoad hominem.

Ose. 4. ℣. 16.

quolibet fertur, vt in Deuteronomio: *Si genuerit homo filium contumacem*: hoc vitium a D. Paulo vocatur Græcè ἀπιθία apithia, id est, insuasibilitas: ea voce vtitur Paulus dicens: *ira Dei in filios diffidentiæ*. & iterum atque iterum repetit dicens; *cum sint increduli*, id est, inobedientes, intractabiles. Idem ex opposito verbo, & nomine colligi potest: quia, credere, quandoque parere significat ibi: *quia mandatis tuis credidi*: & ibi: *& non est creditus cum Deo spiritus eius*, id est, obaudiens, dicto morem gerens. Eandem vim habet vox Græca παροξύνειν, paroestresusin, insanient: nã testante Theodoreto, significat multa rabie, & insania efferari, translatione sumpta a bobus, quas œstrum pascentes impellit, & sæpe per præcipitia ferri cogit. Est autem œstrum muscæ genus quolibet stimulo vehementius boues exagitans.

Deut. 21. ℣. 18. Ephes. 2. ℣. 2. & cap. 5. ℣. 6. Tit. 1. ℣. 16. ψal. 118. ℣. 66. ψal. 77. ℣. 8.

Subuersores. Hebraice. סלונים, salonim, pro quo Hieronymus infra vertit, offendiculum. Septuaginta: palus terræ fixus non erit vltra domui Israel, offendiculum amaritudinis, vel, palus ruinæ, & amaritudinis occasio. de cuius significatione ibi agemus: interim ex Septuaginta interpretum versione, & ex Hieronymo (nam alibi non reperitur in sacris literis, vt ex locorum collatione significationem vocis indagare liceat) videtur significare, exemplar impietatis, vt interpretatus est Theodoretus, videlicet, homines corruptis moribus, qui alijs sunt scandalo, & suo exemplo prouocant ad impietatem, qui præclare vocantur subuersores, nam vt ædificare in sacris literis est, verbo, vel exemplo proximum in fide, & pietate confirmare; sic subuertere est, doctrina malesana, vel moribus corruptis alios a recta viuendi ratione ad impietatem deturbare, exempla in sacris literis obuia:

Hier. infra. cap. 3. ℣. 20. Theoria de malo & bono exemplo.

Paulus ait. *Caritas ædificat*. & iterum. *Proximo placeat ad ædificandum*: & tertio: *secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem* & apud Isaiam hæc metaphora diluci datur: *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam*, &c. *& ædificabuntur in te*, per te, *deserta saculorum, fundamenta generationis, & generationis suscitabis*, id est, restitues ædificia collapsa à sæculis antiquis, quorum substructiones vix reliquæ fuerant, *& vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem*, id est, redemptor rupturæ, dissipator semitarum, quibus subibant bestiæ, atque auctor pacis, & quietis: ijs opposita omnia facit euersor: de quo Paulus: *Non desinit subuertere vias Domini rectas*, &c. *Et: Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium*. & illud: *Subuerterunt cor filiorum Israël*.

1. Cor. 8. ℣. 1. et 2. Cor. 10. ℣. 8. & cap. 13. ℣. 10. Isa. 58. ℣. 7. & 12. Actor. 13. ℣. 10. et 2. Timo. 2. ℣. 14. Num. 32. ℣. 9.

Et cum scorpionibus habitas. עקרב, ghaqrab, scorpio, significat animalculum venenatum habens aculeum in cauda aduncum, & fistulatum, quo arcuato vulnere ferit, & rupta fistula venenum diffundit. Eius mentio est in Deuteronomio: *in solitudine, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio*. at vero in libro Regum transfertur ad significandum genus flagelli aculeati referentis vngues scorpionum. *Ego vos cædam scorpionibus*. Hoc autem loco Pagninus vertit tribulos; alij spinæ acerrimæ genus interpretantur, quæ recuruos habeat aculeos, videlicet sicut superiores voces de spinis, & sentibus fuerant interpretati. Verum Hieronymus disertis verbis de animalculo accepit, & merito, quando ea nominis primaria est impositio, & textui optime quadrat: nam pseudoprophetas, quos iam appellauerat contumaces, & aliorum pestem, bene est, vt scorpionibus comparet, qui ore blandiuntur, & cauda feriunt: ore gestant: *Hæc dicit Dominus*; vt alliciant, & male cautos lethaliter vulnerant instillantes impietatis venenum: *Mollisti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula*. Si autem lubet per scorpionem spinam accipere, poteris libere vtraque consentiente voce, Hebraica, & Latina, neque sine elegantia translationis factæ a senticeto ad homines sanguinarios, pestilentes: etenim hi quasi in vno vepriceto coeuntes inuidiæ aculeis armati horrorem incutiebant, minas intentabant prophetis Dei; qui calciati pedes euangelio pacis, & nuncio fausto Verbi Dei animati spinas, & tribulos conculcabant: quamuis non impune: omnes enim vates munere isto defungebantur excarnificati, exulcerati, & lacerati, teste Apostolo, *secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt*. Porro istorum felix erat exitus; rebellium autem infelicissimus; de quibus Nahum propheta: *quia sicut spinæ se inuicem complectuntur; sic conuiuium eorum pariter potantium consumetur quasi stipula ariditate plena*. atque alibi: *Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ nõ tolluntur manibus, & si quis tangere voluerit eas armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensa comburentur*. Nihil est ergo quod nobis timeamus ab eis, sed est cur caueamus, ne illis implicati communem experiamur vltionem. Aduersus eiusmodi ergo scorpionum vngulas, vel aculeos Deus Vatem confirmat dicens:

ψal. 54. ℣. 22. Pseudo prophetæ aduersus prophetas minarum vepres spargunt: hi vero pedibus in præparationem euãgelij calciatis omnia conculcant. Hebr. 11. ℣. 37. Nahum. 1. ℣. 10. 2. Reg. 23. ℣. 6.

Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Polychronius: Ne propter verborum contumelias fugias, neque illos cum furore, & impetu ad cædem venientes reformides: cogita quod etiam contra me tales fuerunt non in breui tempore, sed diutissime: & cum videas te esse meum in hac re socium, hęc vna te consolatio sustentet, &c. En quales erant scorpionum vngulæ, vel tribulorum aculei; verba iniuriosa, & vultus minaces, vel torui. nam id significare solet vultus cum absolute ponitur, vt ibi. *Vultus autem Domini super facientes mala*. & iterum: *in tempore vultus tui*. quibus locis, vultus, ponitur metonymice pro ira, & indignatione, quæ in vultu ostenditur: hic pro indignatione, dedignatione, vel tædio eodem tropo. Ab ijs vultibus concionatores non minus sibi timent, quam a conuitijs, quia vultus indignabundus minatur interitum; dedignabundus autem contemptum significat; vtrunque ministris Dei molestissimum: propterea exhortatur Deus Vatem, vt verba despiciat, & vultus non vereatur. Simili fere oratione roborat Deus Ieremiam: *Ne formides à facie eorum: neque enim timere te faciam vultum eorum: ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum*. sed illa ætiologia, causæ, inquam, redditio, quare nil sit formidandum Vati, quæstionem habet: *ne formides*, inquit, *quia domus exasperans est*. videbatur enim potius oppositum inferendum, videlicet: time tibi ab eis, quia *domus exasperans est*. hoc est, non solum per se ipsi sunt scelerati, sed filij pessimorum: quod de illis prodidit Isaias: *Væ genti peccatrici, populo graui*, obdurato, *iniquitate, semini nequam*, vel impiorum: atque hi quidem non dispersi sed coniurati aduersus Dominum: etenim hæc omnia amplectitur oratio illa, *domus exasperans est*. quomodo igitur non est formidandus populus rebellis, sanguinarius, quorum patres occiderunt prophetas, & lapidauerunt eos, & quorum filij impleuerunt mensuram impietatis parentum? Respondet quæstioni Heros ille, Leuitici

Polychr. Ierc. 1. ℣. 17. Isa. 1. ℣. 4.

Pseudoprophetæ scorpionibus similes ore blãdo vtũtur, cauda feriũt. Deut. 8. ℣. 15. 3. Reg. 12. ℣. 11.

generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

generis gloria, Mathathias confortans filios suos A oratione Pontifice digna: *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus & vermis est; hodie extollitur, & cras non inuenitur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit*, &c. Theodoretus. Idonea causa est, vt eos contemnamus, qui insidiari tentant; legis enim violatores etiam a diuina ope vacui sunt, non sunt ergo metuendi. Quorsum timeas formicarum, aut muscarum agmen? at homo a Deo destitutus debilior est formica: & quamuis agglomerentur & vinciantur, formicæ sunt homines istiusmodi, aut certe vespæ: *Ne paueas*, inquit Sapiens, *repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris*, &c.

1. Macab. 2. ℣. 62.

Homo absq; Deo tam vilis est vt nulla ratione sit timendus.

Prouer. 3. ℣. 25.

VII

Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & B *quiescant: quoniam irritatores sunt.* Ne verbum subtrahas, quantumuis eorum iniurijs, vel tædio prouocatus, siue audiant, siue respuant, quod de eorum duritia, & peruicacia potius timendum est. Hæc repetitio videtur facta cum stomacho, & tædio; siue audierint, siue audire detrectent. Cui proxima est derelictio, & verbi diuini caritas. Vnde post hæc tempora, in quibus prophetabant Ieremias, Daniel, & Ezechiel, tres tantum surrexere Vates, Zacharias, Aggæus, & Malachias; quibus munere defunctis, nunquam amplius est auditum in Israël; *Hæc dicit Dominus.* Septuaginta: si forte audiant, aut timeant. Theodoretus: Par est enim illos suppliciorum comminatione expauescere, & minarum euentum vereri, quando mitioribus verbis cedere recusant.

Non audire verbum Dei, proximum est subtractioni eiusdem & derelictioni.

Qui fuerint vltimi prophetæ in Israël.

Theodor.

VIII

Tu autem fili hominis audi quæcũque ego loquor ad te, C *& noli esse exasperans sicut domus*, ista, *exasperatrix est*. Tu saltem meis præceptis esto obsequens, ne sicut alter Ionas detrectes obire functionem; ne auitam & fraternam imiteris duritiem; ne me irritates, vt ista fecit domus: quandoquidem ex eorum grege electus es maiore lumine illustratus, & ad sublimius ministerium euectus. Prouocantur Ecclesiastici homines honestati a Deo abundantioribus beneficijs, vt illius partes tueantur, etiamsi sæculares desipientes mundi sectentur pompam: *Si fornicaris tu Israël, non delinquat saltem Iuda.* partes Adoniæ ambientis regnum secuti sunt Ioab princeps militiæ, & quod deterius est, Abiatar Ponti- D fex. Veruntamen Sadoc sacerdos, & Nathan prophetа non erant cum Adonia. Hinc fit, prophetam, sacerdotem, & ministrum Verbi esse populo excellentiorem, & de quo sibi merito Deus promittat futurum sibi obsequentem, etiamsi ceteri iugum eius subire detrectent: Alioqui quomodo valebit popularium corrigere insolentiam, si nihilo sit illis melior? *Væ mihi*, clamabat Isaias, *quia vir pollutus labys ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* id est: Miserum me qui nihilo sum ciuibus sanctior, cum ipsi sint mere profani. *Segregatum* se vocat Apostolus, quod scilicet minister Dei eo præstare debet vulgaribus, quo gregem vniuersum pastor excellit.

Prouocantur ministri verbi Dei ad maiorẽ perfectionem, vtpote maioribus cumulati muneribus.

Osea. 4. ℣. 15.

3. Reg. 1. ℣. 8.

Hinc colliges futurum sacerdotem excellentiorem, cui fidere possit Deus verbum suum, reliquis audire detrectantibus.

Isai. 6. ℣. 5.

Gal. 1. ℣. 15.

Aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. E Explicatur hic versus initio capitis tertij. Rabbi Dauid Chimhi: metaphorice dictum, id est, audi verba prophetica, manda memoriæ, ac retine. Rabbi Selomo: metaphora est, quasi diceret: inclina aurem tuam; percipe, & delectabit te, non secus ac si quid suauissimum comederes. Polychronius. Videbatur retardari, fortasse audiẽs illos esse impudentes, ideo dicitur illi, *Aperi os tuum*: non enim solum verbis vult illum confirmare, sed etiam rebus: quasi dicat, non a te ipso es locuturus, sed mea gratia dignatus, & animosior effectus mea intelligentia. Origenes: Aperi vasa animæ tuæ ad excipienda eloquia mea, tale est & illud psalmi. *Os meum aperui, & attraxi spiritum*, &c. Alius Scholiastes. Accipe quæ a me dicuntur, id est: eorum veritas maximam tibi præbebit fiduciam: quare omni timore depositio cum libertate loquere.

Non a se loquuntur prophetæ, sed accepto & gustato verbo Dei.

R. Dauid. R. Selomo. Polych. Origen. Scholiastes alius.

IX

Vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus Significatio, forma, & vsus librorum.
liber. Septuaginta: caput libri. Hebraice habetur, volumen libri: nam Antiqui in corticibus arborum contortis, vt sunt, scribere cæperunt, deinde in membranis, hædinisve chartis, quas pergamenas vocant, credentes Pergami Vrbe Troadis primum inuentas ab Athalo Rege, qui cum Eumene sibi successore celebrem illam bibliothecam exemplaribus vndique conquisitis hædinis chartis construxisse dicitur. Verum chartæ hædinæ antiquiores sunt Troade & Pergamo: nam illis vsus est Moyses, quare & volumina vocauit, quod membranæ proprium est in spiras sponte conuolui. mos autem erat, vt seruarentur illæsæ, eas conuoluere circa virgam cedrinam, vel alterius pretiosæ materiæ, cui extremum membranæ colligatum erat. Meminit Ouid. eius consuetudinis: Ouid.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigra cornua fronte geras.

Eum autem morem conuoluendi librum existimo obseruatum in instrumentis magni momenti: alioqui literas familiares Lacedæmoniorum ad Iudæos quadrangula forma complicatas testatur Io- Ioseph. lib. sephus: Portitor literarum Dimo tales epistolas vo- 12. Antiquit. cap. 5. bis defert quadrangulo scriptas, figmentum habentes aquilam, &c. Vnde cognoscimus, alios atque alios complicandarum chartarum modos apud hos, vel illos extitisse. Meminit voluminis D. Lucas dicens: *vt reuolust librum.* est eadem phrasis etiam in psalmo. *In capite libri scriptum est de me.* ita enim verterunt Septuaginta. Hebraice etiam legimus: in volumine libri, hoc est, in Pentateuco, seu quinque libris Loegis, qui antonomasticõs appellantur, volumen, a Dauide, quod exarati essent oblonga, & continenti charta, ex multis membranis consuta, quæ duabus columellis hinc inde astantibus alligata conuoluebatur, & reuoluebatur. quem ritum hodie obseruant Iudæi in Synagogis, legis volumen eo, quo diximus, apparatu custodientes: & ceteri quidem libri sacri, vt psalmi, vel prophetæ membranis scripti erant: quæ conuolutæ claudebantur, reuolutæ explicabantur, vt vidimus ex Luca. Verum lex siue explicanda esset, siue complicanda semper voluebatur in spiras circa vnum, vel alterum cylindrum. Sunt qui velint volumine isto sacram scripturam intelligi: sed constat eos allegorice locum istum tractasse, cum hæc scripserunt, non historice: etenim ex sequenti capite certum est, quid sibi velit voluminis nomine Propheta in præsenti: *Omnes, inquit, sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo.* vbi Hieronymus. Iste est cibus voluminis, &c. Scholiastes ostendit, non a se prophetam loqui, sed dignatum Dei gratia. Alius, caput libri vocat volumen, in quo veteres sua obseruabant scripta, vt nunc Iudæi. Origenes. Diuina eloquia sunt breuissima, si comparentur cum diuina sapientia, ideo dicitur caput libri. Polychr. Humana natura non poterat vorare tantum librum, ideo porrigitur illi caput, atque id non nisi manu Dei. *Cum aspicerem, ecce extensa manus contra me apparuit.* Aduersum

Luce. 4. ℣. 17.

Psal. 39. 8.

Pentateuchus antonomastice vocatur liber seu volumen.

Cap. 3. ℣. 10.

Hieron. Scholiastes. Alius Scholiast. Origenes.

Polych.

sum omen videretur manus protensa, qua exeruntur vires, & exercentur supplicia, nisi alius esset gestus sursum tendentis manum ad percutiendum, alius deorsum demittentis ad porrigendum quidpiam, qualem se Vati exhibuit Deus in præsenti. *Et expandit illum coram me*, id est, me videnteA reuoluit. Polychronius. Significat necessitatem sibi impositam esse prædicandi verbum. Origenes. Significat intelligentiam se accepisse, vt per illam explicationem voluminis assequeretur singula in illo conscripta: & manducans volumen, & explicationem eius, omnia spirituali suo ventre complecteretur scripta non modo ante, sed etiam retro.

Polychr.
Orig.

Qui erat scriptus intus, & foris. In facie, & in tergo. Solent enim Hebræi peregrina nobis phrasi, sed illis familiari, quæ interiora sunt anteriora vocare, & quæ exteriora, posteriora dicere, vt ibi: *& alteram porticum in facie maioris porticus.* id est, intra: & ab Ezechiele oraculum dicitur esse ante faciem templi, hoc est, intra templum: quæ dicendi ratio a voluminis dispositione tracta est: quod dum complicatur in orbem, anterior facies intus manet; tergus exterius relinquitur. Significat itaque chartam vndequaque exaratam. Cuius rei gratia obseruandum est apud Veteres diuersa genera extitisse chartarum. Nam quædam erant syngrapha, quædam opistographa scripta. Syngrapha vno tantum, opistographa vtroque exarabantur latere. Vnde Vlpianus de bonorum possessione secundum tabulas (vbi ait, chartæ appellationem etiam ad nouam chartam referri, & ad deletitiam) Proinde C si opistographo quispiam testatus sit posse hinc peti bonorum possessionem, &c. intellige si testatus est non in facie chartæ, sed a tergo. Plinius etiam iunior ait: electorum commentarios centum sexaginta mihi relinquit opistographos, hoc est, etiam a tergo scriptos. erat itaque volumen Ezechieli ostensum opistographon, id est, in facie, & in tergo scriptum. Origenes. Existimo per ea, quæ erant ante scripta, significari potissima dogmata, & quæ ad sanctos pertinent, & ad promissa, & in summa ad beatos, & ad eorum vitam: per posteriora vero, quæ spectant ad illos, qui pereunt. Item rationem punitionis, vel ea, quæ in rebus creatis consequuntur ad primaria illa: anteriora per canticum, posteriora per lamentum, & væ: carmen pro sanD ctis, lamentum peccatoribus non desperatis, væ puniendis.

Ante & retro apud Hebræos idem significat quod intra & extra. *3. Reg. 7. ℣. 6. Ezech. 41. ℣. 4.*

Vlpianus.

Plinius iunior.

Origen.

Et scripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Theodoretus: Merito supra dixit: *si forte audiant*, aut timeant, terroris enim plena, quæ Prophetæ mandantur, *lamentatio, carmen, & væ*, in toto capite scripta intus, & foris: caput autem vocat volumen priscorum more. Hebraice, קינים ויגון ואי, quinim vehegeh vehi, vertere liceret, lamentum, gemitum, & planctum: nam vox prima significat orationem querulam, & lugubrem sermonem, quo testamur animi dolorem, quale est illud Ieremiæ deplorantis immaturam Iosiæ mortem: atque Dauidis dolentis filij Absalonis miserum interitum. Altera vero est deducta a verbo הגה, hagah, quod affectum, & motum quemcunque animi vehementem corporis gestu declaratum significat; vt meditationem intentam oculis fixis testatam psalmo: *Meditabitur die ac nocte*. significat etiam rebellionem ciuium in tumultu, vt in psalmo: *Et populi meditati sunt inania?* vel, quid populi frustra moliuntur? præterea significat etiam fremitum feræ præ fame. vt apud Isaiam: *Si rugiat leo, & catulus leonis super prædam*. significat item, loqui verbum ex corde, & cum affectu, vt in psalmo. *Os iusti meditabitur sapientiam*, id est, meditabundus erumpet in verbum cordatum: dein significat vlulare præ tristitia, vt apud Isaiam: *Vlulabit Moab.* deniq; gemitu testari dolorem, & animi sensum significat apud eundem Isaiam. *Meditabor*, gemam, *vt columba.* inde est מהגים, mahghim, stridentes, *qui stridebant in incantationibus suis*, qui mussitantes oracula Pythonica proferunt. Ab eodem ergo fonte est הגה, hegeh, id est, gemitus, suspirium ab imo pectore tractum, doloris intensi & acerbi inditium. Septuaginta pro hac voce vertere, melos. Hieronymus, carmen: non quidem intelligentes lætam, & iucundam cantilenam, quæ minime conueniens esset ijs funeribus, tristique tragœdiæ: *Musica* enim *in luctu importuna*, intempestiua, *narratio est*, teste Salomone sed vel orationem modulatam, lugubrem tamē, qua solebant cantores, & cantatrices prosequi defunctum; cuius mentio est in libro Paralipomenon, & apud Lucam: vel, quod magis credo, quodque significationi vocis Latinæ, carmen, nihilominus conueniens est, vsurpatur hoc loco pro formula quadam conceptis verbis ad sollemnitatem funeralem composita, qua vti solebant, qui lamentabantur depositum, quæ Hebraice meditatio, mœror, gemitus dicitur, quod esset iam ante præmeditata: vel quoniam nunquam sine sensu mœroris proferri solebat, vel poterat. Postrema vocula הי, vehi, væ, interiectio est lamentantis, & videtur index esse planctus, hoc est, non tantum vocem & gemitum inuoluere, sed etiam addere tunsionem pectoris cum querimonia: eius mentio est apud Ieremiam. *Non plangent eum: væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei; væ Domine, & væ inclyte.* Vbi verba, plangere, & concrepare, a Hieronymo posita satis significant illa vocula, non solum inuolui affectum eiulantis cum querimonia, sed etiam funeralem cærimoniam tundendi pectora. Ergo tria isthæc nomina coniuncta sunt non simplici enumeratione, sed exaggeratione per incrementum; quibus significatur vaticinio isto contineri suprema infortunia non querulis modo vocibus, sed gemitibus, & planctu prosequenda. Constat enim ex dictis librum Prophetæ ostensum, ipsum esse vaticinium illi reuelatum, cuius maxima pars in denuntiandis calamitatibus Iudæorum insumitur: & quemadmodum huius gentis mala in dies incrementum accipiebant vsque ad supremum excidium; sic funeralis pompæ, qua illam prosequitur, cæremoniæ, & gestus maiorem per gradus significant mœrorem, acerbiorem luctum, & vehementiorem planctum. Talia continebat liber ille alter Ioanni ostensus signatus sigillis septem: quæ vbi reuulsa sunt, multæ & miserandæ emersere calamitates, atque eo acerbiores, quo serius immittebantur. Nam primo sigillo aperto equus albus visus est cum equite victore: secundo vero visitur equus rufus, & sessor gladium distringens: tertio aperto apparet equus niger, quo vehebatur iustitia: quarto videtur equus pallidus, qui mortem gestabat, ducebatque sequenE tem infernum: quinto conspiciuntur animæ interfectorum: sexto motus cælorum, & terræ ob Dei indignationem: septimo plagæ innumeræ effusæ super terram. In quibus refulget primo Dei potentia in corona, arcu, & equo significata, quam comitabatur benignitas, & candor pectoris, quam color albus equi indicabat. in secundo nitet indignatio diuina, quam portendit color equi sanguineus, & districtus gladius. in tertio splendet iustitia vindex scelerum nigricanti equo repræsentata, quod

Theodor. Lamentatio quid significet.

2. Para. 25. ℣. 25. 2. Reg. 1. ℣. 17.

De multiplici significatione vocis, carmen, ex Hebraica voce. *Psal. 1. ℣. 2. Psal. 2. ℣. 1. Isa. 31. ℣. 4.*

Psal. 36. ℣. 30. *Isai. 16. ℣. 7.* *Isa. 38. ℣. 14.* *Isa. 8. ℣. 19.* *Eccl. 22. ℣. 6.* *2. Paral. 35. ℣. 25.* *Lucæ 8. ℣. 52.*

Quid significet Væ.

Iere. 22. ℣. 18.

Concordatur hic locus cum alio Apocal. cap. 5.

ta, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta, quod supplicia tenebris offundant pectora noxiorum. in quarto mors, quæ pallentes reddit vultus, & eius assecla infernus, vel sepulchrum, aut orcus. quinto vindicta sanguinis innoxii, quæ multo horribilior est morte prima, minaturque secundam, corporis scilicet & animæ cruciatus æternos. sexto mundi ordinem perturbatum, quo non vnius, aut alterius significatur interitus, sed vniuersi totius consumatio. denique malorum colluuies omnium, & catachlysmus non immissus, sed potius effusus super terram consequitur, quo nihil potest excogitari deterius.

Atque hæc secundum literam vulgatæ editionis, & Hebraicum codicem: inter Græcos autem Aquila sic vertit præsentem locum: scriptum erat in eo: κτίσις καὶ ἀντίβλησις, καὶ ἔσται, ctisis cæ antiblesis estæ cæ, id est, creatio, aut fabricatio, & exemplar, vel collatio, & erit. Et quidem Aquila videtur vocem primam deriuasse a verbo נפח, qanah, quod est condere, creare, fabricare, & possidere; alteram accepisse secundum primam, & germanam verbi significationem, quæ est intentum esse in rem aliquam toto animo, affectu, & viribus totis, quod faciunt pictores, & architecti, qui vel commentantur secum quidquam, vel exprimunt ex archetypo in antigraphum: quare apte verti potest cum Aquila, exemplar. tertia etiam vocula, quam vulgatus deriuauit a נוח, nahah, lamentari, plangere, potest etiam aptissime deduci a חיה, haiah, quod est sum, es, fui, eritque formæ nominis חי, chaij, viuens, viuum, significabitque infallibilem veritatem, constantiam in verbis, & promissis, quo videtur vsus Paulus: *Non fuit in illo, est, & non; sed, est, in illo fuit*, id est, certissima veritas.

Interpretatio Aquilæ.

2. Cor. 1. ℣. 19.

Tribus his verbis continetur totius vaticinij summa: ea sunt, fabrica, exemplar, & erit.

Dan. 5. ℣. 25.

Potest itaque sensus huiusmodi esse præsentis versus. Et erant in eo libro scripta tria hæc, fabrica, exemplar, & erit: quæ tres voces symbola erant, & quasi hieroglyphica totius historiæ populi Israëlitici, atque adeo totius vaticinij summa: qualia verba illa in pariete scripta coram Baltassare: *Mane, Thecel, Phares*, numerus, pondus, diuisio, id est, ratio petita de regno, examinatum, translatum. Simile quid continere videntur hæc tria nomina: fabrica enim significat vrbem & Templum, atque adeo politiam & religionem, regnum & sacerdotium a Deo condita: exemplar, hæc omnia non de nouo inuenta, sed ad instar veterum restituta; translatam scilicet politiam omnem a Iudæis ad Gentes: erit, irreuocabilem sententiam, & æternitatem regni, & sacerdotij in Christiano populo: nihil enim aliud continet Ezechielis vaticinium, nisi comminationes de euersione vrbis, & Templi: promissiones de eorundem restitutione; atque vtrasque verbo Dei interueniente ratas & irreuocabiles fore.

Prophetiæ Ezechielis summa.

Vbi aduertendum est, translationes Reipublicæ appellasse exemplar, vt significaret Dominus non nouam Ecclesiam condi, aut nouum regnum instituí, nouumve sacerdotium creari; sed in eandem Ecclesiam, idem regnum, & eandem religionem introduci gentes expulsis Iudæis. Etenim vnica fuit semper sponsa Christi, vnicum eius regnum, vnicum sacerdotium, cuius tamen ordo mutatus est ex Leuitico in Melchisedechicum: & regni facies conuersa ex temporali in spirituale; atque Ecclesiæ trunco manente rami oleaginei amputati sunt, & inserti oleastrini.

Non alia Ecclesia, nouum regnum, aut sacerdotium creantur a Christo, sed in antiqua introducuntur Gentes expulsis Iudæis.

Chaldæus sic vertit, vel potius interpretatur versus hosce. Et scriptum erat in facie, & retro quod fuit ab initio, & quod futurum est in fine: scriptum erat in eo, quod si transgressi fuerint domus Israël legem, dominarentur eis populi, & si facerent legem, deficeret ab eis lamentatio, & gemitus & mœror.

Chaldæus.

Rabbi autem Selomo: hoc modo intellexit versum. Lamentationes, sunt tormenta, & dolores iustorum, quos sustinent in præsenti sæculo. carmen, est præmium, & merces iustorum in futuro sæculo, qua delectabuntur, & cantabunt. væ, sunt tormenta nequam ac sceleratorum hominum in futuro sæculo.

R. Selom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Vorato libro mittitur ad filios Israel: vbi iterum, monstrata visione Gloriæ Domini, exstimulatur ad officium.

I. ET Dixit ad me: Fili hominis quodcunque inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel.

II. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo:

III. Et dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.

IV. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loquèris verba mea ad eos.

V. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mittèris ad domum Israel:

VI. Neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te.

VII. Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.

VIII. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

IX. Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est.

X. Et dixit ad me: Fili hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi:

XI. Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loquèris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: si forte audiant, & quiescant.

XII. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo,

A Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. XIII.

Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me. XIV.

Et veni ad transmigrationem, ad Aceruum nouarum frugum, ad eos, qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. XV.

B Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens: XVI.

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. XVII.

Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. XVIII.

Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua C impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. XIX.

Sed & si conuersus iustus a iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annunciasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram. XX.

Si autem tu annunciaueris iusto, ut non peccet iustus, & ille non peccauerit: uiuens uiuet, quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti. XXI.

Et facta est super me manus Domini, & dixit XXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. A

XXIII. *Et surgens egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria, quam vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciem meam.*

XXIV. *Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ.*

XXV. *Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum.*

XXVI. *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.*

XXVII. *Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat: quia domus exasperans est.*

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS TERTII.

I Scholiastes. ET *dixit ad me*. Dominus videlicet auriga currus. Scholiastes. Ne videretur omnino phantasticum esse quod fiebat, non solum facit, sed etiam loquitur, vt intelligeret Ezechiel diuino iussu hæc omnia repræsentari. B

Quodcunque inueneris comede. Id, quod tibi offero, comede, ne cuncteris: manu mea porrectum est, non erit venenum, sed cibus salutaris. Polychronius, & Theodoretus. Nemo autem opinetur eiusmodi cibum fuisse, qui aut sensu percipi posset, aut corpore constaret: quemadmodum enim visionem illam spiritu contemplatus est; ita hunc quoque gustum spiritu percipit.

Poly-chr. Theodor.

Comede volumen istud. Quale sit quod offertur volumen, & quomodo manducetur, declarauit paulo inferius, dicens: *Omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo.* Est ergo volumen symbolum legationis, quam suscipit, & traditio eius infusio spiritus prophetiæ. Sed quorsum vorandum proponitur volumen? nonne satis esset offerri legendum, aut audiendum lectitari? quia lingua, non oculis, vel auribus exercendum erat munus, quod obibat. Solet autem sacra Scriptura in illa facultate, vel sensu spiritum supernaturalem, & naturalem constituere, quo exercetur, vel detegitur. exempli gratia, *Inspirauit in faciem*, Hebraice, nares, *eius spiraculum vitæ*, animam cordi infudit, non vero naribus, sed naribus tribuitur: quia spiratio, quæ est signum præsentiæ animæ, in naribus sentitur. Eodem modo librum offert vorandum ore Ezechielis, quoniam ore intimanda erat legatio, quam suscipiebat. Præterea quia quod auditur, aut legitur in sinu memoriæ reconditur: quod verò comeditur traducitur in ventriculum, vnde calorem natiuum excitat, cor inflammat, sanguinem accendit, & linguam facit disertam. Figuratur itaque libri comestione, non tantum communicatam esse Vati functionem, sed spiritum, & calorem interiorem, vt ex animo, & cum affectu loqueretur, quæ audierat, & viderat, & quasi *scriba doctus in regno cælorum proferret de thesauro suo noua*, decreta Dei, *& vetera*, nempe conciuium duriam. Solent in sacris literis verba, quæ ad animum pertinent, linguæ tribui, quia propterarum linguæ non nisi ex corde loquuntur: vt in psalmo: *lingua mea meditabitur iustitiam tuam*, id est, tuam bonitatem celebrabit verbis, quæ suggesserit animus meditabundus, & iterum: *Os iusti meditabitur sapientiam*, id est, promet os sapientis verba ex cordis thesauro, non vt psittacus alienum χαῖρε, chære. C

Volumen est symbolum legationis, quam suscipit, & traditio spiritus prophetiæ.

Spiritum tribuit S. Scriptura ei membro aut sensui, quo exercendus est, vel in quo manifestatur spiritus.

Genes. 2. ℣. 7.

Vorandus traditur liber, quia ore promendus.

Item comeditur liber quia meditatus profert in anima effectus eos, quos cibus in corpore. *Matth.* 13. ℣. 52.

Linguæ tribuuntur animæ operationes. *Ps.* 34. ℣. 28

Et aperui os meum. Septuaginta: aperuit os meum, Dominus scilicet, qui cibando Ezechielem, eius aperiebat os, creabatque prophetam, vt docet nos Ecclesiasticus: *Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & adimpleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.* id est, cibauit illum libro, quo saturatus est, & confirmatus, ac si panem, vel cibum arboris vitæ comedisset; quo recreatus est ac si aqua sapidissima potatus fuisset; & quo edoctus est verba fari sapientiæ, & intellectus plena. *Pſal.* 36. ℣. 30. II. *Eccl.* 15. 3. & 5.

Et cibauit me volumine illo. id est, visus sum mihi librum voraſſe. Polychronius. Quemadmodum diuini, & incantatores ad dementiam vsque procedunt, Dæmone stuporem illis ingenerante; ita e contrario prophetis sensus afficitur, dum anima spiritus efficacia colluſtratur. *Polych.*

Et dixit ad me: Fili hominis uenter tuus comedet, & viscera tua complebuntur. Rabbi Dauid Chimhi. Videtur impropria locutio, os enim, & non venter comedit: sed significare voluit memoriam per ventrem, atque illum admonere, ne facile obliuisceretur verba reuelationis: nam ventrem comedere, est retinere, non euomere. Futura videntur posita esse pro imperatiuis, comedat, compleantur, retine in stomacho cibum, noli euomere, sed fac concoquatur, & digeratur per membra omnia, id est, reconde in memoriæ thesauro, & meditatione assidua reuolue, atque visum mentis tuæ pasce sermonibus, quos audisti, & rebus, quas contemplatus es: alioqui non satisfacies muneri tibi iniuncto, si tantum auribus haurias, vel memoria retineas verbum. Docentur Euangelistæ verba Dei assidua meditatione decoquere, & cordi suo imprimere antequam loquantur. Ructum solet vocare Scriptura doctrinam prophetarum: quia vt ructus ex cocto cibo exhalatur; sic Dei verbum ex corde pleno alimonia cælesti depromi debet. apud Matthæum: *eructabo abscondita*, &c. & in psalmo, *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt*, id est, pronuntiabunt ore suauissima verba laudis, redolentia dulcedinem bonitatis tuæ, qua pastus est eorum animus. III. C D E

Verbum Dei, non solum auribus excipiendum, & memoria retinendum sed etiam meditatione decoquendum est.

Ructus significat doctrinam prophetarum. *Matth.* 13. ℣. 35. *Pſal.* 144. ℣. 7.

Dulcis est memoria peccatorum eorumque vindicta. *Apoll. Pſal.* 118. ℣. 103. *Theodr. Hieron.*

Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. Apollinaris: Valde suauis est delictorum lamentatio: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*, ait Dauid, *super mel ori meo*. Theodoretus idem repetit, Hieronymus addit: *Iudicia Domini vera*, &c.

& dul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 118. ℣. 10. & 11. *& dulciora super mel & fauum*. quasi Vates senserit A dulcedinem audiens supplicia peccatoribus imminentia, quod ijs vindicaretur diuinus honos. Idem

Apoca. 10. ℣. 9. & 10. Ierem. 15. ℣. 16. inuenio Ioanni contigisse in Apocalypsi, & Ieremiæ: *Inuenti sunt*, inquit, *sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei, quoniam inuocatum est nomen tuum super me*. id est, quia de tuo nomine, vel tuus vocabar: appellabant enim me virum Dei, hominem Dei: en vnde dulcedinis sensum percepit Ezechiel: iucundum est enim, vt ille ait,

—Digito monstrari, & dicier ille est.

magnus scilicet prophera, Dei familiaris, intrepidus concionator, &c. Verum postmodum quid ait Ioannes? *Erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus*. Ieremias B vero clamat. *Væ mihi mater mea: quare genuisti me: virum rixæ virum discordiæ in vniuersa terra?* &c. *Omnes*

1. Tim. 3. ℣. 1. *maledicunt mihi*. Et Apostolus. *qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, id est, bonum calicem: cuius haustus tametsi faucibus dulcis, in stomacho amarior est absynthio. *Potestis bibere calicem?* rogantur Apostoli; respondentque incunctanter, *possumus*: nimirum obire munus Apostolicum facile est; sed baptismo Christi baptizari, ingurgitari scilicet aquarum, & tribulationum Oceano, quæ id muneris consequuntur, difficile. Simile est Dei

Matth. 20. ℣. 22.

Dei verbum deauratis medicorum pillulis comparatur.

verbum Medicorum pillulis, quæ foris auratæ deglutiuntur cum suauitate; ceterum postea coctæ fumant, exhalant tetram nebulam, cor angunt, viscera torquent, dilacerant, spiritum arctant: C

Iob 32. ℣. 19. *& quasi mustо hausto, quod lagunculas nouas disrumpit*. Si tacet Vates, vritur: sin loquitur, obuium habet Manassem, aut Sedeciam, aut certe Herodem. illud vnicum solamen restat, *Ego mitto vos*, quare sequitur.

IV. Pastus volumine mittitur ad prædicandum Propheta.

Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israel, & loquéris verba mea ad eos. Opportune mittitur ad reficiendos ceteros, qui bene pastus erat alimonia spirituali.

V. Profundus sermo idem est qui difficilis.

Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Israel. In voce (profundus) est commissa metalepsis, qualis illa:

—Speluncisque abdidit atris.

id est, profundis, quia quod profundum est, obscurum est, quod obscurum est, nigrum apparet. Con- D traria ratione Prophera vocat sermonem profundum eum, qui est difficilis intellectu: quia, quæ profunda sunt, obscura sunt: quæ vero obscura difficilia aditu. Pro *ignotæ linguæ* Septuaginta legunt, tardæ linguæ, Chaldæus, grauis linguæ, sicut & Hebræus codex. Significant autem omnes hæ voces sermonem alienum, barbarum, qui grauis, & molestus est auribus ob sonum insuetum verborum. Scholiastes. Tardæ linguæ, vel grauis linguæ vocat, qui non facile emittere possunt vocem. Alius. Israël leuis linguæ est, non grauis, id est, quorum cor per profunditatem sensuum esset vox illorum. Gentes contra profundi labij, quod non secundum superficiem diuinas literas essent accepturi, sed profunde credituri diuinæ legis profun- E ditati. Vbi habemus, *ad domum Israel*, Chaldæus addidit aduersatiuam (sed) *ad domum Israel*, & merito: hic est enim contextus. Non potes causari tibi esse difficilem eorum, ad quos destinaris, dialectum: non enim te mitto ad aliquem populum ignotum, nedum plures; ne ardua tibi prouincia videatur, quod olim Ionæ contigit; sed potius ad domum Israël, cuius linguam probe tenes, quæque tuam, & meam dictionem non ignorat.

Scholiast.

iam enim multa aguntur sæcula, ex quo patres eorum selegi ex illa confusione linguarum Babylonica in populum mihi peculiarem, & sæpe cum eis miscui colloquia.

VI.

Neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones. Apollinaris, & Theodoretus. Demonstrat Gentium vocationem, tametsi aliena lingua vtentium, esse faciliorem, quam Iudæorum: nam qui sexcentis vtebantur dialectis, & moribus, ac legibus inter se contrarijs, in meliorem frugem redierunt edocti ab Apostolis; at ij, quibus effrenis ille populus commissus est, magnum laborem pertulerunt, neque dignos perceperunt laboribus fructus: culpa autem fuit non agricolarum segnities; B sed eorum, qui colerentur difficultas: quamobrem Dominus ait.

Apollin. Theodor.

Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Hebraice. Si non, id est, alioqui, quin potius si ad illos mittereris, ipsi audirent te; tametsi alia lingua loquentem libenter auscultassent, & per interpretem admoniti, vel nutus tuos, & gestus videntes commouerentur ad pœnitentiam, sicut olim contigit Niniuitis, Iona, & Nahum prædicantibus. Scholiastes. Prædictio Gentium obedientiæ, & fidei. Rabbi Dauid Chimhi. Hebraice dicitur si non mitterem te ad illos: estque iurantis forma, quasi dicat: iuro equidem, quod si non mitterem ego te, ipsi audirent te, id est, nolunt audire te, quia meo nomine loqueris, non te oderunt, sed me. Cui consonat quod sequitur.

Optimum Rabbini testimonium contra Hebræos.

VII.

Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Non tam desiderantur linguæ, quam aures; nouit tuam linguam Israël, sed me ignorat. *Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit*, subaudi linguam meam: sum illis barbarus, grauis linguæ, tardiloquus, importunus. Sequitur hoc argumentum Dominus iterum verbis admirandis: *In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum? Cui dixit. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire*. Id est, ac si labijs blesis, & lingua peregrina loquerer, grauis, & molesta videbatur mea oratio, cum eos exhortabar ad misericordiæ opera in proximos exercenda, noluerunt- que me audire: cum irrisione excipiebant verba prophetarum, repetentes cum mimesi: *manda, remanda, expecta, reexpecta*: id est, quorsum nos obruitis tot mandatis: *Hæc dicit Dominus, facite iudicium prope est*, Christus, *si moram fecerit expecta illum*, &c. Vnde Isaias ait. *Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces*, adulterini, vel perfidi, *qui dicunt videntibus, nolite videre*, &c. *Auferte a me viam, declinate a me semitam*, id est, hos tritos, & crebro vsurpatos sermones, *cesset a facie nostra sanctus Israel*: iam nos tædet toties audijsse: hæc dicit sanctus Israël, &c. Theodoretus: Per hæc interpretatus illud, *si forte audiant*, aperte docens non ignorare se, sed optime nosse ipsorum peruicaciam.

Isa. 1. ℣. 3.

Ibid. ℣. 13 Isa. 41. ℣. 21. Haba. 2. ℣. 3. Isa. 30. ℣. 9.

Theodor.

Sed hic rogare Dominum fas est: Cur Domine proijcis sanctum canibus, margaritas porcis? cur contra auidis mercatoribus eas negas? scilicet quia illi etiamsi audirent vt nouum nuntium, indigne postea tractarent, & tolerabilius est audire nolle, quam postea retrocedere ab eo, quod traditum est illis sancto mandato, testante Petro. & in Euange- 2. Petr. 2. lio filius obsequens quantumuis obloquatur, & ℣. 21. mussitet, alteri præfertur, qui simulat se velle parere, & reuera detrectat imperium. Matth. 21. ℣. 28.

Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro

F *corde.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronym. Ezech. 2. ℣.4.

corde. Hebraice fortes fronte, pro quo Hieronymus vertit dura facie. Septuaginta, contentiosi. Theodoretus interpretatur voluntatem contentiosam, cor aduersandi cupidum, mentisque temeritatem; sed de hac phrasi latius supra.

Supra Ezech. loco citato.

VIII. Quæ sit dura facies, quando in bonũ, & quando in malum sumatur.

Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Facies dura, vel fortis est, quæ non mutatur in diuersos vultus; hoc autem vel vitij est, vel virtutis: vitij quidem, cum non rubescit pudore ob turpiter facta, quod signum est inuerecundiæ: vel non cedit dehortanti, quæ non decent, quod signum est contentiosæ voluntatis. est & virtutis, cum non pallescit ob inanes terrores, neque verecundatur subrustico, vel puerili pudore. Atque hæc facies promittitur Vati in præsenti: quasi dicat: noli timere, argue, obsecra, increpa etiam illos, qui a veritate auditum auertunt; ego tibi & animos facio, & ingenuam increpandi libertatem præsto. Idem legimus apud Ieremiam. *Dedi te in ciuitatem munitam & in columnam ferream.* Et iterum: *in murum æneum.* & apud Isaiam. *Posui faciem meam vt petram durissimam.* quibus similitudinibus declaratur constantia prophetarum in proposito, profecta a diuino auxilio: nam *columna* signum est firmitatis, *munitio* vrbis securitatis indicium, *murus æneus* insuperabile præsidium innuit, *petra durissima* constantiam æternam significat: vnde autem proueniat tanta Vatum firmitas declaratur ab eodem Isaia. vt autem magis confirmetur Prophetæ animus, addit Dominus.

Ierem. 1. ℣. 18. & cap. 15. ℣. 20. Isa. 50. ℣. 7.

IX. Vatis constantia quanta sit.

Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Hebraice, & Chaldaice. Vt adamantem duriorem silice, vel qui silice durior est: quasi adamas in duritia præferatur silici; facies autem, id est, constantia Vatis, præponatur adamantis soliditati. Adamas lapillus est indomabili duritia, qui malleos frangit, incudem findit, & ignem superat. Eiusmodi facies decet præconem Verbi diuini, quæ neque exalbescat timore, neque rubescat pudore rustico; quinimmo libera confidentia, &, vt loquitur Tertullianus, honesta inuerecundia veritatem annuntiet, nullius faciem reueritus. Is fuit Michæas, qui de se ipso ait: *Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute, vt annuntiem.* En quo pacto duratur frons instar æris, robore spiritus, qui animum confirmat. Sed adhibendum est etiam iudicium in increpando magnates, alioqui nisi condiatur veritas, non sapiet, neque proficiet. hoc excelluit Nathan redarguens Dauidem. Virtus quoque necessaria est, quæ non cedat minis, aut flectatur promissis; immo quasi adamas malleum, & incudem frangat, & quasi silex ferro tactus vibret scintillas. Talis Elias fuit, qui increpitus ab impio Rege. *Tu ne es ille, qui conturbas Israël? Non ego*, inquit, *turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui.* & iterum: *Quid mihi, & tibi? vade ad prophetas patris tui*, dixit Elisæus ad Regem Ioram: & ad Ducem: *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos, &c.* Talis Stephanus, & Ioannes Baptista aduersus Herodem.

Michæ. 1. ℣. 8.

Iudicium cum libertate incedum prophetis.

3. Reg. 18. ℣. 17. 4. Reg. 3. ℣. 13. 4. Reg. 1. ℣. 10. Act. 7. ℣. 51. Marci. 6. ℣. 18.

X. *Scholiast.*

Sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi. Detegit libri vorati significationem: hoc est, quod dixi tibi, comede librum; sermones, quos audisti, assume in corde, & auribus percipe. Scholiastes. Inueniendum est discrimen eorum, quæ corde, & eorum, quæ aure excipiuntur. Difficile hoc Scholiasti visum, sed illud difficilius, quod prius in corde reponere præcipiatur sermones, deinde audire. Vtrique respondemus, sermones, seu verba hoc loco esse communia, vt solent, ad res visas, & ad verba audita; primumque iubetur in cor reponere, id est, phantasia figurare, deinde vero attente audire, quo scilicet hæreret memoriæ.

XI. Abstracta pro concretis frequentia Hebræa.

Et vade, ingrede ad transmigrationem, id est, ad tribules, qui tecum huc transmigrarunt. Abstracta pro concretis sunt Hebræis frequentissima. Circuncisionem vocat Paulus Iudæos, Gentes præputium, quasi circuncisos, vel præputiatos.

Ad filios populi tui. Quasi non iam mei; neque enim de meo nomine eos appellare dignor, qui tam fœde a me defecerunt. *Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti*, dicit Dominus ad Mosem. Vbi est, o Deus, illa antiqua appellatio honoris plena, populus peculiaris, peculium electum, &c. Israël me non cognouit, & ego non agnoscam eos: generatio peruersa est, & infideles filij, id est, adultera proles, & filij degeneres.

Exod. 32. ℣. 7.

Et dices eis: Hæc dicit Dominus. id est, vtéris exordio prophetis consueto, quo tibi meo nomine auctoritatem facias: *Si forte audiant, & quiescant*, fortasse cessabunt a contentione mihi repugnandi; siue autem audiant, siue secus, tu non desis meo nomine nuntiare, quæ vidisti, & quæ audisti.

XII. *Hieronym.*

Et assumpsit me spiritus. Dubium de quo spiritu sermo sit, humano, an Angelico. Hieronymus humanum interpretari videtur, nisi ex aliorum mente loquitur: verum ex sequentibus constat angelico spiritu raptum, sequitur enim. *Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me*, &c. Recte ergo Polychronius. Quoniam videbat illum cunctantem rapuit quasi per vim ab eo loco, vbi erat, & per aëra sublatum traduxit in mediam captiuitatem. Et Theodoretus. Ijs enim acceptis mandatis, inquit, properabam munus hoc obire, neque pedum fungi sinebar officio, verum a diuina virtute ad quos missus fui, transferebar, &c. quibus verbis ab alio actum Vatem testatur, atque re ipsa, & non tantum spiritu mutasse locum: quod etiam Hieronymus testatur, dicens: Transferturque Propheta non, vt quidam existimant, in spiritu, sed in corpore, quod & de Habacuc iuxta Theodotionem legimus, &c. Itaque intelligimus ex ijs, tametsi Ezechiel moraretur cum transmigratis ad flumen Chobar, non fuisse inter eos, quando visio hæc illi communicata est, sed, illis in pagis vicinis dormientibus, ipsum, vt supra diximus, recessisse noctu de medio eorum, atque prope aquas sese dedisse contemplationi rerum diuinarum. Ex hoc ergo loco vbi orabat, & vbi visionem intuitus est, raptus est ab Angelo, & translatus in medium pagum transmigrantium.

Infra. ℣. 14. Polychr. Theodor.

Aeris tabernaculi residere Templo.

Et audiui post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo. Sensit aëra commoueri venti illius procellosi, qui præcedebat nubem, impetu; audiuit fragorem alarum Cherubim, stridoremque rotarum currus, cum, benedicta gloria Domini e loco, vbi eum fuerat allocutus, auriga receserit. Neque enim, quod quidam existimarunt, ea vox audita est, vel a Vate prolata, *Benedicta* sit *gloria* maiestas *Domini de* in *loco suo*, id est, in cælo iuxta illud. *Dominus in Templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius*, quia sequens versus declarat gloriam cum quadriga e loco motam, procedentibus animalibus, sequentibusque rotis. Præterea non dixit: gloria Domini in loco suo; sed potius, de loco suo, subaudi,

Psal. 10. ℣. 4.

mota

mota est. Per gloriam vero, arcam testamenti Cherubinis stipatam intelligi, diximus initio capitis secundi, atque in commentario de prima visione. Illud probabile est, quod Rabbi Dauid Chimhi hic scribit, non solum auditum esse confusum sonum, quem diximus, sed etiam vocem formatam ab aliquo Cherubinorum, quæ diceret: benedicta gloria Domini secedit e loco suo. Sicut olim Moses canere solebat: *cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses: surge Domine, &c.* ergo vox commotionis erit velocissime loquens.

Num. 10. ℣. 35.

Memorat hoc loco Origenes, & Hieronymus, commotionem eam a tergo Prophetæ factam, significare Dei præsidium, quasi in extremo agmine positum; quod hostes detineat: quale fuit illud Exodi, cum Angelus, qui præcedere solebat castra, venit post tergum, & tota nocte fuit inter vtrunque Hebræorum, & Aegyptiorum exercitum: sed alio respexit Vates.

Exod. 14. ℣. 19.

XIII. *Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.* Theodoretus. Ijs enim mihi dictis, animalia mouebantur alas concutientia, & rotæ insequebantur, maximusque crepitus fiebat, necessario commotionem sensu percipit, vt motu stimulatus exequatur mandatum, item Polychronius. Non fiebant ij strepitus ad iracundiam, sed ad vtilitatem; vt scilicet veritus Dei maiestatem cum libertate loqueretur ad populares.

Theodor.

XIV. *Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me.* Repetitio prædictorum, quasi dicat. Interim me raptum in sublime vis illa superior traducebat per aërem medium vsque in suburbia: neque enim bis raptus est Vates, vt significat aliorum versio: iterum me sustulit Spiritus, &c. atque nobiscum sensit Theodoretus, qui sic elucidat versum. Diuini Spiritus gratia, quæ mihi accessit, id effecit, vt interiectum inter cælum & terram aërem veluti quidam volucer alatus secarem. Et alius Scholiastes. A gratia deferebar tanquam a quodam vento pulsus, &c. Vterque enim ad primum raptum hæc refert quasi per repetitionem.

Theodor.

Et abij amarus in indignatione spiritus mei. Septuaginta. Abij sublimis in impetu spiritus mei. Ceterum Hebræis consentiunt Latina, & illud pronomẽ (mei) non patitur vocem, sublimis, neque enim a spiritu suo potuit rapi, & in sublime ferri, sed ab Angelico, vel Dominico. Cum ergo dicat abijsse in impetu spiritus sui, consequens est, vt tristis abierit, non sublimis: quare e Biblijs Septuaginta correctis sublata est vox μετέωρος, meteoros, sublimis, & legitur; Abij in impetu spiritus mei. Significat ergo Vates, vbi cum depositit Angelus, cœpisse ambulare lento gradu meditabundum: nam mente reuoluebat Dei indignationem aduersus populares, secessum gloriæ a Templo, Vrbis vastitatem, & communem fratrum calamitatem, aliunde vero ipsorum duritiam, & peruicaciam. Sollicitabat præterea Vatem iniunctum a tam præpotenti maiestate munus, quod neque poterat detrectare, neque audebat obire. Videlicet coctus cibus libri cœperat iam fumare nebulam tristitiæ in cor, & torminibus lacerare præcordia.

Comesti libri amaritudo cor Vatis perfundebat

Manus enim Domini erat mecum confortans me. Hoc loci (enim) non est causalis, sed aduersatiua, hoc sensu. At vero manus Domini confortabat me, id est, diuinum auxilium me interius solabatur, & roborabat, nam manus significare solet auxilium, quod manu præstare solemus, qua phrasi frequenter vtitur Nehemias. *Iuxta manum Dei mei bonam mecum*, id est, magnum Dei auxilium.

Manus significat auxilium.

Nehem. 2. ℣. 8.

Hieronymus. Manus, id est, virtus Domini mecum erat confortans me. Hebraice sic legimus. Et manus Domini super me fortis. quod Chaldæus sic explicuit. Et prophetia a facie Domini super me confortata est, id est, spiritus interior prophetiæ me vehementius vrgebat: fortior me fuit: inualuit super me. Est enim similis phrasis illis consuetis in sacra Scriptura. *Arripuit me spiritus, inuasit, venit in me, factus est super me*: quibus significatur alio spiritu actum prophetam, quam solebat antea, aliaque designare, quæ humanas vires superarent. In hoc autem sensu, qui mihi valde probatur, particula (enim) propriam retinet significationem causæ. Significat enim, propterea abijsse amarum, & mæstitia plenum, quia prophetiæ spiritus, quem corde perceperat sub specie libri, illum in varias distrahebat curas, & diseruciabat diuersis rerum imminentium sollicitudinibus, quibus ex parte prouidere sua interesse videbat. Origenes. Efficitur speculator forti manu super illum facta, non manu tantum, sed forti manu, &c. Apollinaris. Eo scilicet deferebar diuina virtute, quo venire iussus antea nolebam. apud Matthæum. *Hos duodecim misit Iesus.* Græce, amandauit, ablegauit, extrusit, abegit, quasi nolentes ad prædicandum verbum Dei, &c.

Phrasis.

Origen.

Apollin.

Matth. 10. ℣. 5.

XV. *Et veni ad transmigrationem ad Aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar.* Pro eo, quod nos legimus, ad aceruum nouarum frugum, Hebraice habetur, תל אביב, thel abib: quorum primum nomen significat cumulum, tumulum in sublime elatum, & quidquid a pauimento eminet, tolliturve a terra: alterum vero significat spicam e culmo, vel vagina prodeuntem. compositum ergo significabit cumulum nouæ spicæ, seu aceruum manipulorum messis primæ, quæ ad futuram sementem recondi solet. Hoc nomine quidam intelligunt areas frumentarias, in quibus detinerentur filij Israël triturantes: quod tempori prophetiæ congruere putant, nimirum mensi quarto, qui respondet nostro Iunio, & Iulio, in quibus congregari solent acerui nouarum frugum. Verum multo aliter se res habet: nam mense quarto, in quo hæc visio Vati ostensa est non triturantur messes in Syria, sed potius primo mense, & secundo, id est, nostro Aprili, & Maio. Vnde mensis primus, qui a Chaldæis dicitur Nissan, ab Hebræis vocatur, אביב, Abib: quo nomine vtitur Propheta in præsenti, vt videre est in illo loco Exodi. *Hodie egredimini in mense nouarum frugum.* Hebraice Abib: dixerat autem paulo ante. *Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.* Neque fingi potest ad quartum vsque mensem durasse triturам, quoniam ab altero die paschatis, in quo primus manipulus metitur (id est, decima sexta luna, vt suo loco dicemus) numeratis septem hebdomadis indicitur celebrandum festum Pentecostes in gratiarum actionem pro absoluta messe, vt constat. Plinius quoque auctor est, mense Maio peragi messem in Aegypto, cui vicina est Syria; eodem ergo mense Hebræi confecerant messem, nam sexto die mensis Maij celebrant festum Pentecostes, atque adeo Babylonij, nam eadem est totius Syriæ temperies, vel parum diuersa. Non igitur triturabant Israëlitæ Babylone mense quarto: neque Thel Abib significare potest hoc loco aceruos nouarum frugum, quæ triturarentur. Est ergo nomen proprium, pagi, in quo morabantur Israëlitæ

Exod. 13. ℣. 4. Exod. 12. ℣. 2.

Plin. lib. 18. cap. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thel Abib nomen pagi, quod interpretatur acertius nouarũ frugum. *Hieronym.*

litæ prope fluuium : quare Chaldæus non conuertit vocem Thel Abib. Aquila etiam, Symmachus, atque Theodotio, teste Hieronymo, ipsa verba posuere Hebraica. Septuaginta autem vertére : sublimis & circuiui. Hieronymus autem pro eis conuertit : aceruum nouarum frugum: quoniam ea erat etymologia vocabuli, pagi, in quo morabantur Israëlitæ. quod alias facere solet, appellatiua nomina ponens loco propriorum non sine elegantia, quæ tamen obscuritatem párere possit minus doctis. sic in Psalmo. *Factus est in pace locus eius*, Hebraice in Salem, *& habitatio eius in Sion*. Et in Isaia. *Voca nomen eius, reliquiæ conuertentur*, pro scar iasub : Et apud Oseam: *non populus meus*, pro loami. Appellatiuum itaque nomen, *acernus nouorum*, est loco nominis proprij Thel Abib. Neque sine mysterio traduxit Hieronymus id vocabulum, quod ipse detegit dicens. Nos autem ab Hebræis didicimus Thel Abib significare quando noua frumenta vel hordea congregantur, & post famem, & penuriam, antequam terantur in area, spem ciborum aliquam promittunt : ita & Israël paruus, & tenuis, qui habitabat in ripis Chobar fluminis, quasi reuiuiscens, ortusque de terra sementem Iudaici populi promittebat, &c. Quibus verbis significat se vocem retulisse ad ipsos Israëlitas, qui quasi falce præcisi dura, & in manipulos ligati traducti erant in Babylonis aream terendi a Chaldæis. Diuina vero prouidentia incolumes conseruabantur in seminarium futuri populi, & spem gentis olim propagandæ : quod nobis vehementer placet; præsertim si dicamus, id cognomentum additum Israëlitis ab ipso Vate ex occasione loci, in quo degebant. Quamuis ergo proprium nomen sit pagi, potest esse Israëlitarum cognomentum a Vate impositum ex loci occasione quam opportuna : nam qui ob calamitatem segetis Israëliticæ discruciabatur, ijs manipulis nouarum frugum mœrorem poterat lenire. Huc respexit illud Psalmi. *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Euntes ibant*, lento gradu, quippe mœsti, *& flebant, mittentes semina sua*, nam pedetentim gradiuntur qui semina terræ mandant. *Venientes autem venient*, alacres redibunt, *cum exultatione portantes manipulos* nouarum frugum, quæ captiuitatis rigida hyeme succreuerant in aceruos ingentes. Hoc ipsum Oseas canit verbis illis obscuris. *Sed & Iuda pone messem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.* id est : Tu, o Iuda, præpara segetes tuas, nam & illæ metendæ sunt a Chaldæis, sicut & Israëliticæ. Verum non sunt tradendæ igni sicut & illæ : asserua tibi spicas aliquot in futuram sementem, quæ facienda est cum conuertero captiuitatem, &c. Idem argumentum tractat Psalmus sexagesimus quartus. *Te decet hymnus*, &c.

Appellatiua nomina ponit sæpe Hieronymus loco propriorum. *Psal.75.℣.3. Isa.8.℣.3. Osee.1.℣.9.*

Israëlitæ compellantur Vate nomine pagi, & quare.

Psal. 125. ℣.5.

Osee 6. ℣. 11.

Psal.64.

Deut.1. ℣. 46.

Sedere signũ mœsti animi est; sicut gesture læti.

Et sedi vbi illi sedebant. Sedere est, manere, in Deuteronomio. *Sedistis in Cades Barne*. Hispanice dicimus, *assentar real*, item alibi sæpe. In præsenti autem loco inuoluit etiam mœrorem vehementem : nam vt homo lætus gestit, exultat, & subsilit, quod lætitiæ effectus est, & proprium : nil aliud enim est lætitia, quam animi vehemens commotio cordis dilatationem faciens ; ita contra, qui mœrore affectus est, hæret, stupet, immobilis persistit, & tandem deficientibus viribus sedet, aut se inclinat alicubi. in Threnis. *Sederunt in terra*. Et iterum. *sedebit solitarius, & tacebit*. Hinc tribuitur viduis ab Isaia, quæ in obscuro cubiculi angulo sedent præ mœrore. *Non sedebo vidua*. Ad quam consuetudinem alluſit Ieremias. *Quomodo sedet sola, &c. Facta est quasi vidua, &c.* Et Isaias. *Desolata in terra sedebit*. Et Oseas. *Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege*, id est, manebunt quasi vidua in squalore iacentes. Simili phrasi vsus est Esdras. *Et sedi, & fleui, & luxi*. Eadem vtitur Vates noster. *Sedi vbi illi sedebant*, id est, manesi magno cum mœrore : nam habitus sedentis eum affectum solet significare : vt in Psalmo. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus* : quem tamen deinde ipse declarat, dicens.

Et mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum. simile est illud Iob. *Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum : videbant enim dolorem esse vehementem*. Mœrens. Hebraice משמים, masmim, stupens, stupidus, admirabundus. Theodotio habet, admirans. Aquila, quiescens. Chaldæus, tacitus. Septuaginta, conuersans : quæ versiones tametsi diuersæ eundem Vatis affectum, atque gestum, & habitum, qui ex animi oriebatur affectione, significant, videlicet. Sedebat Propheta quietus, stupens, admirabundus, animo versans, quæ audierat, & viderat, tacitusque premebat acerbum dolorem, & tristitiam vehementem, quam ex communi fratrum calamitate, & pertinacia animo perceperat. Porro numerus septenarius cum apud sacros, tum apud Ethnicos scriptores celebratissimus est, & pro vniuersitate positus. Quia enim septem diebus definiuit Deus tempus cursum, vltra quos non est inuenire diem, sed exactam hebdomadam iterum atque iterum instaurare : vsu receptum est Hebræis, vt septenarius notet absolutum tempus, & consummatum : ideo Israëlitæ septem diebus iusta persoluunt Iacob patri : ideo octauo die circunciditur Puer, quasi nouum ingressus sæculum regenerationis post exactum septenarium natiuitatis ex Adamo transgressore. Obseruat hîc Hieronymus. Speculator Dei multo tempore debet quiescere, & dolere ad ea, quæ videat, nilque habere eorum in conscientia, quæ in alijs correpturus est.

Threnor. 1. ℣. 1. Isa.3.℣.26. Osea.3.℣.4.

2.Esdr. 1. ℣.4.

Psal.136.

Varia vocis mœrens interpretationes in idem recidunt. *Iob.2.13.*

Septenarius vniuersitatis numerus.

Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me dicens : Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Apollinaris & Polychronius. Veritus circuibam volens exequi mandata, sed timebam eorum crudelitatem : deinde ad me Dominus : Nil tibi magnum imperatum est, sed solum denuntiare futuras populo calamitates. Theodoretus. Locum, inquit, obtine speculatoris, qui in vertice prophetiæ quasi in specula constitutus es, quæ præuides populo prædicito, & verba mea ad ipsos vt internuncius præferto. Origenes. Oportebat autem non esse similem captiuis speculatorem, sed aliquid istis superius ; neque affectum esse, sicut & illi, sed separatum, eleuatum, & veluti de specula contemplantem singulorum proprietates. Gregorius. Speculator in altitudine mentis, sedeat, & nomen ex actione trahat : in alto debet esse per vitam, vt prosit per prouidentiam : hoc est enim illud Canticorum. *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum*. per nasum, qui odores discernit, discretio speculatoris designatur, quæ & alta est, & munita, vt vitia virtutibus superet, atque incursus malignorũ spirituum auertat. Affert & illud Isaiæ. *super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion?* &c. *Pro speculatore* Chaldæus vertit, doctor, sensum respiciens non verbum. Septuaginta σκοπόν, scopon, inspectorem, speculatorem. Vnde deductum est nomen, Episcopus, quasi super-

XVI. XVII. *Apollin. & Polych.*

Theodor.

Origen. Oportet prophetam ceteris superiorem esse reliquis.

Cant.7.℣.4

Isaie. 40. ℣.9. Speculum quid significet.

Universidad de Deusto Biblioteca

superintendens, superspeculans, &c. Hebraice dicitur נצה, Tsophech, a verbo, צפה, Tsaphah quod est libere inspexit, a longe prospexit. *Speculator, qui stabat super turrim.* *Dedi*, valet, posui: vtrunque enim significat verbum נתן, nathan, alterumque pro altero vsurpatur, vt ibi. *Posuit Dominus Cain signum*, id est, dedit ipsum Cain pignus, astrinxit fidem, quod non omnis, qui inuenisset eum statim interimeret: neque enim necesse est, ad tremoris signum incertum confugere, vt eum locum interpretemur. Speculatoris est, in loco eminenti interdiu attentum, noctu peruigilem prospectare, an hostes incurrant, ne repente opprimant imparatos ciues: id muneris commissum est Vati. Idem Prælatis omnibus, & præconibus verbi diuini eorum nomine præuidere, & admonere populum aduentus illius repentini omnium Iudicis, qui quasi fur venturus est, qua hora non putamus, ne opprimat malecautos peccatores: quia non faciet Dominus verbum, quod non reuelet seruis suis prophetis, sicut reuelauit Noë ante diluuium, Abrahamo ante Sodomæ excidium, Ieremiæ & Ezechieli ante Hierosolymæ subuersionem. Hinc illud Michææ. *Dies speculationis tuæ visitatio tua venit*, id est, non te cepi incautum, tametsi male paratus eras: præmonueram per speculatores tuos a longe videntes: Dies enim speculationis est prædicta a speculatore. & iterum. *Et constitui super vos speculatores, audite vocem tubæ, &c.* Hæc est illa tuba Amos. *Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? id est.* Qui fieri potest, vt classicum personante tuba e specula, hostesque irruere nuntiante, populus se non recipiat in præsidia? vel accingat ad pugnam? Respondit Paulus. *Si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?* incertæ voces tubarum sunt phaleratæ conciones, & tepidæ exhortationes.

1. Reg. 9. ℣. 17.

Genes. 4. ℣. 15.

Speculatoris officium quale & quomodo gerendū.

Michæ 7. ℣. 4.

Ier. 6. ℣. 17.

Amos 3. ℣. 6.

1. Cor. 14. ℣. 8.

Excubatores strenui vocantur in sacris literis Leones. *Custos quid de nocte? & clamauit leo super speculam Domini: ego sum stans iugiter per diem, & totis noctibus, &c.* vbi diserte custos ipse leo dicitur (quidquid alij tergiuersentur) quod peruigil traducat noctes insomnes similis leoni: qui, quod breuissimas habeat palpebras, & splendescentes pupillas, etiam dormiens videtur vigilare, & a veteribus creditus est nunquam dormire. Quare in valuis templorum depingere solebāt binos leones Aegyptij, & Græci. inoleuitque apud alias nationes ea consuetudo sculpendi leones pro templorum, vrbium, & palatiorum insignium foribus, quasi custodes perpetuos loci. Ideo discipulis omnibus dormientibus solus increpatur Petrus: *Simon dormis?* quasi dicat. Tu ne excubitor? tu ne speculator? quomodo ergo dormis, neque inuigilas populo tibi commisso?

Isa. 21. ℣. 8. & 11.

Leonis more, quem Antiqui nō credebant dormire, inuigilare debent pastores.

Petrus increpatur dormiens, quasi muneris sui oblitus.

XVIII.

Si dicente me ad impium: Morte morieris, id est, certissime morieris, vt Genesis secundo capite: nam hæ repetitiones factæ per aduerbium, gerundium, participium, vel nomen verbale, exaggerant affectum, & augēt significatum verbi primarij: exempli gratia. *Et quidem facies faciēs, & potens poteris*, idem est, ac certissime præualebis, ac regnabis. Et iterum. *Aedificans ædificaui domum*, id est, ædificium, quod cœperam, absolui & consummaui. *Morte.* De qua autem morte hic sermo sit, dubitari posset, corporis ne, an animæ, an potius vtriusque. Verum de corporea loqui Deum constat ex capite trigesimo tertio sequenti, vbi dicitur. *Speculator cum viderit gladium venientem*, &c. Nihilominus sub hac morte alteram parabolice intelligi vult, quæ vere mors est, & cuius vitandæ gratia tot ac tanta facit stratagemata.

Phrasis hæc, morte morieris: quid significet.

1. Reg. 26. ℣. 25.

3. Reg. 8. ℣. 12.

Quæ mors sit.

Non annunciaueris ei. Hebraice. Non expolieris ei. Septuaginta. Si non distinxeris, seu diserte mo mueris. Significat enim verbum זהר, zahar, expolire, limare, erudire, admonere. quod qui admonet alium, quasi rubiginem ab eius intellectu lima admonitionis aufert. In Leuitico præcipitur. *Docebitis filios Israel, vt caueant immunditias.* Hebraice. Expolietis filios Israel ab immunditijs suis. Significat etiam verbum eandem sententiam repetere, inculcare, iterumque iterare dicendo, quod ferrum expoliri solet non semel adhibita lima, sed tracta, & retracta sæpius, vt concionatoris munus esse sciamus eadem sæpe repetere, & aperte, atque dilucide, palamque admonere aberrātes, periculi impendentis.

Monere idē est quod limare, quasi ferrum, mentes. Sunt instantes prædicatores.

In iniquitate sua morietur. Id est, propter iniquitatem suam, Hebraica phrasi.

Sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sanguinis effusio horrorem incutit, maxime si sit innocui, & innocētis. Vnde in sacris literis significat mortem atrocem, & violentam, atque adeo quodcunque immane flagitium. Hinc facinorosi dicuntur *viri sanguinum*, & propterea ait Abigail ad Dauidem: *Qui prohibuit te* hodie *ne venires in sanguinem*, id est, ne hoc cruentum facinus perpetrares. Quoniam igitur loquebatur de morte peccatoris a Dæmone interempti, sub parabola ciuis ab hoste ingulati, eam vocat sanguinem, non mortem. quod scilicet tam sibi esset horrori huius interitus, quam solet ciuibus esse vnius incauti ingulatio. propterea comminatur exacturum pœnas mortis illius ab speculatore. Nam id significat, *sanguinem eius de manu tua requiram*, id est, vlciscar necem eius in tuo capite. nam requirere est, vindicare, vindictam sumere, vlcisci, ex analogia. nam בקש, baqas, proprie significat inquirere, insequi vt assequaris, & obtineas fugientem. quod quia solebat facere proximus, vel consanguineus occisi ad sumendam ex illo vindictam sanguinis innocui; inde requirere vsurpatur pro vlcisci, vt in psalmo. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est.* id est, Deus, qui locum habet consanguinei innocentium, non tradet obliuioni. observa quam bene impleat Dominus, quod suscepit, vbi dixit: *mihi vindictam, & ego retribuam.* Et illud. *Sanguinem animarum vestrarum*, in quibus consistit vita vestra, *requiram de manu hominis*, id est, vlciscar, &c. Et iterum. *Requirat Dominus de manu inimicorum Dauid.* immo absolutum idem valet in Paralipomenis. *Videat Dominus, & requirat.* Et in Psalmo. *Dixit enim in corde suo, non requiret, &c.*

Sanguinis effusio quid significet.

Psal. 54. ℣. 24.

1. Reg. 25. ℣. 26.

Phrasis interpretatio.

Exemplū habes Deut. 19. ℣. 13. & Exod. 21. Psal. 9. ℣. 13.

Rom. 12. ℣. 19. Genes. 9. ℣. 5. 1. Reg. 20. ℣. 15. 2. Par. 24. ℣. 22. Ps. 9. ℣. 33.

Sed hic obserua sententiam horrore plenam in præsules, & quæ aperte declarat viscera misericordiæ Dei in peccatorem; cuius mortem tam tenere dolet, & tam seuere vlciscitur, atque sanguinem innocentis potuisset; & vindictam quidem non de sanguinario occisore sumendam comminatur, sed de ipso doctore, quod non monuerit opportune impendentis discriminis. Gregorius. Si hoc loco sanguinis nomine mors corporis designatur, valde nobis timendum est de nostro silentio. quia si præiatus de morte corporis quandoque morituri tam grauiter reus tenetur; quo reatu de morte animæ subiecti constringetur, quæ potuisset semper viuere, si verba correctionis audisset? Nos ergo sacerdotes hic commonemur, qui tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes

Dei comminatio in præsules, & in peccatores misericordia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes videmus. est ergo quid faciat sacerdos, vt etiam moriente subdito se liberum reddat. *Fac quod dico tibi, quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum tuum*, &c. Vide totum caput.

Prouerb.6. ℣.3.

XIX. Innocens est sacerdos, qui nihil dicendo proficit.

Si autem tu annunciaueris impio, &c. Theodoretus. Insons, inquit, eris, si quæ te decent, fecisti. nam si illius morbus manserit insanabilis, ille solus suæ peruicaciæ pœnas dabit. Scholiastes addit, futurum illum innocentem, si nil dicendo profecerit.

XX.

Sed etsi conuersus iustus a iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem. Scholiastes. Iustum hîc sacerdotem appellat habentem doctoris dignitatem, & qui videatur amare virtutem, pessima tamen designet. Multi tales erant apud Iudæos. ergo si eiusmodi doctor peruersus fuerit, nil istum iuuabit dignitas sacerdotalis. Hinc elicitur posse etiam probos cadere a virtute. Origenes. Primum dicitur posse iustum cadere, secundo opus esse illi speculatorem mitti (Vide in Dauidis adulterio de quo redargutus est a Nathan) tertio de iniusto simpliciter dictus est a Nathan. *Impius in impietate sua morietur*. at vero de iusto lapso, antequam ipse moriatur, *ponetur offendiculum coram eo*, seu probario.

Ponam offendiculum coram eo. Ponam, Hebraice. Etsi posuero. nam modus indicatiuus seruit Hebræis pro ceteris. Pro voce Hebraica מכשול, micsol. Septuaginta verterunt tormentum, Theodotio infirmitatem, Hieronymus infra, eius loco posuit ruinam. *Qui multiplicat ruinas*: Et in Ieremia. *Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filij*. Ex quibus locis inferre licet per offendiculum intelligere Vatem occasiones mortis spiritualis, vel quodcunque aduersum vitæ, & incolumitati. quod sic interpretatur Hieronymus. Iustus autem si fecerit iniquitatem non statim morietur, sed ponetur offendiculum coram eo, seu tormentum, &, vt Theodotio dixit, infirmitas, vt torqueatur, & planam viam non inueniat, & intelligat se languidum. De quibus & Apostolus dicit: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi*. Prodest enim iusto intelligere delictum suum, conscientiæque tormentum, & dicere cum Psalmista: *Conuersus sum in ærumna mea, dum* mihi *configitur spina*. hoc est illud Oseæ. *Sepiam viam tuam spinis*, &c. Theodoretus simplicissime intelligit uersum. Si itaque iustus, inquit, relicta sua via contrariam persequatur, tuque hoc cognito non argueris illius errorem, neque in pristinam viam reducere studueris, ille quidem alterius uiæ exitum se dignum inueniet, cum omnis pristinus labor frustra susceptus perierit, quia in alteram viam deflexit. contrarij autem sunt exitus, & vijs oppositis conuenientes. alterius quippe vita, alterius mors est: igitur necessario priorum laborum lucrum amittet in improbæ viæ lapsus exitium, &c. Offendiculum itaque vocat Theodoretus ipsum barathrum, in quod incidunt, qui declinis, & spatiosæ viæ sectantur ductum. Quare *ponere offendiculum coram iusto* erit, in mentem reuocare exitium, quod manet errantes. ac si dicat. Ego quidem illum interius admonebo, ob oculos eius ponens miserum exitum flagitiosæ vitæ. Nihilominus nisi tu etiam admonueris, dabis pœnas ipsius præcipitij. Obserua peccatorem citius conuerti cum accedit doctoris, vel amici dehortatio interioribus conscientiæ stimulis, vel inspirationibus diuinis. Item nota, Ecclesiæ doctores esse vere cooperatores Dei in animarum ad ipsum reductione, vt loquitur Dionysius. quandoquidem obligantur suam adhibere operam admonendo illum exterius, quem Deus interius vrget. Tertio, quam sit Deo preciosa anima iusti. Siquidem nullum lapidem intactum relinquit, quo eam ad viam reducat vitæ. Diuus Gregorius sic versum hunc interpretatus est. Peccatori non redeunti, & contemnenti ponit Deus, vbi grauius impingat. peccatum quippe, quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum est, & causa peccati; aut peccatum est, & pœna peccati; aut peccatum simul, & causa, & pœna peccati. Ponere autem interpretatur permittere, non remouere. Fortasse *offendiculum ponere* est, illam peculiarem curam, & prouidentiam, quam erga iustum olim exercebat, deponere. de qua in Prouerbijs. *Non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum*. Et iterum. *Iter impiorum quasi sepes spinarum, via iustorum absque offendiculo*. Et apud Iob. *Cum lapidibus regionum pactum tuum*. id est, inoffenso pede curres, ac si cum lapidibus inijsses fœdus, non erunt tibi molesti. Rabbi Dauid Chimhi ex sententia patris sui, sic interpretatur. Prosperari eum faciam in omnibus vijs suis in hoc sæculo, ita vt fructus bonorum operum, quibus debebat frui in futuro sæculo, comedat in præsenti; & sic non recordabuntur iustitiæ eius in futuro sæculo, idem scribit Rabbi Selomo. Obserua bona temporalia esse ruinæ occasiones, vt ibi: *veruntamen propter dolos posuisti eis*, id est, iuxta eos posuisti dolos, *deiecisti eos dum allenarêtur*, id est, in suis ipsorum fastum offendunt, & cadunt, qua exaltari se putant. Chaldæus vero sic habet. Eos qui iusti videri volunt, permittam in publicum peccatum labi, vt agnoscantur iniqui.

Hieronym. infra cap. 21. ℣.13. Ier.6.℣.21.

1.Cor.11. ℣.30.

Psal.31. ℣.4.

Oseæ 2.℣.6. Theodor.

Offendiculi ponere est, in mentem illi reuocare exitium, quod manet errantes.

Exhortatio exterior cũ interna inspiratione coniuncta cito conuertit peccatorem.

Prouerb.4. ℣. 12. & cap. 15.℣. 19.

Iob.5.℣.23

Psal.72. ℣.18.

Non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit. Sic vocat opera bona ex ea dicendi ratione, qua iudicium vocant Hebræi, recedere a malo, & iustitiam, facere bonum. Sic Matthæus. *Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.*

Quid iudicium quid iustitiam vocent Hebræi. Matth. 6. ℣.1.

XXI.

Si autem annunciaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit: uiuens uiuet, omnino viuet, securus erit a morte, *quia annunciasti ei, & tu animam tuam liberasti*. Theodoretus. Duplicem lucratus es vitam, tibi, & illi. Gregorius. Vobis, & nobis parcitis, si a prauo opere cessaris. Vobis, & nobis parcimus, quando hoc, quod displicet, non tacemus.

XXII.

Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Scholiastes. Quoniam persistebat Propheta cunctabundus ob populi metum, etsi minatus erat illi pœnam silentij Dominus, rursum tamen illum educit in campum, timorem illi incutiens. vt scilicet ibi quasi diuinum tribunal, stipatores, & sedentem iudicem, intuens abijciat humanum timorem, conspectu iudicis maiore timore concepto, quasi clauum clauo. Polychronius. Quia adhuc inobediens erat, educitur iterum in campum quasi ad diuinum tribunal, vbi parabantur supplicia impijs. Theodoretus. Quies enim diuinarum rerum contemplationi apta est, cum mens libera ab externis curis, quæ eam huc illuc distrahunt, in seipsam conuersa accuratius potest diuina percipere, &c. Hæc autem quies fere in agro homini contingit, vbi vacantes a sæculi tumultibus liberius nos damus diuinarum rerum contemplationi. Notum est illud Oseæ. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*, id est, suauia verba illi communicabo, loquar ad eius voluntatem.

In campum educitur vates vel timore concutendus, vel vt facilius contempletur Diuina.

Oseæ 2.℣. 14.

XXIII.

Et surgens egressus sum in campum. Polychronius, & Scholiastes. Hoc fecit libenter, non enim tanquam

Polychr. & Scholiast.

quam inobediens non audierat, sed tanquam communem naturæ circunferens passionem timoris. Theodoretus. Crebrius visionem assequitur, vt ad verbi ministerium studiosior reddatur.

Apollin. *Et ecce ibi gloria Domini.* Apollinaris, id est, paratum vidi iudicium. Facies Dei curru Cherubinorum recta. *Stabat quasi gloria, quam uidi iuxta fluuium Chobar*: supra capitulo primo. *Et cecidi in faciem meam*: consternatus, & adorabundus.

XXIV. Spiritus virtutem animalem significat hic. *Et ingressus est in me spiritus* (animalis virtus, quæ mihi defecerat) *& statuit me super pedes meos*, labantes firmauit pedes, *& dixit ad me*: Tribuere videtur vires spiritui diuino, quia de eodem consequenter ait: *& dixit ad me*, & merito quidem quia speciali auxilio Dei vires corporeas, quas metus abstulerat, recuperauit.

Factis prophetare iubetur propheta. *Ingredere, & includere in medio domus tuæ*: Ne redi ad fratres tuos, sed intra domum tuam abscondere. Apollinaris. Per res ipsas iubet fieri prophetiam; & ante declarare in se ipso Varem, quod Hierosolymis implendum erat. Hieronymus. Quomodo Isaias discalciatus, & nudus trium annorum captiuitatem, & nuditatem nunciauit: ita tu clausus domo opere ipso propheta vicinam obsidionem vrbis.

Hieron. XXV. *Et tu fili hominis*, audi, *ecce data*, posita, *sunt super te uincula, & ligabunt te in eis*. Pro, eis, Hebraismus. *In baculo meo transfui*, id est, baculo meo. iniecta tibi puta vincula a familiaribus, qui te amentem iudicantes vincient. Sustine patienter, *& non egredieris de medio eorum*, id est, non versaberis cum Israelitis foris. Hieronymus. Ligatum dicit Ezechielem, vt repræsentaret circundata vrbe a Chaldæis neminem egredi potuisse foras. neque explicat a quibus nam ligatus fuerit. Chaldæus legit. Verbum meum super te sicut vinculum, &c. in visione ligatum, non reuera significans. Fauent illi sequentia, *linguam tuam adhærere faciam palato tuo*. nam Deo adscribitur silentium, & linguæ vinculum. quare par est, vt & compedes ipsi adscribantur non ferrei, sed diuini mandati. vt patet capite quarto, *Ecce circundedi te uinculis*, &c. Verum conuenientius est vt materialibus vinculis sit ligatus Propheta, vt rebus ipsis obsidionem, & captiuitatem portenderet. A quibus autem, & quorsum ligatus sit, facile est ex contextu inferre, nimirum a familiaribus, & vicinis. nam vero simillimum est, Vatem ab illis iudicatum mentis inopem. Nam vt *stultus si tacuerit, sapiens reputabitur*; sic sapiens mirabundus, & stupens amens reputari potest. Vidimus autem versu quinto Vatem septem dies mansisse eodem loco sedentem mirabundum, stupidum, attonitum, secum versantem diuina iudicia, &, vt credimus, quandoque mussitantem verba concisa, trunca, grandiaque significantem vultu demisso, fixo obtutu, manibus iam passis, iam complicatis, interdum compositis, totiusque corporis habitu, & gestu ignem diuinum, quo accensus erat, exterius manifestantem, neque enim potest capere breuitas cordis humani, exuberantiam diuini Spiritus, quin exæstuet quandoque; vnde alienatus a mente Vates merito videri posset. nam, vt ait Plato, quidam diuino beneficio sunt insani, vt prophetæ & Sibyllæ; & iterum, pulcherrimæ arti, quæ futura prædicit, hæc nomenclatura imposita est, cum sit omni sapientia sapientior, & sanior, quod non se gerat iuxta prudentiam humanam, &c. Sed & apud Dei cultores etiam id nomen impositum est prophetis. dixit enim quidam dux de filio prophetarum. *Quid uenit insanus iste ad te?* Itaque vicini, & familiares Ezechielis eius gestus considerantes quasi amentem vinculis colligarunt. Quæ tamen vincula fuere aliorum prognostica, qualia illa Ieremiæ. *Fac tibi uincula, & catenas, & pone eas in collo tuo, & mittes eas ad Regem Edon*, &c.

Plato in Phædro. 4. Reg. 9. ℣. 11. Ierem. 27. ℣. 2.

XXVI. Prophetæ tacenti silentij pœnam iniungit. *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus.* Septuaginta. Linguam tuam colligabo. indicat hæc phrasis, non solum præceptum silentij Prophetæ impositum fuisse, sed etiam ademptum linguæ vsum, consentientibus Hieronymo, Polychronio, & Theodoreto. Apollinaris & Theodoretus. Pedotribæ instar Dominus veluti athletam quendam Prophetam vngit, futuras illi calamitates, & molestias prædicens, quas ei exhibiturus est populus. Sustinere tamen iubet, atque silere quo ad ipsi loquendi facultatem concesserit. Polychronius. Cum quidem non vis eloqui verba mea, sed quiescere cum abundantia, expiebo studium tuum; Ecce enim silentio te condemno, vt ne, si velis quidem, loqui possis; vt saltem hac ratione timorem deponas. Idem Polychronius. Si vincula ab hominibus accidissent, non sane ipse ob silentium ad silentium damnaretur. Perspicuum igitur quod omnia fiunt diuino permissu; vt intelligas Vatem melius esse cum libertate dicentem a multitudine affligi, quam domi sedentem violare diuina mandata, &c. Et considera Dei prouidentiam, pariter & iustitiam, qui silentio Prophetæ, & ipsius timorem & illorum puniat peruicaciam. Quare addit.

Nec quasi vir obiurgans (nec in virum obiurgantem) *quia domus exasperans est*. Quasi dicat, non vultis audire? non audietis igitur. Tale est illud Isaiæ. *Si non credideritis, non credetis*, vt ex Hebræo verti posse ibi latius docuimus.

Isa. 7. ℣. 9.

XXVII. Deus dicendo facit, loquendo facit eloquentes. *Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum.* Polychronius. Quasi probatio hæc erat: cum autem re ipsa didiceris, quam vtile sit meis obedire mandatis, tunc *aperiam os tuum*, &c. Nota, Deum dicendo, facere, loquendo, facere eloquentes: *sapientia aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas*. Cetera patent ex superioribus.

Sap. 10. ℣. 21.

Etiam materialibus vinculis ligatur ex auctoris sententia.

Prouer. 17. ℣. 28.

Iu visione ligatur propheta, non vinculis corporeis, ex Chaldæi sententia.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Prophetatur obsidio, & pressura Ierusalem non tantum verbis, sed signis, & operibus.

ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem.

II. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.

III. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eam: signum est domui Israel.

B

IV. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum, quibus dormies super illud, & assumes iniquitatem eorum.

V. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel.

VI. Et cum compleueris hæc, dormies super latus tuum dexterum secundo: & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi.

VII. Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis aduersus eam.

C

VIII. Ecce circundedi te vinculis: & non te conuertes a latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ.

IX. Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

X. Cibus autem tuus, quo vescèris, erit in pondere viginti stateres in die: a tempore vsque ad tempus comedes illud.

XI. Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin: a tempore vsque ad tempus bibes illud.

XII. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.

XIII. Et dixit Dominus: Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter Gentes, ad quas eijciam eos.

XIV. Et dixi: Ah ah ah, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum, & laceratum a bestijs non comedi ab infantia mea vsque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

XV. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.

XVI. Et dixit ad me: Fili hominis: Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem: & comedent panem in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent:

XVII. Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum: & contabescant in iniquitatibus suis.

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS QVARTI.

I

ET tu fili hominis sume tibi laterem. A Instabat iam Vrbis obsidio, quæ sexto postea anno contigit, id est, anno decimonono Sedeciæ, cum Propheta iubetur eam vaticinari non tantum verbis, sed potissimum signis, & factis insolentibus, quæ admirationem excitarent, & fidem facerent etiam rebellibus, qualia sunt arte Geometrica delineare murum Hierusalem, & exercitum e regione castrametantem, machinasque admouentem contra munitiones, &c. Terribilia, ait Polychronius, præcipitur nunciare populo, ciuitatis euersionem, templi desolationem, & quæ inde e- B uentura erant mala.

4. Reg. 25.

Polychr.

Sume tibi laterem. Sic etiam verterunt Septuaginta, plinthon, id est, laterem. Symmachus, teste Hieronymo, plinthion posuit, id est, laterculum, vel abacum, in cuius puluere solent Geometræ lineas radio describere. atque id opus scenographiam ipsis vocari putat Hieronymus. additque ex hoc loco viros graues intulisse non esse absurdum, vt mathematicas disciplinas addiscant, qui sacram scripturam versant. Mimesim commisisse videtur Hieronymus. nam Ezechielis commentarius monstrabit non solum non absurdum esse legentibus Scripturam, vt mathesi instructi sint; sed etiam necessarium esse professoribus non mediocriter in illa C esse versatos. nam matheseos ignorantia inaccessum fecit Ezechielem per tot sæcula. Sed ad rem. Chaldæus pro latere vertit lapidem. Ceterum non exacte, sed paraphrastice. Etenim לבנה, lebana, a uerbo לבן, laban, quod est albicare, natum, significat laterem, qui in fornace coctus albescit, neque aliud significat in sacris literis: nam, vti habetur, in Exodo: *& sub pedibus eius tanquam opus lapidis Sapphirini*. lapidem pro latere posuit Hieronymus, quod esset splendidus, coloriscque sapphiri. alioqui later habetur in Hebræo, laterisque figuram habebat. erat nimirum propitiatorij aurei exemplar, quod scimus ad instar lateris fabricatum, vt capitulo primo late tractauimus. Laterem itaque parare sibi præcipitur Vates, non lapidem, in quo D non exarantur lineæ tam apte, quam in laterculi puluere, vt hoc loco notauit Rabbi Dauid Chimhi, dicens, ea de causa laterem, non lapidem electum; tum etiam quia vrbes ex lateribus ædificari solent, quarum primaria nunc delineabatur. Orig. later sunt ineruditæ animæ. Theodoretus. In latere fit descriptio propter incolarum debilitatem, qui non ædificarunt domum suam supra petram, sed super arenam. quare venerunt flumina, descendit pluuia, & flauerunt venti, & irruerunt in domum ipsorum, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Necessariũ est ijs, qui sacras Scripturas versant, mathematicas disciplinas ad discere.

Exod. 24. ℣. 10.

Hieron.

Laterem nõ lapidem iubetur assumere propheta.

Origenes. Theodor.

Et ponet eum coram te: & describes in eo ciuitatem Ierusalem: stilo scilicet ferreo lineas ducens. Polychronius. Memorat exercitus multitudinem: copiæ quidem secundum ordinem militarem procedunt: hoc enim dicit, castra, id est, agmina militaria: adsunt ijs reliqui non modo armis instructi, sed etiam machinas afferentes, quibus demoliantur mœnia, quales sunt arietes. mirandum in modum indicat multitudinem obsidentium, vt ingentium malorum metu perculsos auertat a scelere.

Et ordinabis aduersus eam obsidionem. Id est, exercitum per gyrum obsidentem, per turmas suas, atque phalanges certis signis notabis. II.

Et ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Septuaginta. Hæc explicatius vertere. Et ædificabis super eam propugnacula, & circumiacies super eam vallum, & dabis super eam castra, & ordinabis machinas missilium in gyro. Chaldæus eodem fere modo. Aedificabis super eam machinam, & comportabis aduersus eam aggerem, & collocabis contra eam castra, & constitues contra eam Duces per circuitum, &c. ergo per *munitiones*, auctore etiam Rabbi Dauid Chimhi, intelligimus turres ambulatorias, ita dictas, quia dissolutæ ab exercitu circunferri solebant, auctore Vitruuio: erant enim ex materia, altæ ad cubitos centum viginti, aliæ ad sexaginta, &c. latæ cubitos viginti minimum, distinctæ in tabulata vicena, vel dena, & supra medium tecti fastigium eminebat turricula tabulatorum non minus quattuor: in quorum summo statuebantur scorpiones, catapultæ, balistæ, onagri, arietaria testudo, atque eius generis aliæ machinæ bellatrices, instrumentaque muralia. Meminit sæpius turrium obsidionaliũ Iosephus, atque hæc machina Hebraice dicitur דיק, deicq, a uerbo דיק, diq quod est, cõminuere, cuius vsus fuit olim in oppugnatione Vrbis Hierusalem, *& obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu*. Hebraice דיקים, diqim: eandem repetit Ezechiel contra Tyrum a Babylonio adhibendam. *Et circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro*, &c. Aggerem appellant Hebrei סוללה, solelah a verbo סלל, salal, quod est, struit, significatque terræ suggestæ cumulum, item lapidum, cæspitum, siluarum congestionem, & coaceruationem. qua fossæ & valles implentur, in qua acceptione vsurpari videtur in præsenti auctore Rabbi Dauid Chimhi, qui sic habet: comportabis aggerem. id est, implebis fossas, quæ circum mœnia sunt, terra; ita vt quasi e monte excedente mœnia impugnetur ciuitas, & propugnantes arceantur. nam in prima, eius vsus est apud Ieremiam. *Ecce munitiones* (סוללות, soleloth) *extructæ sunt aduersus ciuitatem, vt capiatur*. & iterum: *& ad munitiones, & ad gladium venientium, vt dimicent cum Chaldæis*. Vbi Septuaginta, ad domos, quæ destructæ sunt in Valla, & propugnacula ad pugnandum aduersus Chaldæos, &c. Valla posuerunt loco vocis Hebreæ, Soleloth, significare volentes machinas intra Vrbem extructas supra terræ cumulum congestum, &c. Quibus locis non significat aggerationem vallis, sed cumulum terræ in modum turris congestum, vnde displodebantur balistæ, & ceteræ machinæ bellatrices.

Munitiones.

Vitru. lib. 10. cap. 1

Iosephus 6. de bello Iud.

4. Reg. 25. ℣. 1. & Ier. 52. ℣. 4.

Ezech. 26. ℣. 8.

De aggere.

Ier. 32. ℣. 24.

Ier. 33. ℣. 4.

Artes Hebraice dicitur כר, car, a pascendo dictus, quasi pascualis, vel a secando, quod pascua abscindar. *Adipe arietum*, &c. & iterum. *Deducam eos quasi agnos ad victimam, & quasi arietes cum hœdis*. Significat etiam instrumentum bellicum, quo portæ ciuitatum, & muri diruuntur, fabricatum ad arietis similitudinem, vnde & nomen habet. Vsus est ea voce Ezechiel in præsenti, & capite vigesimoprimo. *Vt ponas arietes contra portas*. Significantur & hoc nomine Duces, Heroës. Quare hoc loco Chaldæus Duces

De ariete machina.

Deut. 32. ℣. 14.

Ier. 51. ℣. 40.

Ezech. 21. ℣. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duces legit pro arietibus, sed rectius est, vt machinas significet, & vsitatius. quomodo verterunt Septuaginta & Hieronymus. Quibus accedit Rabbi Dauid Chimhi dicens. ברים, carim, Rabbini nostri interpretantur principes, & duces exercitus. Pater autem meus dixit, hoc loco arietes ferreos significare. Porro arietum figuram descripsere Vitruius, Ammianus Marcellinus, Vegetius: sed omnium apertius Iosephus. Immensa, inest materia malo nauis adsimilis, cuius summum graui ferro solidatum est, arietis effigie fabricato, vnde nomen accepit. dependet autem funibus medius ex trabe alia velut ex trutina palis vndique fulta. retrorsus autem magna virorum multitudine repulsus, in fronte prominente ferro mœnia percutit, &c. Hæc machina Aries dicta est, auctore Vegetio, quod habeat durissimam frontem, qua subruat muros, vel quod more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Eius inuentorem facit Plinius Epeum ad Troiam: sed ex præsenti testimonio Prophetæ constat, ingenium esse antiquissimum, quo Nabuchodonosor vsus est in oppugnatione Hierusalem, & Tyri.

Vitru. lib. 5. Archit. cap. 14. Amm. Mar. lib. 21. subinitium. Veget. lib. 4 de re milit. Ioseph. lib. 3. de bell. cap. 9.

Plin. lib. 7.

III. *Origen.* *Et tu sume tibi sartaginem ferream*, vel patellam ferream, *& pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem.* Origenes. Rationabile est, per sartaginem magnitudinem suppliciorum indicari, vel etiam secundum historiam, quia in sartagine Regis filios barbarus frixit. Polychronius. Sartago est inditium immanitatis hostium, atque ciues minime posse elabi significat. Theodoretus, Apollinaris. Dei formam continere iubetur, quapropter sartagine inter se, & Vrbem interiecta docetur, vt præsens Deus, & quæ contra Hierosolymam fierent, intuens omnia, nulla eos prouidentia dignetur, sed qua si muro quodam ferreo coërcitus neque cernere quæ fiant, neque sibi supplicantes audire videatur. Hieronymus. Sartago ferrea, quę inter Prophetam, & vrbem ponitur, grandem iram demonstrat Dei, quæ nullis precibus fatigetur, &c. Necesse erat, vt contumaces Israelitæ, qui Dei clementia abusi fuerant, rebus ad voluntatem cadentibus, vice versa ab hostibus oppressi, eius misericordiam precibus implorarent. nam vexatio dare solet intellectum, & tum demum votorum, & precum locus est, cum spei nullus est. Verum hoc refugium miseris præclusum fore vaticinatur Propheta, obiecta inter se, atque delineatam in latere Vrbem ferrea sartagine, vel patella, qua significabatur chaos magnum, & quasi ferreum murum interiectum eos inter & Deum, cuius personam Vates gerebat. hoc est, Deum infensum nullatenus exauditurum obsessorum preces, & querimonias. Tale quid habemus in threnis. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.* hoc est, vt vertit Chaldæus: operuisti cœlos nubibus gloriæ tuæ ne transirent ad te orationes nostræ. Vtriusque translationis explicatior sententia est apud Isaiam. *Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiret.* Hic obserua quam atrocia extiterint Iudæorum crimina, cum Deum natura mitem, & clementem reddiderint inexorabilem. nam oportet vehementer esse lacessitum, si tot precibus non commouetur, qui vel vna lacrymula Ezechiæ, immo impijssimi Achabi ieiunio, vel demissione, tam facile flexus sit ad misericordiam. Secundo obserua Dei viscera tam esse blanda, & ad misericordiam prona, vt quo iustitiæ seueritatem exerceat, opus fuerit vel ferreo muro, vel atris nubibus interpositis inter gloriæ suæ tribunal, & A fontium ergastulum: ne scilicet audiret miserorum gemitus, videretve planctus. nam si talia resciisset, dolore cordis tangeretur vehementi, protinusque exclamasset pater clementissimus, vt olim. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te*, potius, *Israel? quomodo dabo te, sicut Adama, ponam te vt Seboim? conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. non faciam furorem iræ meæ, non conuertar*, non patiar me abduci a solita clementia, *vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego*, qui possim continere iram, & non homo e furore ebrius, *in medio tui sanctus*, a vobis hucusque suspectus, & cultus, *& non ingrediar ciuitatem*: non ergo decet me ciuitatem Sichem Idolorum sentinam ingredi, quando-quidem decreui eius ciues seruare. Sustinet enim B Deus personam Iudicis, qui aduertere animum non vult ad ea, quæ plectere recusat. Atque hoc factum misericordiæ est, & iustitiæ signum. nam ideo renuit aspicere iniquos, quod sciat suam iustitiam sceleribus irritandam, & aduersus eos animaduersurum seuere. Illud vero opus est iustitiæ, claudere scilicet oculos, & aures ad damnatorum querimonias, & verum misericordiæ indicium. Videlicet quoniam tanta est eius pietas, vt auditis gemitibus miserorum non possit non misereri, & parcere. oculos auertit, clauditque aures, ferreo interstitio interiecto, ne flecti cogatur ad miserendum cum plectere oporteat. Hoc igitur portendit sartago ferrea.

Osea. 11. ℣. 8.

Dei iusta misericordia pœnas est.

Sed cur potissimum sartaginem eleuare iubetur Vates potius quam tabellam, aut laterem alium? C an vt ostendat omnem multitudinem breui frangendam, atque redigendam ad nihilum, vt Hieronymus innuit? an potius igni comburendam ciuitatem, ac tanquam in olla tradendam igni, vt sensit Scholiastes? an quia sartagine cruciatus immanes significantur? vt Origenes ex Ieremia auctor est. *Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne.* & iterum: *iussit Rex ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in sartagine.* quasi hoc facto non tantum intercelusum esse aditum misericordiæ indicetur, sed etiam torquendos esse obsessos ab hostibus crudelissime. Quod Ieremias sub specie ollæ accensæ indicauerat. an vt significaret Israelitarum corda ferro duriora, & fuligine turpiora, quod Rabbi Dauid commentus est? D An simplicior est Prophetæ sententia, obijcereque sibi præcipitur patellam, aut sartaginem, parabile scilicet instrumentum, quod ad manum erat domi? nam homini vinculis detento vagari non licebat, vt architectum acciret, vel Geometram, quorum opera vrbis obsidionem ad viuum repræsentaret; sed domestica supellectile vsus est ad id præstandum, quam potuit significanter. Sed hæc historia est, illa, veritas significata.

Sartagine significantur atroci illæ tormenta quæ obsid. ab hostibus Israelitæ pertulisse narr. *Hieron. Scholiast. Origen. Ierem.* 38. ℣. 22. 2. *Macab.* 7. ℣. 5.

Ier. 1. ℣. 13.

Et obfirmabis faciem tuam ad eam. Hebraice: stabilies, defiges, quod est seueritatis signum, gestusque Iudicis constantis in decreto, qui nullius auctoritate, precibus, aut fletibus commoueatur ad veniam. Similis dicendi ratio exstat in Prouerbijs. *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, corrigit viam suam.* id est. Impius non mutat E vultum, non commouetur omnipotentis castigatione, non erubescit. Huic oppositum est, vultum mutare. *Vultusque illius*, Annæ, *non sunt amplius in diuersa mutati.* hoc est, non erubuit amplius, conseruauit perpetuam faciei serenitatem, & lucem. Atque ita in præsenti vultus obfirmatus, est obtutus fixus, immobilis sententiæ signum, qui scilicet non annuat deprecanti. Potest etiam obfirmatio vultus significare indignationem gestu alio derectam, scili-

Obfirmare vultum idem est, seuero & implacabili vultu aspicere. *Prouer.* 21. ℣. 29.

1. *Reg.* 21. 18.

Thren. 3. ℣. 44.

Isa. 59. ℣. 2.

Atrocia crimina Deum natura mitem inexorabilem reddunt.

Universidad de Deusto

scilicet vultu totuo ad humerum verso, vt obfirmare non sit defigere obtutum, sed conuertere læuorsum faciem indignabundam, & minacem, vt in psalmo. *Oculi Domini super iustos*, id est, facies recta, & explicata. *Vultus autem Domini super facientes mala*. & in Leuitico. *Obfirmabo faciem meam contra animam illius*, &c. Atque ita intellexit Rabbi Dauid, atque Polychronius. Vt non videaris, inquit, respicere ciuitatem.

Psal. 33. v. 16. & 17. Leuitic. 17. v. 10. R. Dauid. Polychr.

Et erit in obsidionem, & circundabis eam: Signum est domui Israel. hoc est, figuratam Vrbem sepiens, significabis veram Ierusalem concludendam ab hostibus veraciter. Scholiastes. Doctrina sint audientibus, quæ fiunt.

Scholiast.

IV. *Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum, quibus dormies super illud & assumes iniquitatem eorum.*

V. *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos, & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israël*. In codicibus non paucis Septuaginta interpretum, vbi nos legimus versu quarto, numero dierum, additur, quinquaginta & centum, &c. quo modo legit Theodoretus, atque Biblia Græca correcta Sixti V. In alijs vero codicibus Græcis desunt: desunt & in Complutensi. In Versu autem quinto, vbi nos legimus: trecentos nonaginta; multi Græci codices habent: nonaginta & centum. quo modo legit Theodoretus. Alij vero trecentos nonaginta, vt Complutensis. Scholiastes Bibliorum Sixti eandem lectionem tribuit Polychronio. fortasse in Codice Polychronij ita emendatum reperit. nam Polychronius interpretatur centum nonaginta annos confectos ex centum quinquaginta Israël, & quadraginta Iuda, quomodo legit, & explanat etiam Theodoretus. Addit quidem Polychronius. Alia editio habet centum nonaginta dies. sed non propterea legit ipse trecentos nonaginta, sed centum quinquaginta, in superiori scilicet numero. Origenes sic habet (de manuscripto codice Vaticano loquor) Non ignoramus quædam exemplaria, habere centum quinquaginta dies, alia vero centum nonaginta, & plura quidem centum nonaginta dies. Sed consideratis ceteris editionibus, inuenimus esse trecentos nonaginta dies. Hieronymus. Satis miror cur vulgata exemplaria centum nonaginta annos habeant, & in quibusdam scriptum sit, centum quinquaginta; cum perspicue & Hebraicum, & Aquyla, Symmachusque, & Theodotio trecentos nonaginta annos teneant: & apud ipsos Septuaginta (qui tamen non sunt scriptorum vitio deprauati) idem numerus reperiatur, &c. Mira lectionum varietas: sed aliam adhuc reperi apud Theodoretum super primum Oseæ, scilicet trecentos quinquaginta dies, vt dicetur in quæstione vltima Commentarij. Verum vulgati Codices nostri constanter legunt trecentos nonaginta cum Hebraicis: quam lectionem sequimur, vt par est, & interpretabimur infra in Commentario capitis huius.

Variæ lectiones de numero dierum. Septuaginta Inter. Theodor. Polychr. Origen. Hieron. Theodor. super Oseæ. 1.

Et tu dormies, vel iacebis, decumbes: שכב, sacab, enim hoc significat, vt in Commentario dicemus.

Super latus sinistrum. Quod Israel habitaret ad sinistrum respectu Iudæ, in sinistro latere Prophetæ, qui Dei sustinet vices, collocatur, de qua re infra dicturi sumus fusius.

Et pones iniquitates domus Israel super eo. Hoc est, peccata, quæ patrarunt Israëlitæ socij Iuda, & ciues Ierusalem, vt plenius tractabimus quæstione secunda Commentarij Notabili octauo: vel potius annos peccatorum, *pones*, id est: quasi onus tibi imposuisses, non secus grauaberis pœna, quam eorum gratia sustinebis, decubitu scilicet dierum trecentorum nonaginta. apud Isaiam est eadem phrasis. *Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*, & iterum. *Ipse peccata multorum tulit*, hoc est, luit pœnas multorum, id est, omnium peccatis debitas: ipse sibi imposuit onus hoc, id est, sponte suscepit.

Pœna peccatorum a prophetis tanquam onus graue portatur. Isa. 53. v. 6. & 12.

Numero dierum, quibus dormies super illud. secundum numerum dierum, sic enim vertere Septuaginta, tot dies eorum nomine iacebis catenis grauatus, quot annis illi deliquerunt. Hanc phrasim versu quinto apertius expressit, atque versu sexto dicens. *Diem pro anno dedi tibi*:

Et assumes iniquitatem eorum. Hoc est, sustinebis, lues pœnas eorum peccatis debitas. Explicabimus plenius hanc phrasim quæstione secunda Notabili sexto.

Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum. Hebraice & Græce, in numerum dierum, id est, confero annos peccatorum in dies decubitus tui, atque adeo supplicij eorum, & obsidionis Vrbis, *trecentos nonaginta dies*, qui respondent trecentis nonaginta diebus secundæ obsidionis; atque trecentis nonaginta annis peccatorum, quibus Dei legem transgressi sunt, & Vrbem sanctam polluerunt. De horum dierum, & annorum numero satis in Commentario quæstione secunda tractabimus infra.

VI. *Et cum compleueris hæc*, mandata, quæ tibi iniungo, *dormies super latus tuum dexterum secundo: & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus*. Eadem ratione, qua Samaria, vel Israëlitæ inde oriundi, tametsi Iudæ aggregati in latere sinistro ponuntur; debet Iuda in dextro collocari, vt suo loco dicemus.

Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Non caret tanta repetitio mysterio: quod videtur attigisse Scholiastes. Quoniam, inquit, non solum peccabant Iudæi, sed querebantur se iniuste puniri, propterea docet Deus per ea, quæ Vates agit, non modo illos non iniuste puniri, sed etiam quanta sit suæ clementiæ magnitudo: vnumquenque enim diem dormitionis pro annuo tempore numerat. Itaque post descripta mala, quæ ventura erant Ierosolymis, ijs verbis monstrat illis suam clementiam. Polychronius. Non modo de quadraginta diebus id dicit, sed etiam de centum quinquaginta. Obserua Polychronium, constanter legisse, centum quinquaginta. Sed hic consideranda venit Dei nostri clementia, qui anni integri errata, id est, trecentorum quinquaginta quattuor dierum, vnius diei supplicio compensat. quam pie illud promissum est, & quam fideliter præstitum in psalmo. Qui si inique aliquid gesserit castigabo eum in virga virorum, & in flagellis filiorum hominum. non inquam virga Dei, manuve robusta, sed virga humana, fragili, inualida manu, & flagello blando, nempe filiorum Adam. apud Lucam miscuit Samaritanus oleum cum vino, vt vulneribus mederetur pene interempti Hierosolymitani.

Dei punitio misericordia interueniente iustificatur in semetipsa. Scholiast. Polychr. Psal. 88. Luc. 10.

VII. *Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam*. Hebraice firmabis, stabilies, de qua phrasi supra versu tertio. præcipitur in decubitu faciem conuertere ad Vrbem, quam ab hostibus obsessam in latere delineauerat, vt intelligeretur in quem finem tenderent illa vincula, oppressio, & fames: videlicet portentum esse obsidionis arctissimæ Vrbis.

Et brachium tuum erit extentum. Rabbi Dauid vertit nudatum, habitumque pugnantis esse vult ex illo Isaiæ. Nudauit Dominus brachiũ suum, &c. quasi

Isa. 52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi dicat, brachium tuum nudatum ostendes, acsi velles acriter fortiterque pugnare. Exertum legunt manuscripta quædam exemplaria, atque Hieronymus in codice ita quoque interpretatur. Præparatione, inquit, vultus opus est, ac robore, & confirmatione exerti brachij, atque nudati, vt non solum voce, sed & gestu, & habitu prophetantis vrbis obsidio demonstretur. exertum brachium est detectum, & nudatum. nam hæc significat verbum

Isa. 52. ℣. 10. Parare idem est quod expedire. חשר, chasaph, quo etiam vsus est Isaias. *Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium*. id est, excruit illud, nudauit, retexit, vt ab omnibus cerni posset. quare sequitur. *Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri*. Parare, posuit vulgatus pro expedire, quod idem valet: sicut ibi.

Lucæ, 2. ℣. 31. *Quod parasti ante faciem omnium populorum*. vbi allusio fit sine dubio ad Isaiæ prædictum locum. Verum Biblia Vaticana Sixti, & Clementis Pontificum auctoritate correcta legunt, *extentum*. Septuaginta, obfirmatum, quod idem fere sonat. Atque hanc existimamus lectionem magis germanam, quam etiam admittit verbum Hebraicum. nam perinde est brachium extendi, atque nudari, si quis aduertat olim non fuisse in vsu viris tunicas manicatas, sed quæ per medium orificium capiti insertæ in pectus, & dorsum subinde demissæ, baltheoque præcinctæ vix summa tegerent brachia: secus fœminis ob decorem datum. nam oblongas, atque prolixas vltra brachia, & vsque in primores manus, ac prope in digitos gestabant vestes, quas viros induere probrosum erat. Vnde Virgilius eas criminatur.

Tunicæ manicatæ antiquis non fuerunt in vsu.

Virgil. Ennius. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mithræ.* atque Ennius Carthaginensium tunicatam iuuentutem non sine probro memorat. atque Publius Africanus Publio Sulpicio Gallo id inter alia probra dedit, quod tunicis vteretur manus totas operientibus. Vide Gellium. ergo bene interpretatur Theodoretus. Brachij confirmatio, disciplinam, quæ adhibetur, significat. Vnde est illud Isaiæ. *Adhuc manus eius extenta, & populus non est conuersus ad percutientem se*, &c.

Publii. Africi. *Gellius. lib. 7. c. 12.* *Isa. 5. ℣. 25. & cap. 9. ℣. 13.*

Et prophetabis aduersus eam. Non verbis, erat enim mutus, sed factis: se ipso scilicet referens Deum oppugnantem Ierusalem, vt diximus.

VIII. *Ecce circundedi te vinculis*. Feci vt familiares tui te vinculis constringant quasi amentem. Sustine æquo animo, & decumbe super altero latere, *donec impleas dies obsidionis tuæ*, quibus clausus teneberis in parabolam obsidionis Vrbis.

IX. *Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam.* Hieronymus. Iubetur Propheta famem futuram, & inopiam populi Israël opere demonstrare. Sicut enim in rerum omnium penuria non quæruntur ciborum diuersitates, & delitiæ, sed quomodo venter impleatur: sic nunc Propheta, frumentum, hordeum, fabam, lentem & milium, auenamque mittit in vnum vas, facit trecentos nonaginta panes, quos per singulos dies comedat. Quam nos interpretati sumus viciam, pro qua in Hebræo dicitur כסמים, cusmim, Septuaginta, Theodotioque posuerunt ὄλυραν, olyran, quam alij auenam, alij secalem putant. Aquylæ autem prima editio, & Symmachus ζέας, zeas, siue ζίαν, zias, interpretati sunt: quas nos vel far, vel gentili Italiæ Pannoniæque sermone, spicam, speltamque dicimus &c. *In vas vnum.* Septuaginta addidere, fictile, vt morem gentis indicarent. Solebant enim panes singulis diebus coquere pro familiæ ratione, atque adeo eos subigere breuiore vase, fictili scilicet concha, quem morem hodie seruant Agareni omnes, & Mauritani Hebræis vt lingua, ita etiam habitu, & ritibus admodum similes.

Hieron.

Et facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Videtur de sinistro latere tantummodo loqui, quandoquidem dierum trecentorum nonaginta meminit, non item quadraginta. Ceterum de vtroque intellectum voluisse constat. neque enim quadraginta diebus postremis ieiunare debuisset, aut posset Vates: numerat autem priores dies, quod plures essent, & fere vniuersa summa. Præterea quia, in ipsius obsidionis postremis diebus etiam illi rustici panes, & immundi erant defecturi, vt in fine capitis dicitur. *Deficientibus pane, & aqua*, &c. de qua re nos infra in extremo Commentarij.

X. De sicli ponderis nulla.

Cibus autem tuus, quo vescéris, erit in pondere uiginti stateres in die. Hieronymus. Siclus, id est, stater habet drachmas quattuor: drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt: ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur, quo trahitur magis anima, quam sustentatur. Idem fere scribit de sicli Iosephus: comparat enim illum Attico terradrachmo. At vero Polychronius, & Theodoretus sic habent. Viginti enim sicli tres vncias efficiunt, & paulo amplius, vt aiunt, qui pondera hæc, & mensuras accurate persequuntur: de quibus fusius differemus in Commentario, de ponderibus & mensuris.

Ioseph. li. 11. antiq. cap. 5. *Polychr. & Theod.*

A tempore vsque ad tempus comedes illud. Hieronymus. A vespere vsque ad vesperam significat. licet quidam ab anno vsque ad annum intelligi putent. quibus verbis taxat Apollinarem, qui sic interpretatus est, teste Scholiaste nostro manuscripto, qui ita habet. A tempore vsque ad tempus, ab anno vsque ad annum vult Apollinarius: Polychronius vero. A vespera vsque ad vesperam. Hæc ille. Alij Neoterici explicari posse putant, a mane ad meridiem, & a meridie ad vesperam. quasi dixisset, a tempore prandij ad tempus cænæ. Verum repugnat illis textus ipse: *Cibus*, inquit, *quo uescéris erit in pondere uiginti stateres in die*. Quod ergo sequitur. *A tempore usque ad tempus*, idem significare necesse est. at illi oppositum indicant, scilicet quadraginta stateres in die, singulis prandijs viginti.

Hieron. Dum ea nihil forma.

XI. *Et aquam in mensura bibes sextam partem hin.* Hieronymus. Sterilitatem cibi aquæ auget sterilitas: sextam enim partem mensuræ Hebraicæ, quæ appellatur hin, iubetur per singulos dies bibere. Porro hin duos choas Atticos facit, quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos. ita vt hin mensura sit Iudaici sextarij, nostrique castrensis; cuius sexta pars facit tertiam partem sextarij Italici. qui cibus, & potus iuxta inclytum oratorem non vires tribuit, sed mortem prohibet. Adde quod Isaias habet. *Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem*. Idem scribit de hin Iosephus. Hin mensura Hebræorum antiqua, choas Atticos recipit duos. Sed de ea nos in prædicto Commentario latius differemus.

Hieronymi & aliorum sententiæ de mensura hin.

Isaiæ. 30. ℣. 20. *Ioseph. Ant. li. 3. c. 10.*

XII. *Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud.* Apollinaris: Significat & lignorum, & fruticum inopiam, quod nil importatum haberent. In originali non est particula, quasi, sed a Septuaginta addita est, quos imitatus est Hieronymus inuitatus a contextu. Sed Neoterici volunt legere secundum Hebræum codicem, *Subcinericium hordeaceum*: putantque additos eiusmodi panes illis prioribus. Ceterum falluntur egregie: quia pronomen (illud) satis indicat referri aliquid antecedens. redundaret-

que

Universidad de Deusto

que omnino si nouus cibus commemoraretur. satis A enim esset dicere. *Subcinericium hordeaceum comedes*. Sensus ergo versus est. Comedes prædictos panes non coctos in clibano, vt solent parari delicatiores, sed sub cinere, vt moris est, rusticos & hordeaceos facere. Hoc facto putant quidam significari festinationem, & instantiam hostium, secundum illud Exodi. *Fecerunt subcinericios panes: neque enim poterant fermentari, cogentibus Aegyptijs exire*. Verum ego existimo, instantiam potius famis significari ea forma coquendi panes, vt patet in Genesi. *Festinauit Abraham, in tabernaculum ad Saram, dixitque ei. Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios, &c.* Vt scilicet statim succurreret fami hospitum. & iterum. *Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium* B *panem*. Premebatur enim Elias graui fame. Significatur etiam ipsorum leguminum vitium, ex quibus confectus panis, si parum duruerit, comedi non potest. quare necesse est recentem manducari, atque adeo ad horam prandij sub cinere coqui.

Subcinericius panis significat hostium festinationem & instantiam. *Exod.* 12. ℣.

Genes. 18. ℣.6.

3. *Reg.* 17. ℣.13.

Et stercore, quod egreditur de homine, operies illud. Hebraice est, coques. Sed non est quod iuniores Vulgatum incusent. nam idem prorsus est in hoc facto coquere, & operire. Scimus enim stercus siccum boum a rusticis adhiberi solitum igni pro nutrimento cum lignis carent. qua quidem materia panis subcinericius & operitur, & coquitur. Septuaginta ideo verterunt. Abscondes ea. Vt ergo significaretur etiam stercora boum defutura in obsidione Ierusalem, præcipitur Vates panes operire, vel coque- C re sub prunis factis ex humano fimo.

Operitur hoc est coquitur panis hic fimo.

In oculis eorum. Id est, ipsis cernentibus hæc omnia facies. Vide quam longe sit a visione imaginaria præsens mandatum: palam & coram testibus hoc stratagema peragi iubet Deus, quo circunstantes rei nouitatem admirati rogent causam, & discant impendentem cladem.

XIII.

Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter Gentes ad quas eijciam eos. Pollutum panem interpretatur Apollinaris & Theodoretus, qui non secundum legis ritus esset factus. Sic enim habent. Necesse erat, cum essent inter alienigenas permisti captiui, non ex legibus vitam agere, sed multas ad leges Iudaicas violandas occasiones capere ex consortio. Polychronius sic habet. Hoc est turba- D tum, quippe non purum. Existimant quidam panem ex varijs seminibus conflatum, esse lege vetitum, atque ideo appellari pollutum, seu immundum. quod colligunt ex eo loco Leuitici. *Agrum tuum non seres diuerso semine, &c.* Ideo enim hoc prohibetur, ne commista nascantur grana, quæ impuram farinam reddant. Ceterum si hæc esset immunditia, commutata fuisset materia panum ad Prophetæ religiosi iustam querimoniam: quod non est factum. Ergo immunditiam contracturos panes dicendum est ex stercore humano, quod per se immundum est, & in lege abominabile. Vnde in Deuteronomio præceptum legimus. *Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ gerens paxillum in baltheo, cumque sederis fodies per* E *circuitum, & egesta humo operies, quo releuatus es. Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te*. Hic notandum est, pœnam exacte respondere culpæ qualitati, scilicet idololatriæ, qua coluntur idola, id est, sordes, sic enim appellantur in sacris literis. *Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus*. Et iterum. *Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abominationi habebis, quia anathema est*. Idem alibi repetitur.

XIII. Panis pollutus, hoc est non secundum legem factus. *Appollin. Theodor.* *Polychr.*

Leuit. 19. ℣.19.

Deut. 23. ℣.12.

Sordes, hoc est Idolorum cultus sordibus panis purgatur. Deut. 32. ℣. 5. & cap. 7. ℣. 16.

Inter Gentes ad quas eijciam eos. Septuaginta. Sic comedent filij Israël immunda in gentibus. Hebraice autem legitur sicut in Latinis codicibus. Verbum autem דחה, dachah, pro quo Hieronymus vertit, *eijciam*, proprie significat impellere, compellere. vt patet in Psalmo. *Eleuans allisisti me*. vel impellendo impulisti me. & iterum. *Et Angelus Domini persequens eos*, vel impellens eos. & apud Ieremiam. *Impellentur, & corruent, &c.* Idem significat hoc loco. nam in præsenti non est sermo de dispersione Israëlis, sed potius de eius congregatione, quasi gregis in Vrbem ad victimam. Vnde sensus erit: Inter gentes, inter quas compellam eos, congregabo eos. Atque ita respondent hæc præcedentibus, in quibus sermo creber habitus est, de obsidione Ierusalem, atque sequentibus, in versu decimo sexto. *Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem*. qui secus versum hunc acceperunt, scilicet de dispersione Israëlis in gentibus, laborant satis, vt contextum sequantur prophetiæ, & forte non cum emolumento.

Eijciuntur hoc est quasi grex coguntur in media Ierusalem immolandi a gentibus. *Psal.* 101. ℣.11. *Ps.* 34. ℣.5. *Ierem.* 23. ℣.12.

Et dixi: ah, ah, ah, Domine Deus ecce anima mea non est polluta. Aquylam secutus est Hieronymus in interpretatione particulæ Hebraicæ אהה, ahah, pro qua Symmachus, & Septuaginta posuere μὰ δαμῶς, medamos, id est, nequaquam. Theodotio vero, o Domine Deus. Est apud Hebræos interiectio vnica dolentis, auersantis, & deprecantis, qua vsus est Ieremias. *Ah, ah, ah Domine Deus*. Et iterum. *Ah, ah, ah Domine Deus: Prophetæ dicunt eis, &c.* Et Ezechiel. *Ah Domine Deus, ipsi dicunt de me*. Sed cur Symmachus, quem sequitur Hieronymus, tres particulas posuit? In promptu ratio est, quia illa interiectio tres literas habet. & si singulis subijcias puncta, totidem facies interiectiones, hoc modo אהה, ah, ah, ah. Hoc videtur fecisse Symmachus. & ideo triplici detestatione, vt loquitur Hieronymus, particulam vnicam reddidit, quibus vehementius indicatur dolor animi, & affectus auersantis. Ergo significat Prophetæ cum sensu animi, grauissimum esse, quod iubebatur, quippe contra munditiam legis, quam ipse ab infantia sua sancte coluisset. Tale est illud Petri. *Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum*. deprecatusque Dominum exauditur, temperata sententiæ austeritate mitiore mandato.

XIV.

Ah! Interiectio dolentis auersantis & deprecantis est, triplicata vehementem affectum significat. *Ierem.* 1. ℣.6. & cap. 14. ℣.13. *Ezech.* 20. ℣.49.

Act. 10 ℣.14.

Et morticinum, & laceratum a bestijs non comedi. Prohibentur ista duo in Leuitico. *Morticinum, & captum a bestia non comedent, nec polluentur in eis*. Contrahebatur autem immunditia huiusmodi esceis, quod essent partes animalium necatorum absque effusione sanguinis. morticinum est, vt ait Hieronymus, in quo moritur anima: nam sanguis anima dicitur, quippe animæ vehiculum: propterea immundum æstimatur in lege: eademque ratione laceratum a bestia.

Abominabilia sunt hæc, quia mortuam animã significant, teste Hieronymo. *Leuit.* 22. ℣.8.

Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis. Hieronymus. Quod autem pro humano stercore boum conceditur fimus, leuiora significantur mala. Nota. Bonus Dominus est, & qui supplicum precibus facile flectatur. Videt Amos Propheta locustam agros vastantem, supplicat Domino. *Domine Deus propitius esto, obsecro. Atsertus est Dominus super hoc. Non erit, dixit Dominus*. Deinde audit Deum nimijs æstibus adurere

XV.

Facillime Deus Clemens suorũ precibus acquiescit. *Amos* 7. ℣.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

velle segetes. Et dicit, *Domine Deus quiesce obsecro,* A &c. *misertus est Dominus super hoc, &c.*

Deus non patitur suos diutius in oratione affligi.

Secundo obserua, Dominum potius temperare voluisse sententiæ seueritatem, quam innocentem seruum contristare. nouerat hoc eius ingenium Iosue, cum pronus in terra orationem producebat vsque ad vesperam deprecans pro populo Israel. Ad quem Dominus, *surge, cur iaces pronus in terra?* quasi dicat, ne mihi sis molestus: grauor enim nimium videns te tandiu defatigari: peperci populo, dummodo sceleris auctor plectatur. Idem stratagema animaduerte in Moyse, in Elia, in Elisæo, cum preces fundebant; nec minus felicem fructum afflictionis sponte susceptæ.

Iosue 7. ℣.10.

XVI.

Baculus significat substantiam vel sustentationem.

Et dixit ad me: Ecce ego conteram baculum panis in Ierusalem. Baculus substantiam, sustentationem ve B significat hoc loco: nam vtrunque valet vox מטה, mateh. Septuaginta vertere firmamentum. Similiter Symmachus, & Theodotio. Chaldæus sustentaculum: nec sensus est, quem quidam putarunt: tollam panis nutrimentum & substantiam, sed tollam panem nutrientem: nam Hebræa phrasi sustentatio panis, est panis sustentans. Epitheton itaque perpetuum panis istud est, panis sustentans. vt in Psalmo. *Et panis cor hominis confirmet.* Et iterum. *Et omne firmamentum panis contriuit.* Et tertio. *Vbi firmamentum in terra in summis montium*, id est, frumentum, quod sustentat. Habet & aliud epitheton panis affine priori, scilicet משען, masghan. quasi dicat sustentaculum, sulcrum, id cui innitimur, & fidimus. apud Isaiam. C *Auferet omne robur panis, & omne robur aquæ.* Et vide quam belle hæc nomina conueniant sacro pani Eucharistico, &c. & præsens sententia miseris Hæreticis quadret.

Panis epitheton, est sustentans & sustentaculum, seu fulcimentum.

Psal. 103. ℣.15.

Psal. 104. ℣.16.

Psal.71.℣. 16.

Isa.3.℣. 1.

XVII.

Polychron.

Chaldæus.

Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum. Polychronius. Vir ad fratrem suum, id est, omnes simul: cum nullus alteri opem ferre queat: nam vna, communisque calamitas concludet vniuersos. Chaldæus. Interibit vir & frater eius. vel. Vnusquisque apud fratrem suum cadet præ fame, ad quem scilicet se receperat mendicaturus panis fragmentum. nam, vt bene notat Hieronymus, naturæ hominum est, vt prementibus malis, & angustiarum pondere in proximo magis, quam in se habeant fiduciam. Tale est illud Isaiæ: qui postquam dixit. *Dominus exercituum auferet a Ierusalem omne robur panis.* subdit. *Et irruet populus vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum.* Et rursus: *Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebitque in die illa dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum; nolite constituere me principem populi:* quasi dicat. Eo miseriæ deuentum est, vt frater non dedignetur (quod alioqui molestissimum esse solet) fratri suo deferre principatum, neque vero fratri aliunde aduentanti cum honore, sed educato in domo paterna secum, id est, nihilo se excellentiori, eo tantum quod frater honestum habeat pallium, persuadebit sibi ille alter, panes quoque, & annonam apud se absconsam habere. Ille vero contra tergiuersabitur, dicens. Desperata res est, quorsum creatis ducem, nisi prænoscatis esse medicum, & ditissimum: pesti furenti primum, atque fami prouidendum erat; postea ciuium paci consulendum. Ego vero nec medicus sum, neque frumentum habeo: non sum ergo aptus regno. Ex hac parabola Isaiæ colligimus, quid sibi velit illa sententia: *corruat vnusquisque ad proximum suum.* scilicet, ad ædes diuitum, pauperes, premente fame, congregatos, dum panem expectant, pestis veneno interiora pascente, ruituros. Idem fere est quod sequitur.

Hieronym. Prementibus malis in proximo magis, quam in se solent homines habere fiduciam. Isa. 3.℣.1. 5. & 6.

Et contabescant in iniquitatibus suis. Hoc est, secun dum iniquitatum suarum meritum, vel in ipsis iniquitatibus obstinati, fame vrente extenuentur, marcescant, & conficiantur: pesteque confecti putrescant, corrumpantur, & fœteant: nam hæc omnia amplectitur vtrunque verbum, Hebraicum scilicet מקק, maqaq, &, tabesco, Latinum.

Obstinationis pœna.



COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII IN EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT QVARTVM

PARS PRIMA.

DE DIEBVS TRECENTIS NONAGINTA, QVIBVS dormire super latus suum præcipitur Vates.

CIRCA versum quartum, quintum, & sextum in quibus legimus Vati iniunctum, vt super latus sinistrum dormiret dies trecentos nonaginta, ob iniquitates domus Israël, deinde super latus dextrum dies quadraginta, ob iniquitates domus Iuda; duo potissimum se offerunt examinanda. Primum, vtrum anni iniquitatis intelligendi sint, quibus in peccatis perseuerauit Israël vel Iuda, an potius quibus pœnas dederunt admissorum criminum. Secundum, an eiusmodi decubitum reuera expleuerit Propheta, an potius per visum illum spectauerit.

DE ANNIS INIQVITATIS Iuda.

De difficultate huius quæstionis.

PRIOREM quæstionem de annis iniquitatum domus Israël & Iuda, significatis in diebus decubitus Vatis, difficilem inter alia reddidit ambiguitas nominis עון, ghauon, iniquitas, quod tam pro culpa vsurpari solet in sacris literis, quam pro pœna. Vnde factum est, vt huius capitis interpretes in duas factiones diuisi sint: alijs referentibus eos annos ad tempus præuaricationis vtriusque domus, alijs autem ad tempus supplicij. Accessit varia acceptio nominum Israël & Iuda: quibus iam duo regna diuisa, iam regnum vniuersum, iam regnum Iuda, iam denique domus regia significari solet. Contulit & symbolum augendæ difficultati numerorum varietas in annis decubitus Vatis, codicumque maxime Græcorum, quibus superiora sæcula ante Hieronymi æditionem vsa sunt, diuersa lectio, vt vidimus in explanatione textus. Præterea Chronologorum discrepantia in computandis annis regum Babyloniorum, & Persarum, ad quorum regna anni prædicti, si supplicij sunt, pertinere videntur. Itemque regum Iuda & Israël, in quorum regnis comprobandus est prædictus annorum numerus, si eos ad culpam referre velimus. Itaque ex tot capitibus aucta difficultas non immerito viris doctis visa est insuperabilis. Ceterum non propterea despondemus animum, sed Dei auxilijs innixi, atque magnitudine operæ pretij adducti, implicati Vaticinij mentem explanare conabimur. Expendamus itaque initio scriptorum sententias, deinde nostram alijs examinandam proponamus.

Auctorum sententiæ de annis iniquitatis.

Prima sententia.

Græci, Polychronius scilicet, & Theodoretus, legentes in codice Septuaginta, annos iniquitatis Israël centum quinquaginta, facile sese expedierunt ab istis tricis: id enim tempus retulerunt ad afflictionem decem tribuum: tametsi diuersam computandi rationem inierint. Sic enim habet Polychronius, videlicet: centum quinquaginta diebus, quas ante sumpserat, addit etiam quadraginta separatim. ac si dicat. Prius illud facito, deinde hoc: quia prius decem tribus abductæ fuerunt, deinde duæ. Subdit de centum quinquaginta annis iniquitatis seu afflictionis Israëlis. Inueniet igitur quispiam, vt dixi, a tempore, quo vectigalis Assyrij factus est Osee, centum quinquaginta annos colligi. Si reputet Ezechiæ quidem viginti nouem, Manasse quinquaginta quinque, Amon duodecim (sic enim legunt Septuaginta, quos ille sequebatur) Iosiæ triginta vnum, cum quibus Ioachaz menses tres, Eliacin annos vndecim, Ieconiæ menses tres, & Sedeciæ annos decem: quoniam, vt ostensum est modo, instante vndecimo anno capta est ciuitas, qui numeri conficiunt annos centum quadraginta octo, & addendo tempus quo subiectus fuit Assyrio Osee (sunt autem anni non expleti duo, nam secundo anno & expeditionem fecit, & cum ex sententia res successissent, domum reuertit)

Polychr.

ANNI.	
Ezechiæ	29
Manasse	55
Amos	12
Iosiæ	31
Eliacin	11
Sedeciæ	10
anni quos subditus fuit Rex Osee Assyrio	2
	150

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt anni centum quinquaginta, alia æditio habet centum nonaginta. Hæc de annis Israëlis Polychronius, de Iuda nihil omnino in eius scholijs inuenio. Fortasse idem sensit quod Theodorus, qui vtrosque annos hac ratione recenset. quadraginta annos Iudæ numerat a quinto migrationis Ioachin, in quo orsus est prophetiam suam Ezechiel, vsque ad secundum annum Cyri Persæ; videlicet Nabuchodonosor triginta duos (reliquos a duodecimo, qui concurrit cum quinto exilij Ioachin) Euilmerodach vnum vel duos, Baltassar tres, Darij duos, Cyri vnum, qui simul iuncti conficiunt quadraginta, &c. Annos vero Israël centum quinquaginta putat esse tempus ab eodem anno quinto exilij Ioachin ad vigesimum Artaxerxis Longimani, in quo Templum absolutum, ciuitas Ierusalem murata, & reliquæ vrbes & oppida terræ Israël instaurata, & incolis completa sunt. Scilicet quadraginta desolationis a duodecimo Nabuchodonosor ad Cyri primum, qui sunt vtrique computationi communes, Cyri viginti nouem reliqui, Cambysis septem, Darij Hystaspis trigintaquinque, Xerxis viginti, & Artaxerxis vndeuiginti: anno enim vigesimo Vrbis muros præcipit restitui. Addiditque Theodoretus. Et nemo putet ad Israëlem nulla ratione pertinuisse ædificationem Ierusalem, vtpote qui iampridem a tribu Iuda esset diuisus: namque post reditum haud mansit illa diuisio. Verum concordes & vnanimes omnes, qui reditum consecuti sunt, degebant, Ierusalem metropolim incolentes, &c. Sic respondent quæstioni auctores Græci.

Theodor.

40
29
7
35
20
19
150

Reselitur hæc sententia.

Ceterum præterquam quod lectio illa, atque numerus annorum, quem in corruptis exemplaribus legerunt Græci, longe abest a veritate Hebraicæ & vulgatæ æditionis; immo & ab æditione germana Septuaginta interpretum, vt in explanatione capitis dicebamus; etiamsi centum quinquaginta annos legeremus, non continuo computationes Græcorum literæ satisfeciissent: etenim Polychronij numerandi ratio in eo claudicat, quod duodecim annos tribuit Amon, ex codice Septuaginta, cum duo tantum regnauerit post patris mortem, vt ex textu Hebraico constat. vnde non sibi constat prædictus numerus centum quinquaginta annorum iniquitatum Israël. Theodoreti vero ratio multo longius recedit a veritate: nam tempus illud centum quinquaginta annorum exilij, quod ipse adscribit Israëli, ad Iudam potius, quam ad Israëlem spectare videtur. Vel si Israëlis interesse quoquo modo credatur, certe non minus pertinebit ad Iudam, quæ quidem tribus vel vniuersa summa, vel certe pars maxima extitit eius captiuitatis, liberationis, atque instaurationis Ierusalem. Quorsum igitur decem tribubus potius, quam duabus comminaretur Vates calamitatem vniuersis communem? immo vero quo pacto dicemus, eo anno duodecimo Nabuchodonosor cœpisse captiuitatem decem tribuum, quæ multis retro annis, id est, centum triginta, vt numerat etiam Polychronius, inchoauerat? Denique quadraginta anni captiuitatis Iuda minime possunt cum Ieremiæ Vaticinijs conuenire, ille enim disertis verbis testatur, *Seruient omnes gentes istæ*, quarum caput fuerat Ierusalem, *regi Babylonis septuaginta annis*. Et iterum. *Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum*. loquebatur autem cum Ieconia, & ceteris transmigrantibus. Idem efficitur ex libro Paralipomenon.

Ierem. 25. ℣. 11.

Ierem. 29. ℣. 10.

2. Paral. 36 ℣. 21.

Cunctis enim diebus desolationis suæ egit terra *sabbatum, vsque dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri, &c.* Quod si ita est, qui possunt anni captiuitatis restringi ad numerum quadragenarium decubitus Ezechielis? Neque valet quicquam solutio Theodoreti, atque Eusebij, quem ille secutus est, scilicet, annos septuaginta compleri in secundo Darij Hystaspis, cum Templum cœptum est reædificari: etenim Ieconiæ prædixit Ieremias. *Post septuaginta annos reducam vos ad locum istum*. Septuaginta igitur anni fluxerunt vsque ad libertatem a Cyro datam, copiamque factam redeundi in patrias sedes.

Præterea ex libro Paralipomenon citato constat, terram sabbata sua, hoc est, quietem & otium egisse omnibus diebus desolationis vsque dum complerentur anni septuaginta: otium autem terræ, quies, vel cessatio, est non exerceri, non coli, nec seminari. Septuaginta igitur annis abfuisse cultores terræ necesse est, si terra totidem annis egit sabbatum: at vero multis annis ante secundum Darij redierant in Iudæam exules; ergo non possunt comprobari anni septuaginta quietis terræ vsque ad secundum Darij, sed vsque ad primum Cyri, in quo redire in patriam primum licuit.

Sabbatum agit terra quæ non colitur.

Iudæi, quos refert Hieronymus hoc capite, supputabant annos tribulationis & angustiæ tam Israëlis, quam Iuda quadringentos triginta (nam in eum numerum conferebant annos trecentos nonaginta Israëlis, Iuda vero quadraginta) a secundo anno Vespasiani, quando Vrbs a Romanis capta Templumque subuersum est, quibus finitis promittebant sibi restitutum iri pristinum libertatis statum: vt quomodo filij Israël quadringentis triginta annis fuerunt in Aegypto; sic & in eodem numero finiatur extrema captiuitas: scriptum est enim in Exodo. *Habitatio filiorum Israël, qui manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum*: Et iterum. *Factum est post annos quadringentos triginta egressus est omnis exercitus Domini nocte, &c.* Hanc opinionem Iudæorum non reijcit Hieronymus: neque enim poterat ex euentu eam manifestæ falsitatis arguere, cum sua ætate nondum esset impletum tempus a Iudæis præfixum restituendæ sibi libertatis. Verum posteriora sæcula eandem aperte redarguunt, præsertim nostrum, in quo post Vrbis excidium annis exactis mille quingentis viginti miseri Iudæi perpetuo exilio damnati perseuerant adhuc extra patriam.

Iudæi computant ex Hieronymo. Secunda sententia.

Exod. 12. ℣. 40.

Diuus Hieronymus eadem acceptione, qua Iudæi, vsurpat vocem, iniquitas, scilicet pro pœna, sed longe alios statuit afflictionis vtriusque terminos: nam Israëlis annos trecentos nonaginta numerat a prima captiuitate decem tribuum, cum regnante in Israël Phacee filio Romeliæ venit Rex Assyriorum Theglathphalassar, & cepit Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephtali, & transtulit eos in Assyrios. Finem autem annorum facit in extremis diebus Assueri Persæ, cum, procurante Regina Esther, vniuersus populus Iudæorum de mortis periculo impendente liberatus est: vel potius a tempore Manahem, cum primum venit Phul Assyrius in terram Israël, cui Manahem dabat mille argenti talenta, vsque ad vigesimum octauum annum Regis Assueri, quãdo Esther historia contigit. Assuerum vero appellat Hieronymus Artaxerxem Memorem, qui successit Dario Notho. Porro annos quadraginta Iuda numerat a primo anno Ieconiæ, qui

Hieronymus iniquitatem pro pœna iniquitatis accipiens. Tertia sententia.

4. Reg. 15. ℣. 29.

Assuerũ vocat Hieronymus Artaxerxem.

4. Reg. 15. ℣. 19.

quæ dedit Nabuchodonosori vsque ad primum annum Cyri, eadem scilicet ratione, quam supra retulimus ex Theodoreto. Verum multis displicet vtraque Hieronymi computatio: & quidem posterior annorum Iuda satis valide reiecta est paulo superius; prior vero annorum Israël nihilo videtur verisimilior. Primum quidem quia tempore Esther non fuit liberatus Israël a captiuitate, sed ab imminenti periculo mortis. Præterea quoniam tam clades, quam libertas illa ex æquo conueniebat Iudæis & Israëlitis, ex quibus plurimi adhuc remanserant inter gentes, multi quoque cum Zorobabele redierant in propria. Nam ideo in dedicatione Templi duodecim hirci caprarum immolantur pro peccato totius Israël, iuxta numerum duodecim tribuum, quod plurimi ex singulis tribubus ad dedicationem noui Templi conuenerant cum Iudæis. Immo vero si rem examinemus diligentius, inueniemus in libro Esther nullam Israëlis, Iudæorum vero frequentem fieri mentionem. nam ibi sic legimus. *Pro nihilo duxit* Aman *in vnum Mardochæum mittere manus suas: audierat enim quod esset gentis Iudææ: magisque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.* Et inferius. *Missa est sors in vrnam, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici, &c.* atque idem videre est in capitibus sequentibus. Quo igitur pacto adscribemus Israëlitis, quæ sunt Iudæorum propria? ijs de causis non probatur Hieronymi computatio.

Hieronymi computatio non admittitur.

1. Esdr. 6. ℣. 17.

Esther 3. ℣. 6. & 7.

Rabbi Dauid Chimhi, & Rabbi Selomo, atque Tahi, quos sequuntur multi ex Catholicis interpretibus, accipiunt iniquitatem pro peccato idolatriæ, quam in decem tribubus perduraſſe dicunt annos trecentos nonaginta, in Iuda vero quadraginta: priorem summam ex duplici numero conficiunt, videlicet, ex ducentis quadraginta vno, qui recensentur in sacra historia ab initio Ieroboam, qui peccare fecit Israël, vsque ad nonum Oseæ Regis Israel, qui fuit Israëlitici regni postremus, atque ex centum quadraginta nouem, quos mutuato accipiunt a tempore Iudicũ, & verificant a primo anno Abimelech vsque ad vltimum sacerdotis Heli. Vtrunque itaque numerum annorum coniungentes conflant prædictam summam trecentorum nonaginta idololatriæ decem tribuum. Non absimili ratiocinio subducunt quadraginta annos Iuda: nam ab initio regni Manasses delibant annos sexdecim, in quibus effusius idolorum cultui deditus, Iudam quoque peccare fecit. Addunt (omissis reliquis regni Manasses) duos, quibus regnauit Amon, Iosiamque prætereuntes, viginti duos annos capiunt a regnis Ioacim & Sedeciæ: atque ita quadraginta annos idololatriæ se inuenisse gloriantur.

R. Dauid Chimhi, R. Selomo, & R. Tahi accipiunt iniquitatem pro peccato idolatriæ.

Quarta sententia.

Verum hæc interpretandi & numerandi ratio non congrua est, immo absurda: primo quia summa illa annorum centum quadraginta nouem, quam a temporibus Iudicum acceperunt precario, non minus pertinet ad duas tribus, quam ad decem. Cur igitur potius adscribitur hoc scelus Israëli, quam Iuda, cum eo tempore indiuisæ tribus essent? Sed demus Hebræis, quacunque illi somniauerint ratione, eam iniquitatem ad decem tribus tantum pertinere; cur potius numerant annos a primo Abimelech, cum multo ante idolatrare coluerint? vt videre est in libro Iudicum. *Fecerunt que filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim, ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum.* Idemque ex sequentibus capitibus colligitur aperte. Deinde cur non potius addiderunt viginti annos Salomonis posteriores, in quibus idolis vxorum ædificauit fana, & coluit gentium immunditias? nam ij anni aptius necterentur cum initio regni Ieroboam: etenim illa interruptio annorum aliena est ab omni recta computatione, & historiæ consuetudine. Annorum vero Iuda computatio non minus est inconueniens. Vnde enim sciunt Hebræi post sextum decimum annum pœnituisse Manassem? quod si hoc ignorant, cur non potius totos quadraginta annos verificant in regno ipsius a primo ad quadragesimum, & quindecim posteriores reseruant pœnitenti? Quod si libuit transitum facere a regno in regnum, ne annorum series continua texeretur, cur non potius ad regnum Achaz regressi sunt? inuenissent certe ingentem iniquitatis segetem, quæ in libris Regum Achaz ipsi adscribitur, & Iudæ eius errores æmulanti: sic enim habet. *Sed neque ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui, sed ambulauit in erroribus Israel: & siquidem vsque ad illud tempus adolebant ei,* serpenti æneo, *incensum.* Cum ergo æque grauiter peccauerint Iudæi tempore Achaz, atque temporibus Manasse, & filiorum Iosiæ, cur istis potius tribuatur iniquitas, quam illi, non satis intelligere possum.

Confutantur Rabbini.

Iudicum 2. ℣. 11.

4. Reg. 16. ℣. 3. et cap. 17. ℣. 19. & cap. 18. ℣. 4.

Alij annos Israël trecentos nonaginta numerãt a vigesimo quinto Heli vsque ad vltimum Oseæ; quos ego rogatos velim, cur potius ab eo anno Heli numerare cœperint; an vt Prophetæ satisfaciant, an potius vt aliquid dixisse videantur? nil enim in eo potius anno inuenitur insigne, vt eorum summæ annorum esse posset exordium.

Quinta sententia.

Verum alijs gratius fuit ab vltimo anno Heli computare, atque annos lunares facere, quibus vsum Prophetam dicunt, vt prophetiæ veritatem celaret, quasi vero non palam ipse profiteatur. *Ad obsidionem Ierusalem extendes manum tuam.* Ceterum annos Lunares vltra decem & nouem nulla vnquam natio vsurpauit in computatione, vt late differemus in Commentario de ferijs ad caput quadragesimum.

Sexta sententia.

Alijs magis placet nomine Israëlis intelligere duas tribus, quæ post decem tribuum captiuitatem, & Iuda & Israël promiscua appellatione vocantur, teste Hieronymo, atque id confirmant ex Vatis ipsius verbis: sic enim ait. *Comedent filij Israel panem suum pollutum in terris, ad quas eijciam eos,* quod de decem tribubus iampridem abiectis non recte intelligitur, sed de duabus abducendis a Nabuchodonosor post paucos annos. Præterea quia iste annorum numerus diebus obsidionis Ierusalem videtur respondere, Propheta testante. *Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam.* At vero ista Vrbis obsidio nil pertinebat ad decem, sed ad duas tribus, quæ in ea morabantur. Nomine autem Iuda intelligunt Ierusalem, in qua erant Principes domus Iuda, quam nomine Iuda secernit a duarum tribuum ciuitatibus: quoniam istæ permistæ erant ex indigenis Iudæis, atque aduenis Israëlitis, qui manus Salmanasar effugientes ad duas se receperant tribus. Iniquitas ergo domus Israël fuit idolatria, quæ viguit in vrbibus Iuda a quarto anno Roboam vsque ad finem regni Sedeciæ. Iniquitas vero domus Iuda fuit cædes Christi Domini & sanctorum, atque odium in Christianos per quadraginta annos perseuerans ab anno, quo crucifixus est Christus Dominus vsque ad expugnationem Vrbis per Romanos factam, id est, a decimo octauo Tiberij ad secundum Vespasiani, quæ Principum Iuda &

Septima sententia.

Hieronym. initio comment. in Malachiam.

Iniquitas Domus Iuda fuit mors Christi & odium Christianorum.

Hierosolymitanorum propria fuit, quoniam ij inuidia atque odio Christum Pilato tradiderunt, & ceteros aduenas exstimularunt ad idem postulandum.

Confutatur horum sententia.

Auctor huius sententiæ, tametsi recte sensit de significatione nominis Israëlis, atque exacte comprobauit annos præuaricationis ab initio bipartiti regni ad casum Sedeciæ; defuit nihilominus in assignanda significatione nominis Iuda, atque in annis eius præuaricationis. Et primum quidem gratis affirmat ceteras vrbes Iuda permistas esse Iudæis & Israëlitis, Ierusalem autem a solis habitatam esse Iudæis. Nam qua ratione fatetur, & merito, ad vrbes Iuda reliquas, multos Israëlitas confugisse tempore captiuitatis Assyriacæ; eadem tenetur confiteri, multos Israëlitas maxime ex proceribus se recepisse in regiam Iudæorum Vrbem; præsertim cum illa esset omnium munitissima non solum ex Dei præsentia, sed etiam ex situs ratione, & murorum atque turrium firmitate. Quod si ita est, cur potius reliquarum vrbium incolæ appellandi sunt Israëlitæ, quam Hierosolymarum? vel qua potissimum ratione isti, Iudæi vocabuntur a Vate, ceteri, Israëlitæ? præterea Vates, dum recumbit tam super sinistrum, quam super dextrum latus, præcipitur vultum minacem vertere contra Vrbem obsessam, quam in latere delinearat, non aliam ob causam, quam vt illis ciuibus portenderet obsidionem & cladem imminentem, vt in explanatione literæ dicebamus. Ad ciues igitur Ierusalem pertinebat ista tragœdia, atque ipsimet Israël vocantur, & Iuda. Sed demus illis, Iudæ nomine vocari ciues Ierusalem subditos Sedeciæ, qualisnam est horum iniquitas? Odium in Christum & sanctos eius, inquit, per quadraginta annos perseuerans vsque ad excidium Vrbis factum per Titum. Præclare. Sed rogo, nunquid Iudæi, qui vixerunt sub Sedecia, insectati sunt Christum & eius sanctos? minime, ait, sed eorum posteri: multis itaque sæculis ante, quam patrarent crimen Iudæi, eius dederunt pœnas: immo bis idem facinus punitum est: semel in excidio vrbis Babylonico; iterum in desolatione eiusdem Romana. at non punit Deus bis in idipsum. Dices quid noui, si Vates prædixerit futura post multa sæcula? Respondeo, futura prædici solere, non vero puniri antequam fiant: peccata autem Israël & Iuda per quadringentos triginta annos commissa, vrbis obsidione, angustia, & fame vindicari testatur Vates. Quare necesse est præcesserint anni iniquitatis vtriusque partis, ipsius Vrbis obsidionē. Sed, etiam si hoc esset tolerabile, quis non videat gratis assumi, solos indigenas Ierusalē desæuisse in Christum Domini? quasi vero non solicitauerint eius necem Scribæ & Pharisæi, quorum illi Simeonitæ erant, isti ex omnibus tribubus promiscue in eam religionem cooptati: quasi vero sacerdotum inuidia non desideraverit vniuersi populi suffragia, qui ex omnibus vrbibus Palæstinæ, Syriæ, & bona Asiæ parte ad festum diem Paschæ conuenerant. Non est ergo quod tantum scelus adscribatur Hierosolymitis potius, quam reliquis Iudæis: neque quod isti potius Iudæ nomine intelligendi veniant, quam oppidani.

Auctoris sententia.

Reliquum est, vt nostram exponamus sententiam pro quæstionis decisione. sed prius quædam obseruanda præmittere oportet. Primum. Argumentum huius tragœdiæ esse vrbis Ierusalem obsidionem, quod diserte significat Vates, cum sibi dictum testatur. *Et erit in obsidionem & circundabis eam.* Item. *& ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam*, ac si illi dixisses: tua res agitur, tot diebus circundaberis, quot me in sinistrum latus decumbentem videris. & iterum. *Non te conuertes in latus aliud, donec impleas tempus obsidionis tuæ*, hoc est, obsidionis, quam tuus decubitus repræsentat.

Primo nota hic agi de obsidione Ierusalem.

Secundo nota, propheta agere personam obsidentium & obsessorum.

Secundo nota, in hac tragœdia Prophetam sustinere personam vtriusque gentis, scilicet, obsidentis, & obsessæ: nam in persona hostium præcipitur brachium nudare contra Vrbem, & pateilam pro scuto prætendere inter se & vrbem, vt significaret hostium ferro armatorum immanitatem. in persona vero Iudæorum panes subcinericios in pondere iubetur comedere, quales obsessi edituri erant: atque catenis constrictum decumbere totos dies & noctes trecentas nonaginta, vt eo habitu referret oppressionem ciuium, qui tempore obsidionis non se poterant loco mouere, aut pedem efferre extra mœnia.

Tertio nota, significari hoc facto obsidionem tantum, id & excidium vrbis.

Tertio. Obseruandum est, in quo totius difficultatis solutio consistit, non solum Vrbis obsidionem repræsentari decubitu Vatis, sed etiam excidium. Videlicet diebus trecentis nonaginta decubitus in sinistrum latus referebatur obsidio; diebus vero quadraginta decubitus in latus dextrum portendebatur eiusdem excidium. Hoc ita esse ex eo patet, quod Prophetæ præcipitur, vt trecentos nonaginta panes subcinericios sibi faciat, singulosque in pondere factos comedat, & aquam in mensura bibat diebus singulis recubitus. Cum ergo totidem dies iacuerit in sinistrum latus, atque panes sibi parauerit, consequens est, quadraginta diebus reliquis, quibus in latus dextrum decubuit, alium manducasse cibum; qui scilicet sibi a familiaribus parabatur, eumque sine mensura vel pondere. quid hoc est? nimirum posterior decubitus portendebat dies totidem non iam obsessæ Vrbis, sed captæ, a quo tempore miseri captiui, tametsi deteriorem experti erant conditionem seruorum, nihilominus non tanta premebantur fame, atque dum concluſi ab hostibus libertatem tuebantur.

Quarto nota, dormire in sinistrum latus, obsidionem, in dextrum, excidium significare.

Quarto. Obserua quam apposite vtrumque horum, id est, obsidionem & excidium repræsentauerit Deus decubitu Vatis in vtrumque latus. Etenim dormire super sinistro latere solet esse molestum & graue: incalescit enim cor, quod in sinistrum latus propendet, nimio superimpositi hepatis ardore, sanguinisque confluxu æstuat & suffocatur: vnde inquietum somnum gignit is decubitus, ideoque symbolum est animi solliciti, timidi, hominisque perturbati, qui vix palpebras claudit, cum imminentis periculi memoria excitatus euigilat. E contrario dormire in latus dextrum, vt suaue est & iocundum, propterea quod eminens cor nullis humoribus grauatur, ita proprium est pace fruentium & cessantium. Vnde Plinius. Nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias, non impune cessatur. Quare aptissimum symbolum est quiescentium post pugnam tam eorum qui vicerunt, quam qui superati sunt. etenim arce expugnata, hostibusque debellatis, fas est victori discingi, arma ponere, atque incurium quiescere totas noctes. Victis quoque licet, si non libertate, pace saltem potitos, dormire; quippe quibus nullum præterea malum captiuitate acerbius formidandum sit reliquum. Proterea Spiritus sanctus trecentos nonaginta dies, quibus Vrbs obsidenda erat a Babylonijs, totidem diebus decubitus Prophetæ in latus sinistrum repræsen-

Plin. lib. 4. Epist. 94.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentauit. Etenim is habitus proprius est militum obsidentium vel tutantium præsidia, cum nocturno tempore quieti se dant per vices suas: neque enim audent discingi, armisve positis in latus dextrum cubare, vt fere solent qui domi iacent securi; quin potius accincti & armati dextraque manu hastam vel ensem tenentes vix recumbunt, ne dum quiescunt, aut dormiunt: sollicite obseruantes, ne forte illis somno oppressis vel imparatis, aut præsidiarij elabantur, aut obsidiarij incurrant in arcem. Diebus vero quadraginta quietis in latus dextrum, significauit totidem dies victoriæ, in quibus scilicet Babylonij captam Vrbem demoliti sunt. eo enim tempore neque victores euentus sollicitudo amplius vrgebat, neque victos metus impendentis mali sollicitabat; sed illi præ gaudio, isti B præ mœrore profunde dormiebant: æque enim solent a curis cessare qui nihil boni sperant, atque qui nihil mali timent.

Historia vaticinio concordat in numero dierum tam obsidionis, quam excidij.

Quinto. Comparanda est cum Vaticinio historiæ veritas: diesque trecenti nonaginta obsidionis, atque quadraginta exercitæ victoriæ inuestigandi. Et quidem de obsidionis tempore sic legimus. *Factum est autem anno nono regni eius*, Sedeciæ, *mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atque vallata vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ*, & quæ sequuntur vsque ad finem versus vigesimi sexti. Porro quadraginta dies exercitæ victoriæ, hoc est, in C quibus spoliata & desolata est ciuitas, ita numerantur. Die nona mensis quarti anni vndecimi Sedeciæ capta est ciuitas, vt patet in textu prælato: die autem septima mensis quinti venit Nabuzardan in Ierusalem, abstulitque vasa ærea de domo Domini: die vero decima eiusdem mensis incendit domum Domini (sic enim conciliandi sunt ex sententia Sederolam hi duo loci, alioquin vterque loquitur de incendio domus Domini, quod simul stare non potest) itaque incendium cœpit post dies triginta Vrbis expugnatæ. Cum autem testatum sit eisdem locis Babylonios euertisse domum Domini, & domum Regiam, omnesque domos & muros Vrbis; necesse est decem minimum dies immoratum in euersione ædificiorum adeo superborum: nunc addamus decem istos dies excidij alijs triginta expilationis Vrbis, subducemusque quadraginta victoriæ aduersus miseram Vrbem exercitæ, quos repræsentauit Vates totidem diebus decumbens in dextrum latus.

4. *Reg.* 25. ℣. 1. *Iere.* 52. ℣. 1.

4. *Reg.* 25. ℣. 8. *Iere.* 25. ℣. 13.

Quid significet phrasis illa, & portabis, vel assumes iniquitates domus Israel.

Sexto loco explicanda est illa phrasis. *Et portabis*, vel *assumes iniquitates domus Israel*, vel *Iudæ*, &c. pro vtroque enim verbo Hebraice legitur נשׂא, nasa, quod est leuare, tollere, atque eiusmodi sexcenta: patet enim latissime eius significatus. Cum autem iungitur nominibus, iniquitas, vel, peccatum, duo significat: aliquando enim leuare peccatum, est tollere ab alio, remittere, condonare, vt in Exodo. *Sed nunc dimitte peccatum mihi etiam hac vice*. & in Numerorum libro: *auferens iniquitatem*. Aliquando portare peccatum, est super se tollere, suscipere in se noxam, obnoxium fieri pœnæ debitæ, pœnas dare peccato debitas, vt in Leuitico. *Si anima peccauerit, portabit iniquitatem suam*. & iterum. *Tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij*. & alibi. *Vere languores nostros ipse tulit*. & in Leuitico. *Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum*; ad quem locum alluſit absque dubio Ioannes Baptista, cum dixit. *Ecce Agnus Dei, ecce qui*

Exod. 10. ℣. 17. *Num.* 14. ℣. 18. *Leuit.* 5. ℣. 1 *Numer.* 18. ℣. 1. *Isa.* 53. ℣. 4 *Leuit.* 16. ℣. 22. *Ioan.* 1. ℣. 29.

A *tollit peccata mundi*. Vim verbi expressit Euangelista verbo Græco ὁ ἄϱων, o æron. Harum acceptionum prior ad Deum pertinet, qui solus peccata dimittit propria auctoritate; altera ad homines.

Iniquitas significat reatum, qui nascitur ex culpa cui merito respondet pœna. Iniquitas significat culpam. 2. *Reg.* 14. ℣. 32. 4. *Reg.* 7. ℣. 9. *Psal.* 50. ℣. 7. Significat pœnam. 5. *Reg.* 25. ℣. 24. *Ibid.* 28. ℣. 10. *Isa.* 53. ℣. 6. *Psal.* 68. ℣. 28. *Thren.* 4. ℣. 6. Hic sumitur iniquitas pro pœna.

Septimo. Examinandus est significatus vocis, iniquitas, quæ Hebraice dicitur עון; ghauon, de qua sic statuimus. Iniquitas in sacris literis significat reatum, qui nascitur ex culpa, & cui merito respondet pœna. Vnde promiscue vsurpari solet tam pro culpa, quam consequitur reatus, quam pro pœna, quæ culpam comitatur. Pro culpa sumitur ibi. *Si memor est iniquitatis meæ, interficiat me*. & ibi. *Si tacuerimus, sceleris arguemur*: & in psalmo. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*. Pro pœna accipitur ibi. *In me sit, domine mi, hæc iniquitas*. & ibi. *Non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem*. Hæbraice, iniquitatis: apud Isaiam. *Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum*. & in psalmo. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*: & in Threnis. *Et maior effecta est iniquitas*, clades, *filiæ populi mei peccato*, supplicio, *Sodomorum, quæ*, Sodoma, *subuersa est in momento, & non ceperunt*, Septuaginta, laborarunt, *in ea*, subuertenda, *manus*, &c. In præsenti autem stat pro pœna peccati, non pro culpa, quod ex adiuncto verbo, portare, facile dignoscitur: quod cum hominibus tribuitur, significat sustinere, pati, vt diximus Notabili sexto. Vnde portare iniquitatem, erit ferre supplicium iniquitatis alias admissæ, dare pœnas commissi criminis. quasi is sit verborum sensus. Tot diebus catenis grauatus sustinebis molestiam debitam iniquitatibus Israël, atque ea tolerantia repræsentabis, quam ipsi sunt laturi totidem obsidionis diebus.

Diem pro anno quomodo interpretetur.

Octauo. Examinandum est, quid sibi velit illud Prophetæ. *Diem pro anno dedi tibi*: an scilicet diebus decubitus respondeant totidem anni pœnarum: an peccatorum? nam bona pars interpretum, quos supra citauimus, volunt diebus hisce successisse totidem annos afflictionis, nos vero constanter asserimus, diebus decubitus Vatis respondere quidem totidem dies obsidionis, & euersionis Vrbis, atque afflictionis vtriusque partis Israel & Iuda. illis vero diebus afflictionis non successisse postea totidem pœnarum annos; quinimmo vtrosque dies, decubitus scilicet & obsidionis respondere totidem annis præuaricationis præteritæ; itaque supplicij tempus prædicitur breuissimum in vltionem præuaricationis per multa sæcula protractæ: hoc autem aperte mihi videor intulisse ex oratione illa Dei ad Prophetam. *Diem pro anno dedi tibi*: constat enim Prophetam decumbentem referre populum in Vrbe obsessum, atque eius vicem gerere. quemadmodum cum extendit brachium nudatum, ferequeclypeo se protegit, hostilem exercitum repræsentat, vt diximus Notatione secunda. Nomine itaque populi audit, *diem pro anno dedi tibi*. quia scilicet populus ipse accepit dies totidem oppressionis & famis pro annis iniquitatis seu præuaricationis commissæ. Dies ergo pœnarum sunt, anni vero culparum, alioquin enim si anni futuri essent pœnarum, nequaquam dictum esset, *diem pro anno dedi tibi*, sed potius e conuerso, annum pro die dedi tibi: videlicet: quot diebus tuus decubitus durauerit, tot annis futurum illi sustinebunt supplicium. Cum ergo dies imponantur pro annis, manifestum est, dies esse pœnarum, annos vero transgressionum. Præterea non bene respondet pœna pœnæ, cum Deus non puniat bis in idipsum, sed potius pœna culpæ. Cum igitur dies decubitus atque etiam obsidionis Vrbis sint pœnarum, consequens est, non

fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse impositos in signum alterius afflictionis grauioris, sed in vltionem impietatis. Dies itaque afflictionum sunt, anni vero præuaricationis, seu idololatriæ, atque is est prædictæ orationis sensus. *Diem pro anno dedi tibi*, hoc est, tibi sustinendos imposui illorum nomine tot afflictionis & famis dies, quot annis impune peccarunt Israëlitæ.

Nono. Obseruandum est, nomine Israëlis hoc loco non significari decem tribus: quorsum enim obsidione Vrbis Ierusalem puniatur iniquitas decem tribuum, cum neque Hierosolymis sit admissa, neque si fuisset, eiusmodi vltione vindicari posset? constat enim ante annos centum triginta, euersa Samaria, abductum esse Israëlem ab Assyrijs in ciuitates Medorum. Frustra igitur decem tribuum vel culpam vel pœnam conantur interpretes cum trecentis nonaginta diebus recubitus Vatis comparare: nec mirum si non succedat computatio, quæ a veritate historiæ tam longe distat. Nomine Israël populum ex Iudæorum & Israëlitarum tribubus commistum, cum scilicet, qui tunc temporis supererat Hierosolymis, quem nomine veteri appellat Vates, ante regnorum diuisionem vniuersis tribubus communi, atque post captiuitatem Samariæ Dei populo, qui in Iudæa degebat, frequenter a prophetis accommodato. Nam, vt auctor est Hieronymus, abducto in captiuitatem Israële, id est, decem tribubus, indifferenter pristino nomine etiam duæ tribus appellantur Israël, quod sæpe factum videmus a Ieremia, Ezechiele, Sophonia, Aggæo, & Zacharia, & reliquis prophetis, qui post captiuitatem decem tribuum floruerunt. Et quidem de duabus tribubus non de decem in præsenti esse sermonem illo vnico argumento satis efficaciter persuadetur, quod portenti huius enodationem suscipiens Propheta dicit. Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes, ad quas eijciam eos. quod decem tribubus nequaquam potest accommodari, cum ante annos multos essent eiectæ extra regionem sanctam, panemque libaminibus Idolorum commistum & vitiatum comederent iampridem. Ergo comminatio futurum designat supplicium duarum tribuum, quæ supererant, atque etiam reliquiarum, quæ ex alijs, sese illis aggregauerant, non solum tempore defectionis Ieroboami a domo Dauid, vt scriptum est in libris Paralipomenon; sed etiam tempore Ezechiæ: nam a pijssimo rege per literas sollicitati sunt vniuersi, qui manus regis Assyriorum effugerant, atque multi ex tribu Aser, Manasse & Zabulon eius acquiescentes monitis salutaribus venerunt in Ierusalem, quærentes Deum patrum suorum, vt testatum est in eodem libro.

Nomine autem domus Iudæ accipimus regiam domum & familiam, reges qui in Ierusalem dominati sunt, idque ex vi nominis domus Iudæ: non enim vsurpatur hoc loco, vt alias solet, large pro regno Iudæ, in quo Iuda & Beniamin claudebantur, sed stricte pro tribu Iudæ filij Iacob, quæ semper primatum tenuit super ceteras, olim quidem archiducatus, deinde a Dauide etiam regni, & post Sedeciæ casum, Vrbisque excidium, veteri ducatu iure suo excelluit tum Babylone, tum Hierosolymis, post reditum vsque ad Christi aduentum, vt prophetauerat olim Iacob: neque hoc nouum est in sacris literis, reges Iuda vocari domus Iuda, & domus Dauid: nam apud Isaiam sic legimus. *Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda*, hoc est, popularibus, atque regiæ familiæ ducibus, & apud eundem prophetam, & a Ieremia vocantur reges domus Dauid eadem ratione, quia ex eius sanguine descendunt. Cum autem multi reges floruerint in regno Iuda, eorumque singuli hoc cognomine possent nuncupari; in præsenti oratione solus Manasses rex impijssimus ex Prophetæ accommodatione intelligendus venit nomine domus Iuda, cuius tam enormia extiterunt facinora, vt inter præuaricatores ceteros ille iure suo promeritus sit antonomasiam; quippe omnium regum Iuda in delictis insignissimus. Quod ne gratis a nobis confictum existimetur, obseruare oportet Hierosolymarum euersionem, & regni Iudæ casum vnius Manassis facinoribus adscribi in sacris literis. Nam tametsi ante illum, & postea alij tum reges, tum populares grauissime deliquerint, atque peccatis suis Dominum sæpius irritauerint, ita vt Vrbi & regno vniuerso comminatus fuerit ruinam; veruntamen in gratiam Dauidis dilecti sui, ne domui eius splendor deficeret, pius & fidelis Dominus iram temperabat, & animæ suæ furori parcebat quantumuis lacessitus. At vero impietatibus vnius Manassis irritatus noluit amplius propitiari, nullumque relinquens veniæ locum, effudit quasi ignem indignationem suam, supremam cladem afferens miseræ Vrbi & regno. Sic enim legimus. *Veruntamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque Dominus: Etiam Iudam auferam a facie mea, sicut abstuli Israel & proiciam ciuitatem hanc, quam elegi Ierusalem, & domum, de qua dixi: Erit nomen meum ibi*, &c. quid sibi vult illa aduersatiua, *veruntamen*? nimirum & Manasses delicta, & Dei furorem exaggerat: ac si dicat: etiam præcedentibus obsequijs pijssimi Regis Iosiæ, qui non solum immunditias vniuersas Manassis mundauerat, sed religione sua omnem illius impietatem compensauerat atque deleuerat, nihilominus *non est auersus ab ira furoris sui*: & iterum. *Factum est hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit, & propter sanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium, & ob hanc rem noluit Dominus propitiari*, &c. Audis peccata Manassis Deum fecisse inexorabilem, Vrbemque re ipsa flammis traditam ob vnius Regis sanguinaria facinora? quid igitur quærimus, cuius delicta sustineat Vates quadraginta diebus in latus dextrum iacens; immo Ierusalem quadraginta diebus ferro & flammis desolata? equidem Vates Vrbis nomine, ciuitas autem suo merito luunt diebus quadraginta totidem annorum iniquitates, quibus eandem polluerat impijssimus Manasses: & vide quam apte respondeat obsidio peccatis venia dignis, excidium vero facinoribus irremissibilibus.

Decimo. Postremo inuestigemus oportet annos præuaricationis Israël atque Manasse, quem nomine domus Iuda significari diximus. Et quidem omnes fere Chronologi consentiunt ex sacra historia, regnorum colligi annos trecentos nonaginta a bipartita Monarchia, seu ab initio regni Roboam & Ieroboam vsque ad Sedeciæ casum, Vrbisque excidium: nosque in Commentario Chronologico eosdem demonstramus. quo quidem tempore certum est, vniuersum Israëlem, hoc est, duodecim tribus idololatriam exercuisse. nam decem tribus statim atque defecerunt a domo Dauid, vitulos Ieroboami coluerunt, duæ reliquæ vix annis tribus perstiterunt in aulta religione, vt scriptum est in libris Paralipomenon. *Cumque confirmatum fuisset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini*,

Nomine Israelis populum ex duodecim tribubus cõmistum significat.

Hieron. comment. super Malach. initio.

2. Paral. 11. ℣. 1.

Ibid. cap. 30 ℣. 11.

Domus Iuda significat domum & familiam Regum Iuda.

Isa. 22. ℣. 21.

Isa. 7. ℣. 2. Ierem. 13. ℣. 13.

Manasses impijssimus regum Iuda, antonomastice hic intelligitur nomine domus Iuda.

4. Reg. 23. ℣. 26.

4. Reg. 24. ℣. 3.

Quadraginta dies dormitionis a latus dextrum, & desolationem vrbis luunt peccata quadraginta annorum iniquitatum Manassis. Quadrat numerus cõtorum quadraginta annorum cum historia.

2. Paral. 12. ℣. 1.

Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini, & omnis Israel cum eo: capite autem præcedenti dixerat Historicus. *Sed & de cunctis tribubus Israel, quicunque dederant cor suum, vt quærerent Dominum Deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum: & roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerunt enim in viis Dauid & Salomonis annis tantum tribus*, &c. Cum ergo supra dixerimus nomine Israëlis intelligi populum vniuersum ex duabus tribubus confiatum, atque complures ex reliquis, qui se duabus aggregauerant; exacte quadrat numerus annorum præuaricationis ab Historico relatus cum numero annorum iniquitatis, qui a Vate repræsentatur.

Ibid. cap. 11. ℣. 16.

Quadrant quadraginta anni iniquitatis Iuda cum historia peccati Manassis.

Anni vero quadraginta iniquitatis Manasse ex æditione Septuaginta interpretum hoc ratiocinio colliguntur. Amoni filio Manassis, quem ex codice Hebræo & vulgato scimus duos tantum annos regnasse, ipsi tribuunt duodecim annos regni, non quidem quod duodecim legerint in origine, sed quia nouerant ex patrum traditione, ipsum pro patre detento apud Assyrios regnum administrasse annos decem. quod si ita est, vt videtur probabile, constetque Manassem quinquaginta quinque annos regnasse, captumque fuisse a Principibus Regis Assyriorum, atque post aliquot annos regno suo post pœnitentiam restitutum; demus illi quinque annos regni post reditum, decem captiuitatis, quibus nimirum pro patre regnauit filius, reliqui sunt ex quinquaginta quinque, quos vixit ab initio regni, anni quadraginta iniquitatis, in quibus sanguine *impleuit Ierusalem vsque ad os*, Deumque alias cunctantem irritauit, vt pollutam cruore innocentium ciuitatem Barbaris traderet diripiendam, comburendam, & desolandam. Itaque non minus adamussim respondent anni præuaricationis Regis Manassis annis quadraginta iniquitatis domus Iuda, quam anni trecenti nonaginta idololatriæ Israëlitarum, totidem annis iniquitatis domus Israël a Vate definitis.

4. Reg. 21. ℣. 16.

Summa totius tractatus.

Ex his in promptu est quæstioni satisfacere, annos iniquitatis esse annos transgressionis legis diuinæ, præsertim vero idololatriæ, annosque Israëlis trecentos nonaginta esse tempus a bipertita Monarchia inter Roboam & Ieroboam vsque ad vrbis excidium anno vndecimo Sedeciæ. quadraginta vero annos domus Iuda esse totidem regni Manassis, antequam caperetur ab Assyrijs. atque illis quidem successisse in pœnam trecentos nonaginta dies obsidionis Vrbis; istis vero quadraginta dies excidij. illos denique dies obsidionis propter totidem annos præuaricationis Israëlis tolerandos, prædictos esse atque signatos decubitu Vatis in latus sinistrum, istos autem excidij ob quadraginta annos impietatum Manassis sustinendos præsignatos fuisse decubitu eiusdem in latus dextrum, ob eam, quam supra notauimus, analogiam dormitionis ad obsidionem & victoriam.

Respondet obiectis. Obiectio prima ex historia Sederolã. Respondet.

Superest, vt respondeamus obiectis. Primum opponi nobis poterit in Sederolam Hebræorum scriptum esse Manassem captum anno vigesimo secundo regni. Cui respondemus firmiorem esse rationem, qua sententiam nostram comprobamus, illorum traditionibus rancidis & fabulosis.

Secunda obiectio 40. annos computandos extra censum 190. annorum.

Secundo. Obijciet alius, quadraginta annos Iuda memorandos extra censum annorum trecentorum nonaginta Israëlis. nam Prophetæ præcipitur. *Postquam consummaueris hæc, dormies super latus dextrum*, &c. nos vero annos peccatorum Manassis non computamus post annos Israëlis, sed intra eundem censum, immo quadraginta annos illos bis sumimus. Respondemus, annos quadraginta impietatis Manassis seorsum ab annis Israël computari, & puniri, non quod alij fuerint ab annis præuaricationis Israëlis, sed quoniam malitia fuerint insigniores, & vnica occasio irreuocabilis sententiæ latæ contra ciuitatem, vt supra diximus: propterea etiam extremo loco numerantur, non quod postremi fuerint regni Iuda, quod superstes postea fuit annis fere sexaginta; sed quia ipsi anni supremam importauerint cladem ciuitati & regno: nam tametsi ob Israëlis iniquitates præcedentes addicta erat iam flammis Vrbs impia: tamen non sine spe veniæ: at vero propter sanguinem, quem effudit Manasses, noluit Dominus illi propitiari, vt supra dicebamus. Quod vero Propheta post trecentos nonaginta dies, quos Israëlis nomine iacuerat, iterum decumbat quadraginta ob peccata domus Iuda, non arguit istos annos illis succesisse, sed pœnas posterioribus annis debitas, hoc est, excidium Vrbis successisse pœnis debitis prioribus, hoc est, arctissimæ obsidioni.

Respondet.

Ex 4. Reg. 24. ℣. 3.

COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII IN EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT QVARTVM

PARS SECVNDA.

DE DORMITIONE VATIS.

An fuerit reuera, vel solum imaginaria visione.

ALTERA Quæstio erat, An reuera Propheta dormierit tot dies, atque panem eo apparatu coctum manducauerit; an potius hæc omnia in visione imaginaria intuitus sit. D. Hieronymus negat reuera contigisse, quæ scribit Vates. Hoc enim, inquit, rerum natura non patitur, vt quisquam hominum per trecentos nonaginta dies in vno semper latere dormiat. Hieronymum sequuntur alij tractatores huius vaticinij, pro quibus facit plurimum præterita prophetia capitis tertij, de volumine deuorato: quam per visum contigisse diximus: quod si hæc præsens re ipsa contigit, cur non & illa, immo & illa altera capitis primi de Cherubinis? Præterea id ipsum suadet prophetia capitis octaui, quæ contigit *anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis*, cum, sedente Prophetа domi suæ, assidentibusque senibus Iuda, Spiritu diuino afflatus est. Atqui illud contingere non posset, cum nondum exacti essent dies dormitionis: nam a quinto die, mensis quarti, anni quinti transmigrationis vsque ad quintum diem, sexti mensis, anni sexti sunt dies quadringenti tredecim; tempus vero dormitionis super vtroque latere est dierum quadringentorum triginta. Deerant igitur Prophetæ, cum se sedisse narrat domi suæ, adhuc decem & septem dies dormitionis; etiamsi velimus numerare dies somni ab ipso initio vaticinij eius. Ergo vel mandatum non impleuit, vel non accepit: sed per visum tantummodo hæc omnia peracta sunt.

Hier. super Oseæ 1. negat reuera contigisse.

Prima ratio huius sententiæ.

Secunda Ratio.

Nihilominus certius existimamus, Prophetam reuera hoc præceptum accepisse & implesse; immo Prophetis omnibus, quæcunque huiusmodi se accepisse a Domino mandata scribunt, reuera fuisse & iniuncta, & completa ab ipsis. quale est illud Oseæ. *Sume tibi mulierem fornicariam*, &c. Hoc ita esse ex capite quinto constat, vbi præcipitur Vati. *Tertiam partem* pilorum *igne combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis*, vel, cum completi sint dies obsidionis, dormitionis scilicet, in qua repræsentatur obsidio. Impleuit igitur Prophetа dies obsidionis suæ, neque visio fuit vana, sed verum præceptum opere implendum. In hac sententia habemus patronum D. Chrysostomum, qui de

Secunda opinio Auctoris tenens Vatem hæc peregisse, sicut & reliqui similia. Q. 26. 1. 9. 2. Prima ratio huius sententiæ.

Chrysos. lib. 3. de Dei

A Ezechiele sic scribit. Fame itaque ac siti pro alienis cruciabatur malis, vxoreque defuncta eum casum absque lacrymis perferre iubebatur. Porro quid grauius dici possit, quam in suis aduersis casibus ne flere quidem permitti. Omitto enim modo, quod super stercus bubalorum panem suum comedere coactus sit, & quod super vnum latus centum nonaginta diebus (sequitur Chrysostomus Septuaginta) iacere, aliaque eiusmodi tolerare sit iussus, &c. Idem sentit Basilius in illud Isaiæ: *Sume tibi librum grandem*: vbi cum suscepisset probandum, Prophetas huiusmodi mandatis paruisse, eorum tamen obedientiam aliquando silentio prætermissam, quod esset indubitato intelligenda; affert pro exemplo prioris illud Oseæ. *Sume tibi mulierem fornicariam*, vbi sequitur: *Et accepi*, &c. Pro exemplo vero secundi hunc versum Ezechielis refert, in quo præcipitur dormire super latus sinistrum, & dextrum, atque ait. Non enim illic repetita est consecutio, quod scilicet dormierit, sed silentio præteritur: Prophetæ vero obedientia a nobis intelligitur. Eandem sententiam tenet Theodoretus, sic enim habet Prophetæ nomine. Dominus iussit me vxorem fornicationis ducere, & filios fornicationis procreare, &c. ad ista adiungit: quemadmodum sine dubitatione imperatum fecerit, &c. & statim. Eorum audaciam mirari satis non queo, qui non verentur dicere, verba hæc esse rebus destituta, quin etiam hæc dicere aggressi sentiunt multa sæpe eiusmodi Deum imperasse; Esaiam quidem soluere de lumbis tunicam sacceam, & pedibus non calceatis, reliquoque corpore nudo incedere: Ieremiam catenas circum collum imponere iussit: Ezechieli sinistro lateri trecentos quinquaginta dies, dextro quadraginta incumbere iussit, comedere panem humano stercore coopertum, vasa captiuitatis accipere, murum perfodere, imaginem fugientium depingere, & præsignificare sic Sedeciæ fugam. Huiusmodi mille alia in sacro sancta Scriptura inuenire licet, quorum scopum, & propositum si quis ignorauerit, prophetica virtute hæc indigna ducet: qui autem Dei studium, & amorem in homines plane sciunt, Dei laudum occasiones arripiunt, & diuinos prophetas omni ex parte Domino obedire studentes admirantur, &c. & subdit causam, propter quam eiusmodi præcepta prophetis imponantur:

prouidentia post modium.

Basilius super Isa. 8.

Theodor. in Oseæ. 1.

nantur; vt scilicet homines, qui verbis non fuerant persuasi, rebus quibusdam adumbratis, visorumque admirabilitate ad speculationem, & considerationem futurorum pertrahantur.

Respondet obiectionibus. Ad primam Hieronymi.

Sed satisfaciamus argumentis in oppositum: & quidem rationi Hieronymi, quod non patitur rerum natura hominem trecentis nonaginta diebus super vno latere dormire, quidam respondent, Prophetæ non esse iniunctum, vt totos dormiret dies, sed solas noctes; interdiu autem illi licuisse, vt antea, a lecto surgere, & quocunque vellet abire, nam vinculis constringebatur quidem noctibus singulis, interdiu soluebatur, vt ipsi putant. Ceterum hoc responsum non accommodatur prophetiæ capitis tertij, in quo prædictum est Vati constringendum fore vinculis intra domum suam, futurumque mutum. Sic enim habet. *Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans*, atque hoc quarto capite id factum familiarium sibi Deus adscribit. *Ecce circundedi te vinculis, & non te conuertes a latere tuo in latus aliud, donec impleas tempus obsidionis tuæ*, &c. totos itaque dies trecentos nonaginta silens, & constrictus vinculis, quasi amens esset, iacuit Propheta super latus alterum: qui habitus fere est insanorum, cum catenis vinciuntur. recumbunt enim semper in latus vnum, vt nos experti sumus: vidimus enim multoties quendam amentem (olim sacerdotem, literis, & vitæ puritate insignem) catena ligatum, nudum in latus idem decumbentem totos dies, noctesque per annos plus quindecim. Hoc igitur bene patitur rerum natura, sed quod rerum natura non sustinet, est, totos dies trecentos nonaginta dormire, quod minime credendum est, vel præstitisse Prophetam, vel sibi iniunctum fuisse. nam verbum שכב, sacab, non significat proprie, dormire, sed cubare, accumbere, iacére, requiescere, tametsi multoties Vulgatus illud reddat verbo dormiendi; idque fere honestatis gratia, cum sumitur pro concumbere, &c. alioqui dormire significatur apud Hebræos verbo ישן, iasan, non שכב, sacab. Iacuit itaque Propheta totos illos dies, neque se conuertit à latere sinistro in dextrum. quod,

Non semper dormiuit propheta.

A tametsi grauissimum esset Prophetæ, ita facto opus fuit, vt grauissimos obsidionis labores, pressuras, & angustias repræsentaret; atque populares viso tam admirando simul & miserando spectaculo, persuaderent tandem sibi non esse vanas comminationes Prophetæ; quas non verba modo seuera, sed etiam facta tam grandia portendebant.

Ad secundum argumentum.

Secundum Argumentum facile soluitur, ex verbis Prophetæ constare, hoc reuera factum esse; illud vero de libro deuorato, vel animalibus conspectis, fuisse phantasticum: etenim ipse sæpius repetiuit. *Similitudo animalium quasi species electri, velut similitudo throni, similitudo manus missa ad me*, &c. Hîc autem longe diuerso stylo loquitur: *& tu dormies & assumes*, &c.

Ad tertium argumentum. De anno embolysmico.

B Tertium eneruatur, si dicamus, quintum transmigrationis annum fuisse Embolysmi, in quo scilicet tredecim numerabantur menses, Adar postremo bis repetito. Embolysmum autem cadere tertio, vel secundo quoque anno apud Hebræos certum est. nam sic habet eorum canon: ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis. hoc est, intercalandus est mensis alius anno tertio, sexto, octauo, vndecimo, decimoquarto, decimo septimo, & decimo nono. Itaque annis decem & nouem septem inserebant menses intercalares. Vide quam frequenter annus Hebraicus, & Chaldaicus (nam communi vtebantur anno) tredecim haberet menses. Nil ergo mirum, si iste annus Prophetæ credatur etiam intercalaris: quo dato, dies supersunt tredecim post

Dies computat initij & finis huius facti.

C absolutum tempus decubitus, vsque ad diem quintum sexti mensis, anni sexti. ita vt non sit necesse tempus decubitus computare ab initio prophetiæ Vatis, sed post aliquot dies: nam septem dies dandi sunt inter vtrunque vaticinium, quibus Propheta sedit mœrens, & cogitabundus. Vnde existimatus insaniisse, vinculis constrictus est familiarium, post alios scilicet sex dies, in quibus illi copia fuit panis conficiendi eo, quo vidimus, apparatu. Itaque die illa quinta sexti mensis, anni sexti primum solutum a vinculis Propheram inuisere senes Iuda, vt ipse narrat capite octauo. Atque hæc disputata sint ad caput quartum; iam ad quintum veniamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Malis, quæ ex obsidione euentura erant, prænunciatis, docet calamitatem, quæ ex bello illis imminebat.

I. ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos.

II. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam uero aliam disperges in uentum, & gladium nudabis post eos.

III. Et sumes inde paruum numerum: & ligabis B eos in summitate pallij tui.

IV. Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel.

V. Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras.

VI. Et contempsit iudicia mea, ut plus esset impia quam Gentes: & præcepta mea ultra quam terræ, quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt.

VII. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Quia superastis Gentes, quæ in circuitu uestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu uestro sunt, non estis operati;

VIII. Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium.

IX. Et faciam in te quod non feci, & quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes tuas.

A Ideo patres comedent filios in medio tui, & X.
filij comedent patres suos, & faciam in te iudicia, & uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum.

Idcirco uiuo ego, dicit Dominus Deus: Nisi XI.
pro eo quod sanctum meum uiolasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor.

Tertia pars tui peste morietur, & fame con- XII.
sumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam uero partem tuam in omnem uentum dispergam, & gladium euaginabo post eos.

Et complebo furorem meum, & requiescere XIII.
faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum impleuero indignationem meam in eis.

Et dabo te in desertum, & in opprobrium XIV.
Gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.

Et eris opprobrium, & blasphemia, exem- XV.
plum, & stupor in Gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furo-
C re, & in indignatione, & in increpationibus iræ.

Ego Dominus locutus sum: Quando misero XVI.
sagittas famis pessimas in eos: quæ erunt mortiferæ, & quas mittam ut disperdam uos: & famem congregabo super uos, & conteram in uobis baculum panis.

Et immittam in uos famem, & bestias pessi- XVII.
mas usque ad internecionem: & pestilentia, & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. Ego Dominus locutus sum.

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS QVINTI.

I. ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos. Hebraice. Gladium acutum, nouaculam tonsorum. Septuaginta exposuere phrasim. Cape tibi rhomphæam acutã, sicut nouaculam tonsorum. Sic enim legit Theodoretus: vel super nouaculam, vt correcti habent codices, Complutensis & Sixti. in aliquot Biblijs Latinis legitur. Radentem pilos assumes eum, & duces: quæ lectio conformis est admodum Hebraæ, quæ sic habet. Sume tibi gladium acutum, nouaculam tonsorum sume, & traduces, &c. A

Theodor.

Per caput tuum, & per barbam tuam. Polychronius, & Theodoretus rhomphæa vindicem significat potestatem: capillorum autem, & barbæ ademptio splendoris, & decoris priuationem. Melius Hieronymus, quem in Commentario imitabimur, cæsariem ac barbam exposuit, pulchritudinis & virilitatis inditium: rhomphæã autem esse Nabucho donosoren ibidem docebimus, & confirmabimus. B

Quid significet gladiũ, quid barbæ abrasio.
Polychr.
Theodor.
Hieronym.

II. *Et assumes tibi stateram ponderis & diuides eos.* Dicemus in Cõmentario fusius, quid significet statera.

Hieronym. reprehendit Septuaginta

Tertiam partem igni combures. Septuaginta. Quartam partem dixere, quos carpit Hieronymus, quasi ex tribus partibus quattuor fecerint, atque quartam de suo addiderint repetentes iterum primam. nam Aquyla, & Theodotio, tertiam, legunt, & Hebraici codices concordes; immo ipse contextus C ænigmatis, cum a Domino differitur, in tres partes secatur, non in quattuor. Verum Septuaginta defendit Scholiastes dicens. Per hæc declarat Hierosolymæ incolas quattuor calamitatibus oppressum iri, fame prædicta, gladio, combustione, captiuitate. quod si quadrifariam diuisum esse capillum, tres tamen dumtaxat plagarum significationes adiunxit; ne turbemur, famem enim supra prædixerat: quoniam ne poterat quidem fames capillis indicari. Apollinaris vero, atque Theodoretus sic. Hæc ipsemet paulopost interpretatur, & vocat ignem, famem, & mortem. quare duas quartas iussit in ignem conijci. nempe quia fames & mors, instar ignis homines vorat. Per gladium vero aduentum hostium significat, & ab illis faciendam D cædem, per dispersionem in uentum, captiuitatem, & futuram diffipationem, seu peregrinationem, &c. ergo per tertiam partem secundum verba sacra, vel per duas quartas secundum Septuaginta, significatur fames, & pestis. De illis enim dicit inferius: Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui.

Eos defendit Scholiastes.
Apollin.
Theodor.

Iuxta completionem dierum obsidionis. Cum completi sint dies conclusionis, quibus scilicet te domi iacére præcepi.

Et assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam vero aliam disperges in ventum, *Seuerian.* *& gladium nudabis post eos.* Hæc Seuerianus Antiochenus sic interpretatur. Vt capturam, & inflammationem Ierusalem ante oculos poneret, & timo- E rem, & dispersionem incolarum superstitum vbique fere gentium. Polychronius. Etenim posteaquam abducti sunt, sexcenta mortis genera passi sunt.

Polychr.

III. *Et sumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui.* Apollinaris. Ostendens non licere aliquem sine Dei prouidentia manus hostium euadere. Scholiastes. Ostendens non iracundia calamitates induxisse, sed indulgentia: ergo ita quoque miseratione dignos conseruari iubet. A

Scholiast.

Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis. IV. Apollinaris. Hi sunt qui post reuersionem ex Babylonia a Macedonibus interempti sunt. Alius Scholiastes: Hic maxime ostendit, se non iustos modo, sed alios quoque seruasse, qui negligentes erant in rebus pietatis: qui ob ingentem malitiam ne beneficijs quidem facti meliores: ideo iubet etiam ipsos reseruatos pilos iterum comburi. Illud autem *in omnem domum*, ostendit seruatum iri reliquos iustos. de his tamen tacuit: satis enim illi fuit prophetæ finibus contineri.

Apollin. *Schol. alius.*

Ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. Apollinaris. Præsignificat seditiones, quæ etiam post reuersionem ex Babylonia sub Antiocho Epiphane contigerunt: quapropter in infinitas illas calamitates inciderunt. Prædicit vero potissimum illorum in Christum Dominum furorem, & interitum vniuersalem post Christi Crucem, & in omnes terras dissipationem. Eadem pene habet Hieronymus in expositione parabolæ huius, sed explicatius. Quod vero ipse legit; *ex eo egredietur ignis*. Septuaginta legunt, ex ea, scilicet Vrbe. aliqui codices corrupte habent (ex eis) vt Complutensis, & Regius, quæ lectio neque Hebraicæ, neque Græcæ respondet. neque vero Latinæ Hieronymi. nam Hebraice habetur (ex eo) sicut vertit Hieronymus. Sed quod antecedens referatur hoc pronomine, quæri potest. Hieronymus retulit ad populum: ex eo scilicet populo. Verum nulla mentio populi in superioribus. Alij referri volunt, מעט, mughat, paruum, quod substantiuum est: sic enim effertur Hebraice. Sumes inde paruũ in numero; quasi ex illo numero paruo ignis egrediatur. Alijs, & fortasse rectius, videtur de ipso igne esse sermonẽ. Dixerat: proijcies eos in ignem; addit: ex eo igne egredietur ignis, id est, incendium in omnem domum Israël, quæ expositio historiæ belle congruit, de qua sermo habetur in libris Machabæorum: nam ex Antiochi tyrannide exijt scintilla discordiæ inter principes sacerdotum, vnde incendium flagitiorum omnium exarsit.

Hieronym.

1. Machab. 1. & 2. lib. cap. 4.

Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras. V. Explanabimus satis versum istum in Commentario. Scholiastes. Ac si diceret: Reginæ loco ciuitatem duxi, & circum stipatores, ac vigiles posui regiones circunstantes, & circundantes eam. Apollinaris. Ad Orientem, & Septentrionem Asiam habebat, ad Occidentem Europam ei per mare coniunctam, ab Austro vero Libyam: in has enim tres partes etiam filij Noë orbem terræ diuiserunt. Polychronius. Vt situm optimum Vrbis ostendat: descripsit enim tanquam in tabula Vrbem quidem veluti præsidentem, reliquas vero tanquam ancillas & custodes. Theodoretus. Posuit Ierusalem in medio gentium, vt illæ ab hac omnem pietatem, & legis cultum percipiant. Sed ipsa omnino contra fecit: neque enim datam a me sibi legem tantum cum ipsis non communicauit, sed etiam illarum impietatis particeps ipsa fuit. Hoc Symmachi versio, commendante Hieronymo, præclare

Quomodo & quare dicatur Ierusalem in medio gẽtium.
Scholiast.
Apollin.
Polychr.
Theodor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exppreſſit. Hæc, inquit, regio, quam in medio nationum poſui, commutauit iudicia mea impietatibus, quas didicet a gentibus, & iuſtificationes meas a regionibus, quæ ſunt in circuitu eius, quia legitima mea reprobauerunt, & in iudicijs meis non ambulauerunt. Hoc eſt ergo, quod ſequitur.

VI. Quid ſit Iudicium, & quotuplex.

Et contempſit iudicia mea. Iudicium eſt officium Iudicis, quod duplex eſſe ſolet, innocentis protectio, & damnatio rei in cauſis capitalibus: in ceteris fortunarum, eſt legitimo domino adiudicare bona, ambienti negare: illud eſt, iuſtitiam facere, hoc facere iudicium, &c. In præſenti iudicium eſt lex, ſecundum quam iudicaturus eſt iudex. Septuaginta. Iudicia mea commutauit impietatibus, quas didicit a gentibus. Vbi iudicia interpretari videntur Septuaginta cærimonias, cultum, religionem, pietatem, ſeu legitima, & quæ ex legis inſtituto rite celebrari debent.

VII. 4. Reg. 21. ℣. 9. Ibid. ℣. 11. Maius eſt fidelium peccatum quam infidelium. Iere. 2. ℣. 10. & 12.

Quia ſuperaſtis gentes. Id eſt, viciſtis impietate. nam huiuſmodi ſcelus improperat illis iterum. *Vt facerent malum ſuper gentes, quas contriuit Dominus a facie filiorum Iſrael.* Et iterum: *ſuper omnia, quæ fecerunt Amorrhæi.* nam multo grauius peccatum eſt, fidelem a vera pietate deficere, & idola colere, quam Ethnicum idololatriam, quam a patribus didicit, exercere. Quod exprobrat Deus Iſraëli. *Tranſite ad inſulas Cethim, & videte, ſi mutauit gens Deos ſuos, & certe ipſi non ſunt Dij: populus vero meus commutauit gloriam ſuam,* Deum, de quo iure gloriari poterat, *in idolum.* hoc tam dirum facinus eſt, vt vel ore vſurpatum, Deum exclamare cogat; *ob ſtupeſcite cæli: duo enim mala fecit populus meus.* Quam grauiſſimum autem in ipſa impietate, & execrandis ritibus eſſe anteſignanum, & palmam ferre, quales eſſe ſolent transfugæ illi, & apoſtatæ, multo auidius quam gentes idola ſequentes. De Achab enim ſcriptum eſt. *Non fuit alter talis, ſicut Achab, qui venundatus eſt, vt faceret malum,* id eſt, traditus (nam quod venditur, traditur domino) ex animo ſeſe tradidit impietati, & impudicitiæ omni. ac ſi venditus eſſet, & mancipium idolorum, non vt Rex Iſraëlita liber, & ingenuæ conditionis; totum ſe deſtinauit, & impendit idolis. & Iſaias ait. *Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis Filij Iſrael,* id eſt, ex animo, ex imo pectore, ex cordis intimis receſſibus. Et Ieremias. *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo, in vngue adamantino exaratum ſuper latitudinem cordis,* id eſt, in medio corde: hæc frequens querela eſt contra Iſraël.

3. Reg. 21. ℣. 25. Iſaiæ. 31. ℣. 6. Ier. 17. ℣. 1.

Quia ſuperaſtis Gentes. Septuaginta. Quia forma veſtra, character, vel exemplar veſtrum ex gentibus. Theodoretus. Induiſtis characterem gentium, & ad inſtar eorum inſtituiſtis veſtram religionem, & Deos vaniſſimos, gentium exemplo venerati eſtis. Polychronius. Quoniam illos, inquit, eſtis æmulati. Scholiaſtes. Imitati illorum perditos mores, nilque inter vos & illos interfuit, cum vos quoque ſitis idola venerati. Supponit hæc querela, Ieruſalem non tantum fuiſſe caput mundi, ſed exemplar veræ pietatis, & eruditionem, immo ſcholam diſciplinæ, ad quam gentes omnes aſcenderent, dicentes. *Vere mendacium poſſederunt patres noſtri,* vel hæreditarunt mendaces Deos a patribus ſuis, &c. *Venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & ambulabimus in ſemitis eius; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Hoc eſt, quod ſapientia ſæpe prædicat. *In his omnibus requiem quæſiui,* regnis ſcilicet, & regionibus, nec inue-

Theodor. Polychr. Scholiaſt.

Ieruſalem non ſolum fuit caput mundi, ſed exemplar veræ pietatis. Ierem. 16. ℣. 19. Iſa. 2. ℣. 3. Eccl. 24. ℣. 11.

A ni; *tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare, & in electis meis mitte radices. Et ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea.* Eſt autem ſapientia, vt ipſa de ſe pronunciat ibidem, ipſe liber vitæ, teſtamentum. Altiſſimi, & agnitio veritatis, & lex quam mandauit Dominus, &c. Quod autem lex fuerit exemplar mundo communicatum, vt ad illius rationem vitam inſtitueret, vel ex nomine honorificentiſſimo ſapientiæ conſtat. nam ſapientia eſt ipſa Minerua quam e Iouis cerebro natam Antiqui finxerunt; vt hoc ſignificarent, eſſe ipſam ideam primariam, ad quam Deus omnia architectatus eſt; vt ex hoc loco patet, & ex illo. *Cum eo eram cuncta componens,* &c. Hæc autem *ſapientia ædificauit ſibi domum,* Templum ſcilicet Salomonicum, *excidit columnas ſeptem,* id eſt, innumeras, *immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum,* &, menſa parata, *miſit ancillas ſuas, vt vocarent* gentes omnes *ad arcem,* vt qui eam caput agnoſcebant, experirentur magiſtram. Hoc autem mandatum deferunt ancillæ: *Si quis eſt paruulus,* vel inſipiens, *veniat ad me; & inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum: relinquite infantiam, & viuite,* viuetis, *& ambulate per vias prudentiæ,* &c. Ceterum hæc omnia breuius, & diſtinctius continet liber Deuteronomij. *Hæc eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens, & intelligens.* Hoc ſuppoſito, aptiſſime nectitur criminatio contra Ieruſalem: quia cum ipſa exemplar eſſet futura gentibus circumuicinis, & remotis, non ſolum politiæ, ſed veræ pietatis, & magiſtra religionis: e contrario ſe gentium erroribus inſtitui paſſa eſt, & facta eſt diſcipula impietatis.

Prouerb. 8. ℣. 30. Prouerb. 9. ℣. 1. Deu. 4. ℣. 6.

Merito accuſatur Ieruſalem magiſtra veritatis, quia facta eſt diſcipula erroris.

Quia ſuperaſtis gentes. Legere poſſumus. Quia apparatus veſter ex gentibus, vel præ gentibus: quia luxus, faſtus, tumultus, diuitiæ (hæc enim omnia ſignificat חמון, hamon, Hebraicum, atque ἀφορμὴν, aphorme, Græcum, ſcilicet opes, diuitias, ſtipendium, commeatum, &c.) veſtræ multo fuerunt ampliores opibus gentium; & tamen in præceptis meis non ambulaſtis, &c. habetque eundem ſenſum, quem editio noſtra, ſcilicet; quia, cum beneficijs amplioribus, opum affluentia, regni gloria præ ceteris gentibus a me fueritis cumulati, videlicet, qualia décora decebant mundi caput, & regni ſedem, vt ijs prouocati in veſtrum benefactorem eſſetis grati; Vos contra in tam munificum largitorem fuiſtis non ingrati ſolum, ſed etiam iniurioſi. Eiuſmodi querimonia extat apud Iſaiam. *Et repleta eſt terra eius argento, & auro, & repleta eſt terra eius idolis.* Ex æquo abundabat delitijs, & diuitijs, luxu, & luxuria, atque ſcortatione idolorum.

Pluribus donis cumulata ciuitas reprehenditur merito de ingratitudine. Iſa. 1. ℣. 7.

Et in præceptis meis non ambulaſtis. Apollinarius. Id eſt, non coluiſtis me, nec meam ſeruaſtis legem. *Non ambulaſtis,* via dicitur lex Dei. *Vias tuas Domine demoſtra mihi:* quod dirigat in deſtinatum finem, vt ſolet via regia ducere in vrbem ſine ambagibus, & erroribus. Quandoque via dicitur non lex, ſed vita noſtra, quæ quaſi iter eſt ſuſceptum per viam legis. Hiſpanice: *el viaie es nueſtra vida, y la ley es el camino.* Huius analogiæ ratio eſt, quia vita noſtra ſemper progteditur, immo currit, vel potius volat ad perniciſſimum motum cæleſtis rotæ. *Omnes mortimur, & quaſi aqua dilabimur ſuper terram:* quam amplius, o Rex, vltionem ſumere expectas a iuuene?

Apollin. Via legem & vitam noſtram ſignificat. Pſ. 24. ℣. 4. 2. Reg. 14. ℣. 14.

ne? mortem ne? at iam moritur, iam fere expirat: A omnes enim ingrauescimus, & deficimus, quasi flumina præcipiti cursu deuoluimur in mare mortis, quæ *domus est aeternitatis*. Vtriusque viæ mentio est in psalmo. *Beati immaculati in via*, vita, *qui ambulant in lege Domini*, id est, qui iter vitæ suæ faciunt per legem Dei.

Eccles. 12. ℣. 5.
Psal. 118. ℣. 1.

Iudicium, consuetudinem, institutum hic significat: sequenti versu, castigationem.

Et iuxta iudicia gentium. Iudicium hoc versu est consuetudo, institutum: versu vero sequenti est castigatio. *Quæ in circuitu vestro sunt non estis operati.* Sic enim legendum videtur cum negatione, vt habent codices Hebraici, Chaldaici, Græci, Hieronymus, & alij tractatores cum codicibus Latinis manuscriptis quam plurimis, & correctioribus, & cum Vaticano Sixti; tametsi capite vndecimo sequenti, versu duodecimo, eadem legitur sententia, negatione sublata. *Iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.* Sic etiam legit Hieronymus, codicibus Hebraicis, & Chaldaicis illi suffragantibus: ergo si negatio subtrahitur, vt capite vndecimo, sensus est planus: quia mores, & consuetudines gentium secuti estis, idola venerantes. Si vero additur, vehementius vrget litera, Iudæos coarguens gentibus sceleratiores, vt idem colligatur sensus huius versus, qui superioris: *quia superastis gentes.* Septuaginta. Neque iuxta iustificationes gentium, quæ in circuitu vestro sunt, feciſtis. quod sic explicat Apollinaris. Ne impiorum quidem erga idola religionem in me colendo imitati estis: illi enim in errore perstiterunt suos colentes Deos, & neque horum informitas, neque materiæ vilitas, neque C quod ab hominibus facti sint, neque quod nullam eis opem, aut vsum præbeant, aut periculis illos liberent, ab illorum veneratione reuocauit. Vos autem contra, quam illi, omnia feciſtis. Scholiastes. Propterea quod gentes fouent, & ornant suos Deos: ij vero ipso relicto simulachra muta venerabantur. Alius Scholiastes. Neque, vt illi, de quibus Ieremias. *Si mutauit gens Deos suos?* neque vt Niniuitæ respuistis.

Neque gentes quas imitantur sceleribus, imitantur in Iudicijs.

Apollin.

Scholiast.

Alius Scholiast.

VIII. Deus ipse vindex vindictam exagerat.

Ideo hæc dicit Dominus Deus: ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia, id est, supplicia. Tam nefarium facinus ego ipse vlciscar; tantam labem meo nomini inustam ego ipse expiabo; non agam tecum, vt solebam, per vindices, & ministros iræ meæ: blanda sunt ista supplicia, ego ipse tecum D congrediar. Simili naso pronuntiatur illud Amos.

Amos 4. ℣. 12.

Dei bellum aduersus peccatores.

Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui. Si hæc supplicia leuia tibi videntur, si hos contemnis satellites: si cum peditibus pugnare dedignaris, en ego eques inuadam cataphractus, hastam contorquens diram: obfirma pectus, clypeum apta: fortasse ictum dexteræ Dei declinabis, aut sustinebis? Nec absimili phrasi vtitur Isaias. *Eleuabit signum in nationibus procul*, &c. Vere ipse Dominus erit antesignanus, ipse tuba clanget, conuocans milites ad bellum, ipse præibit dux prælij. & apud eundem. *Dominus præcepit militiæ belli*, id est, recensuit milites: & dixerat: *Ego mandaui sanctificatis meis*, id est, militibus sacramentarijs, *& vocaui fortes meos*, cohortem coëgi electorum, E qui latus meum claudant, quorum gloria est, tanti ducis esse stipatores. Hac periphrasi, & dicendi forma significat Dominus, bellum hoc futurum esse sanguinarium, & truculentum, videlicet quale decet dexteram Dei, qui omnimodis magnus est. Vnde bellum Dei oportet esse graue, & difficile. Quemadmodum enim cum aliquid eximium significare volunt sacræ literæ, Deo tribuunt, vt apud Isaiam. *Dabit Dominus ipse vobis signum*; sic cum aliquod flagellum seuerissimum significant, diuino nomini accommodant, vt in Genesi. *Pluit Dominus a Domino*, id est, ingruit de cælo vehemens, & horrisona vis grandinis, sulphuris, &c.

Isa. 5. ℣. 26.

Isa. 13. ℣. 4.

Isa. 7. ℣. 14.

Genes. 19. ℣. 24.

IX. Comparatur supplicium Ierusalem supplicijs aliarum vrbium.

Et faciam in te quod non feci. Etiamsi in hunc sensum veniant computanda supplicia Diluuij, Sodomorum, Aegyptiorum, Chanaam, &c. *Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento*: id est, multo seuerior castigatio supplicio Sodomorum, qui subito descenderunt in profundum, nec vacauit periculum timere, aut calamitate tanta commoueri: obruit illorum incuriam repente pauor, pauorem diſiecit angustia, angustiam præripuit mors cita. At Hierosolyma sensim cæsa sunt: millies mortem imminentem exhorruerunt, tardam expectarunt, toto affectu implorarunt, nec senserunt prius, quam præ dolore, & luctu contabescerent: melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame, &c.

Threnor. 4. ℣. 6.

Concordat hic textus cum alio Euangelij.

Et quibus similia vltra non faciam. Aduersari videntur hæc prima facie verbis Christi: *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet*, &c. Ceterum sibi consonant mirifice vtraque oracula; nam Ezechiel non de sola obsidione, & excidio Ierusalem prophetat factis per Chaldæos, sed etiam de postrema vastitate inuecta per Romanos ob inexpiabile scelus, quo se astrinxerunt Iudæi Christum Domini agentes in crucem: quod constat ex dictis: nam illi capilli, qui in ora chlamydis seruati, in ignemque proiecti inflammauerunt vniuersam Vrbem; significabant, vt diximus, Iudæorum posteros, ex quibus egressa est pestis, & lues suprema Hierosolymorum. quare consequens est, vt de vtraque vastatione loquatur: referaturque pars versus prior ad Chaldaicam: *quod non feci*: posterior vero ad Romanam, *& quibus similia vltra non faciam.* Nam, vt idololatriæ peccatum maius fuit reliquis, propter quæ Deus eo vsque exercuerat in homines supplicia; sic cædes Christi truculentissimum facinus fuit omnium, quæ fingi possunt, vel excogitari. Quare in parentes Iudæorum animaduertit Deus supplicio sine exemplo; in posteros vero exitio singulari, quale nec auditum est, nec audietur in posteriora sæcula.

Matth. 24. ℣. 21.

X. Atrocissima vis famis, quæ naturalem vincit amorem & pietatem.

Ideo patres comedent filios. Hoc in vtraque obsidione reuera patratum est: nam de Babylonica scribit Ieremias. *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, &c.* atque idem commississe fœminam, a Tito obsessa Vrbe, auctor est Iosephus. Quod si matres, quæ solent diligere tenerius, talia ausæ sunt, quid minus expectandum erat a patribus, qui solent esse seueriores in filios? Quod si victus caritas ad tam horrendum facinus parentes coëgit, vt illud exhorrescens Propheta cum Deo quasi expostulet. *Ergo ne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ?* quid non filiorum pectora cogeret, quorum est in parentes accliuior dilectio, & rarior pietas? præsertim attestante de eadem tempestate Isaia. *Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.* Ergo existimandum est, talia non solum admisisse parentes, vt testantur monumenta, sed & filios. Sunt qui hæc figurate vsurpent, quasi parentes filijs, fame exagitati, cibum præriperent, nam hoc est, ac si comedere, & vorare ipsos voluissent. Ceterum non sunt adhibendi tropi in sacra historia, vel prophetia, vbi literæ series contextum habet, & sensum minime absurdum. Fieri enim potuit, vt aliquis filius fame

Ioseph. 7. lib. de bell. c. 8.

Thren. 2. ℣. 20.

Isa. 3. ℣. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimulante, parentis præ fame moribundi viscera laniaret, & carnes comederet. Sic enim scribit Theodoretus. Hoc accidit in obsidione Babyloniorum,& Romanorum,incredibili vi famis ad hoc nefarium facinus, & impium impellente. *Theodor.*

XI. Iuramento confirmatũ decretum, irreuocabilem indicat executionem.

Idcirco viuo ego, dicit Dominus Deus: nisi pro eo quod sanctum meum violasti. Iusiurandum adhibet Deus; ne sententia prolata comminatoria videatur,& non potius absoluta,a qua non sit euasio, aut subterfugium: nam iuramento firmare solemus, quæ rata & firma haberi volumus: neque simplicem comminationem iuramento confirmat, sed decretum,& statutum immobile addito iureiurando magis corrõborat. Nam vbi Latinus legit: *Dicit Dominus Deus*, Hebraice legitur נאם, naum, decretum Domini Dei. Significat ergo sine pœnitentia, aut venia vlla decrerum iudicium executioni mandandum fore: quale illud psalmi. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*: id est, firmissime apud se statuit, ac si iureiurando confirmasset: idem scilicet, quod superiũs enunciauerat: *Dixit Dominus Domino meo*. Hebraice נאם, naum, dictum,pronunciatio, decretum Domini de Domino meo Christo, &c. Ceterum iurandi forma hæc, tametsi videatur absoluta, aliam includit execratoriam:*Viuo ego*, & peream, *nisi pro eo, quod*, &c. Sic enim solent homines loqui cum se deuouent, nisi præstiterint fidem.ceterum talia verba nefasta, sicut & turpia, solent reticeri in sacra Scriptura, atque ab ipsis,qui iurant religionis ergo prætermitti:vt ibi.*Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram.*Et apud Ieremiam.*Viuit Dominus,si occidero te,* &c. nos vero subaudire debemus, peream, mentiar, &c. Eadem phrasi efferunt scriptores iurasse Deum. vt videre est in Amos. *Iurauit Dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero, &c.* id est, iurauit per Templum, quod erat gloria, & præstantia Iacob; mentiar, si oblitus fuero: &c.Eadem forma iurisiurandi est in psalmo. *Semel iurani in sancto meo, si Dauid mentiar.*

*Pſal.*109. ℣.4.

1. *Reg.* 14. ℣.11.

Ierem. 38. ℣.16.

Deus aliquando dicitur iurare.

Amos. 8. ℣.7.

*Pſal.*88. ℣.36.

Sanctum meum. Septuaginta: sancta mea. Hebraice מקדשי, miqdasi, sanctuarium a קדש, qadas, quod est sanctificare, & diuinis consecrare vsibus. Vnde domus Dei dicitur sancta, id est, Deo sacrata. secundo valet, firmare, stabilire. tertio purificare,mundare. domusque Dei eadem ratione sancta dicitur, quasi stabilis in perpetuum, atque merito suo mundissima. Ad tertiam acceptionem alludit in præsenti,*Sanctum meum*,quod mundum esse oportebat, *violasti* idolorum sordibus. extat historia in libris Regum de idolis illatis in Templum.

Sanctum dicitur Templũ ob munditiam.

4. *Reg.* 21. & 23.

In omnibus offensionibus tuis. שקץ, saqats, significat execrari, detestari, vt rem spurcam, inde שקץ, siquts, idolum execrabile, detestandum,offensio,id scilicet,quod offendit visum: in libris Regum. *Idolo Sidoniorum, & offensioni Moab:* Et iterum. *Cum videritis abominationem desolationis.*

Idolum in sacris literis dicitur abominabile.

4. *Reg.* 23. ℣.13.

Dan. 9. ℣. 27.

Matth. 24. ℣.15.

Et in cunctis abominationibus, תעב, taghab, est auersari,abominari: vnde תועבה,toghebah,idolum abominandum: in Deuteronomio. *Et in abominationibus ad iracundiam, concitauerunt.* Et iterum. *Secundum idola gentium*, Hebraice abominationes.

Deut. 32. ℣. 16.

4. *Reg.* 16. ℣.3.

Ego quoque confringam. Videtur alludere ad secundam sancti significationem, quasi dicat. Domum hanc destinaueram nomini meo sartam, tectam,& incolumem custodire,dummodo a vobis vt sancta seruaretur: cum vero illam sordibus idolorum conspurcatam videam, ego quoque non sanctam seruabo, sed potius vt sæcularem, mundanam & temporariam confringam, euertam, & demoliar. atque hoc videtur sapere vulgata editio, non sine elegantibus antitheſi, & paronomasia. Ceterum potest alia figura non minus grata hoc loco subesse, immo tanto fortasse iocundior, quanto superioribus dignior. Verbum enim גרע, garagh, significat non tantum confringere, detrahere, adimere,sed etiam abradere,& delere.in Numerorum libro. *Cur tollitur nomen illius de familia sua?* vel aboletur, aut raditur: & apud Isaiam, & Ieremiam. *Omnis barba radetur*: atque in hac significatione vsurpatur in præsenti, protensa allegoria, quæ supra cœpta erat de nouacula;ego quoque abradam. qua voce non allegoriam modo texit, sed allusionem fecit ad caput sextum Numerorum, in quo præceptum est, vt Nazaræus Domino sanctificatus (id enim sonat vox) ab omni immunditia, & sorde alienus sit. quod si forsan, homine coram ipso repente cadente, pollutus fuerit, radat cæsariem capitis, atque ita sactificetur. & in Leuitico etiam. Qui purificantur a lepra radunt pilos corporis sui. Ad hanc ergo respiciens cæremoniam legis, ait Dominus? Sanctum meum violastis sordibus vestris, ego quoque legem meam seruabo; illud radendo purificabo, & sanctificabo. Vtraque translatione vsus est Dominus in eandem sententiam, vbi ait: *Extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus* perpendiculum *domus Achab, & delebo eam, sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius, &c.* id est, non tantum vrbem demoliar, sed fundamenta refodiam, vt nullum fiat reliquum vestigium, neque delineatio prima illius, non secus ac fieri solet, cum tabellæ ceratæ, lineæ, vel characteres delentur. Hebraice vero sic effertur: Abstergam Ierusalem, vt mundari solet caldarium abstersione, & verti super faciem suam, id est, vt solet, cum probe extersum est, conuerti deorsum in faciem, vt nil lustramenti fiat reliquum; sic mundabo Ierusalem, eam a fundamentis euertens.

*Num.*27. ℣.3.

*Isa.*15.℣.2. *Ierem.*48. ℣.37.

Et non parcet oculus meus. Parcere animi est, tribuitur vero oculis, quod verbum. Hebraicum חום, chos, non tantum est misericordiæ interioris, sed gestus exterioris, qui a misericordia promanat. Significat enim oculos claudere, conniuere ex commotione animi: super alicuius personæ, vel rei indignitate: quo quis dolore perculsus, veniam dat, cessat, abstinet, parcitque illi: exemplum est apud Ezechielem. *Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unum de his*, id est, nullus præteriens gestu indicauit misericordia commota super te fuisse eius viscera. Et iterum. *Et cogitaui, ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus*: & in Genesi. *Nec dimittatis quidquam de supellectili uestra.* Hebraice, non parcat oculus vester, id est, non doleatis relinquere pretiosa vtensilia vestra. & alibi: *Parcens ille sumere de ouibus, et de bobus suis*,&c.id est, misericordia motus super nece ouium suarum.& in Prouerbijs. *Qui parcit virgæ, odit filium suum*, id est, qui præ indulgentia erga filium abstinet a flagello. & apud Ezechielem. *Peperci nomini sancto meo.*id est, dolui illud exponere ludibrio. Paulus item. *Ego autem vobis parco*. id est, liberos vos dimitto non sine misericordia, & animi mei sensu vehementi. Sic Cicero. Parcite oculis saltem meis.Ergo sensus est Etiamsi vos videam vt oues occisionis macello destinatas, etiamsi iugulis vestris animaduertam adactos gladios, etiamsi miseram Ierusalem factam contempler carnificinam, non parcet, non conniuebit oculus meus super tanta strage,*nec misere bor*,nec animo commouebor. Atrocissimum fuerit facinus

De significatione huius phrasis, parcet oculus: & de supplicio ac scelere Ierusalem

Ezech. 16. ℣.5.

1. *Reg.* 24. ℣.11.

*Genes.*45. ℣.20.

2. *Reg.* 12. ℣.4.

*Prouer.*13. ℣.24.

Ezech. 36. ℣.21.

1. *Cor.*7.℣. 28.

Cicero.

Universidad de Deusto Biblioteca

facinus necesse est, quod blandi parentis oculos, & viscera misericordiæ claudit, ne super magnitudine tanti mali commoueantur. Hoc reuera contigisse constat ex Psalmo. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam: posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cæli*, &c. *Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem*, &c. *Vsquequo Domine irascêris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?* &c. & iterum. *Dedisti nos tanquam oues escarum*, &c. *Vendidisti populum tuum sine pretio*, nihil, *& non fuit multitudo in commutationibus eorum*, vel, non auxisti pretia in licitando. Quid hoc est Domine? vniuersos ne Israëlitas nihili vendis? nec dum vendere dignaris, sed gratis donas hostibus? nullum eximis, super nullo commoueris? ita ne tam extrema miseria non exulcerat tam pia viscera? Isaias sic Deum interpellat. *Omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas? Nunquid super his continebis te, Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?* Videlicet iuramento se constrinxit Deus, ne parceret: & ne parceret, faciem auertit, vt eodem capite Isaias queritur: *Abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ*, id est, tradidisti confringendos, comminuendos, & redigendos in puluerem; vt Vrbis, & regni nostri aboleatur memoria, & nomen funditus pereat. Hieronymus sic explicat hanc orationem. Vt clementissimus medicus incîdere cupiens putridas carnes, & carioſa vulnera adurere cauterio, non parcit vt parcat, non miseretur vt magis misereatur; ne quid putridum, viuasque carnes sui vicinia corrupturum remaneat in corpore. Percutit autem Dominus quem diligit, & *flagellat omnem filium, quem recipit. Ego*, inquit Deus, *percutiam, & ego sanabo*. Tale quid & Amos loquitur. *Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco vlciscar super vos*, &c. *nouit Dominus qui sunt eius*.

Psal. 78. ℣.1.

Psal. 43. ℣.12.

Isai.64.℣. 11.

Ibid.℣.7.

Hieron. in Isa.7.

Non parcit Deus, vt parcat: misericordia enim plena est ipsa punitio.

Hebræ. 12. ℣.6.

Deut. 32. ℣.39.

Amos. 3. ℣.2.

XII. *Tertia pars sui peste morietur, & fame consumetur in medio tui*, &c. Enarrabimus hæc in Commentario.

XIII. *Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor*, vel consummabo, consummate effundam, ad rem referam furorem conceptum, deflagrabitque ira mea, & solatio afficiar. Supponit versus iste illam Pauli sententiam. *Tu autem secundum impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ*: peccata enim quo magis ac magis crescunt, & quasi in thesauros compilantur diuinæ iustitiæ; eo magis accendunt bilem, & indignationem Domini, & prouocant eius iustitiam, vt vlciscatur tanta facinora. Hic est ille clamor sanguinis Abel, & scelerum Sodomitarum, qui ascendebat coram Domino. Deus interim, vt est patiens, & longanimis, expectat, silet, tacet, temperat iram, & *abundauit*, multiplicauit, *vt auerteret iram suam*, id est, sæpius auertit reuocauitque iram suam iamiam sese exerentem: continuit torrentis impetum iam effusum, extinxit flammam iam accensam, *& non accendit*, permisit accendi & feruescere, *omnem iram suam*, &c. Hoc autem non fit sine lucta, & agone molestissimo: angitur enim cor, dum iram comprimit, non secus atque tormentum æneum, quod concepto igne, nec disposa pila, rumpitur: exemplum est in Psalmo. *Dixi custodiam vias meas: obmutui & silui a bonis. concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis*. Et iterum.

Rom.2.℣.5.

Deus temperat iram & differt vindictam: verum postmodum maiore impetu effundit eam.

Psal. 77. ℣.38.

Comprimere furorem & iram continere, non fit sine maxima lucta & agone.

Psal. 38. ℣.1.

Ignis succensus est in furore meo. Luctam describit Isaias. *Non in sempiternum litigabo, neque vsque ad finem irascar*, ero indignabundus, *quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam*, id est, effundam furorem cum flatu, & saliuis. Talis depingitur facies Domini ab Isaia. *Ardens furor eius*, vultus אף, aph, *& grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione*, vel fremitu, *lingua eius quasi ignis deuorans. spiritus eius*, flatus, *velut torrens inundans*. Eadem etiam lucta in thesaurizando, & concipiendo furorem, & effusio iræ habetur in Genesi. *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est*. vel non luctabitur, non litigabit, non erit sicut in vagina, non disceptabit ira mea contra hominem concepta, non coërcebitur in perpetuum, non patiar hanc litem tandiu durare, inter meam iustitiam, & misericordiam; angunt me, & discruciant tanti conflictus sibi aduersantium affectuum, *furore Domini plenus sum; laboraui sustinens*: non dissimulabo, non patiar vltra, non erit coacta ira mea, do illi habenas, non continebo in vagina ensem amplius, distringam illum, & effundam naso flatum, vultu flammas, manu hostium meorum sanguinem. *Vsquequo adhuc?* subaudi, continerem furorem? *Effudit quasi ignem indignationem suam*. Hæc ira est illa *olla succensa*, vel ebulliens, feruescens, de qua idem propheta: *Ecce indignatio mea conflatur*, vel effunditur quasi conflatum argentum, &c. Ceterum de hac metaphora latius suo loco in capite vigesimo secundo.

Deut. 32. ℣.22.

Isa. 57.℣. 16;

Isa.30.℣. 27.

Genes. 6. ℣.3.

Ierem. 6. ℣.11.

Ierem.13. ℣.27.

Thren. 2.℣. 4. & cap.4. ℣.11.

Ier.1.℣.13.

Ier.7.℣. 20.

Et consolabor. Humano more loquitur, id est, vindicta sumpta de vobis, quiescam, & solatio afficiar. Solet enim esse vindicta leuamen acceptæ iniuriæ, aut contumeliæ, vt apud Isaiam. *Consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*. Vnde Ecclesiasticus ait. *Nouem sunt insuspicabilia*, quæ non possunt nisi experientia cognosci, *Homo, qui iucundatur in filijs, viuens & videns subuersionem inimicorum suorum*. Vnde Poëta:

Solamen est Iratis vindictæ.

Isa.1.℣.24.

Eccli. 25. ℣.9.

— Vindicta bonum vita iucundius ipsa.

Et Seneca. Liquido melle dulcior bilis cordi meo influit: dum scilicet animo verso vindictam, & in psalmo. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatorum*. Hispanice dicimus: *Se esta vañando en agua rosada*. Sed quomodo Deus solamen percipere dicitur ex vindicta, cum potius lætetur benefaciés, & contristetur puniens? nam & misereri, Hebraice est consolari, lætari, vt in Deuteronomio. *In seruis suis miserebitur*, vel consolabitur. & in Isaia. *Super adolescentulis eius non lætabitur Dominus*, id est, non miserebitur, non erit clemens, neque misericordia mouebitur, non benefaciet, non parcet. Respondeo ex Deuteronomio. *Sicut ante lætatus est Dominus super vos bene vobis faciens, vosque multiplicans; sic lætabitur disperdens vos, atque subuertens*, &c. Videlicet illud ex animo capiebat solamen quasi pater; hoc quasi iudex coactus, cuius personam induit. Sed vide quam cito se prodat vel in ipso furore patrem: *Heu, inquit, consolabor*. Heu dolentis est. Solatium ergo, quod vindicta afferre solet, ipse cum dolore percipit, vere pater etiam in iudicio.

Seneca in Tragœd.

Psal. 57.℣. 11.

Quomodo Deus lætetur vindicta qui ita solet lætari venia, & misericordia.

Deut. 32. ℣.36.

Isa.9.℣.17.

Respondet quæst.

Deut. 28.℣. 63.

Deus in ipsa vindicta se patrem ostendit.

Et scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo. Vel ex zelo, id est, non comminatorie, aut vane hæc pronuntiaui, sed cum stomacho, instigante zelo, qui nescit parcere. Zelus est indignatio ex amore profecta qua pater pignoribus caris succenset, vel spõsus dilectus sponsæ ob acceptã iniuriam; crescit proinde, vel decrescit zelus ad amoris mensuram. vtrunque

Definitio zeli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isa. 9. ℣. 7. que affectum claudit zelus: vnde Isaias ait. *Zelus Domini exercituum faciet hoc*, id est, amor ingens erga Ecclesiam, & indignatio aduersus hostes illius. Inuoluit etiam fortitudinem, & vim; quod zelus soleat edere facinora memoranda, vt in Exodo. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes*, &c. Ergo, in zelo, vel ex zelo loqui Deum, est sententiam decernere irreuocabilem, truculentam, sanguinariam. *Nam zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ*. Sed de hac re iterum capite decimo sexto.

Exod. 20. ℣. 5.

Loqui ex zelo quid significet.

Prouer. 6. ℣. 34.

Cum impleuero indignationem meam in eis. Hieronymus. Aliorum mortibus, suisque miserijs sentient Deum iratum, quem clementem sentire noluerunt: tunc intelligent me hæc supplicia prædixisse per Prophetas meos zelo commotum, quod me relicto, alienos Deos colerent: loquitur Deus cum illis, qui dispergendi erant in omnem ventum. Porro complere indignationem, est plene omnino effundere, non amplius iras detinere, non temperare furori, quem iustus dolor in sponsi derelicti, & posthabiti corde excitat.

Hieronym.

Complere indignationē quid sit.

XIV.

Et dabo te in desertum. Vnde Isaias. *Derelinquetur filia Sion*. Et iterum. *Propter montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo*. Et tertio. *Viæ Sion lugent*, vel herbidæ sunt: & apud Isaiam. *Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc*; quasi in saltum scilicet.

Isa. 1. ℣. 8. Thren. 5. ℣. 18. & cap. 1. ℣. 4. Isa. 7. ℣. 24

Et in opprobrium Gentibus, quæ in circuitu tuo sunt in conspectu omnis prætereuntis. Miserum est bonis omnibus nudari, sed hæc casus auferre solet innocentibus, vt sanctissimo Iob contigisse videmus: miserius fortunis simul & gloria spoliari, atque insuper vita; vt solent perduellionis rei: quam notam totis viribus Iob conatus est auertere a se, suam protegens innocentiam. Verum hic Iudicis seueritas leuamen est; nam vitam cum bonis ponentes non amplius exponuntur ludibrio. Illud est miserrimum omnium, iudicis sententia bonis omnibus mulctari ob nefarium aliquod facinus, atque ludibrio ciuium prostitui hominem alioqui illustrem, & ceteris excellentem: nec enim tam esset durum pati contumelias exterorum, quibus fueris ignotus, vel magnatum, qui infimatibus, præsertim tam miseræ sortis, misereri solent potius, quam illudere: verum a conuicinis, & subditis, aut vecti-galibus gentibus illudi Vrbem clarissimam, domi-nam gentium, summæ infelicitatis est. Verebatur Sedecias ne a Babylonio traditus subditus Iudæis, illorum patéret ludibrio: quod conuiicj genus morte ipsa acerbius existimans mori potius elegit, quam experiri.

Ierem. 38. ℣. 19.

XV.

Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in Gentibus: vel, conuicium, probrum, castigatio, & terror: scilicet quam omnes prætereuntes irrideant; hoc est esse *opprobrium*: *blasphemia* vero, quam conuicijs & maledictis prosequantur. Sic Paulus. *Neminem blasphemare*, id est, maledicere, conuiciari. Et iterum. *Blasphemamur, & obsecramus*. *exemplum* esse, est ab omnibus in memoriam adduci pro infelicitatis, atque improbitatis simulachro: nam exemplum Hebraice est מוסר, musar, disciplina, castigatio, doctrina. Græce παιδεία, pædia, Hispanice *auiso, castigo, y escarmiento*: vt ceteri ipsorum malo discant, Deum non exacerbare. Talis fuit Sodoma, quam sacra Scriptura ponit in exemplum. *Domus hæc erit in exemplum*: & vxor Loth, quæ versa est in statuam salis, id est, in marmor, quod in exemplum & castigationem voluit Deus existere in medio itinere: nam sal sua siccitate memoriæ prodest, & corpora a corruptione vindicat. Vnde symbolum est memoriæ æternæ: inde enim est *pactum salis*, id est, æternum, & statua salis, memoriale & exemplum reliquis. Hispanice, *Que les pongan sal en la mollera, y castiguen con su exemplo*.

Blasphemia pro maledictione.

Tit. 3. ℣. 2. 1. Cor. 4. ℣. 13.

Exemplum quid.

3. Reg. 9. ℣. 8.

Num. 18. ℣. 19.

Stupor, denique, inquit, eris; id est, miraculum, quod intuebantur quasi alienati a sensibus prætereuntes; qui dicebant illud Deuteronomij. *Quare, sic fecit Dominus terræ huic? & quæ est hæc ira furoris eius immensa?* Hæc comminatio multis retro sæculis facta est.

Stupor quid sit.

Deut. 29. ℣. 24. 3. Reg. 9. ℣. 8. 2. Par. 7. ℣. 21.

Cum fecero in te iudicia, extrema supplicia, *in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ*. vel in naso, in flatu, in excandescentia, vel æstu, & in correptionibus furoris: nam vox יכח, iacah, increpatio est, correctio, & castigatio, quæ fit coram testibus. Hispanice. *Con las narizes hinchadas, con el rostro encendido, y con rebuso, y desden*.

Quando misero sagittas famis pessimas. Sic vocat locustas, erucas, brucos, & alia infecta messium exitia, quæ erunt mortiferæ, vel quæ sunt ad vastandum, hoc est, quas ego quasi militum phalanges ducere soleo ad vastandum populos mihi rebelles. Sic Ioël. *Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius*; Forte harum sagittarum sermo est in psalmo. *Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis*, instrumenta lethalia, *sagittas suas ardentibus effecit*, vel carbonibus ignitis muniuit: idem est enim cum eo psalmo. *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs*, id est, cum prunis ardentibus loco aculeorum instructæ. Quamuis hæ sagittæ latius fortasse patent, quam sagittæ famis. ambiunt enim omnes comminationes, & terrores, quibus Deus eminus, & a longe perterrefacit peccatores, vt resipiscant: vnde Iob ait. *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum: & terrores Domini militant contra me*.

XVI.

Sagittæ famis vocantur locustæ.

Ioel 2. ℣. 11.

Psal. 7. ℣. 13.

Psal. 119. ℣. 4.

Iob 6. ℣. 4

Et immittam in vos famem, & bestias pessimas. Frequenter harum bestiarum reperio in sacris literis mentionem, in comminationibus propheticis; in historijs vero nullam. ergo vt prophetiæ respondeat euentus, figurate sunt accipiendæ, pro hostibus Israël, Nabuchodonosoris scilicet ducibus, & militibus, qui quasi ferino rictu, & vnguibus sanguinarijs miseras oues discerpebant. Eorum truculentiam, & rabiem appositè depingit Isaias. *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & uestimentum mistum sanguine*, &c. neque nouum cuique hoc videatur: nam Assyrium, & Chaldæum leones vocat Ieremias. *Grex dispersus est Israel, leones eiecerunt eum: primus comédit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nobuchodonosor*, &c. Eodem modo interpretatur Theodoretus bestias, Babylonios: atque Scholiastes vterque: nisi malis de Israelitis hæc intellecta, qui effugerant Babylonios, latitabantque in montium cauernis, de quibus Propheta noster. *Hæc dicit Dominus: viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent; & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum*. Vide caput quartum decimum.

XVII.

Bestiæ pessimæ sunt Assyrij.

Ierem. 50. ℣. 17.

Theodoret. Vterque Scholiast. Ezech. 34 ℣. 27.

Et sanguis. id est, cædes, metonymicῶs.

Quasi subscriptio est & confirmatio prædictorum.

Ego Dominus locutus sum. Sic decerno, & statuo his scriptis, & monumentis æternis: *Ego Dominus*: more Regum roborat instrumentum prophetici Vaticinij, rata habens prædicta omnia, & quasi propria manu subscribens: *Ego Dominus*.

COM-

COMMENTARIVS IN EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT QVINTVM.

IN QVO SOLVITVR AENIGMA a Propheta propositum.

HOC capite re ipsa præstat Deus, A quod apud Oseam se facere solitum dicit: *In manu prophetarum assimilatus sum*, id est, ministerio (nam id significat manus) Vatum meorum per similitudines locutus sum, eos ipsos facio verborum, quæ reuelo, parabolam, & exemplum, &c. Nam postquam superiore capite per decubitum Prophetæ, Vrbis obsidionem prædixit, nunc quid de ciuibus futurum sit tempore belli, atque Vrbe capta, exponit. præcipit enim Ezechieli, vt cæsariem suam, & barbam radi faciat, pilos trutina examinet, in tres partes æquales diuidat, tertiamque partem igne comburat in medio ciuitatis in latere descriptæ: tertiam partem circum lateris muros concidat: tertiam in ventum spargat, & aduersus eam districtum gladium vibret, ex quibus pugillum colligens in ora chlamydis liget, atque ex ijs aliquot pilos igni tradat, animaduertatque quam ingentem flammam excitent, quæ scilicet totam Vrbem lambere, & incendere videatur. Hanc autem parabolam detegens Dominus ait: *Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam*, &c. Quæ verba nil videntur facere ad propositi ænigmatis explicationem. Quorsum enim commemoret, Ierusalem esse positam inter nationes, ad declarandam rasuram capillorum, & barbæ? nam quod dici solet, id extitisse insigne Dei beneficium, atque insignem ciuitatis ingratitudinem, meritamque acerbissimum supplicium ob tantum crimen, C quis neget? Illud rogamus, quænam sit proportio inter eiusmodi vel peccatum, vel supplicium ad rasuram barbæ? videntur enim non apte cohærere verba ista cum præcedentibus. Ceterum si altius effodiantur, inuenientur esse totius molis fundamentum. Ergo principio statuendum est, Prophetam seipso repræsentare totum vniuersum, quod maximus homo a Philosophis dici solitum est, & merito. Cum enim constet hominem esse mundum paruum, consequens est, mundum esse hominem maximum. De qua re nos iustum commentarium suo loco faciemus. Hoc dato, oportet hominem maximum ex analogia cum minore, sua habere membra præcipua, vt pote caput, pedes, manus, &c. Et quidem mundi caput, quod ad præsens attinet argumentum, ea terræ pars iure appellatur, quæ situ, honore, & munere eminentissimum teneat locum. Talis est Ierusalem: nam in supercilio montis Sion ædificata erat, qui regionis totius erat celsissimus. nam propterea dictus est Sion, seu specula, atque Moria, siue locus conspicuus, quod vndique videretur ob ingentem sui altitudinem: ideo in sacris literis cornu dicitur, quod est in animalibus eminentissimum membrum. Isaias enim ait. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei*, id est, in loco edito, ac pingui. Verum non solum situ excellebat ceteros regionis illius montes, sed honore & officio præstabat omnibus totius vniuersi locis; quippe Dei Templo gaudebat, a quo tanquam a capite in vniuersum defluxit sensus omnis, & motus, scilicet Dei veri notitia, & lex, quæ dirigit gressus nostros, vt iure caput mundi dici possit Ierusalem. Quoniam vero caput non solum eminentissimum locum in corpore obtinet, sed etiam inter humeros medium: mundi inferioris, seu hominis terreni caput erit regio, quæ in loco terræ medio, & eminentiore sita fuerit. Talis est Ierusalem in medio gentium posita, quæ ideo ab ipso Ezechiele vocatur *Vmbilicus terræ*: nam vmbilicus centrum est humani corporis, circulus vero extrema manuum, & pedum tangit: & in psalmo *medium terræ* dicitur, quod sit in quarto climate ex septem, in quæ diuiditur terra habitabilis. ideo etiam in alio psalmo additur. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion*, &c. Hebraice clima beneuolum, clemens locus, gaudium, & lætitia, salusque vniuersæ terræ. id est, clementissimus, lætissimus, saluberrimus locus totius terræ est mons Sion; *lateraque* eius *Aquilonis* exposita flatibus, vbi scilicet Ierusalem sita erat. Hanc regionem Iudææ quasi terræ meditullium vndique circundant gentes: ab Oriēte Asia, ab Occidente Europa, a Meridie Libya, a Septentrione Asia minor, &c. Hanc regionem montibus asperam data opera elegisse se Dominus dicit; vt, quæ caput erat orbis, faciem ad cælum leuaret postulans pluuiam, qua carebat propter sui eminentiam. in Deuteronomio. *Sed montuosa est, de cælo expectans pluuias*. Isaias ait. *Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles*, &c. En Ierusalem in medio, & eminentissimo loco sita apposite capiti humano

Oſe. 12. ℣. 10.

B

Dubitat quæ proportio sit supplicij cum rasura capillorum.

Respondet. Propheta refert vniuersum.

Ierusalem quomodo sit caput vniuersæ terræ.

Isa. 5. ℣. 1.

Ratione Templi dicitur etiam caput.

Ezech. 38. ℣. 12.

Psal. 73. ℣. 12.

Psal. 47. ℣. 3.

Deut. 11. ℣. 11.

Isa. 2. ℣. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mano comparatur,& mundi caput dicitur.Hinc est quod Isaias, & Matthæus agentes de excidio Hierosolymitano, repente, &, vt videtur, incongrue præteruolant ad postremam orbis vastitatem. Verum transitum istum facilem reddit analogia exactissima, quæ reperitur inter Ierusalem, & vniuersum, videlicet ea, quæ est inter caput, & corpus: *Ecce Dominus*, ait Isaias, *dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergit habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos*, &c. deinde transit ad mundi consummationem: *luxit, & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis*, &c. Subinde regreditur a corpore ad caput: *infirmata est altitudo populi terræ*, id est, populus altissimus terræ: *Et terra infecta est ab habitatoribus suis*, &c. Apud Matthæum etiam rogatus Dominus, quod esset signum *aduentus* ipsius, *& consummationis sæculi*, dat signa desolationis Ierusalem, dicens. *Cum videritis abominationem desolationis in loco sancto, qui in Iudæa sunt fugiant ad montes*, &c. & transit ad orbis consummationem: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum*, &c. Idem videre est apud Lucam: quæ duo capita nulla ratione contexi possunt, nisi media hac analogia capitis ad corpus. Ergo ad rem. Pili capitis huius sunt habitatores, qui non secus exornant vrbem, atque coma & barba caput. Vnde caluitium, & rasura semper fuit luctus, & mœroris indicium. Isaias enim ait. *In cunctis capitibus eius caluitium & omnis barba radetur*: sed hoc discrimine, quod coma insigne erat libertatis, & nobilitatis: vnde Absalon nutriebat cæsariem; & Nazaræi Deo consecrati quasi filij Altissimi capillitium intactum fouebant. Barba autem virilitatis est symbolum: nam & barbam se ideo gestare Diogenes dicebat, vt se virum esse subinde recordaretur. Vnde Hanon rasit dimidiam barbam nunciorum Dauid, quasi semiuiros, & effœminatos illos reputans. Ergo caput radi, & barbam tonderi est, Ierusalem orbis caput omnibus viris primarijs, & robustis iuuenibus spoliari: quod magnum luctum vniuerso corpori allaturum erat. nam ideo mœrent luminaria cæli, &c. quia scilicet caput decore suo, & gloria omni nudatur.

Isa.24.¶.1.

Matth. 24. ¶.15.

Lucæ 21.

Caluitium & rasura luctus, cæsaries libertatis & nobilitatis, barba virilitatis indicia fuere. Isa.15.¶.2. 2. Reg.14. ¶.26.

Quare Nazaræi comam nutriebant. 2. Reg.10. ¶. 4.

Sed quænam est illa nouacula, qua raduntur pili capitis vniuersi? Isaias eius meminit dicens: *Radet Dominus in nouacula conducta caput, & pilos pedum, & barbam vniuersum*, &c. Septuaginta legunt, inebriata: potest legi, acuta, eodem sensu, modo transeas a veritate ad metaphoram: nam crudelem significat aliquem hostem iracundia inebriatum, siue ferientem, vt pote exterum, & aliunde conductum. Misericors enim Deus non alit domi istos lictores, aliunde vocatis indiget: sed iustus iudex ad corripiendos fontes etiam pretio conductos accersit, vt faciant opus suum. Hic autem carnifex est Nabuchodonosor, vt patet apud ipsum Ezechielem. *Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea ecce ego dabo Nabuchodonosor in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius*, &c. Vides quam apte conueniat Nabuchodonosori nomen nouaculæ, & conductitiæ, quandoquidem Deus se illum conduxisse dicit, deberique illius operi mercedem, atque rependi. Sed hic theoriam mirabilem obserua; prouidentissimum Dominum in ordinanda, & disponenda suæ domus œconomia, qui creaturis omnibus munera propria est partitus, atque seruis singulis talenta distribuit; in tota familia non inuenisse lictorem, sed opus fuisse, vt alibi conquisitum accersat, & mercede conducat: *vt faciat opus suum, alienum opus eius ab eo*, sicut loquitur Isaias, scilicet. *Deus mortem non fecit*, ait Sapientia, *nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles*, salutiferas, *fecit nationes*, creaturas, *orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij*, venenum lethale, *nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis*, &c. Christus *fecit quasi flagellum de funiculis* ipsorum mercantium. Assuerus rex non fecit crucem, sed suspendit Aman in ea ipsa cruce, quam domi suæ hic erexerat. Impij manibus, & verbis accersierunt mortem, Deo iam conniuente, ipsaque fugiente. Quanta est Dei nostri clementia? quanta est hominum stoliditas?

Quæ sit nouacula. Isa.7.¶.20.

Vindices iræ non alit domi Deus, sed aliunde vocatos mercede conducit. Ezech. 29. ¶.18.

Nota Dei benignitatem & prouidentiam.

Isa. 28. ¶. 21.

Sapien.1. ¶. 13.

Ioan.2.¶. 15.

Porro statera, qua appensum est Vatis capillitium, aperte significat æquitatem diuinæ iustitiæ, & clementiæ magnitudinem, quæ non sinit iram tam iuste conceptam contra fontes deflagrare, sed modum ponit vindictæ, ne excedat: quare in Prouerbijs dicit. *Pondus, & statera iudicia Domini sunt.* & in Sapientiæ libro. *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.* Vbi sermo erat de flagellis Aegyptiorum tempore Mosis: *non enim*, inquit, *impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones*, &c. verum pepercit oculus tuus & misertus es illorum: non ex iracundia vindictam exigens, sed ex iustitia supplicium: *omnia* enim iudicia tua *in mensura & numero & pondere disposuisti. numerus* rationem significat, examen, & inquisitionem facti. *mensura* significat iudicium de meritis causæ. *pondus* vero est damnatio secundum merita causæ. Hoc constat ex Zacharia, vt vidimus supra capite secundo. Ad damnandum enim Israel primum explicatum est volumen viginti cubitorum longum, decem latum, in quo rationes continebantur diuinæ iustitiæ, Decalogus scilicet; & omen seu maledictio transgressoribus interminata decem cubitis superioribus, & scelera Israëlitarum aduersus hæc decem præcepta commissa decem inferioribus cubitis. Deinde apparuit mensura plena impietate, super quam imponitur talenti pondus eiusdem quantitatis: nã & amphora pedis quadri mensura est, & talentum eiusdem est magnitudinis, ad significandum Deum ex æquitate, & *virga directionis* procedere ad supplicium inferendum, vt decet iustum iudicem: primo examinando causam, & accidentia omnia transgressionis, quod vocat sacra scriptura *numerum*: deinde mensurando pœnæ quantitatem, quod vocat *mensuram*: atque iuxta mensuram delicti plagarum pondus imponendo, quod vocatur *pondus*. Simile quid legimus in Daniele: vbi manus diuinæ potentiæ scripsit coram Baltassare. *Mane, Thecel, Phares*; id est, numerus, pondus, diuisio. quas voculas interpretatus est Daniel, numeratum fuisse regnum eius; appensum, & inuentum deficiens. nam sub pondere comprehendit etiam mensuram, quæ solet præcedere pondus. Atque Isaias ait. *Nunquid iuxta plagam percutientis se* illum *percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius*, qui interficit, *sic occisus est?* vel iuxta interfectionem interficientium, id est; nunquid puniuit, vt solent, qui ex animo percutiunt? nunquid cæcidit, vt solent, qui interficere volunt? non plaga inimici, non ex animo castigauit, sed corripere volens reddidit peccantibus pœnam *in mensura contra mensuram*, id est, semel & iterum

Statera æquitatem Diuinæ sententiæ significat.

Prouer.16 ¶.11. Sap. 11.¶. 21.

Quid mensura, mensura, & pondus significent.

Zachar.5.

Psal.44.¶. 7.

Dan.5.¶. 25.

Isa.27.¶.

iterum mentiendo: nam duplicatum verbum est Hebræis: fingit enim iudicem perplexum, & ancipitem, qui secum adhuc deliberat, quantum supplicium sumat de reo, quique iam addit, iam subtrahit; iam rursus imponit, quod detraxerat; in varias sententias animum inclinantibus: hinc clementia, inde iustitia; qualem depingit Oseas. Idem Ieremias significat illis verbis: *Corripe me, Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore, ne forte ad nihilum redigas me*, &c. & in Apocalysi. Qui sedebat super equum nigrum, habebat stateram in manu sua, dictumque est ei: *Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum ne laseris*, &c. Hac statera capillitium appendit, & tertiam partem pilorum igne comburit Vates, intelligens tertiam partem ciuium, qui consumendi erant peste & fame: nam vtranque recte appellat ignem, quod inedia homines reddit squalidos, & denigratos quasi igne essent adusti. in Threnis. *Denigrata est super carbones facies eorum*, &c. & iterum. *pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis*. pestis vero ignita febri carnes adurit, serpitque quasi ignis. Tertiam partem gladio discidit in portentum necis eorum, qui aufugerant cum Sedecia. Vel alioqui fuga subdola suæ saluti consulere tentabant, famem & pestem, quæ intus grassabantur, deuitantes, qui omnes gladio cæsi sunt propter Vrbis mœnia. Tertiam partem in ventum dispergit, gladiumque districtum in eos vibrat: quod qui captiui ducti sunt ab hostibus, nusquam tuti esse poterant ab hostili crudelitate. quare ipsi conqueruntur. *Ceruicibus nostris minabamur*: & iterum: *In animabus nostris afferebamus panem nobis a facie gladij in deserto*, id est, cum magno vitæ periculo quærebamus victum. Porro ex ijs in aëra sublatis pilis aliquot colligit, & in ora pallij ligat: deinde nonnullos educens in ignem mittit, quem in medio lateris accenderat, ex quibus subito flamma sublata vniuersam Vrbem descriptam lambere cœpit, & delere. Ij sunt Iudæi abducti Babylonem, in qua fuerant a Domino seruati, quasi in ora pallij, tametsi non in sinu patriæ, & complexu paterno Dei, vt olim solebant foueri (*Beniamin amantissimus Domini, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros eius requiescet*, id est, in sinu eius, vel in medio complexu) at saltem in ora pallij; vnde memoriæ funiculi pendent; hoc est, in sua memoria & protectione custoditi, & ligati in fasciculo viuentium, seu in catalogo conscripti ciuium, & popularium. nam & catalogos huiusmodi, ne pereant, in fasciculum redactos colligimus: contra eas, quas non curamus, chartas disijcimus. quod eodem capite non tacet. *Porro inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in circulo funda*. idipsum contigit perduellibus Iudæis, qui fugerunt in Aegyptum, vel perducti Babylonem gentium institutа amplexi sunt. a Dei enim memoria, & libro vitæ popularium eius deleti, vbiuis vagari permissi sunt, quo hostilis agebat furor, vel casus impellebat. qui vero Ieremiam audierunt, dederuntque manus Nabuchodonosori cum Ioacim, ij quasi in angulo pallij Domini colligati, protecti sunt illius prouidentia; sed non omnes redierunt in patriam: qui autem reduces incoluerunt Ierusalem, causa fuerunt postremi illius excidij. nam propter eorum scelera traditi sunt Antiocho primum: & propter nefarium facinus in Christum Domini admissum, eorum filij cum Vrbe, & Templo, gladio, fame, peste, & incendio perierunt. Atque hæc de ænigmate, seu implicata allegoria dicta sint. Ex quibus iam palam est, quid sibi velit versus præsens. *Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam*, id est, feci illam caput orbis terrarum, in medio, & eminenti loco eam collocans, Regiam meam & solium in ea constitui: vt quæ situ suo, & altitudine caput esse merebatur, terrenum caput etiam esset politicum. Ex quo scilicet, quasi ex naturali capite, in totum corpus vniuersi deriuaretur, sensus, & motus, scilicet veri Dei cognitio, quæ sensus est; atque vitæ institutio, quæ motus dicitur. sicut & vita gressus est, & via: illa vero suæ dignitatis oblita abiecit legem meam, quæ illam mundi caput fecerat. propterea abradi faciam cæsariem, & barbam eius, omnes, inquam, nobiles, & robustos eius auferam, eamque delinquam ostentui expositam.

Ose. 11. *Ier.* 10. ℣. 14. *Apocal.* 6. ℣. 6.

Pestis & fames vocantur ignis, propter similes effectus. *Thren.* 4. ℣. 8. & cap. 5. ℣. 10.

Threnor. 5. ℣. 5. & 9.

Qui sint Iudæi ligati in ora pallij, non in sinu.

Deut. 33. ℣. 12.

1. *Reg.* 25. ℣. 29.

Dei cognitioni sensus, & vitæ institutioni, motus comparatur.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Comminatur desolationem vniuersæ terræ Israël.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis pone faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos,

III. Et dices: Montes Israel audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & dispердam excelsa vestra,

IV. Et demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra. B

V. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum uestrorum: & dispergam ossa uestra circum aras uestras.

VI. In omnibus habitationibus uestris Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur: & interibunt aræ uestræ, & confringentur: & cessabunt idola uestra, & conterentur delubra uestra, & delebuntur opera uestra.

VII. Et cadet interfectus in medio uestri: & scietis quia ego sum Dominus. C

VIII. Et relinquam in uobis eos, qui fugerint gladium in Gentibus, cum dispersero uos in terris.

IX. Et recordabuntur mei liberati uestri in Gentibus, ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans, & recedens a me: & oculos eorum fornicantes post idola sua: & displicebunt sibimet super malis, quæ fecerunt in uniuersis abominationibus suis.

X. Et scient quia ego Dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malum hoc.

XI. Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

XII. Qui longe est, peste morietur: qui autem prope, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis.

XIII. Et scietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti uestri in medio idolorum uestrorum, in circuitu ararum uestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus uniuersam quercum frondosam, locum ubi accenderunt thura redolentia uniuersis idolis suis.

XIV. Et extendam manum meam super eos: & faciam terram desolatam, & destitutam a deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS SEXTI.

I. ET Factus est sermo Domini ad me dicens. & allocutus est me Dominus in hunc modum.

II. Animi indignationem vultus seueritas indicat. *Fili hominis, pone faciem tuam montes Israel.* Id est, obfirma vultum toruum aduersus montes terræ Israëliticæ; videlicet contra montem Sion, montem Moriah, montem oliuarum, & montem offensionis, quod in eis sacrificia oblata sunt idolis, seu offensionibus potius gentium, quibus tam grauiter infensus est Dominus: Montibus etiam vicinis, & collibus vrbem Ierusalem ambientibus indignationem animi vultus seueritate significat, in quibus similia patrata sunt scelera.

III. Implacabilis iræ furor, non solum viuentium sed & insensibilium ruinam denunciat. *Et prophetabis ad eos, & dices; Montes Israel audite Verbum Domini*, Tragica exclamatio per prosopopœiam facta indicat Vaticinij pondus, atque affectus vehementiam, iræ scilicet implacabilis furorem, quo non tantum hominibus, & animantibus, sed etiam montibus, & collibus extremam vastitatem denunciat, ideoque prouocat eos ad iudicium, vt decretam contra se, & irreuocabilem sententiam audiant, tribuens insensatis creaturis sensum, & irrationabilibus mentem; non solum eo exornationis genere, quo solent Rhetores, vt affectus permoueant, sed quoniam veraciter creaturæ omnes conditori suo sic obediunt ad nutum, vt parere videantur præcepto, mandato, *Cæli enarrant gloriam Dei* cursu suo vniformi, & indefesso. *Dies diei verbum eructat*, & mandat; nox noctem érudit. cumque loquelis careant, audiuntur *uoces eorum*, steliæ vocatæ respondent, *adsumus*: mœret cælorum militia Deo indignato, & tripudiat ipso placato. Deo annuente *mare uidet & fugit*; Fluuius *conuersus retrorsum*: ipso extendente manum *viderunt, & doluerunt montes, gurges aquarum transyt, dedit abyssus uocem suam, altitudo manus suas leuauit, sol & luna* attonita *steterunt* spectantia, & admirantia fortitudinem manus eius, &c.

Ps. 18. ℣. 1. Baruch. 3. ℣. 35. Ps. 113. ℣. 3. Habac. 3. ℣. 10.

Et quamuis reuera inanimata sint elementa, a Prophetis vocari solent ad Dei verbum audiendum, vt hac ratione prouocentur homines insensatis rebus stupidiores, & surdis creaturis contumaciores. Vnde coram ipsis astantibus eiusmodi exclamationibus, & apostrophis vtuntur Prophetæ. *Altare, altare*, ingeminat ille vir Dei, audiente impio Ieroboam. & Ieremias. *Terra, terra, audi sermonem Domini*, clamat, astante Ioachin. Moses quoque *Audite*, inquit, *cæli, & loquar: audiat terra*, &c. quem imitatus Isaias, tragice exorsus est: *Audite cæli & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est*: Quibus non deerat auditorum frequentia. Ceterum ipsis posthabitis ad insensatas creaturas apostrophen faciunt, quasi dedignati homines perfidos Dei querelis onerare frustra. Sciebant enim Prophetæ, quod *ad inuidiam concupiscit spiritus*; & homo inuidia stimulatus resipit. Quare consultius putabant seruos alloqui, dominos despicere, vt hac contumelia prouocarentur ad Dei verbum auidius excipiendum. Sed quid tantum commeruerunt montes? quid peccauerunt colles Israel? an quod opacitate sua, & celsitudine, arborum densitate, & virore idololatras prouocarunt ad sua nefaria scelera? Quod si montes, & siluas immerentes, quod offensioni fuerint peccatoribus alioqui pronis ad malum, Deus sic punit; quod supplicium de eo accipiet, qui, vt sibi socios acquirat iniquitatum, alios incitat ad peccandum, vel scandalo est, vt labantur? An potius hæc seueritas exercetur in montes, quod fœdati sint, & sordibus idolorum contaminati? æquum enim est, vt non solum homo perduellionis reus puniatur atrocissime, sed domus eius desoletur, & sale sparsa permaneat in tumulum sempiternum: quia peccatum non tantum hominem, sed & elementa & creaturas omnes maculat in psalmo: *Infecta est terra in sanguinibus*, sic enim legendum est, vt legit Regius codex & Complutensis, Græcus etiam, & Hebraicus, & Latini aliqui cum versione Hieronymi. Idem patet in Deuteronomio. *Quando inuentum fuerit hominis cadauer occisi*, &c. *ducent vitulam ad locum salebrosum, & spargent carnes*, &c. Vbi notat Rabbi Ioseph, locum illum dici per prolepsim, asperum, & incultum: quia scilicet talis futurus erat, quia reddebatur sacer, & maledictus carnibus vitulæ sparsis, & ibi putrescentibus: alioqui non semper eligebatur locus incultus, sed ipsemet, vbi cadauer ceciderat. quod si carnes victimæ pro peccato terram polluunt, quid faciet peccatum? ibidem etiam habetur. *Maledictus a Deo est qui pendet in ligno*, &c. *non remanebit in cruce*, ne polluat terram. ex quo loco idem conficitur argumentum: & in Numerorum libro. Vas quod non habuerit operculum, immundum iudicatur, si in tabernaculo fuerit, vbi aliquis homo mortuus est. Vtique non polluit cadauer, sed iudicatur polluere, quod peccati filiam mortem significet: nam *per peccatum mors*, &c. Quoniam ergo vniuersum hoc theatrum orbis incolarum peccatis polluitur, propter peccata etiam ab ipso Deo maledicitur, qui quasi pœnitentia ductus, *delebo inquit* omne quod feci. Hinc illud Deuteronomij. *Generatio prauа, atque peruersa*, vbi Chaldæus vertit: Ordines mundi peruersi sunt propter eam, id est, vniuersi huius harmonia soluitur ob peccata. Sed discurramus per opera sex dierum. primo die creatur lux. hanc fugat peccatum, apud Ieremiam. *Aspexi cælos, & non erat lux in eis*. Secunda die extensum est firmamentum quasi tabernaculum, *Extendens cælum sicut pellem*, id est, vt tentorium. Verum propter peccata comminatur apud Isaiam Deus, complicaturum hoc suum tabernaculum, ne homines operiat. *Complicabuntur sicut liber cæli*. Tertio die vestita est herbis speciosa terræ facies ab illo Chao, & aquarum abysso separata; sed peccatum ad primum nihil, inane, & vacuum illam reducit, propterea Ieremias ait. *Aspexi terram, & ecce vacua erat, et nihil*, id est, inanis. nam est in origine vox תוהו tohu, quæ latine redditur, inanis. *Inanis, & vacua*. & Isaias ait. *Attrita est ciuitas vanitatis*. Hebraice tohu. id est, inanis. & Ieremias. *Vsquequo lugebit terra*, & infirmabitur bestia agri, id est, quousque erit inanis, & vacua, sine pabulis. & iterum. *Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ*, &c. quarto die creantur luminaria, sed hæc peccatum eclipsat, Isaias enim ait. *Obtenebratus est sol in ortu suo, &*

Peccatum terram polluit & incultam reddit.

Psal. 105. ℣. 38. Deut. 21. ℣. 1. R. Ioseph. Deut. 21. ℣. 23. Num. 19. ℣. 15. Roman. 5. ℣. 12. Gen. 6. ℣. 7. Deut. 32. ℣. 5. Genes. 1. Ier. 4. ℣. 13. Ps. 103. ℣. 2. Is. 34. ℣. 4. Ier. 4. ℣. 13 Gen. 1. ℣. 2 Is. 24. ℣. 10. Ier. 12. ℣. 4 Ier. 7. ℣. 20. Is. 13. ℣. 10

Iacobi 4. ℣. 5.

Vocantur elementa ad audiendum Dei verbum vt prouocentur homines, eisdem elementis stupidiores. 3. Reg. 13. ℣. 2. Ierem. 22. ℣. 29. Deut. 32. ℣. 1. Isa. 1. ℣. 2.

Aduersus scandalosos comminatio hæc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luna non splendebit in lumine suo. & dixerat: *Ecce dies Domini crudelis, & indignationis plenus ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum*. & Lucas ait. *Erunt signa in sole*, &c. Quinto die protulit aqua volatilia, & pisces, hæc quoque interimit peccatum: apud Ieremiam, *Omne volatile cæli recessit*. & apud Ezechielem. *Commouebuntur a facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestiæ agri, & omne reptile, quod mouetur, super humum*, &c. Sexto die creantur quadrupedia, & homo; hæc etiam absumuntur. eodem loco Ieremiæ allato. *Vidi montes*, &c. *& non erat homo*, &c. & in Osea. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur bestia agri*: quod est forte mirabilius in hæc animalcula Dominum sæuire, quorum habet peculiarem prouidentiam: in psalmo. *Producens fœnum iumentis*. & iterum. *Pullis coruorum inuocantibus eum*: Quid multa domum suam, & arcem hostibus tradit polluendam cruore, quod a peccatoribus fuerit maculata. *Contaminate domum, & implete atria interfectis*: quasi diceret: sanguinibus peccatorum pollutam, cruore occisorum polluite; ne reuereamini quasi sacram: & iterum: *Violabunt arcanum meum*. Idem habetur in Ieremia ibi: *Conticuerunt arua pacis*, id est, amœnissima Tempe viridaria, & paradisi deliciarum: & dixerat. *Indicatur Dominus cum omni carne*: hoc est, tam implacabili odio habet peccatum, vt neque sibi ipsi parcat, dummodo illud pro meritis plectat, vt solent reges, qui non solum proditorem damnant neci, sed etiam arcem propriam, quam proditori commiserant custodiendam, flammis addicunt; in exemplum tanti sceleris est illud. *Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ*, id est, Templo ad instar arcis munitissimo: & in psalmo. *Et ædificauit sicut vnicornium*, ad instar palatij, *sanctificium suum in terra*, &c.

Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus. Non montibus solum, sed & vallibus indignatus est Dominus: quod in vallibus etiam sordes suas coluerint Israëlitæ. Talis erat Gehennon, vel vallis Ennon, quam antonomastic῀ς sacra Scriptura vocat Conuallem, scilicet Cedron: in qua immolabant filios Moloch: vbi etiam excelsorum in montibus est memoria, quæ ædificauerat Salomon Astharthæ, Chamos, & alijs eius farinæ idolis. *Rupibus*. Hebraice est אפיקים, aphiqim, ab פאק, aphaq, quod in quarta coniugatione (nam in cæteris non extat) significat vim sibi facere, continere se, compellere se ad aliquid faciendum, vt habetur in Genesi. *Non se poterat vltra continere Ioseph*, Verbale autem varie redditur ab interpretibus pro locorum exigentia. Hieronymus vertere solet torrentes, vt in Iob. *Sicut torrens, qui raptim transit*. & in Ezechiele: *in riuis*. & iterum: *montibus, collibus, torrentibus*, &c. Aliquando vero rupem transfert, vt in eodem Ezechiele. *In uniuersis rupibus terræ*: & in præsenti loco aliquando *iugis* vertit, vt in eodem propheta, vbi sic habet. *Dices montibus & collibus, iugis & vallibus*. Septuaginta hoc loco vertére νάπας, napas: est autem νάπη, nape, vel νάπος, napos, saltus, locus syluosus, viretum, cliuus, recessus intra montes, vbi flores optime proueniunt. Vnde Napeæ herbarum, & florum Deæ, de quibus Vergilius.

—*Et faciles venerare Napeas*.

Hieronymus per Napas intelligit loca nemorosa. Plutarchus νάπας σκιερὰς, napas scieras, dixit, id est, lucos opacos. Sophocles pro rupibus accepit. Ego, quantum ex locorum omnium collatione coniectari possum, existimo vocem Hebræam significare alueum torrentium, vel riuorum, qui continet & coërcet aquarum fluuium, fossam ipsam demissam inter rupes, atque ex metonymia ripas ipsas, rupesque, quas inter labitur fluuius: eodem itaque recidunt omnes Hieronymi versiones, atque Septuaginta: nam torrentium ripæ solent frondosis arboribus esse opacissimæ, sub quarum vmbra erigebant Israëlitæ altaria idolis sacra.

Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa uestra. Excelsa erant luci ac nemora in excelsis montibus, aut editis collibus, vel vmbrosis recessibus consita; in quibus solebant gentes sacella, & altaria erigere, atque Deos suos Satyros, & Faunos venerari. nam ab his sacella montium fana appellata sunt, quasi Faunis dicata, quorum meminit Ieremias. *Pilosi habitabunt ibi*, in Babylone scilicet redacta in saltum post ruinas, *Fauni, & Satyri habitabunt*, quos in lucis & syluis agere putatis: est enim imitatio rhetorica. Hebraice dicuntur במות, bamot, sonatque excelsum, lucum scilicet, vel altare in altum excitatum, vel potius sacellum in loco edito erectum, vt in Numerorum libro. *Duxit eum ad excelsa Baal, & inde intuitus est extremam partem populi*: & in Ieremia. *Et auferam de Moab offerentem in excelsis*. & iterum: *Aedificauerunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam*: & apud Ieremiam. *Vere mendaces erant colles, & multitudo montium*, &c. Ex quibus locis constat, quid sit excelsum, fanum, scilicet, Dijs erectum in iugis montium, vel collium sub arboribus frondosis. Nam in libris Regum discrimen fit inter excelsum, & altare (ne putaremus excelsum altare esse) *altare*, inquit, *& excelsum confregit*. Eiusmodi lucos in montibus consitos apud omnes nationes fuisse constat in honore: nam Homerus, & Virgilius meminere sepulchrorum in nemoribus structorum, in quibus parentalia primum Heroibus fecerunt populi, mox quasi Dijs sacrificia offerre cœperunt: in simili honore habebantur a Cananæis, quos ne imitarentur Israëlitæ, diuina lege cautum est. *Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, Deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum, dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igni comburite, & idola comminuite, disperdite omnia nomina eorum de locis illis*. *Non facietis ita Domino Deo vestro*. Quibus verbis non solum prohibet, ne Deos vanissimos gentium colerent, sed etiam ne Deum verum ritu gentili venerarentur: ne ex similitudine rituum religio confunderetur, & pro Deo vero falsi aliquando Dei cultus subreperet. Propterea in exodo præcipit Dominus: *Altare de terra facietis mihi*, non lapideum, vt scilicet solent gentes Dijs suis fabricare: nulla sit conuentio luci cum tenebris, Deo cum Belial. Verum, temporibus procedentibus, & senioribus Israël defunctis, gentium consuetudinem imitati sunt: & multi Deos earum coluerunt in lucis: Religiosi vero ceteros secuti, ritu, non mente, Deo vero immolabant, tametsi in lucis. Nam & Gedeon sub quercu sacrificium obtulit, acceptum Domino, qui tolerabat inolita iam consuetudine inuectum sacrificandi in montibus morem: & Samuel sacrificium peregit in excelso: & Salomon sacrificauit in excelso Gabaon, id est, in altari veteri æneo, quod construxerat Moses, quod in excelso colle Gabaon frondosis arboribus consito extabat: nam arcam attulerat Dauid in ciuitatem suam, tabernaculum Mosaicum in Gabaon manebat

Luc. 21. ℣. 25.
Ier. 4. ℣. 25
Ezech. 38. ℣. 20.
Osea. 4. ℣. 3.
Psal. 103. ℣. 14.
Psal. 146. ℣. 9.
Ezech. 9. ℣. 7.
Ezech. 7. ℣. 22.
Ierem. 25. ℣. 37.
Odium Dei aduersus peccatum mirifice ostenditur & exaggeratur.
Thren. 2. ℣. 7.
Psal. 77. ℣. 69.
4. Reg. 23. ℣. 4.
Genes. 45. ℣. 1.
Hierony.
Iob. 6. ℣. 15
Ezech. 34. ℣. 13.
Et cap. 36. ℣. 4.
Et cap. 31. ℣. 12.
Ezech. 36. ℣. 6.
Vergil. 4. Georg.
Hier. super Ezech. 36.
Plutar. in Numa.
Sophocles

Quæ sint excelsa.
Ierem. 13. ℣.
Num. 22. ℣. 41.
Ierem. 48. ℣. 35.
3. Reg. 14. ℣. 25.
Ier. 3. ℣. 23.
4. Reg. 23. ℣.
Homerus.
Virgilius.
Deut. 12. ℣. 2.
Deus non solum Idolorum cultum prohibet, verum eorum ritus in veri Dei cultu misceri non patitur.
Exod. 20. ℣. 24.
Iud. 6. ℣. 19
1. Reg. 9. ℣. 19.
2. Paral. 1. ℣. 3.

bat fixum. Deinde exædificato Templo lapideo a Salomone, quo omnis videbatur sublata fuisse occasio excelsa adeundi (ecquem enim non inuitaret, & cogeret ad sui celebritatem, frequentationem, & cultum, Templum illud tam illustre, splendescenti marmore fultum, aureis trabibus tectum, tam laxis porticuum ambulationibus miro opere tessellatis cinctum, tam spatiosis areis subdialibus distinctum, tam inaudita harmonia constructum, &, quod caput est, tot tantisque signis, & prodigijs nobilitatum?) nihilominus radix amaritudinis, quæ alte fixa erat in cordibus Israëlitarum tunc potissimum auidius pullulans germinauit fel, & absynthium. Nam primus Salomon in vxorum suarum gratiam idola erexit, fana ædificauit, plantauit lucos, &, quod omnem superat admirationem, illis ipsis simulachris genua flexit, & adorabundus procubuit: eiusque exemplo permotus populus ad excelsa iterum conuersus est, quæ Reges Iuda vel approbarunt, vel permiserunt vsque ad Ezechiam, qui excelsa dissipauit. Sed ea deinde Manasses filius restituit; denique Iosias funditus aboleuit.

4. Reg. 18. ℣. 4. 2. Paralip. 34. ℣. 3.

IV.

Demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra. Scholiastes. Declarat non fore illis auxilium ab idolis, irato ipsis Deo, neque Dæmonum illis profuisse cultum. Theodoretus. Ex legis præscripto cadaueris tactu polluebatur non modo ara, & Templum, sed & homo ipse illud tangens. quare cumulare aras cadaueribus interfectorum, est illas polluere, & contaminare.

Scholiast.

Theodor.

V.

Et dabo cadauera filiorum Israel. Hæc eadem comminatio est pronuntiata in Leuitico iuxta Septuaginta. Ponam cadauera vestra super cadauera idolorum vestrorum. Et alibi. Iosias *contriuit statuas, succidit lucos, repleuitque loca eorum ossibus mortuorum,* &c. *Et tulit ossa de sepulchris, combussit ea super altare, & polluit illud.* Sed illud nouum, non ossibus mortuorum, sed potius cruentatis cadaueribus polluere aras: ex ea enim re non solum idolorum ludibrium, sed idololatrarum ipsorum pernicies manabat. Nota. vbi nos legimus *interfectos*, Hebraice est חללים, chalalim, quod ex æquo significat interfectos, & cruentatos, quia vtrique profani sunt, & polluti (nam polluere significat verbum חלל, chalal) cum sint fœdati sanguine per vim effuso.

Leuit. 26. ℣. 30. 4. Reg. 23. ℣. 14.

Mors & mortui ideo polluti & polluunt, quia peccati affines sunt.

Sed vnde est, quod tactu occisorum contaminentur altaria? nimirum quia cruor, vel cadauer, vel ossa sunt signa mortis, quæ filia peccati est, atque adeo horrenda, fœda, turpis, inuisa, exosa merito iudicatur.

VI.

Idola vocantur sordes.

Et confringentur, & cessabunt idola vestra. Idola Hebraice גלולים, gelulim, sordes, stercora, volutabra, a גלל, galal, voluo, quod illis polluantur cultores non secus, atque si super stercora volutarentur: & in Deuteronomio, tametsi alia voce מומם, mumam, *sordes* vocat maculas, vitia, negotia: neque enim dignatur idolorum nomen ore assumere, sed eorum vice probrosis vtitur vocabulis, idque digniſſime: nam vt fidem & religionem veram comitatur vitæ honestas, & morum candor; sic numinis ignorationem consequitur luxus, & spurcitia, omniumque vitiorum sentina.

Deut. 32. ℣. 5.

Peccatum consequitur interitus, & desolatio.

Et interibunt aræ vestræ. Hebræum אשם, asam, est in vltionem delicti desolari, & abominationi exponi. *Pereat Samaria*, ait Oseas, hoc est, desoletur: & Isaias. *Maledictio vorabit terram, & peccabunt*, desolabuntur, *habitatores eius*: & in psalmo. *Non delinquent omnes, qui sperant in eo.* id est, non deficient, non patebunt ludibrio ob delicta.

Ose. 14. ℣. 1 Isa. 24. ℣. 6. Ps. 33. ℣. 23

Et conterentur delubra vestra. Hebraice חמנים, chamanim, similitudines, imagines, simulachra scilicet Deorum, vt pote Baal, Astarthes, Melchom, Chamos &c. de quibus fit mentio in libris Regum: vel potius solaria, hoc est, simulachra soli dedicata. nam חמה, chamach, solem significat ab ardore. Vnde חמנים, chamanim, statuæ solis. nam & in Africa fuit celebre templum Ammonis, id est, solis simulachro nobile, teste Macrobio. Hieronymus loco vocis huius vertere solet, delubra, vt hoc loco fecit, & apud Isaiam. *Non stabunt luci, & delubra.* Aliquando, fana, vt in Paralipomenon libro. *Abstulit aras, & fana.* Aliquando etiam simulachra, vt in Leuitico. *Destruam excelsa vestra, & simulachra confringam.*

4. Reg. 23. ℣. 13. Macrob. lib. 1. Sat. ca. 21 Hieronym. Isa. 27. ℣. 9. 2. Paralip. 14. ℣. 5. Leuit. 26. ℣. 30.

Et delebuntur opera vestra. Psaltes. *Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.* Sic appellantur Dij a vatibus sacris per irrisionem. Sic Isaias. *Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleo formauit illud*, &c. Et Baruch id repetit centies. Polychronius. Omnis, inquit, idolorum inuentio peribit, siue simulachra ab ipsis effecta significans, siue cultum ipsis impensum. Scholiastes. Non erit amplius sacrificium, quod offeratur in excelsis.

Psal. 113. ℣. 12. Isa. 44. ℣. 12 Baruch in Epistola Ieremiæ. Polychr. Scholiast.

VII.

De significatione nominis Dei Iehouah.

Et scietis quia ego Dominus. Nomen Dei proprium יהוה, iehouah, a verbo היה, haiah, esse, subsistere, significat substantiæ pelagus, ens per se, & a se subsistens, primum essentiæ & subsistentiæ principium & fontem, atque adeo veritatem primam, quæ in dictis, & factis constantissime subsistit, & perstat: vt in Exodo. *Qui est misit me ad vos*, ero qui ero: vocor Deus, verbi sui executor, præstans promissa. Ergo hunc habet sensum locus præsens. Scietis, cum calamitas ingruerit, me non locutum inventum, non frustra, aut vane comminatum fuisse, sed quæ opere præstiturus eram prædixisse: vt corrigeremini, & flagellum a manu mea extorqueretis. Vel. Scietis quia ego Dominus solus sum, & Deus verus; & ceteri, quos colebatis, vanissimi erant, qui non potuerunt saluare cultores. De hac re Isaias. *Confractus est Bel*, &c. Est sarcasmos mirabilis. Vel. Scietis me esse Deum sanctū, & iustum, qui odio habeam peccata, quando eorum supplicium senseritis.

Exod. 3. ℣. 14. Deus varax cognoscitur in executione vindictæ comminatæ. Isa. 46. ℣. 1.

VIII.

Scholiast.

Et relinquam in vobis. Scholiastes. Ostendit non sine delectu habitatores perdere, sed dignos quidem gladio perituros; qui tales non fuerint, liberatum iri.

IX.

Pœnitentiæ fructus & encomium.

Et recordabuntur mei liberati vestri. Id est, qui euaserint necem e vobis, captiuitateque oppressi fuerint inter gentes. Quam vtilis est disciplina Dei, quam efficax tribulatio, pœnitentiæ mater, memoriæ salinum. Homo natura sua obliuiosus (Enos scilicet propterea appellatus, quod, prosperitate arridente, Dei sui solet obliuisci) tribulatione sæuiente, Deum in memoriam reuocat, quem a se alienarat. *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* Vnde Isaias ait. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Id est, in tribulatione memores erunt tui, visitabunt te, & fundent murmur orationum, & gemituum; cum aduenerit afflictio, scilicet disciplina tua eis: & apud Oseam Dominus. *In funiculis*, inquit, *Adam traham eos, in vinculis caritatis.* Funis dolor est, quo homo constringitur, & arctatur, vt in psalmo. *Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.* Et in Actis Apostolorum. *Solutis doloribus inferni*, id est, vinculis sepulchri: nam oppositum illud *solutis* respondet egregie vinculis, quæ stringere solent. quasi dicat. Non potuit

Tribulatio Deum in memoriam reuocat. Ose. 6. ℣. 1. Isa. 26. ℣. 16

Ose. 11. ℣. 4. Dolor est quasi funis coarctans. Ps. 17. ℣. 6. Actor. 2. ℣. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detineri sepulchri carcere, quæ sunt vincula mortis. Ergo ait Oseas: *In vinculis Adam*, quæ scilicet a parente suo Adam hæreditarunt, nempe doloribus & afflictionibus ad me traham, quæ sunt mei erga illos amoris pignora. propterea addit: *In vinculis caritatis*, id est, quibus soleo ad me allicere carissimos filios. Hoc est illud Sapientiæ. *In memoria sermonum tuorum examinabantur*, id est, vt recordarentur præceptorum tuorum castigabantur. Verum hic totus contextus capitis elucidatur ex Isaia. *Qui egredientur impetu a Iacob, florebit, & germinabit Israel*. id est, radix, seu truncus Iacob, tametsi emortuus videbatur, ramis amputatis, suo tempore resloresceet, & virgulta proferet magna vi, & impetu. *Et implebunt faciem orbis terræ*. Non enim extirpaui, non euulsi radicitus, sed castigaui aliquatenus *in mensura contra mensuram*: parce, & cum pondere, & mensura metiendo, & remetiendo quosdam corporis huius pilos trucidaui, & combussi, quosdam seruaui superstites. *Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus*, id est, *ingemuit vt columba*. Tametsi olim duro corde, & pertinaci fuerat pectore, quod comminationes, & terrores ad pœnitentiam emollire non valuerunt: iam vexatio dedit intellectum, & tribulationis vis flexit rigentem animum, iam gemit, mussitat, atque singultibus, & suspirijs intercluſum spiritum vix trahit, vt fieri solet flante subsolano, vigenteque æstu. *Idcirco super hoc dimittetur iniquitas Iacob, & iste* est *omnis fructus*, tribulationis, *vt auferatur peccatum eius. Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci, & delubra*. Si tamen ipsa non modo idololatriam abiecerit, sed ita abominata sit, vt lapides altarium, in quibus dæmonijs offerebat thura, in calcem redigat, ita vt non restituantur amplius luci & delubra. Nota signum veræ pœnitentiæ non odisse modo peccatum, sed omnia irritamenta, & occasiones peccati funditus ablegare, & ita delere, vt nusquam amplius ruinæ offendiculo nobis sint, vel esse possint.

Quia contriui cor eorum fornicans. Dolor vehemens cor angit, & premit quasi pondus graue. Hispani pœnitentiam, & dolorem vocamus *pesar*: quod pondere suo aggrauat animum: quo alluſit illud psalmi. *Et sicut onus graue grauatæ sunt super me*. Eadem ergo ratione dolor hic vocatur contritio: quia quasi pondus, vel malleus conterit, & comminuit cor peccatoris lapideum, emollitque, vt diuini verbi impressionem quasi cera blanda suscipiat. Verum quid sibi vult conteri oculos, *& oculos eorum fornicantes*, quia dolor eiusmodi torquens cor, humorem eius exprimit, qui in cerebrum sublatus vi caloris, & cerebri frigiditate temperatus in lacrymas resoluitur oculis manantes: ideo contritio non cordi solum, sed oculis etiam tribuitur. in Threnis. *Oculus meus deprædatus est animam meam*, id est, suixit, exhausit cordis mei succum, & spiritus; lacrymarum vim vbertim effundo ob villas populi mei direptas. & merito oculi mœrenti corde illacrymantur quando specie delectati boni commutabilis, cor seduxerunt, vt posthabito summo bono & pulchro, amplecterentur sordes creaturarum. Vnde oculis tribuit Petrus adulterium. *Oculos habentes plenos adulterij*, &c. & apud Ieremiam. *Oculos fornicantes post idola* legimus; quia ipsi fuerunt internuncij adulterij, atque idololatriæ. Cuius rei testes sunt senes Danielis, qui Susannam iusserunt faciem detegere, vt explerentur eius forma. Vnde spiritualibus quoque oculis fornicatur, qui recedit ab inspicienda veritatis pulchritudine, ait Origenes: ex quo sumpsit Hieronymus. Hebraice legere licet. Quia confractus sum, vel mœrore affectus ob cor eorum fornicans, & oculos fornicantes: in hunc sensum: Recordabuntur mei, qui euaserint, nō sine dolore, quod me ad amaritudinem sæpius concitauerint, & mœrore affecerint corde suo, & oculis adulteris. Sed nostra translatio multo magis quadrat contextui.

Et displicebunt sibimet. קוט, qut, est dissecari, exstimulari cum offensione, tædio, & dolore. quasi dicat: offensioni erunt illis mala, quæ fecerunt, ipsi sibi sordescent, & tædio erunt, tædebit eos, vix meminisse sustinebunt eorum, quæ fecerunt. Sic vsurpatur in psalmo. *Quadraginta annis proximus*, vel *infensus fui* (sic legit Paulus) *generationi huic*. Idem autem vtraque vox significat, scilicet, cum offensione illos coram me tolerabam. Vel, si dissecari vertimus, sensus est. Erunt ipsis mala, quæ fecerunt, quasi carnifices, qui corda eorum discerpent. Hanc phrasim imitatus est Lucas. *Dissecabantur* in *cordibus suis*: & iterum ad primam allusit acceptionem. *Iis audi is compuncti sunt corde*. Actus iste contritionis est sui ipsius displicentia, ortus ex displicentia peccati, quæ est contritionis essentia. vt vel ex nomine appareat quam stolide fingant Hæretici pœnitentiam non amplecti peccati odium, sed tantum resipiscentiam. quis enim resipiscit, & corrigit se, nisi male egisse animaduertens? Qui autem potest resipiscens non odisse malum, quod deinceps præcauere statuit? Septuaginta. Et cædent faciem suam; vel plorabunt ante faciem suam. Scholiastes. Solemus enim in magnis, & immensis malis manus nobis in oculos imponere: videlicet non solum gement, vt solent viri; sed lacrymabuntur, quod hominum est; atque insuper lamentabuntur & plangent quasi feminæ præ doloris acerbitate, qui animos adimit, & robustissimos eneruat.

Et scient quia ego Dominus non frustra locutus sum. Theodoretus. Ipsa experientia discent a me neque iniuste, neque sine sua vtilitate se huiuscemodi supplicio affectos. impietas enim iustitiam ostendit, vtilitatem pœnitentia. Scholiastes. Non ex iracundia feci, sed peruersæ eorum actiones hæc illis grauiora incommoda pepererunt.

Percute manum tuam, &c. Sic legunt correcti codices Latini, Græci, Chaldæi, & Hebræi, in auferendi casu, non in accusandi: subauditur enim, femur, vel quid simile. Hieronymus. Magnitudinem peccatorum iubetur Propheta manibus, pedibusque, ac sermone monstrare, vt gestu corporis ac indignatione vocis habitum stupentis, mirantisque, & plorantis ostendat. quomodo enim si quādo nouum aliquid, mirandumque conspicimus, tam corpore quam animo perhorrescimus, ita vt complodamus manus, & pedes allidamus ad terram, & vocem inclinemus ad fletum; sic nunc, &c. Eadem fere habet Origenes. Iubetur Propheta, inquit, nō modo voce, sed etiam corporis gestu lamentari, vt manus præ stupore multorum scelerum collidantur, pes vehementius solū feriat, vt sonitus reddatur. Illud vero: *Et dic Euge*, paraphrasim faciens Symmachus reddidit, indignare. Polychronius. Hoc est, super his ingemisce, & ede flebilem vocem, dolens super his, qui calamitatis magnitudinē patiuntur. Eo enim improbitatis processerunt; vt quodammodo attrahant etiam, & extorqueāt a Deo vindicem pœnam, &c. Isti auctores, vt

Dolores & afflictiones sunt vincula Adam, vincula caritatis.

Sap. 16. ℣. 11.

Isa. 27. ℣. 6. & sequentibus.

Isa. 27. ℣. 8

Isa. 27. ℣. 9.

Signum veræ pœnitentiæ, non peccatum odisse tantum, sed & omnia irritamenta & occasiones peccati.

Dolor est quasi pondus comprimens & emolliens cor durum.

Ps. 37. ℣. 5.

Oculos conterit dolor, & quomodo, & quare.

Threnor. 3. ℣. 51.

2. Petr. 2. ℣. 14.

Dan. 13. ℣. 32.

Origenes. Hieronym.

Ipse sibi displicet peccator, & tædio est enarrabili.

Psal. 94. ℣. 10.

Hebræ. 3. ℣. 10.

Peccatum est quasi carnifex discerpens peccatorem.

Actor. 5. ℣. 33. & 7. ℣. 54. & 2. ℣. 37.

Confutatur hæresis negantium contritionem continere peccati odium.

Schol.

X.

Theodor. Tribulatio perpessa docet, non inutile nec sine fructu datū se esse a Deo. Scholiast.

XI.

Gestu & fletu declarare præcipitur vates Israelis peccata & meritam eorum pœnam; subuersionem nempe Israelis. Hieron.

Origenes.

Symmach. Polychr.

vt videmus, manuum collisionem, & pedis sonitum: atque interiectionem, *Heu*, volunt esse dolentis super magnitudine mali impendentis Israëlitis. Quoniam vero interiectio Hebraica אח, ach, a Septuaginta conuersa est ευγε, euge, atque etiam a Theodotione; Euge autem magis est insultantis, quam plangentis; aliquot interpretes Græci hos gestus ad admirationem referunt propter euersionem idolorum. Sic enim habet Scholiastes. Euge, Euge ob euersionem idolorum ponitur, vt suus cuique tribuatur locus: complosio manuum tanquam indolentis, & ingemiscentis ob Israëlis calamitatem; at Euge, Euge, cum sit admirantis aduerbium, propter euersionem, quæ abominationem Israëlis consecuta est, &c. Alius Scholiastes. Hebraice heach habet, & recte: si enim idolorum dumtaxat audiret euersionem, recte videretur exultare: cum autem hominum etiam calamitatem admisceat, videtur lamentari potius. Theodoretus. Me, inquit, declarante, & sententia decernente omnis generis supplicia, tu plaude & admirare sententiæ iustitiam, &c. Itaque Origenes fugiens Septuaginta lectionem, & Symmachum appellans, ceteri ad Hebraicam recurrentes, & Græcæ particulæ, Euge, sensum interpretatione temperantes, fatentur ingenue Hieronymi lectionem esse contextui germanam, vt Heu legamus, non Euge. Quod si ex linguæ proprietate loqui volumus nullo modo potest reddi, Euge, sed Heu. quoniam Euge respondere solet Hebraicæ interiectioni הא, heach, vt patet infra capite vigesimo quinto. *Pro eoquod plausisti manu, & percussisti pede, & dixisti* הא, heach, id est, *Euge*, &c. Nunquam vero respondet voculæ אח, ach, quæ semper est dolentis.

Schol. *Alius Scho.* *Theodor.*

Et complebo indignationem meam in eis. Polychronius. Finem imponam verbis, eis inferendo supplicium. XII. *Polychr.*

Cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum. Hieronymus. Perspicuum est iuxta literam, & interpretatione non indiget, quod in montibus Israël, & in excelsis collibus inter ipsa idolorum altaria, lucosque, qui appellantur ligna nemorosa, Israëliticus sit cædendus exercitus; vt vbi peccauerant, ibi punirentur. XIII. *Hieronym.* Vbi peccauerunt Israelitæ, ibi puniuntur.

A deserto Deblatha. Hieronymus. Tunc extendam manum meam, quæ fuerat hucusque contracta, & redigam vniuersam terram Israël in solitudinem a deserto Deblatha, quæ est in terra Emath, quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ, in cunctis habitationibus eorum; vt omnibus pateat, nil esse inter solitudinem, & mare magnum, quod non hostilis mucro consumpserit. Multi putant eundem esse locum, de quo in Ieremia scriptum est. *Et apprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Iericontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath.* Potest & ob vicinam similitudinem ד, dalet, & ר, resc, Hebraicarum literarum, quæ paruo apice distinguuntur, vel Deblatha, vel Reblatha appellari, &c. Hæc Hieronymus: cuius commendanda venit modestia in sententia proponenda, quæ est ipsa veritas. Polychronius. Per hæc Iudææ longitudinem describit: nam Deblatham vsque protenditur, quam esse aiunt Antiochiam Syriæ. Eius vero modo meminit, vt ostendat se in omnes pronuntiare sententiam, eamque præsentem, cum constet in hac Babylonium residere, dum belli finem præstolatur: ergo hîc Sedecias captus est, & ad Nabuchodonosor ductus violati fœderis pœnas luit. XIV. *Hieronym.* *Ier. 39. 5.* Modestissime Hieronymus sententiam suam proponit. Polychronius credit Iudææ longitudinem extendi usque ad Deblata, quæ est Antiochia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Prophetat iamiam imminentem vastitatem vniuersæ terræ Israëliticæ.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quattuor plagas terræ.

III. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas.

IV. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus.

V. Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio vna, afB flictio ecce venit.

VI. Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit.

VII. Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.

VIII. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua:

IX. Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed C vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego sum Dominus percutiens.

X. Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia:

XI. Iniquitas surrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.

XII. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, D non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius.

XIII. Quia qui vendit, ad id, quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eorum. visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur.

XIV. Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium: ira enim mea super vniuersum populum eius.

XV. Gladius foris: & pestis, & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia, & fame deuorabuntur.

XVI. Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ conuallium omnes trepidi, vnusquisque in iniquitate sua.

XVII. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis.

XVIII. Et accingent se cilicijs, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium.

XIX. Argentum eorum foras proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

XX. Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam:

XXI. Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam, & contaminabunt illud.

XXII. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.

XXIII. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.

XXIV. Et adducam pessimos de Gentibus, & possidebunt

debunt domos eorum. & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

XXV. *Angustia superueniente, requirent pacem, & non erit.*

XXVI. *Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: & quærent visionem de propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus.*

Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, XXVII. *& manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego Dominus.*

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS SEPTIMI.

I. ET factus est sermo Domini ad me dicens. & mecum locutus Dominus dixit.

II. *Et tu fili hominis.* Subaudi, vaticinare: *Hæc dicit Dominus Deus terræ Israel.* Satis produnt hæc verba, Deum non fuisse oblitum pacti quod cum Patribus Iudæorum pepigerat, daturum se eis terram optimam, neque exosam habere vineam suam, quam in peculium sibi elegerat. Verum filiorum peccatis coactum delere non tam illorum, quam suum ipsius paradisum. iuxta illud: *Dominus exercituum, qui plantauit te, locutus est super te malum.* Et dixerat. *Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum.* ac si diceret. Testentur agricolæ, quam grauate eradicare soleant arborem propria manu plantatam, præsertim si olim speciosa fuerat, & fructifera. Eiusmodi ego sensu tangor, dum oliuam meam speciosam euello, sed ita expedire iudicaui, ex quo facta est oleaster. *Vt quid enim terram occupat?*

Deus memor pacti, quod pepigerat cum Israel, coactus peccatorum multitudine paradisum suũ delere cogitat. *Ier. 11. ℣. 17. & 16.*

Finis venit, venit finis super quattuor plagas terræ. Intellige Israel, vt supra declarauit. nam sacra Scriptura semper, cum plagarum meminit, respectu terræ sanctæ, vel Ierusalem eas partitur, vt alibi diximus, & constat ex Genesi. *Recessit ab Oriente*, Loth:, *et habitauit in locis Iordanis in Sodomis, &c.* Orientem vocauit eum terræ tractum, qui respectu Sodomæ magis Orientalis erat, non autem respectu orbis habitabilis. Hebraice. Super quattuor alas terræ, quomodo etiam Septuaginta reddidere. Vbi Origenes. Alas vocat, quod essent maxime conspicui Iudæi, & eleuati præ ceteris gentibus. Hebraice legimus. Finis, venit finis. qua voce absolura repente prolata magis terret. Deinde eam repetendo declarat timoris legitimam causam, exitium scilicet patriæ totius iamiam impendère; & ne putarent in longius tempus differri hanc comminationem, vt aliæ prophetarum quandoque solent; addit tertio:

Genes. 13. ℣. 11.

Origenes. Iudæorum regiones alæ vocantur, quia conspicuæ & excelsæ.

III. *Nunc finis super te:* prope est, post tres scilicet annos: nam hæc propherabat quinto anno, vel sexto transmigrationis Ioachin: in nono autem anno obsessa est vrbs. *Super te.* Super vos, inquam, qui nunc viuitis, & adstatis, non super vestros posteros hæc ira desæuiet.

Et iudicabo te iuxta vias tuas. Id est, animaduertam in te pro meritis. Origenes. Obijcitur oculis arcana diuiniorque sententia. in vijs tuis, inquit, vindicabo te. nam iniuria afficiuntur, qui peccant, neque ab alio vllo, quam a seipsis: & cum alij non sint, atque ij, qui violantur iniuria, puniuntur qui iniuriam fecerunt, at sunt ijdem qui vindicantur, & qui plectuntur. Dum ergo Deus vindicat eos, qui sibi iniuriam fecerunt, punit eos quatenus iniuriam fecerunt. & supplicio quidem tolluntur qui fecerunt iniuriam: relinquuntur vero quibus est facta iniuria, non habentes amplius eos, qui iniuriam fecerunt, scilicet vitium, & eius opera, &c.

Origenes. A seipsis iniuriam & vindictam sustinent peccantes.

Via quandoque significat stratam regiam, atque ita vsurpatur pro lege Dei, per quam gradiendum est homini, vt in psalmis, & alibi. quandoque significat ipsum iter, quod suscipitur, & conficitur: atque ita sumitur in sacris pro instituto, & ratione viuendi, consuetudineque inueterata, vt in præsenti.

Via quid significet. *Psal. 118.*

Et ponam contra te omnes abominationes tuas. Septuaginta. Dabo super te, id est, lues pœnas peccatorum, metes quæ seminasti, & digna factis præmia feres: *iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus.* Hoc explicari potest ex Zacharia: vbi duæ mulieres munitæ alis miluorum portabant talentum plumbi impositum amphoræ, quæ vocabatur impietas: id est, luebant pœnas peccatorum cumulo respondentem ad mensuram: nam & talentum, & amphora continent pedem quadratum, sed amphora mensurat, talentum grauat. Erat autem hæc pœna exilium in Babylonem: quare significata est in duplici semina, quæ alis struthiocameli, vel ciconiæ, aut milui non in altum sublatæ sunt; sed prope terram non tam volabant, quam remigabant, & remigio alarum nixæ quasi struthiones celeri gradu festinabant. nam miseros Iudæos properare cogebant Babylonij, currere, immo potius volare. *Euntes ibant, & flebant.* Id est, velocissime progrediebantur: nam participium illud, vel infinitiuus, vt est in origine, addit affectũ significationi verbi, vt contra inferius. *Venientes venient*: significat subsiliendo, & saltando remearunt in propria. Quoniam vero non in migratione tantum versum Babylonem, sed multo acerbius in ipso exilio pœnas dederunt Iudæi; addit Propheta. *Quo deferunt amphoram? in terram Senaar, vt ponatur ibi super basim suam*; id est, in loco, quem meretur impietas, quem quasi columnæ basim iure suo postulat, basis autem ad normam, & mensuram ipsius columnæ solet fabricari; nec secus supplicium solet peccatorum respondere mensuræ. Idem repetit versu sequenti.

Iuxta peccatorum merita punit ea Deus. *Zachar. 5.*

Tsal. 125. ℣. 6.

IV. *Sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt.* Id est. Hoc exitium sceleribus tuis commeritum nõ vicinos tuos tantum peruadet, sed te mediam occupabit, & perrumpet: intestinum malum est, non extraneum. Quod si *medium* pro corde accipiamus, vt solet sacra Scriptura facere, sensus erit. Exulcerabit hic gladius, & dissecabit medium cor tuum, dolore vehementissimo discruciabuntur viscera. Vel si de peccatis ipsis sermo est, vt Vulgatus innuit, tunc, ponam contra te, & in medio tui, signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Poena peccati est, peccata oblita coram oculis ponere.

gnificat coram oculis tuis, scilicet tuorum scelerum manticam, quam a tergo portare solebas, coram facie tua constituam; in medium pectus suspendam; reuocabo tibi in memoriam, quæ admisisti flagitia nefaria; quæ tu nihili ducens obliuioni mandasti. sic in psalmo. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam*, scilicet scelera; vel tuam ipsius conscientiam tot erratorum lituris denigratam, oculis tuis obuer tam spectandam. Supplicij genus acerbissimum, oculis peccatoris obijcere hanc deformem Megæræ Tartariæ faciem, qua nulla vnquam fingi potuit fœdior. Hoc obseruare est in Adam, & Eua, qui dum in gratia Dei perstiterunt, sibi formosi videbantur; mox, vt peccatum contraxerunt, seipsos verentur, horrent, fugiuntque inter arborum latibula. Hoc spectro deformi Deus Cainum ab impietate deterrebat. *Nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit?* vel cubat. hoc est, nō poteris effugere, quin semper eius deformem spectes faciem. Hanc delicti compensationem satis con gruam offerebat Dauid. *Peccatum meum contra me est semper*: quasi dicat. Totos dies, noctesque meæ conscientiæ oculis obuersatur spurcissimi adulterij facies: esto hæc, obsecro, admissi criminis satisfactio. Verum hæ omnes vmbræ sunt fœditatis peccati: magis ad viuū exprimit eius deformitatem illa imago, Christus suffixus cruci, quem vidisse se ait Isaias. *Et non erat aspectus, & quasi absconditus vultus eius*, vel absconsio vultus ab eo, id est, tam deformato vultu, vt horresceres illum intueri, &, si quando respiceres, faciem subito manu tegeres, atque auerteres ora. ijs dictis addit Propheta. Et ne putes futura rursum tibi minitari, en monstro digito malum.

Tsal. 49. ℣. 21.

Facies peccatoris, quam deformis.

Ps. 50. ℣. 5.

Isa. 33. ℣ 2. & 3. Christus cruci fixus exprimit quam deformi si peccati facies.

V.

Hæc dicit Dominus Deus afflictio vna, afflictio ecce venit. Id est, singularis quædam calamitas, & incomparabilis, quod supra dixerat: *Faciam in te, quod non feci, & quibus similia*, &c. Vel vna, id est, sola, extrema, atque adeo funestissima; vtpote quæ non egeat alterius auxilio ad desolandam terram; semel vno ictu quasi fulmen omnia aduret, secundo opus non erit. Similis dicendi phrasis est apud Nahum. *Consummationem ipse faciet, non consurget duplex tribulatio*, angustia prima hæc, & potissima erit; vnica afflictio vos omnino perdet; nō erit opus altera. Vel fortasse vna pro altera vsurpatur, vt solet non semel in sacris: vna & vna; id est, vna & altera. Sic in præsenti: nam legere possumus Hebraice, malum mālum vnum; id est, vnum & alterum. Sicque interpretatus est Chaldæus Paraphrastes. Calamitas calamitatem excipit, non vacabit respirare: altera enim afflictio alteram cōsequitur, vt in psalmo. *Abyssus abyssum inuocat*, id est, fluctus fluctum excipit, &c. Ceterum secundus sensus germanior est contextui capitis, & menti Vatis: sequitur enim.

Nahum 1. ℣. 9.

Vna, & vna, id est, vna & altera.

Chaldæus.

Ps. 41. ℣. 8.

VI.

Finis venit, venit finis. Hoc est eximia, & suprema pernicies.

Euigilauit aduersum te. Verbum hoc קוץ, qoz, in prima coniugatione significat compungi, vel horrescere, in tertia vero significat expungi, exstimulari, excitari, expergisci, euigilare: in psalmo. *Et exurrexi.* Et in Isaia. *Cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius.* inde קוץ, qoz, spina a pungendo, & קיץ, qoiz, æstas, tempus anni, quo sol pungit, & maturescunt fructus. Vnde vsurpatur pro frugibus, vel fructibus æstiuis, & communiter pro ficubus æstiuis. *Centum malleis palatharum.* Et iterum. *Ecce uncinus pomorum*, vel canistrum æstiuarum. *Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel, non adjiciam ultra, vt pertranseam eum*, vel parcam ei. Quid visioni æstiuarum cum prophetia? videlicet fructus æstiui maturi, sunt symbolum punitionis tempestiuæ, & opportunæ. quare illis ficubus ostensis significare voluit iam tempus appropinquasse decretum, in quo scilicet arbor Israëlitica dedit *ficus malas, malas valde*, sed maturas vt colligantur, & conterantur. quale illud est Apocalypsis. *Mitte falcem tuam, quoniam aruit messis terræ*; id est, tempus adest opportunum puniendi impios. Hoc ergo verbo vtitur in præsenti Vates noster dicens: *Euigilauit aduersum te*, vel maturo, & opportuno tempore surrexit, quasi fructus æstiui in æstate maturi sunt, sic finis adest tibi: colliges enim fructum arboris, quam plantasti; & frugem, quam seminasti, metes. Idem habes in Ieremia. *Congregans congregabo eos, ait Dominus, non est uua in uitibus, et non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit*, &c. Vel colligendo colligam eos: non erit vua in vite, nec ficus in ficu: quin & folium ipsum defluet, & omne, quod dedi eis, euanuit. Versus prior eandem continet metaphoram, quam Ezechiel: posterior autem veritatem sine tropo detexit, quasi dicat: visitaui eos in tempore suo, & neque fructum inueni, neque folia: vigor omnis exhaustus fuerat. Idem videre est in eodem Ieremia. *Duo calathi pleni ficis positi ante Templum Domini. calathus vnus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis: & calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et dixit Dominus. Sicut hæ ficus bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda*, &c. quæ prophetia respondet visioni, suppositā significatione, quam diximus, ficuū. Symbola enim sunt visitationis tempestiuæ: nam ficeta in æstate visitantur, cū maturæ sunt ficus, & tunc colliguntur, & studiose asseruantur, quæ dulces sunt, & gratæ; acerbæ autem, & carioſæ proijciuntur. atque eiusmodi se facturū prædicit Dominus cum Iudæis. nam translatos Babylonem sibi gratos sua protectione custodiet; rebelles vero a se proijciet, & in sterquilinium mittet, &c. Sed pro hac metaphora vide infra capite duodecimo in fine, atque huius capitis versum vndecimum.

Apocal. 14. ℣. 15.

Ier. 8. ℣. 13.

Ierem. 24. ℣. 1. & 2.

VII.

Venit contritio super te. Sic enim legendum est cū codicibus correctioribus, cum Hebraico, & Græco: nam Septuaginta legunt, complexio, vel complicatio. Hebraice vero habetur צפירה, tsephirah, id est, folliculus complicatus, qui in gemma erat contractus, & complexus, & suo tempore protenditur: vertere licet, frondatio, germen. Chaldæus vertit coronam, non significans regem Babylonis, vt multi putarunt, sed hoc eodem sensu coronam vocans ipsum germen: ex quo solet fieri corona aptissima propter caulis teneritudinem, & foliorum speciem, atque venustatem: quare apud Isaiam *sertum exultationis* significat. hoc autem loco in sua primaria sumitur significatione pro primo germine, quod e gemma prodit, explicaturque. Verum sensum aperiemus inferius, versu decimo.

Sertum, corona, & germen quomodo in eiusdē vocis significatione conueniant.

Isa. 28. ℣ 5

Qui habitas in terra. Vel, o habitator terræ Israëliticæ, te spectant ista mala, te occupabunt, & rapient hi turbines.

Venit Tempus, prope est dies occisionis, & non gloria montium. הר, hed, sicut & הידה, hedah, a ידה, iedah, significat liberam vocis emissionem, carmen, laudem, ouationem, celeusma vindemiatorum: pro quo Vulgatus, gloriam vertit intelligens ea voce celebritatem, & laudem. alij vertunt, Echo, eodem sensu: quasi dicat. Instat dies tumultus, non inanis, qualis reddi solet ex voce in monte refracta, sed cum strage, vel, audietur clamor, non lætitiæ, qui solet in montibus reciprocari ex confusa vindemiatorum ouatione; sed mœstus planctus, &

Gloria idem est, quod celeusma vindemiatorum.

alte

alte subiatus in cælum, querimoniæ miserorum, qui trucidantur. Idem habet Ieremias. *Nequaquam calcatur ut̃æ solitum celeuma cantabit.*

Ieremi. 48. ℣. 33.

Montium. Forte alludit ad choreas & saltationes, quæ fiebant in montibus ab Idolorum cultoribus.

VIII. *Nunc de propinquo effundam iram meam super te.* Id est, brouè effundam; prope est, vt effundam. Porro iram effundere, est laxare habenas furori, non tenere iracundiam, non dissimulare, non continere in vagina gladium, sed funditus perdere fontes. Sed de hac re supra egimus fusius.

Iram effundere, est laxare habenas furori in vindictam.

Supra c. 5. ℣. 13.

Cetera, quæ sequuntur sunt supra explicata: tantum aduerte hanc tam crebram repetitionem non esse battologiam, vbi tanta erat necessitas admonendi, & comminandi.

IX.

X. *Egressa est contritio.* Prodijt folliculus, erupit gemma complicata, explicatur iam germen, protruditur frondatio.

Floruit uirga. Supponit locus iste illum alterum Ieremiæ. *Virgam uigilantem ego video.* Hebraice שקד, saqed, virga amygdali, a verbo שקד, saqad, vigilare anteluculo, ante lucem surgere. *Qui mane uigilant ad me.* inde nomen significat amygdalum, quæ arbor ceteras anteuertit in proferendis gemmis, & floribus, excellitque omnes in germinibus rectis, & procéris emittendis: quare apta est vt ex ea scipiones senum, & virgæ, atque sceptra principum excidantur, vt videre est in Numerorum libro. *Dederunt Principes virgas suas,* &c. *& surgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Hic est eadem vox Hebræa. ergo Ieremias aptissime alluit ad nomen virgæ dicens: *Virgam uigilantem,* ramum amygdali, scilicet anteluca tem in proferendis floribus ego video. Significare volens, supplicium repente occupaturum Iudæos imparatos. quasi dicat: multo citius, quam putatis, anteuertet timorem vestrum Dei flagellum: quod ideo dicitur virga, quod solet ex virga fieri. de qua phrasi Isaias. *Virgam humeri eius*: & iterum: *contriuit Dominus baculum impiorum, uirgam dominantium.* Ergo quod Ieremias comminatus est euenturum, Ezechiel iamiam impendens quasi digito ostendit dicens: *Floruit uirga,* iam protendit flores, iam *tempus putationis aduenit,* iam tempus est aptandi in flagellum germina amygdali. iam imminet castigatio, instat Nabuchodonosoris aduentus. Origenes suo more hæc interpretatur in bonam partem. Fortasse, inquit, quia post correctiones, Dei beneficia resplendent, florere dicitur virga, hoc est, vt flores edere beneficia, quæ ex correctione eius, qui corripitur, consequuntur. Et apud Isaiam. *Egredietur uirga, & flos de radice eius ascendet,* &c. ergo vnusquisque nostrum cum se sentit diuina percuti virga, conetur perferendo, florem ex radice proferre, &c.

Ier. 1. ℣. 11. Amygdalina virga impendens flagellum significat. *Prouer. 8. ℣. 17.*

Num. 17. ℣. 6. & 8.

Isa. 9. ℣. 4. Et cap. 14. ℣. 5.

Origenes. florida virga proficuam correptionem significat.

Germinauit superbia. Non solum floruit, sed germinauit amygdalus, & protulit germina citissime, ante lucem surrexit, & ante tempus germinauit. Vestra, inquit, superbia, aut confidentia, qua nixi in baculo arundineo meos sermones reijcitis, & mandata paruipenditis, non statim exaruit, non perijt, imo humi sata est iam diu manibus vestris, eamque irrigatis, & colitis studiosè, atque nunc demum fronduit, & floruit, virgasque protulit, quibus flagellamini: sed crescit adhuc vis orationis: sequitur enim.

Superbia & iniquitates producunt ex se flagella & castigationes.

XI. *Iniquitas surrexit in uirga impietatis,* vel iniuria in virgam, aut baculum excreuit. nam surgere, cum terræ nascentibus attribuitur, significat crescere, adolescere, &c. quasi dicat. Violentia & iniustitia, quæ viguit in Israel, cum pauperes opprimebantur, & iudicium torquebatur: tunc quidem amygdalum vi-

Surgere cum frugibus tribuitur, significat crescere.

A debatur dulce: ceterum id amygdalum satum est, adoleuit, & factum est virga atque flagellum. Tale est illud Iob. *Nil in terra sine causa fit, & de humo non eritur dolor.* id est, nõ frustra accidunt homini mala, neque, nisi serantur, sponte nascuntur ex puluere: sed qui seminant labores, metunt eos, &c. Idem fere habet Isaias. *In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit.* & Oseas. *Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis.* & Ecclesiasticus. *Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Hos versus illustrat ille alter Threnorum. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo.* Pro, vigilauit, Latino, est in origine idem verbum שקד, saqad, de quo diximus versu decimo. *Iugum* est symbolum disciplinæ & castigationis, quæ continet homines in officio, vt boues iugum: quare respondet exacte virgæ, vt idem sit vigilare, vel antelucare *iugum,* quod florere *virgam.* Pro *conuolutæ* est Hebraice verbum שרג, sarag, quod significat constringere, concatenare, innectere fascem ex palmitibus. Vnde שריגים, sarigim, palmites, propagines, surculi, qui brachiolis sese innectunt. *Inuite tres propagines.* & Ioël. *Albi facti sunt rami eius,* vel surculi eius, ficus scilicet: quasi dicat: floruit iniquitas mea, protulit tempestiue gemmas, & germina, atque surculos, ex quibus complexis fecit Deus iugum, flagellumque castigationis, & imposuit illud ceruicibus meis.

Iob. 5. ℣. 6.

Is. 17. ℣. 11 *Osee. 10. ℣. 12.* *Eccl. 7. ℣. 3.*

Thren. 1. ℣. 14.

Genes. 40. ℣. 10. *Ioel 1. ℣. 7.*

Non ex eis. Vel nemo ex eis (euadet, intellige) principibus, qui virgas gestabant & vere ferreas, quibus premebant humeros debilium: ex ijs, inquit, nullus subterfugiet.

Et non ex populo, qui solet principum mores imitari, & feritatem induere Tyrannorum. Hebraice vox המון, hamon, significat turbam, copiam, tumultum, & apparatum; vnde verti potest: neque ex diuitijs eorum (neque ex sonitu) id est, lætitijs, tripudijs, & choreis eorum erit quidquam reliquum. Septuaginta sic vertunt hunc versum. Et non cum perturbatione, neque cum festinatione: quem sic interpretatur Polychronius. Non erit ei laborandum: satis est, vt veniat. statim enim incolas perdet. Scholiastes. Circundabit te Babylonius quiete, & sine strepitu, non expectans a te bellum, neque quidquam graue se passurum metuens. tu enim illi traderis. De eodem Babylonio intelligunt Græci nostrum etiam cõtextum. *Floruit uirga;* id est, sceptrum, vel regnum Babyloniæ. *Germinauit superbia;* id est, Nabuchodonosor superbus auctus est regnis, & opibus. *Iniquitas surrexit in uirga impietatis;* id est, cum sceptro impij creuit iniustitia. Hæc autem incrementa *non ex eis* proueniunt, neque ex multitudine populorum, neque ex strepitu, & tumultu exercituum, sed ex Deo, qui illum fecit flagellum vestrum. Et ideo *non erit requies in eis;* id est, non quiescent, donec vrbem depopulentur, & diruant, &c. Ceterum sequentia demõstrat ijs relatiuis significari Iudæos, præsertim versu duodecimo. *Ira* enim *super omnem populum eius*: itaque nostra explicatio conformior est contextui. Notanda dura hæc comminatio, quæ in sacris sæpe repetitur contra peccatores, qui sibi promittunt longam vitam, & posteris suis æternam cum gloria, & apparatu magnifico: atque in hunc scopum dirigunt suos conatus, spoliant miseros, & iura omnia violant. sciant ij frustra se laborare quoniam *iter impiorum peribit;* id est, consilia & spes incassum récident. & Propheta testatur, quia *periit memoria eorum cum sonitu;* id est, cum fastu, apparatu. non secus euanuit memoria eorum & fama, atque ipse

Polychr. Schol.

Comminatio dura aduersus eos, qui sibi & suis longam vitam promittentes, omne facinus aggrediuntur.

Ps. 1. ℣. 6. *Ps. 9. ℣. 7.* *Sap. 2. ℣. 3.* *& c. 5. ℣. 8*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse tumultus, qui *diffundetur tanquam mollis aër*. A
Sap.2.℣.3. & 5.℣.8 Vnde miseri peccatores dicunt. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus; aut tanquam auis*, &c. *aut tanquam sagitta*, &c. *sic & nos nati continuo desiuimus esse*, &c. Talia dixerunt in Inferno hi, qui peccauerunt, *quoniam spes impij tanquam lanugo est*, &c. eiusmodi honoris, & fastus studiosos alloquitur Psaltes.
Psal. 126. ℣. 2. *Vanum est vobis ante lucem surgere*, vt domum relinquatis opulentam, *surgite*, surgitis, *postquam sederitis*, statim atque cubastis, *qui manducatis panem doloris*: non vacat dormitare tantillum, excitat vos statim sollicitudo diuitiarum. *Cum* interim Deus *dederit electis suis*, qui spes suas in illum collocarunt, *somnum* quietum, *ecce hæreditas Domini filij* sunt: *merces fructus uentris*: familiam amplam relinquere vel donum Dei est, vel certe merces laboribus piorum debita, &c. Nota. Idem est fructus ventris, atque filius. Sic itaque interpungendum: ecce hæreditas Domini, filij: merces, fructus ventris.

Fructus ventris, hoc est, filij.

Et non erit requies in eo. מנוחה, noach, quietem, residentiam, locum quietis significat, atque etiam solamen, consolationem, recreationem. *Vocauitque nomen eius Noë dicens: Iste consolabitur nos*, aut leuabit, *ab operibus manuum nostrarum*. Hoc loco quidam vertunt. Non erit luctus propter eos, intelligentes per requiem sepulturam, atque exequias, funebremque pompam, neque abs re, quia vox huic cognata מנוחה, C
Genes. 5. ℣. 29. Is.11.℣.10 manoah, id significat apud Isaiam. Et erit requies eius gloria. pro quo Hieronymus reddit: *Erit sepulchrum eius gloriosum*. quasi dicat, non merebuntur hunc supremum mortuorum honorē, vt terræ mandentur eorum cadauera cum luctu, & funesta pōpa.

Supplicij genus grauissimi, vt careant mortuorum corpora sepultura.

Nota supplicij genus grauissimum, vt mortui careant sepultura: est enim hoc nobis insitum a natura desiderium viuendi in perpetuum. idque conamur, etiam aduersus mortis incuitabile fatum, ea, qua possumus ratione, consequi; si nō superstites reuera, at saltemin hominum memoria, maxime ciuium. Vnde honorificum fuit antiquis in patria sua, atque in sepulchro patrum suorum sepeliri. Vbi scilicet spes est, quanto tempore defuncti familia vixerit, etiā no mē illius superfuturum. Sed de hac re latius iterum. D

XII.
Repetitio irati animi signum. *Schol. Polychr.*

Venit tempus, appropinquauit dies. Scholiastes. Intensionem iræ per hoc declarat: sæpe autem id pronunciat alliciens eos ad pœnitentiam. Polychronius. Eadem assidue iterat, vt indicet iram cōtra peccantes. proprium est enim irascentium assidua iteratione vti, memoria offensionum animi inflammationem augente, & verborum iterationem efficiente.

Qui emit, non lætetur: & qui uendit, non lugeat. Hieronymus. Naturale est in possessionum emptione lætari, in venditione lugere: cum autem instet seruitus, atque captiuitas, & gaudium, & tristitia in vtroque sunt vana: rationem dicti reddit statim.

Quia ira super omnem populum eius, vel multitudinem eius, scilicet breui ventura est.

XIII.
Is. 38.℣.16 *Quia qui uendit, ad id, quod vendidit, non reuertetur, & adhuc in viuentibus uita eorum*. Hebraismus, qualis ille Isaiæ. *Domine si sic uiuitur, & in talibus uita spiritus mei*. id est, cum reliquis senibus, qui supersunt, poterat produci adhuc vita, & detineri spiritus meus. Viram ergo esse in viuentibus, est vitam cum viuentibus transigi. vt sensus orationis sit eiusmodi Etiamsi multos annos superstites fuerint, adueneritque Iubilæi annus, in quo, lege iubente, omnes ad proprias redibant possessiones; nihilominus

Quid sit, vitam in viuentibus esse.
Leuit. 25. ℣. 105.

ipsi non gaudebunt ea facultate, cum in Babylonem sint abducendi: propterea non est quod quis doleat agrum, vel domum viliore pretio vendidisse: neque quod quis gaudeat minoris emptitasse. immo vero est quod venditor gaudeat, emptor contra tristetur, cum ille pecuniam comparauerit ex aliena possessione, iste pro aliena propriam expenderit. Verum contra hæc opponi posset factum Ieremiæ, qui ex Domini præcepto agrum in Anathot emit a consanguineo suo, sub hoc fere tempus obsidionis Vrbis, emptionisque instrumentum scribi sibi fecit, & obsignari, seruarique in vase fictili, vt permaneret diebus multis; factique rationem exhibet dicens. *Hæc dicit Dominus: adhuc possidebuntur domus, & agri, & uineæ in terra ista*, &c. At vero facile occurritur huic obiectioni, Ieremiam loqui de posteriore B sæculo post septuaginta annos captiuitatis; Ezechielem vero de præsenti, in quo imminebat captiuitas. ille de filiorum reditu intellexit; iste de parentum, qui nunquam redierunt ad propria. nam qui tum temporis erant patresfamilias, vt plurimum triginta annos natos esse oportebat, quibus si addas septuaginta, centum conficies. ad quam ætatem pauciissimi, vel nullus fortasse peruenit. Duo hîc mihi obseruanda occurrunt. Primum, quando tam breui *præterit figura huius mundi, qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non utantur*, quod monet Paulus. Secundo, qui vendidere omnia, vt cómparent sibi agrum in patria æternæ beatitudinis, tametsi in exilio vitæ præsentis detineantur; sollicite curent obseruari chirographum regio signatum sigillo; hoc est, potestatem, vel dignitatem adoptionis filiorum Dei, Spiritu sancto accepto, munitam, ipse enim est, in quo signantur merces Deo dignæ *in diem redemptionis*.

Obiectio. Ierem. 32. ℣. 7.

Responsio.

Paruifacienda temporalia. 1. Cor. 7. ℣. 30.

Religiosi studeant obseruari sibi spiritum adoptionis.

Ephes. 4. ℣. 30.

Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur. Hieronymus. Visio & comminatio prophetalis, quæ ad omnem multitudinem Vrbis dirigitur, nequaquam regredietur, & irrita fiet, sed rebus explebitur, viuentibus adhuc ijs, ad quos prophetalis sermo dirigitur. Intellexit Hieronymus phrasim, sed non explicuit metaphoram. Quid est quod visionem impleri vocat Scriptura, non regredi? an metaphoram inuoluit sagittæ, quæ, cum non perforat scopum, resilit inani iactu, cui similis sit prædictio irrita, quæ scilicet non potuit implere, quod promiserat, vel ominata fuerat? nam *verba sapientum sicut stimuli sunt, & quasi claui in altum defixi*. atque apud Isaiam Dominus dicit: *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud*. an potius regredi, est ad os loquentis verbum reuocari, quod facere *dicuntur, qui mendacii arguunt dicentem*? Hispani enim dicimus: *Me buelue la palabra ala boca, me desmiente*. hoc est, ad singula verba aduersatur mihi, vt mendacem probet: atque adeo non regredi visionem, erit non esse mendacē, non esse dignam, quæ reuocetur ad os prædicentis illam. Sed quid, si non regredi verbum, sit idem, E quod dici solet, irreuocabile, hoc est, quod nullo modo mutationem patiatur? sententiam definitiuam appellant, a qua nec appellare datur, neque supplicare permittitur. Atque hæc secundum Vulgati lectionem. Quoniam vero vox Hebræa, חזון, chazon, pro qua ponitur, visio, est a verbo, חזה, chazah, apprehendere, significatque apprehensionem, vt apud Isaiam, *sicut somnium visionis nocturnæ*, vel apprehensionis per quietem; potest hoc loco vsurpari pro apprehensione possessionis. quasi dicat.

Eccli. 12. ℣. 11. Isa. 55. ℣. 11.

Quid significet apprehensio seu visio. Isa. 29. ℣. 7.

Quo-

Quoniam apprehenſio bonorum ſuorum ad omnem multitudinem eius non redibit. vel apprehenſio ad omnem opulentiam eius non iterabitur. Fauet huic lectioni verſio Septuaginta ſequenti verſu: & homo in oculis vitæ ſuæ non obtinebit, &c. Cuius vice Hieronymus vertit.

Et vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur. Atque ita interpretatur: Non proderit homini iniquitas ſua, neque ei præbebit aliquam fortitudinem, &c. eadem ſententia, verum explicatior, habetur verſu decimonono. *Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos*, &c. Sed ſimplicior ſententia eſt, ſi (in) ſumatur pro, propter, vt ſolet ſæpe apud Hebræos. *Et vir propter iniquitatem vitæ ſuæ non confortabitur.* hoc eſt, nullus ſtabilietur, obfirmabit ſeſe, vel reſiſtet propter eorum iniquam vitam.

XIV. Irriſio eſt. *Canite tuba, præparentur omnes, & non eſt qui vadat ad prælium.* Ironia eſt in prima parte verſus, vt ex ſecunda conſtat, immo ſarcaſmos: Exhortatur Propheta Iſraëlitas, vt omnes ad ſignum clangoris, & buccinæ præparentur ad prælium, vt venienti Babylonio ſeſe opponant: Canite, inquit, tuba, conuocate, incitate milites ad bellum, quid ceſſatis? quin confortamini? nullus ne compáret armatus? nullus ſe offert diſcrimini? Talis eſt illa irriſio Iſaiæ. *Surgite Principes, arripite clypeum.* Baltaſſar Rex, vosque eius optimates arripite haſtas, clypeosque amplectimini: en murus Babylonius perfoſſus eſt, irruit Medus: quid agitis? *Iſa. 21. ℣. 5*

XV. *Gladius foris: peſtis, & fames intrinſecus.* De his ſortibus pereuntium ſupra latius. Sed nectitur ſic verſus a Theodoreto. Quomodo itaque bello contendere poteritis a tot tantiſque malis vndique circunſepti?

XVI. *Ieremi. 41. & 42.* *Et ſaluabuntur, qui fugerint ex eis.* Hiſtoria extat apud Ieremiam, &c.

Gemitus, columbæ cantus eſt: propterea gementes columbis aſſimilantur. *Hierony.* *Et erunt in montibus quaſi columbæ conuallium, omnes trepidi.* Quidam exiſtimant profugos comparari columbis, quæ in conuallibus quidem manent, verum metu aucupum ad montes conuolant. Alijs gratius eſt, columbis, quæ in montibus circumuolitant, ſed tempeſtate imminente ad conuallem ſe ſe demittunt quaſi in locum apricum. Notat Hieronymus pro illis verbis: *Columbæ conuallium omnes trepidi:* Theodotionem vertiſſe: columbæ meditantes, muſſitantes omnes. Videtur enim legiſſe primo loco הגו, hahgoth, a verbo הגה, hagah, meditari, muſſitare, gemere. quomodo etiam legit Theodoretus in codice Septuaginta, & interpretatur, ſuſpirantes, vel gementes, & aptiſſime. Tale eſt illud *Iſa. 38. ℣. 14.* Iſaiæ. *Meditabor vt columba*: & illud: *Cor tuum meditabitur timorem*, id eſt, præ timore cordis muſſitabis, gemes. *Et cap. 33. ℣. 18.* In ſecundo verſu conſentit nobiſcum. nam verbum Hebræum המה, hamah, ſignificat murmurare, ſuſurrare, fremere, tumultuare. quæ propria ſunt miſerorum, quos aliquis inopinatus caſus oppreſſit. refertur & ad animalia ab Iſaia. *Rugiemus quaſi urſi omnes*: & in pſalmo. *Et famem patientur ut canes.* Hebraice, murmurabunt, frement, &c. ita columbæ murmurantes dicuntur, ſeu gementes, quia cantus columbarum gemitus eſt. Vnde Apollinaris. Plorantes enim, & lamentantes columbis meditabundis efficientur ſimiles; gementibus enim ſimiles ſunt columbarum voces. Scholiaſtes. Non poterunt ne propinquis quidem enunciare calamitates, vt ex hoc ipſo conſolationem capiant, ſed cor de ſolo lugebunt vehementer columbas imitantes. *Iſa. 59. ℣. 11.* *Pſ. 58. ℣. 7.* *Apollin.* *Schol.*

XVII. Timoris effectus ſunt. *Omnes manus diſſoluentur, & omnia genua fluent aquis.* Septuaginta. Et omnia fæmora polluentur humore. vtrumque timoris ex æquo ſignum eſt, vt notat Polychronius, & Theodoretus. Hieronymus. Pauoris magnitudine vrina polluet genua, nec valebit profluentes aquas veſica cohibere. Vtrumque ſignum repetitur in Iſaia. *Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate.* Et in Paulo. *Propter quod ſolutas manus, & remiſſa genua erigite.* atque a Propheta noſtro inferius capite vigeſimo primo. *Et tabeſcet omne cor, & diſſoluentur uniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ*, &c. quæ verba eodem ſenſu interpretatur Hieronymus. Alij per aquas non vrinam, ſed ſudorem intelligunt; ſed perperam quia ſudor non eſt effectus pauoris, ſed grauis anguſtiæ; timoris vero proprium eſt, membra omnia gelare, & ſoluere. Vnde Virgilius. *Polychr.* *Theodor.* *Hieron.* *Iſa. 55. ℣. 3* *Hebræ. 12. ℣. 12.* *Virgil.*

Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra.

Quare Græcus Scholiaſtes. Magnitudinem timoris indicat, quemadmodum & manus ſolutæ. & ſane lumbos non conſiſtere indicat vrina, cum nolentibus excernitur. & Polychronius. Quippe cum naturalis excretio repente, ac ſponte proueniat, &c. *Schol.* *Polychr.*

XVIII. Lugentium, & miſerorum habitus cilicium. *Et accingent ſe ciliciis.* Magnæ calamitatis ſignum eſt cilicium, vt patet ibi. *Vidit omnis populus cilicium, quo ueſtitus erat ad carnem intrinſecus*, ſcilicet rex Achab obſeſſus, & oppreſſus ab hoſtibus. Polychronius & Theodoretus. Quando enim viderint inſtantem malorum nubem, nullumque vſquam auxilium oſtendi, tunc deſperantes arma proijcient, habitu ſumpto lugubri, quod per ſaccum, raſumque caput indicatur. hæc enim erant eo tempore ſtudia lugentium. Scholiaſtes. Accingentur ſaccis, ſcilicet ingreſſis hoſtibus, quippe omnino deſperata ſalute. *4. Reg. 6. ℣. 30.* *Polychr.* *Theod.* *Schol.*

Et operiet eos formido. Id eſt, vndique imminentium malorum timor eos inuadet: metaphoram habet pſalmi. *Et operiantur ſicut diploide confuſione ſua*, id eſt, largiter, copioſe, vndique ignominia perfundantur, quaſi duplicato pallio. *Pſal. 108. ℣. 29.*

Et in omni facie confuſio. Hieronymus. Rubor vultus pudoris indicium, & conſcientia peccatoris lucet in facie: ſpesque ſalutis eſt, quando delictum ſequitur verecundia. *Hieron.*

Lugentium caluitium eſt. *Et in uniuerſis capitibus eorum caluitium.* Hieronymus. Caluitium quoque capitis luctus eſt ſignum, quando perdit decorem cæſaries, &c. Plutarchus. Quid eſt, quod parentes defunctos filij tecto capite, filiæ vero aperto, & ſparſis crinibus efferant? Reſpondet: quia Græcis mos eſt, viros tonderi, fœminis permiſſum nutrire comam. Si quid vero acciderit aduerſi, viri comam nutriunt, fœminæ tondentur, &c. Hebræi tam viri, quam fœminæ comam nutriebant; vnde ſignum eſt aduerſitatis in vtriſque caluitium. & de viris hinc aperte conſtat: atque apud Ieremiam. *Omne enim caput caluitium, & omnis barba raſa erit, & in cunctis manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium.* & Iob. *Surrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* & Amos. *Super omne caput Caluitium.* De feminis vero extat teſtimonium Iſaiæ. *Pro criſpanti crine Caluitium.* & Michææ. *Decaluare, & tondere ſuper filios delitiarum tuarum*, &c. *Hieron.* *Plutarch. probl. 13.* *Ieremi. 48. ℣. 37.* *Iob. 1. ℣. 20* *Amoſ. 8. ℣. 10.* *Iſa. 3. ℣. 24* *Michææ. 1. ℣. 16.*

XIX. Argentum & aurum fame pereuntibus nihil prodeſt omnino. *Argentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum in ſterquilinium erit.* Hieronymus. Fuga, & captiuitate cogente, diuitias, & auri argentique pondera proijcient in plateas, ſuas tantum animas ſaluare cupientes, ne ſint ponderi, quæ prius fuere luxuriæ. Theodoretus vero & Polychronius hæc referunt ad tempus famis, ſic. Quam enim vtilitatem afferet ipſis aurum, & argentum, bellante fame, & *Hieron.* *Theod. & Polychr.*

victus

Universidad de Deusto
Biblioteca

victus vrgente inopia, propter quam vacui a cibo, ventres & animæ cibos expetunt? qui quidem conformius textui videntur intellexisse. nam ideo sequitur: *Animam suam non saturabunt, & uentres eorum non implebuntur*. Præclare confundit animam cum ventre, nam anima hoc loco est appetitus cibi, concupiscentia, vel vis appetitiua, vt in psalmo. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis*. Vnde intelligetur locus Matthæi. *Ne solliciti sitis animæ uestræ, quid manducetis*, &c. id est, ventris indigentiæ.

Anima pro ventre. Psal. 106. ℣. 9. Matth. 6. ℣. 25.

Quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Id est, fuit illis ruina, & occasio scelerum. nam ex auro fecerunt idola, quorum cultus fuit eorum exitium.

XX. *Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt*. Septuaginta. Electa mundi in superbiam posuerunt. in qua versione idem significat omnino mundus, atque monilia in vulgata. nam κόσμος, cosmos, ornatum significat, mundumque muliebrem, quo fœminæ exornari solent, monilia scilicet aurea, armillas, &c. Vnde mirari subit, cur D. Hieronymus versionem Septuaginta enarrans dixerit. Porro quod dixere Septuaginta: Electa mundi in superbiam posuerunt: ad aurum argentumque referendum est, quibus in mundo nil putatur esse pretiosius, &c. nam mundum pro orbe accepit, non satis aduertens hoc loco vocem Græcam κόσμον, cosmon, ornamenta significare, non orbem. cum respondeat Hebraicæ עדי, ghadi, quæ ornamentum vestimentorum significat vbicunque reperitur in sacris literis: est exempli gratia ille locus. *Qui præbebat ornamenta aurea cultui uestro*. Ergo ad rem talis est versus sententia. Aurum, & argentum, quæ dederam ego in vsum, atque ornamentum possidentium, ipsi conuerterunt in superbiam, & arrogantiam. Nec hic sistit oratio, immo crescit.

Hieronym. 2. Reg. 1. ℣. 24.

Et imagines abominationum suarum, & simulachrorum fecerunt ex eo. Apollinaris, & Theodoretus. Aurum, & argentum, & lapides pretiosos habuerunt superbiæ simul & impietatis materiam, cum inde sibi sumptuosa ornamenta compararent, & pleraque in idolorum conflatione consumerent. Scholiastes. Simile ijs est apud Prophetam Oseam: *Argentum eorum, & aurum eorum fecerunt sibi idola, vt pereant*. Pro *simulachrorum* in origine Hebraice legimus, detestationum. intelligit autem vtraque voce idola abominanda, & detestabilia. Deerat secunda hæc oratio in Septuaginta, teste Hieronymo, atque ex Theodotionis translatione additum est: & offendicula eorum. Quæ tamen lectio in Theodoreto extat. Verum is textum habuit ex exemplis Origenis correctum. nam sæpe miscet lectioni Septuaginta versiones Theodotionis, Aquylæ, vel Symmachi, &c.

Apollin. & Theodor. Aurum superbiæ & impietatis materia. Schol.

Propter hoc dedi eis illud in immunditiam. Hieronymus interpretatur (ea) pro (illud) referens idola ex auro vel argento facta. Propterea, inquit, dedi eis illa in immunditiam, & in stercora. pro quibus Symmachus interpretatus est, nauseam, volens idolorum sordes exprimere.

Hieronym. Idola in nauseam conuertuntur.

XXI. *Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam*. Septuaginta. Pestilentijs terræ in prædam. eo nomine appellat Babylonios propter eorum crudelitatem, & impietatem. atque impios appellat propter eorum superbiam in Deum, vt Scholiastes interpretatus est. qui in Græco codice, impios, legisse videtur, non pestes.

Schol.

Et contaminabunt illud. Hieronymus. Tradam ea in manus hostium, vt diripiant omnia, & non tam contaminent, quam contaminata esse demonstret, quæ prius videbantur esse sanctissima. Catachresis videtur commissa, cum secundum vulgi errorem loquitur Vates, contaminanda prædicens idola, quia scilicet sancta habebantur a populo, & profanata æstimabantur cum tractabantur indigne. Ex hoc loco colligitur aperte, adhuc instante obsidione, idolorum cultum perseueraſſe. immo, imminente irruptione hostium, non destitisse non solum in Vrbe, sed etiam in Templo Dei, vt videbimus capite octauo. Quare de Templi ob idola contaminati profanatione consequitur.

Hieronym. Instante obsidione & irruptione Vrbis, adhuc perseuerabant in idololatria ciues.

Et violabunt arcanum meum. Septuaginta: Visitationem meam. Scholiastes. Sacrum dicit Templum, propterea quod in eo diuinæ apparitiones fierent. Theodoretus. Visitationem suam dedicatum sibi Templum nominat: vnde explorare videbatur Israël, & sua eum prouidentia dignari. Origenes. Babylonij ingredientur & in ipsa Sancta Sanctorum sine custode; quippe cum iam sint illa communia, nec amplius sancta. cum enim inde diuina apparitio, & assistentia recesserint, nil est in eis præterea pretiosum. Theodoretus. Absque custodia, id est, non lustrati, neque expiati secundum legem, neque prius circuncisi, sed vna cum apparatu sanguine perfuso, bellicam induti armaturam, intus in ipsis aditis etiam audacter occidentes.

XXII. Varia oracula Templi nomina. Schol. Theod. Origen. Theod.

Et introibunt in illud emissarij, &c. Hieronymus. Emissarij, siue, vt Septuaginta transtulerunt, temere sine custode, vel, vt Symmachus, & Theodotio, irrumpentes & pestilentes, &c. Hebraice pro (emissarij) habetur פריצים, pharighim, quasi dicas, irruptores, grassatores, qui faciunt irruptionem violentam, vt deprædentur, latrones: quomodo vertit Hieronymus infra. *Si genuerit filium latronem effundentem sanguinem*. & in Isaia. *Non erit ibi leo, & mala bestia*. Hebraice. Neque irruptor bestiarum, &c. & in Ieremia. *Nunquid spelunca latronum facta est domus ista?* vel irruptorũ: & in psalmo. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras*. Hieronymus. Ego obseruaui vias latronis, id est, vt tuis mandatis parérem, obseruari faciebam semitas irruptorum, latronum deprædantium, &c. vt eos plecterem, &c. Verum non semper significat latrones, sed aliquando, iuuenes expeditos, idoneos ad quidquid audendum. vt ibi. *Ait Rex emissarijs, qui circunstabant eum: Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini*. Sensum explicat Hieronymus dicens. *Violabunt arcanum meum*, hoc est, Sancta Sanctorum, quo, excepto Pontifice, nullus alius audebat intrare. quod scimus & a Babylonijs, & a Rege Antiocho, Cneoque Pompeio, & ad extremum factum esse sub Vespasiano & Tito, quando Templum captum, atque subuersum est, & omnia perpetrata, quæ sequens Prophetæ sermo complectitur.

De significatione vocis emissarij. Hierony. Hier. super Ezech. 18. ℣. 10. Is. 35. ℣. 9. Ier. 7. ℣. 11. Psal. 16. ℣. 4. 1. Reg. 22. ℣. 17.

Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum. Hieronymus. Verbum Hebraicum חרחוק, harattoq, Aquyla conclusionem, Symmachus & Theodotio κατάλοιπον, catheloſin, id est, confixionem interpretati sunt: pro quo Septuaginta posuere φυγμὸν, phyrmon, quod nos imperturbationem vertimus, &c. Septuaginta dixere (& facient) per futurum pluralis, non (fac) per imperatiuum singularis, vt habetur hodie in Hebraicis, & Latinis codicibus. Hebraicam vocem Rabbini omnes cum Chaldæo interpretantur, catenam, quasi iubeatur Propheta catenam facere, eamque ostendere Israëlitis in signum captiuitatis. Verum non hoc agit Propheta præsenti sermone, neque postea quidquam adiungit de captiuitate, sed potius de hostili furore,

XXIII. Hier.

furore, & deprædatione. Cui contextui gratissima est versio Septuaginta: Et facient inquinationem. Sic enim interpretatur Theodoretus Græcam vocem dicens. Hoc enim declarauit cum dixit: Et inquinabunt ea, & facient inquinationem. Fauet huic verbo ni quod sequitur. *Quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate*: respondet enim culpæ fæditati supplicij deformitas. Etenim sanguinibus significare solet Scriptura enormia quæque flagitia, præsertim vero turpia. *Libera me de sanguinibus*, ait psaltes. Talis est idololatria, quæ ideo adulterium, & fornicatio dicitur. Sed obserua Prophetæ phrasim: non ait: plena est terra sanguinibus, sed, iudicio sanguinum, id est, damnatione sanguinum, vel sanguinibus damnatis, iudicatis. quia scilicet sanguines, hoc est, scelera ista enormia per se ipsa damnata sunt, ipsa secum ferunt iudicium, ipsamet contra se ferunt sententiam. immo non solum iudices sunt sui, sed etiam vt testes, clamant contra se ipsa: quare etiam clamores solent appellari in sacris literis. *Delebimus locum illum* (Sodomam) *eo quod increuerit clamor eorum coram Domino.* Vel iudicium sanguinum est, meritum sanguinum, vt in versu vigesimo septimo sequenti. Porro editio nostra hunc habet sensum: *fac conclusionem*, hoc est, supplicia omnia, & comminationes meas contra Ierusalem breui sermone conclude, &c.

Theodor.

Fœditati culpæ respondet supplicij deformitas.

Psal. 50. ℣. 16. Sanguis & iudicium sanguinum quid significet.

Peccatum non iudex, tãtum, sed et accusator est peccatoris: propterea dicitur clamor *Genes.* 19. ℣. 13.

XXIV. *Et adducam pessimos de Gentibus.* Scholiastes. Babylonios dicit, qui omnibus præstabant sæuitia, & improbitate. implentur maledictiones interminatæ transgressoribus legis in Deuteronomio. *Adducet Dominus super te gentem procacissimam, quæ non deferat seni, &c.*

Schol.

Dent. 28. ℣. 49. & 50.

Et quiescere faciam superbiam potentium. Id est, sanctuaruim euertam, cessabitque occasio contra me superbiendi: nam Iudæi Prophetarum minas negligebant dicentes: *Templum Domini, Templum Domini est.* Vel ipsum Templum vocat superbiam potentium, id est, arcem potentissimam, superbissimam, magnificentissimam, & celsissimam; vt sit hoc quasi epitheton perpetuum Templi Hierosolymitani. Sic enim Scholiastes habet. Sacrum dicit Templum, in quo gloriabantur Iudæi.

Magnificentia Templi.

Schol.

Et possidebunt sanctuaria eorum. Non iam amplius mea, ex quo sunt innocentum cruore, & idolorum sordibus fœdata.

XXV. *Angustia superueniente.* Id est, cum maxime affligentur, & coarctabuntur.

Schol.

Requirent pacem, & non erit. Scholiastes. Etiamsi flagellis eruditi veniam petere velint, non erit, qui audiat, neque qui a malis illos vindicet. Vel sic: Etiamsi ad Babylonios, inquit, confugerint, & supplicatione pariter, ac pecunia pacem petierint, non erit qui concedat.

XXVI. *Conturbatio super conturbationem veniet.* Scholiastes. Alia ex alia eos occupabit calamitas, & excipiet malum rumorem malus rumor. hoc est quod sequitur.

Schol.

Et auditus super auditum. Nam libenter Hebræi vsurpant actus pro obiectis, vt Habacuc. *Domine audi auditionem tuam*, id est, famam: & Matthæus. *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum.* Græce, auditus, vel auditiones præliorum.

Hebræi vsurpant actus pro obiectis. *Habac.* 3. ℣. 2. *Matth.* 24. ℣. 6.

Et quærent visionem de Propheta. Consulent Vates, an aliqua a Deo insinuetur ratio euadendi tot mala: sicut fecisse legun tur apud Ieremiam, sed frustra.

Ier. 37. & 38.

Et lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus, id est, non inuenient in ore Vatũ solamen; neque in ore sapientum consilium, quod prodesse possit, hoc est supremum exitium miseræ vrbis, vt Isaias prophetarat. *Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet a Ierusalem Iudicem, & Prophetam, ariolum, & senem*, &c. *principem super quinquaginta, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici*, id est, non erit omnino qui vlla ratione succurrere possit labenti patriæ, neque oraculo diuino, neque humano consilio, neque bellico stratagemate, vt solent Centuriones, neque mathematica machina, vt solent architecti, neque orationis virtute erga Deum, vel eloquentiæ vi erga hostes, &c.

Omnia præsidia aufert Deus aperturis. *Isa.* 3. ℣. 1. & seq.

Rex lugebit, & princeps induetur mœrore. Vel pallio mœroris, nisi idiotissimum esse mauis, indui mœrore, id est, large atque vndequaque mœrore circundari, & operiri. Hoc reuera contigisse constat apud Ieremiam.

XXVII. Indui mœrore quid significet.

Et manus populi terræ conturbabuntur, vel dissoluentur, vt est in Septuaginta. Trepidabunt milites cum ducibus, & rege ipso, neque audebunt arma capere desperatis rebus patriæ. Populus terræ dici solent populares, vulgus promiscuum. *Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ*, &c.

Ierem 29. & *sequentibus capitibus.*

4. *Reg.* 23. ℣. 30.

Secundum viam eorum faciam eis. Viam vocat viuendi rationem, consuetudinem.

Et secundum iudicia eorum iudicabo eos. Iudicia sunt merita, secundum quæ iudicatur, & fertur sententia. Scholiastes. Hoc ait, vt ne quis tanquam inhumanum Dominum criminetur. Origenes. Ex iudicijs peccatoris iudicat peccantem Deus. Si quidem illa vera sunt; vt iudicaris, iudicabimini, & illa: Quo enim iudicio iudicas alterum, te ipsum condemnas; eadem enim facis, qui iudicas. Polychronius. Hoc est, nihil alienum ab illorum sententia peragam. sæpe enim videmus eos propheta-rum tarditatem exprobrasse. Simile quid dicit Oseas: & sensus est. Quomodo ipsi iudicantes fecerunt, ita etiam ego faciam. desolauerunt, desolabuntur: non audierunt, non audientur: repulerunt legitima mea, repellam eos a legitimis meis.

Schol. *Origen.* *Polychr.* *Osee.* 12. ℣. 2.

Et scient quia ego Dominus. Scholiastes. Calamitates instituent eos, ac docebunt, vt sciant quis sit natura Deus.

Scholiast. Calamitates erudiunt homines, vt sciant verum Deum.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Propheta raptus spiritu in Ierusalem videt nefarias abominationes ab idololatris admissas in Templo Domini.

I. ET factum est in anno sexto, A in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei.

II. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis: & a lumbis eius, & sursum, quasi aspectus splendoris, vt visio electri.

III. Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terram, & cælum: & adduxit me in Ierusalem in visione Dei, iuxta ostium interius, quod B respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem.

IV. Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem, quam videram in campo.

V. Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris Idolum zeli in ipso introitu.

VI. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne, vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedam C a sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores.

VII. Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete.

VIII. Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum.

IX. Et dixit ad me: Ingredere, & uide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.

Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. X.

Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & unusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat. XI.

Et dixit ad me: Certe vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. XII.

Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. XIII.

Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. XIV.

Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. XV.

Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio Templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra Templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis. XVI.

Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iuda, ut facerent abominationes istas, quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. XVII.

Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas uoce magna, non exaudiam eos. XVIII.

EX-

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS OCTAVI.

I. *ET factum est in anno sexto.* Intelli-
ge a transmigratione Ioachin Regis Iuda, a qua tempora vaticinij sui computat Propheta, vt vidimus capite primo. *In sexto mense*, numerando a Nisan, qui est caput mensium, vt supra dictum est. Vocabatur sextus mensis Hebræis Elul; respondetque nostro Augusto. *In quinta mensis*, die scilicet. Interiectus igitur annus est, atque menses tres inter priorem, & istam prophetiam, vt notauimus in Commentario capitis quarti.

Ego sedebam in domo mea. Completis iam quadrin
gentis triginta diebus decubitus, atque ieiunij. *Et*
Polychr. *senes Iuda sedebant corã me.* Polychronius. In summo B
rerum discrimine ad eum confluebant aliquid noui
scire cupientes. Solet enim ignoratio, & obscuritas
maiorem afferre perturbationem, & qualecunque
Theodor. responsum calamitosis consolationem. Theodoretus. Perseuerabat veluti quidam puerorum magister captiuos instituens, & ad diuinam voluntatem eos adducens, quod declarauit, cum dixit. *Senes Iuda sedebant coram me.* Non est hoc nouum vel in
In desperatis rebus semper de Dei bonitate meliora sperant fideles. desperatis rebus de Dei bonitate meliora semper
spectare fideles; atque ideo Vates eius consulere
iterum atque iterum. Sic faciebat Sedecias. *Tulit*
eum, & interrogauit eum in domo sua abscondite, &
dixit: Putasne est sermo a Domino? Et iterum. *Interrogo*
ego te sermonem, ne abscondas a me aliquid, &c.
Ierc. 37. ℣. 16. & cap. 38. ℣. 14. C *Et cecidit ibi super me manus Domini Dei.* Spiritum
prophetiæ, & virtutem diuinam vocat manum, vt
diximus capite primo, & ipse Vates declarat capite
vndecimo. *Et irruit super me spiritus Domini.* Hebraice. Cecidit super me. Ex quorum locorum collatione constat manum esse spiritum, atque cadere, esse irruere, aut lapsum esse desuper cum vi, & energia more fulguris, quo illuminatus simul, atque excitatus est Propheta, non secus quam si fulgure repente tangeretur. Septuaginta more suo vertere. Facta est manus Domini super me. quod idem prorsus valet.

II. *Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspe*
ctu lumborum eius, & deorsum ignis: & a lumbis eius, & D
A *sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri.* Eandem similitudinem Dei intuetur, quam capite primo viderat, in solio scilicet imaginem hominis ex electro conflatam, quæ pedibus vsque ad lumbos veluti immersa esset camino ignis, cetera splendescens; quæ quidem species auri splendentis, & ignis flammantis repræsentabant Deum amatorem, & zelotypum. nam color ille aureus pectoris, amorem cordis vehementem significat; ignis circunstans zelum & indignationem, qua succensus est sponsus videns dilectam sponsam sibi præposuisse Baal. ideo enim hoc idolum vocatur zeli, quia prouocabat Deum ad æmulationem: & domus Israël toties in superiobus dicitur exasperans, quia scilicet idola colendo, *prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti* Isa. 63. ℣. 10 *eius*, vt habet Isaias. Et in psalmo. *Et in sculptilibus* Ps. 77. ℣. 58 *suis ad æmulationem eum prouocauerunt, & sanctum*
Israel, quem vnice venerari fas erat, *exacerbauerunt*. Idem habet Oseas. *Ad iracundiam me prouoca-* Oseæ 12. ℣. *uit Ephraim in amaritudinibus suis*, id est, idolis, quæ 14.
vocantur amaritudines, quia accendunt bilem amaram in ore dulcissimi sponsi, vt ipse Oseas se explicat iterum dicens. *Pereat Samaria, quoniam ad* Idem c. 14. *amaritudinem concitauit Deum suum.* Et in Deutero- ℣. 1.
nomio. *Ne forte sit inter vos radix germinans fel, &* Deut. 29. ℣. *amaritudinem; & absumat ebria sitientem, & Domi-* 18. & 19.
nus non ignoscat ei, &c. Id est, cauete ne reliqua sit inter vos aliqua idololatriæ species occulta, quasi C radix sub terra, quæ deinde germinet absynthium fellis amarissimum, quæ scilicet accendat bilem meam, & ebullire faciat fel, ita vt nulla sit remissio: nam bilem sequitur sitis, & sitim ebrietas, atque furoris effusio. hoc est quod sequitur. *Et assumat ebria sitientem*, id est, consequatur ebrietas sitim, vt vertit Chaldæus. Hoc ipsum repræsentauit Dominus ista visione Prophetæ; se scilicet vehementer esse indignatum, quod impense amans non redametur; reijciaturque potius, antepositio sibi Baal, quasi illud repeteret Cantici. *Fortis est vt* Can. 8. ℣. 6. *mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio.* Quorum verborum antithesim libuit paucis explanare, quod sit multiplex, & elegans.

Amorem & zelum Dei electrum & ignis significat.

DILECTIO		AEMVLATIO	
	Fortis est vt mors.		*Dura sicut infernus.*
	Mors interimit.		*Infernus cruciat.*
	Efficax in perimendo, ne torqueat.		*Segnis in cruciando, ne perimat.*
	Si occidit, occidit semel.		*De pœnis innocentum ridet.*
	Perimit ingenue.		*Cruciat ignobiliter.*
	Gloriæ est amare.		*Ignominiæ est non redamari.*
	Labores consummat.		*Dolores geminat.*
	Alteram donat animam.		*Vtramque eripit amanti.*
	Est interitus corporis, vita animæ.		*Est corporis, & animi cruciatus.*
	Potitur victoria.		*Spolia detrahit.*
	Viuum necat.		*Sæuit in mortuum.*
	Iuste perimit.		*Inique sauciat.*
	Est telum aereum.		*Est cruciatus igneus.*
	Ditat quem traijcit.		*Spoliat quem vrit.*

III. *Et emissa similitudo manus apprehendit me in cin-*
cinno capitis mei. Hieronymus. Similitudo manus,
Hieronym. Deus quasi hominis manu assumit, ne terreat assumptum. non ipsa manus extenditur, neque enim in Deo aliquid corporale est. videturque manus, vt membrum humani corporis, atque consueti nequaquam terreat eum, qui assumitur. Si enim in colubri, vel in qualibet alia bestiarum similitudine tetigisset Prophetam, ipsa dissimilitudo membrorum ter- E ruisset assumptum. Rapitur autem Vates e cincinno, seu capillitio suspensus, vt aliquanto post Habacuc. Qua quidem re & energia, spiritus osten- Dan. 14. ℣. ditur, & mentalis potius esse raptus, quam cor- 35.
poralis monstratur.

Et eleuauit me Spiritus inter terram & cælum. Ad instar volucris medium aërem secantis videbar mihi sublimis vehi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronym. *Et adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei.* Hieronymus. Oſtendit ſe non in corpore, ſed in ſpiritu eſſe tranſlatum. Theodoretus. Non igitur tranſlatum eſt corpus, neque oculis carnis contemplatus eſt, ſed domi ſedens inter ſeniores Iuda hanc totam videt viſionem, quod poſt eius enarrationem perſpicuum facit, cum dicit. *Et ſublata eſt a me viſio, &c.*

Theodor.

Cap. 11. ℣. 24. *Iuxta oſtium interius, quod reſpiciebat ad Aquilonem.* Euidens eſt Prophetam deſcribere ipſum Templum Salomonis, quod adhuc ſtabat: nam geſta ſunt hæc anno ſexto tranſmigrationis Ioachin, vt patet primo verſu capitis: atque adeo ſexto regni Sedeciæ, cuius regnum cum tranſmigratione Ioachin cœpiſſe conſtat. Templum autem dirutũ fuit anno vndecimo

4. Reg. 25. Ierem. 52. Sedeciæ. In Templo itaque Salomonis fuiſſe oſtium interius palam eſt, & conſequenter aliud exterius, B nam interius non dicitur niſi reſpectu exterioris.

Vbi erat ſtatutum idolum Zeli ad prouocandam æmulationem. Septuaginta. Statua poſſidentis. Theodotio. Columna imaginis zeli. Theodoretus vtramque lectionem complexus eſt, imaginis zeli poſſidentis. Hebraici codices habent, idolum zeli poſſidentis,

Theodotio. Theodor. Hieronym. vel poſſidens. pro quo Hieronymus vertit, idolum zeli prouocantis ad æmulationem. quaſi idem ſit קנאה, qinah, & מקנה, maqneh. Sic enim habet Hieronymus. Porro quia zelus, & poſſeſſio, quod Hebraice dicitur קנאה, qinah, eodem appellantur nomine pro ſtatua zeli. Septuaginta, ſtatuam poſſidentis interpretati ſunt, &c. Sane cognata eſſe hæc nomina, & verba, a quibus oriuntur, ſcilicet קנא, qana, & קנה, qanah, nullus negabit. eadem vero eſſe nomina C radicales literæ verborum abnuunt. nam alterum habet in fine א, aleph, alterum ה, he, illud zelare ſignificat, hoc poſſidere. quare ſi in rigore vertendus ſit locus, vt hodie habetur Hebraice, ita efferendus videbatur: Vbi erat ſtatutum idolum zeli poſſidentis, vel poſſeſſoris, aut Baal. nam idem omnino ſonant מקנה, maqneh, & בעל, baghal, ſcilicet poſſidentem, dominum, herum, &c. Atque hinc ſoluitur illa dubitatio cur Hieronymus, & ceteri interpretes hoc idolum dicant eſſe Baal, cum tale nomen non vſurpauerit Vates, quia ſcilicet ſub nomine, poſſidentis, Vatem intellexiſſe Baal recte iudicaſſe videntur.

Ratio ob quam idolum zeli vocatur Baal.

Idolum Baal fuit in Templo Domini.

Sed reſtat inueſtiganda hiſtoriæ veritas, qua con ſtet idolum Baal in Templo Domini tunc temporis D eſſe collocatum. Et quidem de Manaſſe Rege ſcriptum eſt, [a] poſuiſſe aras idolis in Templo. Et iterum [b] conſtruxiſſe aras Baalim, &c. Verum de his ſermo non eſt Prophetæ: quia iampridem [c] ablatæ fuerant ab eodem. Ioſias item [d] omnia idolorum veſtigia de Templo Domini eraſit. Quare ad tempora Ioacim, vel Sedeciæ hæc referenda ſunt, de quibus legitur, feciſſe [e] *malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant patres* eorum. Et iterum. [f] *Sed & vniuerſi principes ſacerdotum, & populus præuaricati ſunt inique iuxta vniuerſas abominationes gentium, et polluerunt domum Domini, quam ſanctificauerat ſibi*, &c. Ex quibus locis aperte conſtat inter cetera, immo ante cetera gentium idola, Baal quoque ſimulachrum ab his Regibus erectum in Templo Domini, quippe Idoli anti- E quiſſimi, & venerandiſſimi omnibus gentibus: quare a Propheta videtur in ipſo introitu Templi collocatum. Quod ſi roges, quorſum ad eam potius regionem idola erexerint impij? Reſpondeo, quia ex Aquilonari parte, vtpote minus accliui frequentius adibatur in Templum. Deinde quoniam in ea regione offerebantur holocauſta, & piacula, vt differitur in Commentario de ſacrificijs. Quod vero ſequitur: *Ad prouocandam æmulationem*: idem eſt,

a 4. Reg. 21. ℣. 4.
b 2. Par. 33. ℣. 3.
c 2. Par. 33. ℣. 15.
d 2. Par. 34. ℣. 4. & 4. Reg. 23. ℣. 4.
e 4. Reg. 23. ℣. 37. & c. 24. ℣. 19.
f 2. Par. 36. ℣. 14.

Ratio, propterquam in porta Aquilonari fuerit idolum.

atque, prouocantis ad æmulationem, ſeu excitantis zelotypiam, & indignationem. Polychronius. Idolum zeli dicitur tranſlatione ſumpta a feminis, quæ viris relictis cum alienis miſcentur, & ad zelotypiam viros concitant. Scholiaſtes, & Symmachus. Imaginem zeli dixit, vt etiam in Deuteronomio Moyſi dixit Deus. *Ipſi me prouocauerunt* ad æmulationem *in eo, qui non erat Deus*. Atque id interpretans ſubiecit: *Irritauerunt me in vanitatibus* idolis *ſuis*, &c. eadem repetit Hieronymus, & Theodoretus: de qua re nos ſupra verſu ſecundo.

Polychr. Scholiaſt. Deut. 32. ℣. 21. & Symmach. Hieronym. Theodor.

IV. *Et ecce ibi gloria Dei Iſrael ſecundum viſionem, quam videram in campo*. Id eſt, oſtenſa eſt mihi ad oſtium Aquilonare eadem Dei facies, quam videram in valle iuxta fluuium Chobar. Sed quorſum iuxta Baal conſtiterat Dei maieſtas? quæ conuentio lucis ad tenebras? Dei ad Belial? Vtique non delectabatur tali vicinia: ſed vt oſtenderet ſe iam egredi de ſanctuario, & Templo ſuo eiuſmodi ſordibus polluto, atque ad gentes migrare, vt ex capitibus decimo, & vndecimo fiet manifeſtum.

Iuxta Idolũ ſtat Deus, oſtendens propterea velle diuertere Templum.

V. *Et dixit ad me: Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis.* Manifeſtum eſt Prophetam eſſe ab Angelo dimiſſum in area Aquilonari atrij Iſraëlitici, vel mundorum: quandoquidem reſpicere iubetur verſus Aquilonem, vt videat Idolum zeli in porta ipſius atrij conſtitutum. nam ſequitur.

Et ecce ab Aquilone portæ altaris Idolum zeli in ipſo introitu. Hoc idolum ſtatutum erat in ipſo introitu, ſeu veſtibulo portæ Aquilonaris, atrij interioris, quæ conduplici muro circundata introitum reſpiciens ad atrium exterius, erat a parte Aquilonari ipſius portæ, in quo erat Idolum.

Portæ altaris. Quidam putant, non loqui Prophetam de altari æneo, ſed de alio, in quo ſitum erat ſimulachrum Baal. Ceterum ſtatuæ non ſolebant locari ſuper altaribus, ſed ſuper ſtylobatis erigebantur: neque ſi ſuper altari poſitum eſſet idolum, ab eo nomen ſumpſiſſet porta, cum aliud eſſet illo celebrius, ſcilicet altare holocauſtorum, quod erat in medio atrio domus Domini. Quid ergo? Reſpondemus, ab hoc altari holocauſtorum æneo, quod ſtruxit Salomon, portam atrij Iſraël Aquilonarem denominatam fuiſſe portam altaris a temporibus Achaz, qui *altare æneum, quod erat coram Domino* 4. Reg. 11. ℣. 14. *tranſtulit de facie Templi, & de loco altaris, & de loco Templi Domini, poſuitque illud ex latere altaris*, noui, quod ipſe ſtruxerat, *ad Aquilonem*, &c. nimirum tranſtulit de loco ſuo, vbi eſſe ſolebat coram facie ſanctuarij in medio atrio, in medioque Templo Domini, ad portam Aquilonarem atrij interioris. ergo quia altare holocauſtorum Salomonicum locatum fuerat in Aquilonari plaga atrij interioris, merito porta Aquilonaris ipſius atrij dicitur porta altaris.

Porta altaris quæ dicatur.

VI. *Et dixit ad me: Fili hominis, putaſne, vides tu quid iſti faciunt?* Hebraiſmus, pro videſne? nunquid non obſeruaſti? quomodo etiam legitur Hebraice. Sed Hieronymus aſſuetus eiuſmodi phraſi, quippe familiari ſcripturarum, eandem apte vſurpauit. Proculdubio aderant aliquot Iſraelitæ adorantes idolum zeli, quos demonſtrat quaſi digito Deus, cum ait: *Vides quid iſti faciunt?*

Abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hic? Indicat Prophetæ ſcelera Iſrael, vt cognoſcat & prædicet iuſtas cauſas indignationis diuinæ, & illorum punitionis.

Vt procul recedam a ſanctuario meo. Non eo animo patrabant ſcelera, vt Deum fugarent, ſed conſequens erat, vt Deus recederet tam grauiter offenſus,

sus, tamque indigne acceptus in suo Templo. ergo particula (vt) stat pro (ita vt) causalis pro consequentiæ aduerbio: enallage vsitata sacris scriptoribus, præsertim in ea phrasi Euangelistarum. *Vt impleretur, quod dictum est*, id est, atque ita impletum est: *Os non confringetis ex eo*, vel quid simile.

Enallage figura.

Vt procul recedam. Hebraice est, ad recedendum, quod vel ad Deum referri potest, vt sentit Hieronymus, vel ad ipsos Israëlitas, vt Septuaginta intellexere vertentes, vt recedant, vel, abstineant ipsi a sanctis meis. quam versionem sic explicuit Theodoretus. Vides, inquit, vt ipsi proprijs sceleribus ad se trahunt supplicia? nam impie agendo, & meum cultum contemnendo procul erunt a sanctis meis secundum prophetiam Dauid. *Qui elongant se a te, peribunt.* Verum accommodatior est Hieronymi versio, vt ego recedam a sanctuario meo, vt scilicet me abigant a Templo mihi consecrato. Interpretatur & suam versionem Hieronymus dicens. Ne me, inquit, Deus putes iniuste Templum deserere, & subuertendam relinquere ciuitatem: aspice, quæ in Templo faciant: cumque illa conspexeris, non putes finem esse scelerum.

Peccata Deũ faciunt recedere. *Hieronym.* *Theodor.* *Psal. 72. ℣. 27.*

Adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Hebraice. Adhuc conuertéris, & videbis; id est, iterum videbis. nam hoc verbum שוב, sub, cum construitur immediate cum altero verbo, idem valet, quod rursus, iterum, denuo, vt in Iob. *Non reuertetur oculus meus, vt videat bona.* Et in psalmo. *Deus tu conuersus vinificabis nos.* Et Zacharias ait. *Sic conuersus cogitaui.* Id est, non videbit iterum bonum: tu rursum vinificabis: denuo cogitaui, &c.

Iob 7. ℣. 7. *Ps. 84. ℣. 7.* *Zachar. 8. ℣. 15.*

VII. *Et introduxit me ad ostium atrij, & vidi, & ecce foramen vnum in pariete.* Per primum introitum Aquilonaris portæ atrij interioris ingreditur, atque a lateribus vestibuli offendit terna gazophylacia, quæ thalamos portæ vocat, cum ex professo de Templo agit, & subdit. *Porro thalami portæ tres hinc & tres inde*, quorum vnius anterior murus præforatus videbatur, quippe, neglecta religione, non admodum curabatur a sacerdotibus ruinarum Templi instauratio, cum parietem perfodere iubetur Vates.

Ezech. 40. ℣. 10.

VIII. *Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium vnum.* Videtur ostium gazophylacij obstructum fuisse, atque aliunde patuisse secretiorem aditum ad ipsum, quo idololatræ clanculum subibant cultum exhibituri idolorum imaginibus: nam idcirco subiungit.

IX. *Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* Ostenderat Vati Dominus publica Israëlitarum scelera, cultum scilicet Idoli Zeli, ostendit iam quæ in secreto designabant.

X. *Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio*, animalium simulachra abominanda, *& vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Theodoretus. Præter impietatem ingens stultitiæ exuperantia. quid enim stultius ijs, qui venenatorum serpentium, & rationis expertium iumentorum adorant imagines? illos enim vt noxios atque insidiosos occidere consueuimus: hæc vt nobis seruirent, ac ministrarent Dominus attribuit. *Qui producit* enim, inquit, *in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum.* Consideremus igitur quantum a ratione abhorreat, si quis famulorum, seruorumque adoret imagines. quare Dominus iure succensens ait Prophetæ: *Vides, fili hominis*, &c. De reptilibus mentio est apud Isaiam. *Vt adoraret talpas, & vespertiliones*, &c. De idolis domus Israël in Commentario agemus. Hieronymus. Hoc in delubris idolorum, fanisque gentium hucusque perspicimus, quod omnia genera bestiarum adoret stulta religio. Vnde & Virgilius ait:

Theodoretus inuehitur in Idololatras. *Psal. 146. ℣. 8* *Isa. 2. ℣. 20.* *Hieronym.*

Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis,

quasi non & illa sint monstra, quæ laudat:

Contra Neptunum, et Venerem, contraque Mineruam.

Virgil. lib. 8. Aeneid.

Possumus & in nostri Templi parietibus idola monstrare depicta, quando omnibus vitijs subiacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imagines que diuersas, de quibus & in psalmo dicitur. *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges*; quod scilicet nullus sit homo, qui aliquam imaginem non habeat siue sanctitatis, siue peccati. Quamobrem de furiosis dicitur, & iracundis. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, & sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas*, &c. Et de hominibus nequam Lucas ait. *Genimina viperarum.* Et de versipellibus. *Dicite vulpi illi.* Ac de amatoribus feminarum. *Equi amatores* in feminas, *& emissarij.* De vecordibus. *Sicut equus, & mulus*: & eiusmodi multa.

Idola depingimus in Tẽplo Dei, cum conscientias nostras sceleribus commaculamus. *Ps. 72. ℣. 20* *Ps. 57. ℣. 5.* *Luc. 3. ℣. 7* *Ibid. 13. ℣. 32.* *Ier. 5. ℣. 8.* *Ps. 31. ℣. 9.*

Et septuaginta viri de senioribus domus Israel. Sacerdotes isti videntur fuisse, quando thuribula tenebant, & in gazophylacijs latitabant, quæ non nisi hebdomadarijs Leuitici generis ministris ad habitandum assignata erant, vt videbimus suis locis.

XI.

Et Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum. Polychronius. Opinor Iezoniam esse filium Saphan, quem Ieremias Sophoniam appellat. Is igitur Sophonias ex Ieremiæ voce sacerdos erat Hierosolymitani Templi, ad quem Semeas misit, vt disponeret quæ ad Ieremiam pertinebant, &c. Hlstoria, quam memorat Polychronius, habetur apud Ieremiam: fides sit penes auctorem de cetero.

Polychr. *Iere. 29. ℣. 25. & seq.*

Stantium ante picturas. Stare habitus est orantis. *Pharisæus stans hæc apud se orabat.* Et iterum. *Publicanus a longe stans*, &c.

Orantes stabant. *Lucæ 18. ℣. 11. & 13.*

Et vnusquisque habebat thuribulum in manu sua. In manu tenebant thuribula, non e manu suspensa, vt nunc moris est. Erant enim thuribula patellæ æneæ, vel argenteæ, quibus prunæ imponebantur, adolebanturque thuris grana, de quibus suo loco.

De forma thuribuli, & modo tenendi illud.

Et vapor nebulæ de thure consurgebat. Vetustissimus ritus thuris suffitu numina colendi, quibusdam etiam primus omnium existimatus. Volunt alij initio ab hominibus in sacrificio oblatam odoratarum arborum euaporationem, Græci thymiasin dicunt, vnde deriuata sit θυσία, thysia, res diuina, sacrificiumue. Arnobius certe negat a vetustissimis adhibitum thus in sacrificijs; imo Heroibus Hetruscis Romulo, & Numæ omnino ignoratam thuris opinionem; sed exta obseruata, deinde assa, vel elixa dijs cremari solita. Nec mirum cum tam longo interuallo distaret ab Europæis Arabia thuris sola ferax. ergo inuentum offerendi thuris Deo, est Mosi adscribendum.

Arnobius.

Et dixit ad me: Certe vides, fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim. Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. Scholiastes. Eo dementiæ deuenerunt idolorum cultores, vt existimarent, si in abditis locis huiusmodi flagitijs impijs operam darent, fore, vt Dei oculum latere possent. Simile est illud Ecclesiastici. *Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.* Theodoretus. Causa quippe impietatis est Dei obliuio, qui enim sibi persuaserant nil eorum, quæ ipsi committerent, a Deo inspici, eo iniquitatis processerunt. Sed a beato Dauid contra & sen-

XII.

Scholiast. *Eccl. 23. ℣. 26.* *Theodor.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pſ.15.ỿ.8 Origenes. Quæ in anima fiunt, in cubili fieri dicuntur.

tire docemur,& loqui: *Prouidebam* enim *Dominum*, inquit pſaltes, *in conſpectu meo ſemper*. Origenes. Non erat in definito aliquo loco, ſed in cuiuſque cubili:& cubile certe appellat abditum,& ſecretum locum,cum ſoleat Scriptura,quæ ad nobiliſſimam animæ partem ſpectant, abſconditum appellare. Interdum etiam & cubiculum. tale enim eſt illud. *Intra in cubiculum tuum*. & illud. *Qui uidet in abſcondito reddet tibi*. Non procul eſt ab his etiam,qui abſconditus dicitur cordis homo. Et veroſimilius eſt, etiam de hoc abſcondito peccantes ſuſpicari, quod ſcilicet non videat eos Dominus.

Matth. 6. ỿ. 6.

De cordis humani profunditate tractatus. Ier. 17. ỿ. 9.

Inuitat nos nobilis iſte locus atque eius explanatio tradita abOrigene,vt illum amplius illuſtremus, theoriam tractantes de cordis humani profunditate, de quo Ieremias. *Prauum*,inquit, *eſt cor hominis*, *& inſcrutabile,quis cognoſcet illud? Ego Dominus*, &c. Vel vaſtum, ſeu mendax eſt cor ſupra omnia, atque deſperatum, id eſt, inacceſſum,adituque difficillimum, vel impoſſibile potius,niſi ſoli Deo, cuius eſt ſcrutari renes, & corda, ſcilicet affectionem, & intentionem. nam per renes, affectus, per cor autem,mentem & ſtudium ſignificare ſolet Scriptura.

1.Cor.2. ỿ. 11. 1. Cor. 11. ỿ. 28.

Quis, inquit Paulus, *hominum ſcit, quæ ſunt hominis*, quæ quis in animo voluat, *niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt*? & iterum. *Probet autem ſeipſum homo*. quid ita? quia nullus hominum,neque Angelorum ſcrutari poteſt, quæ in penetralibus humani cordis latitant,nedum iudicare, niſi ipſe homo ſua prodat conſilia, cogitationes,& ſtudia. quare ſibi committitur ſui ipſius examen,& teſtimonium, immo & iudicium propriæ cauſæ eidem demandatur. Nam in cordis humani Baſilica tribunal conſtituit Deus,legeſque in eius tabulis incidit digito ſuo, rationem creauit iudicem,conſcientiam actorem,teſtes cogitationes,quæ vel accuſant,vel defendant ipſum hominem reum. hoc enim ſibi vult Paulus dum dicit. *Ipſi ſibi ſunt lex*, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, *teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum* turba *accuſantium, aut etiam defendentium in die,cum iudicabit Deus occulta hominum*, &c. Ad iudicium autem hoc,ipſius hominis cauſas Deum retuliſſe legimus: nam Dauidi propoſita eſt cauſa propria ſub ſpecie litis alienæ, & rogatus iudicium tulit contra ſe ipſum ſententiam,dicens. *Vinit Dominus, quoniam filius mortis eſt*. Et ab Achab ſimili ſtratagemate extorta aduerſus ſeipſum mortis damnatio, illis verbis pronuntiata. *Hoc eſt iudicium tuum, quod ipſe decreuiſti*: & quorſum iſta,rogabis,enigmata? ne ſcilicet humani cordis vaſtricies delictum ſuum eleuaret, & Dei iuſtitiam criminaretur; data opera eſt, vt ipſe reus peccati grauitatem liber ab affectu examinans contra ſe ipſum pro meritis ſupplicium decerneret. Atque hoc ſibi voluit Dauid,cum proteſtatur. *Tibi ſoli peccaui*,&c. *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris* ſeuerior: id eſt, ego fateor grauiter deliquiſſe, vt hac confeſſione, tua reſplendeat iuſtitia, & obtrectatorum ora claudantur.Merito fidelis Dauid,delictum ſuum palam fatetur: audet enim aliquando cor humanum ſagax Deo ipſi mentiri velle.vt videre eſt apud Ieremiam. *Quomodo dicis non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? Vide uias tuas in conualle*, &c. & iterum. *Quid niteris bonam oſtendere viam tuam? Ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui*, &c. Et Petrus ait. *Cur tentauit Sathanas cor tuum,mentiri te Spiritui ſancto?* & Iſaias. *Non petam, & non tentabo Dominum*. De Deo ſe bene mereri dicit impius Achaz, quod nolit illum tentare,cum reuera illi potius diffidat: & Saul gloriatur. *Immo audiui uocem Domini, & ambulaui in uia,per quam miſit me Dominus*,&c. *Tulit autem de præda populus oues,& boues, ut immolet Domino*, &c. ſed infra ſe prodit. *Peccaui timens populum, & obediens uoci eorum*.

In Baſilica cordis humani tribunal conſtituit Deus,in quo cauſas iudicet humanas.

2. Reg.12. ỿ. 5.

3. Reg. 20. ỿ. 40.

Pſ.50.ỿ.6

Cor humanum ſæpe contendit delictum occultare. Ier.2.ỿ.23

1. Reg. 15. ỿ. 20.

Sed quid mirum eſt a nemine iudicari,neque inueſtigari poſſe cordis humani conſilia, cum neque ab ipſo homine exacte cognoſcantur,niſi diuino lumine illuſtrato? *Lucerna Domini*,ait Sapiens,*ſpiraculum hominis,quæ inueſtigat omnia ſecreta uentris*. hoc eſt,vt Gregorius expoſuit, diuini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, eam ſibimet ipſi illuminans oſtendit; quæ ante Spiritus ſancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat, & penſare neſciebat, &c. *ſpiraculum* itaque, ſeu ſpiritus *hominis*, niſi, diuina luce communicata, *lucerna Domini* efficiatur, obire quidem poteſt conſilia, & cogitationes ſuſcipere, ſed eas examinare non poteſt. *Scrutabor*,inquit Deus,*Ieruſalem in lucernis*:at vbi lucernæ admouentur,tenebræ ſunt, & alta caligo facibus indiget.Eapropter toties in ſacris mentio eſt duplicis cordis, duplicis animi; damnaturque, in corde & corde loqui. vſurpaturque frequenter ea phraſis,facere veritatem,& commendatur ſtudium ſapientiæ ex toto corde, atque in veritate ſuſceptum; quia videlicet tam abſtruſa ſolet eſſe ipſi homini mens propria, & animus; vt cum hoc reuera deſideret, aliud ſibi velle perſuadeat. quod eſt mendacium loqui,atque facere,& ſibi ipſi imponere, atque ceu duplex cor geſtare in pectore, vel ſemicorde cogitare, & ſemicorde operari. *Conuertimini*, ait Dominus, *ſicut in profundum receſſeratis filii Iſrael*. id eſt:reuertimini ex profundo corde, ex intimo affectu,toto animo ad Dominum,quemadmodum ſcilicet olim receſſeratis, & Baal ſectabamini ex intimo cordis affectu. quid hoc eſt, niſi admonere hominem, ne ſibi ipſi det verba, vt ſolet, cum,aliqua aduerſitate ſtimulante, ad Deum reuertitur? Quod re ipſa contigiſſe Iudæ teſtatur Deus. *Non eſt reuerſa ad me prauaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo,ſed in mendacio*. Difficile eſt energumeni verba iudicare,an ab homine oppreſſo,an potius a ſpiritu maligno proferantur, cum eodem ore prodeant ab alterutro edita.nec facilius eſt cogitationes æſtimare proprias, an a ſpiritu hominis, an a ſpiritu diuino proficiſcantur. Diſcretio ſpirituum eapropter a Spiritu ſancto Eccleſiæ communicatur; qua perfoditur paries intimi receſſus humani cordis, & abominationes in ipſo abſconditæ propalantur. Denique quam ſit profundum cor humanum, vel inde coniectari poſſumus, quod Deus ipſe gloriæ ducit,illud intueri,eiuſque arcana rimari,vt videre eſt apud Ieremiam. *Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes,&c.* & in pſalmo. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: id eſt, ſubeat hominem cogitatio quantumuis profunda,& abdita; profundius ſubit Deus, vt eam intueatur & iudicet. & in alio pſalmo. *Qui finxit ſigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum,&c.* obſerua connexionem: ideo ſcilicet intelligit opera, & cogitationes, quia animas creauit ſingulorum, alioquin ignoraturus. Idem habes & in alio pſalmo. *Intellexiſti cogitationes meas de longe,ſemitam meam, & funiculum*, ſtudia, & circumgyrationes, conſilia ſcilicet, *meum inueſtigaſti*, &c. ſequitur: *Tu formaſti me* &c. Sed de his longius fortaſſe egimus, quam pro inſtituti ratione: veniam dabit lector.

Homo ſine Dei lumine ſeipſum aut inueſtigare, aut iudicare non poteſt. Prouer.20, ỿ. 27. Gregor.3. par. curæ paſt. c.3.

Ier. 17. ỿ. 10.

Pſ.63.ỿ.7.

Sophon. 1. ỿ. 12. Duplex cor.

Facere veritatem,quid ſit.

Iſ.31.ỿ.6.

Pſal. 138. ỿ. 3.

Ieremi. 3. ỿ. 10. Dijudicare cogitationes proprias difficile eſt,ſicuti quis loquatur ore energumeni, an ſpiritus oppreſſi, an ſpiritus maligous.

Dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. Simile eſt illud pſalmi. *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob*. Et illud.

Pſ.93.ỿ.7.

Dixit

Universidad de Deusto

Ps. 52. ℣. 1. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*: atque illud. A
Ps. 35. ℣. 2. *Dixit iniustus, Vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.* Id est, persuasit sibi impius, quo liberius peccet, non esse sibi a Deo timendum quicquam mali. *Nec nostra considerat, &c.*

Iob 22. ℣. 14.

XIII. *Adhuc conuersus videbis abominationes maiores.* Id est, rursum adhuc videbis maiora flagitia.

XIV. *Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem.* Inducitur Vates ab Angelo viæ comite per ostium atrij intimi, quod appellatur Domus Domini, non secus atque ipsum sanctuarium clausum, quod in medio eius atrij erat, vt ex contextu historiæ huius constat, & suo loco latius dicemus. Septuaginta. Ad vestibula ianuæ domus, quod est sequentibus conuenientius.

Et ecce ibi mulieres. Non in atrio intimo, sed ad o- B
Alius Scho. stium ipsius atrij. Alius Scholiastes. Summa, inquit, contemptio: quo enim ne Leuitis quidem promiscue licebat ingredi, ibi feminæ Adonidē lugebant.

Sedebant plangentes Adonidem. Sedere habitus est
Thre. 1. ℣. 1. dolentis, vt alibi diximus, & patet in Threnorum libro. *Quomodo sedet sola ciuitas, &c.* De Adonide in commentario differemus. Verum rei indignitatem Theodoretus obseruauit dicens: Horum non solum impietatem, sed etiam lasciuiam accusat. Thamuz enim secundum Chaldaicam linguam, Adonis est. Venereorum igitur orgiorum lamentatio est lasciui Dæmonis, & propter incontinentiam cultum admittentis.

Adonis, lasciui dæmonis simulachrū, Theodoreto teste.

XV. *Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis.* Vel vidisti ne? subaudi, harum libidinosam superstitionem? C

Adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Adhuc rursum videbis abominationes detestabiliores. cum enim locus sit ceteris sacratior: necesse est scelus in eo admissum, alioqui per se turpissimum, ex loci ratione reputari multo deformius.

XVI. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius.* Id est, in atrium sacerdotum, quod exprimit dicens, *atrium domus Domini interius.*

Et ecce in ostio Templi Domini inter vestibulum et altare. Septuaginta. In vestibulis Templi Domini inter vllam, & inter altare, &c. Symmachus προπύλαιον, propylæon, Syrus carceres vertit, seu
Scholiast. cancellos. Teste Scholiaste Græco, Altare victimarum æneum demonstrat Vates, quod in medio atrij sacerdotum extabat: per vestibulum intelligit D
præambulum sanctuarij longum cubitos viginti, latum decem. Aptissime vero Septuaginta, & Syrus innuunt peribolum, & cancellos, qui ad faciem vestibuli Templi procurrunt, terminantes aream quadratam atrij interioris: existuntque inter vestibulum & altare, vt videre est in iconographijs Templi appositis ad caput quadragesimum. Sunt autem &
Ioelis 2. ℣. 17. alij loci sacræ Scripturæ in eandem sententiam, qualis ille Ioëlis. *Inter vestibulum, & altare plorabunt sa-*
Matth. 23. ℣. 35. *cerdotes.* & Matthæi. *Quem occidistis inter Templum, & altare.* Verum de his fusius suis locis differemus.

Quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra Templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum solis. Vel ad orientem solem, vt Septuagin ta verterunt. Hos verosimile est fuisse sacerdotes, E
quoniam locus, in quo stabant, solis sacerdotibus decretus erat: quorum ideo grauius peccatum censetur; quippe nouerant lege cautum esse, ne haberent Deos alienos coram se, & sigillatim ne solem
Deu. 4. ℣. 19 adorarent. *Ne forte eleuatis oculis ad cælum videas so-*
Adorare solem, quam malum. *lem, & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt, &c.* Quare extremæ non solum impietatis, sed etiam insaniæ erat adorare conseruum suum, Domino terga dantes. Quam merito conquestus est Dominus de his?
Ier. 2. ℣. 13 *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem*
℣. 26. *aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas.* Et iterum. *Ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum, dicentes ligno: Pater meus es tu, & lapidi: Tu me genuisti: verterunt ad me tergum, & non faciem, &c.* Et aliquanto superius dixerat. *Ingressi contaminastis ter-*
℣. 7. *ram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: Vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me, & Prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt, &c.*

Et adorabant ad ortum solis. Vetus religio Ethnicorum fuit, vt adoraturi conuerterentur ad Orientem. Vnde Mercurius Trismegistus docet eum, qui adorare voluerit, oriente sole, in subsolanum intendere debere; occidente vero sole, versus Austrum, &c. ne scilicet Deum suum morientem videntes in eius cultu tepescerent. Vitruuius etiam. Tem-
Vitru. Archit. l. 4. c. 5 pla, inquit, eo pacto sunt constituenda, vt ædis signum seu simulachrum spectet ad vespertinam cæli regionem; vt supplicantes signa quasi cum sole exorientia intueantur, & suspiciant. quem ritum Iob
Iob. cap. 31. ℣. 26. execratum se esse vt gentilitium profitetur, dicens. *Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, &c.* Huius superstitionis extirpandæ gratia Dominus præcepit, vt facies tabernaculi primum, deinde etiam Templi conuersa esset ad Orientem. Oraculum autem, in quo erat arca, ad Occidentem spectaret, ita vt adoraturi conuerterentur ad Occidentem. At vero sacerdotes Domini, quorum intererat legem vindicare, & illius ritus religiosius obseruare, legis immemores, Deique conditoris obliti, verterunt terga contra arcam Domini, atque ad Orientem conuersi solem venerabantur.

Adorabant antiqui ad ortum solis. Mer. Trism. in fine Asclepij.

XVII. *Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas, quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me?* Pro iniquitate Hebraice est חמס, chamas, vis, violentia, iniuria, tyrannis, vt iniquitas amplectatur iniurias omnes proximis illatas; abominatio vero impietatem aduersus Deum, hoc sensu. An pro nihilo ducit Iuda talia scelera designare, qualia in meo Templo patrari vides? ita ne leuia sunt hæc crimina, quod audeat ea quasi cumulum addere ad iniquitates admissas? Vel vt sit hysteron proteron hac ratione. Tam leue erat aduersus proximos fuisse iniurioſos, quod superimponunt peccatorum lanci, contra suum conditorem esse ingratos, impudentes, & contumelioſos? Quomodocunque intelligamus, apte nectitur sequens versus.

Iniquitas aduersus proximos, abominatio aduersus Deum ipsum militat.

Et ecce applicant ramum ad nares suas. Versio correcta Septuaginta habet. Ecce ipsi quasi subsannantes. Verum in alijs codicibus additur: & ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes. testatur autem Hieronymus illud, extendunt ramum, de Theodotionis versione additum esse, sic enim habet. Pro eo quod nos diximus, *ecce applicant ramum ad nares suas*, Septuaginta transtulerunt. Et ecce ipsi subsannantes: quibus de Theodotione additum est: extendunt ramum: vt sit totum pariter. Et ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannates. pro quo interpretatus est Symmachus, quasi emittentes sonitum in similitudinem cantici per nares suas. & aliquanto inferius. Symmachi interpretatio fœdum, raucumque sonitum de naribus procedentem in Dei

Actum significat his verbis eorum qui Diuinum subsannāt, & irrident numen. *Hieronym.*

Theodotio.

Symmach.

Universidad de Deusto Biblioteca

Origenes. contemptum significat. &c. Notat etiam Origenes legisse Symmachum. Et sunt quasi emittentes sonitum, velut anhelitum per nares. Obseruat secundo, quod Hebraice est חמורה, hazmorach, & sonum, & ramum significare: nam in psalmo, vbi Septuaginta verterunt. *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ.* Alij transtulere. Cantus fuerunt mihi præcepta tua: & iterum. *Et in psalmis iubilemus ei.* Alij legunt. Incantionibus, vel in canticis. Et ramum significat eadem vox apud Ezechielem, ibi. *Quid fiet de ligno vitis?* siue de palmite vitis. Et apud Nahum prophetam dicentem. *Et propagines eorum corruperunt*, id est, ramos seu palmites eorum. Sensum autem versus sic elucidat. Fastum, tumoremque superborum contra opificem, & contra eius opera describi his verbis puto, qui subsannent tanquam pro nihilo putanda, quæ cernuntur, & eorum effectorem. Apertius porro Symmachus modum interpretatus est dicens. Ac veluti emittant sonitum, vt anhelitum per nares suas: quod enim, inquit, videntur hymnis celebrare, id agunt subsannando mundum apte distinctum, & eius opificem, illis verbis. Et ecce ipsi extendunt ramum quasi naso suspendentes: ea videtur esse sententia subiecta. Veluti extendunt aduersus suum plastem surculum, subsannantes, ac ridentes quæ non sunt risu digna. Hæc Origenes. זמורה, zemorah, Hebræa vox, quam notauit Origenes dubiæ significationis esse, oritur a verbo זמר, zamir, quod est incidere, putare. *Sex annis putabis vineam tuam, &c.* In secunda vero coniugatione significat incidere vocem, facere incisuras, vel cæsuras syllabarum, modulari, modulos canere, arte modulatas cantiones, concisas, ex concisis sententijs factas modulationes canere. inde זמורה, zemorah, palmes, vt videre est in libro Numerorum. *Abscinderunt palmitem cum vua sua.* Et in Isaia. *Et germen alienum seminabis.* Eius autem cognatum nomen זמיר, zamir, in Canticis legimus. *Tempus putationis aduenit.* quod alij verterunt. Tempus cantus auicularum aduenit. Horum alterutrum videntur legisse, qui verterunt sonum, vel cantum. Nam zemorah significat palmitem, ramum, vel surculum; non canticum, neque sonitum, & multo minus fœtorem. quare delirium est, quod aliqui Hebræorum tradidere, zemorah, significare fœtorem; atque olim in Codice legi solitum: ad nares meas: & religionis ergo sublatum a scribis, lectumque: ad nares suas: quasi adorantes emitterent crepitu ventris fœtorem ad nares numinis. quorum ignoratio ex versionibus interpretum supra allatis manifeste conuincitur. nullus enim eorum transtulit, ad nares meas, sed, ad nares suas. Præterea nullus ventris crepitum dixit, sed, narium sonitum vnus Symmachus conuertit. denique quia nullibi in sacris ostendent tale significatum vocis zemorah. Recte igitur Hieronymus transtulit. *Ecce applicant ramum ad nares suas.* sed restat declaremus, quales ramos extendebant adorantes, & quid sibi voluerit ille ritus. Diuus Hieronymus. Applicabant ramos ad nares, haud dubium quin palmarum, vt per hoc eos idola adorare significet. Denique & Iob inter ceteras virtutes, & hoc habuisse se dicit, quod nunquam aspiciens cælum, & solem, & lunam, & astra fulgentia, osculatus sit manum, id est, adorauerit creaturas, &c. Ceterum Hieronymo aduersatur ea phrasis; applicant ramum ad nares; quæ docet odoratos fuisse ramusculos, quos naribus admouerent. Itē adorationem exhibitam soli, in cuius sacris nullibi legitur adhibita palma, sed potius laurus, vt ex varijs auctoribus obseruatum tradit Lilius Giraldus. Nam veteribus in vsu fuit, aras, victimas, sacrificos, & astantes interdum suorum numinum frondibus ornare. quippe Ioui sacrificabant coronati æsculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Baccho hedera, vt legitur in libris Machabæorum: sed & pampinis interdum, quin & ramis ficulneis plerunque: Pani pino, Syluano & Diti cupresso, Isidi abrotono. Thraces pro lege habebant in omnibus sacris hedera coronari, Cappadoces ambrosia, Aegyptij vitibus, & hedera. Feruntur & Aegyptij gramine manibus decerpto adorasse, & papyri flore Deos coronasse, &c. Quæ si ita sunt, videntur Israëlitæ ramos lauri manibus gestasse, atque eos, vtpote odoratos, naribus admouisse supplicantes, quasi gratias agentes Apollini conditori lauri, & auctori suauis eius odoris. quod quid aliud est, nisi illi diuinitatem tribuere? Deoque ex sua sede deturbato, in eadem Apollinem collocare? hoc est enim facinus supremum, quo Deum impudenter subsannantes ad furorem irritabant, sibique extremam perniciem machinabantur: nam impudentiam consequi solet diuina vltio. quapropter & clamor appellari solet in sacra Scriptura. quod scilicet vindictam quasi clamoribus expetens iure suo imperret. vt vidimus supra. *Ii autem peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Agnitio vultus eorum respondebit eis*, hoc est, explicata & perfricta frons, nasusve inhians ad odorem frondis idololatricæ captandum, illis testimonium perhibet, descendisse se in *profundum* scelerum, quo qui peruenerit, *contemnit*. Sed quibus gradibus ad hanc foueam descenderint, recensēt Isaias ipse dicens. *Væ genti peccatrici*, aberranti, qui primus gradus est: secundus vero, *populo graui iniquitate*, qui obcalluit ad scelera: tertius, *semini nequam*, pessimorum, qui scilicet hæreditauit idololatriam: quartus, *filijs sceleratis*, qui addidere peccatis maiorum atrociora crimina: quintus, *dereliquerunt Dominum*, dicentes, *dereliquit Dominus terram:* sextus, *blasphemauerunt sanctum Israel*, execrati sunt Dei cultum claudentes ostia Templi: septimus, *abalienati sunt retrorsum*, vertentes terga contra Dominum, faciem ad orientem Solem. Ijs flagitijs quæ impendeat pœna, declarat idem Propheta dicens. *Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt illis mala.* nam veterum scelerum pœna est Dei derelictio, quam miseri nil minus timentes sustinent. Sed neque temporalem vltionem effugient. Sequitur enim aptissime.

Ergo & ego faciam in furore. Quandoquidem ipsi profligarunt omnem pudorem, ego omnem furorem effundam. *Non parcet oculus meus.* Non conniuebit damnatis, cum neci addicantur. Vide caput quintum. *Nec miserebor.* Non committam, vt eorum malis viscera mea tangantur.

Et cum clamauerint ad aures meas voce magna, quantumuis contenta voce, *non exaudiam eos.* Origenes. Misericordia (qui est mœror alienæ infelicitatis) non oportet commoueri medicum, aut iudicem, ne forte eiusmodi mœrore, qui ad hanc impellit misericordiam perturbati impediantur, quo minus curationem, aut iudicium exerceant, prout eius, qui curatur, vtilitas postulat, aut opus est ei, qui iudicatur, &c. Quod si omnino misericordiæ locus non est in hoc iudicio, opus est, vt mitissimus iudex aures obturet, ne audiat pereuntium clamores. qui enim poterit, si eos audiat, se continere, quin misereatur, & conniueat? Sed de hac re supra.

Tsal. 118. ℣. 54. *Ps. 94. ℣. 2* *Ezech. 15. ℣. 1.* *Nahum. 2. ℣. 2.* *Leuit. 25. ℣ 3.* *Num. 13. ℣. 24.* *Isa. 17. ℣. 10.* *Can. 2. ℣. 12* *Isa. 3. ℣. 9.* *Prouer. 18. ℣. 3.* *Isa. 1. ℣. 4.* *2. Machab. 6. ℣. 7.*

Confutatur Hebræorum opinio de hac irrisione Dei.

Vulgatæ comprobatio.

Hieronymus ramos putat fuisse palmarum.

Rami laurei in cultu solis adhibiti. *Lilius Giraldus Syntag. 16.*

Gradus ruinæ Israëlitarum.

Pœna inueteratorum scelerum est Dei derelictio.

XVIII.

Origen. Misericordia non commoueat medicum aut iudicē, ne ab eō cio deficiat. Mitissimus Deus Iudicaturus obturat aures, quasi non se poteus continere, quin misereatur & miseros audiat.

COM-

COMMENTARIVS IN EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT OCTAVVM.

De Gentium idolis, quæ coluerunt Israëlitæ. Quodnam fuerit primum idolum Gentium.

COMPAR fuit politiæ religio vel apud barbaras, & efferatas nationes; neque minor extitit inter gentes de religionis, quam de originis antiquitate arrogantia, & controuersia, singulis contendentibus, primum Deum a suis maioribus cultum. Nam, vt hinc exordiamur, Cyrillo auctore, atque Isidoro, Græci volunt Cecropem eorum Regem primum omnium simulachrum finxisse, nominasseque Iouem summum Deorum, arasque illi statuisse, atque immolasse bouem. Si vero Didymo, atque Hieronymo credimus, a Cretensium Rege Melissea prima pullularunt idololatriæ semina. Diodorus, & Eusebius Phrygibus tanti mali originem adscribunt. Athlantides Africæ populi primum apud se regnasse Deum οὐρανὸν, vranon, gloriabantur. Aethiopes se Deos primum coluisse affirmabant: a quorum opinione non abhorret Diodorus. Phœnicibus Theologiæ, & religionis initium arrogat Sanchuniathon Berytius apud Porphyrium, atque Eusebium. Lactantius vero scribit Chananæos hoc vitio primum infectos, quod eorum conditor ab auo Noë maledictus, primus a veri Dei cultu ad simulachra defecerit. Ammonius de antiquitatibus tradit Belum statuam primum Nembroto parenti inter diuos, vt persuasus est, relato; re autem vera a suis discerpto erexisse, ad quam confugientes malefici velut ad asylum in tuto essent. Successu vero temporum numerum simulachrorum auctum, & hoc Belo adscriptum, quod ipse illud primus condidisset, & coluisset. Eusebius in Chronicis auctor est, Belo vita functo statuam erexisse Babylonios. Nino filio Beli hoc inuentum tribuunt Lactantius, & Hieronymus, vt mox videbimus. Ammonius cum alijs tenet, Belum esse Iouem, Nembrotum autem Saturnum, qui deinde appellatus est Baal, &c. Diodorus Siculus scribit a Semiramide vastas, & magnitudine mirandas statuas factas aureas, & argenteas. Hieronymus sic habet. Ninus patrem suum Belum in Deum retulit, qui Hebraice dicitur בל, bel, & in multis Prophetis, maximeque in Daniele, & iuxta Theodotionem sub Idolo Babylonis hoc appellatur nomine. Hunc Sidonij, & Phœnices appellant בעל, baghal, eadem enim inter ב, beth, & ה, he, litteras consonantes ע, ghain, vocalis litera ponitur, quæ iuxta linguæ illius proprietatem nunc Beel, nunc Baal legitur. Vnde & Dido Sidonia regij generis, cum Aeneam suscepisset hospitio, hac patera Ioui vina delibat,

Cyrill. lib. 1 contra Iul. Isidor.

Didym. lib. exegesit. Hiero. proœm. epist. ad Tit. Diodorus. Eusebius.

Porphyr. lib. 4. contra Christ. Euseb. lib. 1 præparat. Euang. Lactant. lib. 2. de falsa relig. Ammon.

Hier. in Oseæ 2.

Virg. 1. Aeneid. in fine.

—— *quam Belus, & omnes*
A Belo soliti, —— &c. Et aliquanto superius dixerat. Ierusalem fecerat idola Baal dæmoni Sidoniorum, siue vt quidam rectius arbitrantur, Babylonio, ex quo & Bel dicitur. Ezechiel plenius in suo ponit volumine, & omnis prophetarum narrat chorus, &c. De Belo tractat Theophilus. Sed audiamus Placiadem Fulgentium scribentem in hæc verba. Diophantes Lacedæmonum auctor libros scripsit antiquitatum quattuordecim; in quibus ait Synophanem Aegyptium familia substantiaque locupletem filium genuisse, quem voluit enormis substantiæ successorem ineffabili, & vltra quam paternitas exigebat, affectu erga filium deditum. isque dum aduersis fortunæ incursibus raperetur, patri crudele geminæ orbitatis dereliquit elogium, & posteritatis propagandæ & substantiæ. Quid igitur faceret aut fœcunda paternitas hac sterilitate damnata, aut felix substantia in successione curata? Parum erat non habere, quod habuit, nisi etiam esset, qui obtineret, quod reliquit. Denique doloris angustia, quæ semper requirit necessitatis solatium, filij sibi simulachrum in ædibus instituit. dumque tristitiæ remedium quærit, seminarium potius doloris inuenit; nesciens quod sola sit medicina miseriarum obliuio. Denique idolum dictum est εἰδοδύνη, eidodyne, quod nos Latine speciem doloris dicimus. namque vniuersa familia in domini adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta simulachro succendere consueuerat. nonnulli etiam seruorum culpabiles domini furiam cuitantes ad simulachrum profugi veniam merebantur, & quasi salutis certissimo collatori florum, aut thuris offerebant munuscula timoris potius effectu, quam amoris affectu. denique & huius rei non immemor Petronius ait:

Theophilus lib. 3. ad Antilochum.

Plac. Fulg. lib. 1. Mythologicorum.

Petronius.

Primus in orbe Deos fecit timor ——

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mintanor in Chromatop. libro. Fulgentius.

nam & Mintanor musicus vocat Dominum doloris, A quem prima compunctio humani finxit generis; exinde, vt ait Fulgentius, inueteratus error humanis pedetentim consertus disciplinis, barathro quodam sæuæ crudelitatis prolabitur. Hæc Fulgentius ex Diophante de idolo Synophanis. quam historiam esse certissimam, non fabulam, constat ex libro Sapientiæ: in quo eisdem coloribus depingitur filij Synophanis simulachrum: sic enim habet. *Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ est. neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hac adinuenit in orbem terrarum: & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum co-* B *lere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde, interueniente tempore, conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & Tyrannorum imperio colebantur figmenta*, &c.

Sap. 14. ℣. 12.

Quibus verbis vniuersam Diophantis narrationem breuissime, & lucidissime iterauit Sapiens: atque illi fidem faciens ab ea rursum suæ breuitatis commentarium accepit: simulque docuit nos, figmenta, quæ Tyrannorum imperio apud Babylonios colebantur, posteriora fuisse idolo Synophanis, vt sine controuersia relinquatur, primum idolum apud Aegyptios inuentum fuisse. Constat secundo, cur simulachra, idolave in sacris scripturis appellentur dolores: Hebraicum enim nomen frequens est עצבים, ghatsabim, dolores, apud Isa- C iam. *Et simulachris eius*. Hebraice doloribus. & in libro Paralipomenon. *Seruieruntque lucis, & sculptilibus*; vel lucis, & doloribus: & apud Oseam. *Particeps idolorum*, dolorum, *Ephraim*, &c. & in psalmo. *Quas sacrificauerunt sculptilibus*, doloribus, *Chanaam*. Quo alluisit Paulus. *Inseruerunt sibi doloribus multis*, hoc est, simulachris. Idem fere sonat aliud idolorum nomen, Hebræis item frequens און, auen, quo vsus est Oseas. *Galaath ciuitas operantium idolum*. & Isaias. *Qui benedicat idolo*. & Amos. *Bethel erit* Bethauen, id est, domus doloris. & in libro Numerorum. *Non est idolum*, dolor, *in Iacob, neque uidetur simulachrum*, labor, *in Israel*. Libenter enim vtrunque nomen coniungunt Prophetæ, vt significent idololatriam non solum conscientiam D lacerare, & doloribus animum torquere, sed & laboribus corpora diuexare. Vel, vt ostendant diuersa mala consequi idolorum cultum, culpæ scilicet & pœnæ, quæ ijs duobus nominibus significantur, dolor & labor. nam dolor, id est און, auen, proprie significat molestiam, luctum, & afflictionem spiritus, quæ peccatum comitantur. labor non solum membrorum lassitudinem, & defatigationem significat, sed omne, quod corpori graue est, & laboriosum, peccati scilicet pœnam qualemcunque. Ijs itaque, & alijs locis simulachra dolores appellantur, cuius nominis origo fuit εἴδωδυνὴς, eidodynes, spe- E cies doloris a Synophane inuenta. Tertio coniectura satis probabili ducitur ab eo nomine, idodynes, fuisse tractum nomen Adonidis pueri intempestiue interempti, atque a feminis plorati, cuius meminit in præsenti Vates: nam & literis, & etymologia cum illo mirifice consentit. etenim εἰδοδυνὴς, eidodynes, ex duplici voce compactum est, scilicet εἶδος, eidos, quod est, species, atque ὀδυνὴ, odyne, quod est dolor: ex qua voce facilis est lapsus in Adonis, permutatione vocalium, quæ Græcis sæpissime vsu venire solet. Fauet & nostræ commentationi Stephanus dicens: Amathus Cypri ciuitas vetustissima, in qua Adonis Osiris colebatur, qui cum Aegyptius esset, Cyprij, & Phœnices proprium fecerunt, &c. Vides Adonidem esse Osirim Aegyptiorum Deum vetustissimum. Bene est ergo, vt idem credatur cum Dolone Synophanis.

Stephanus lib. de Vrbibus.

Sed quidquid de hoc sit, videamus quis nam extiterit Adonis. Vetus fabula est Aegyptiorum, cuius meminere Macrobius, Theocritus, Ouidius, & Fulgentius, Adonidem Veneris amasium dente apri percussum obijsse in ipso iuuentutis flore: quem Venus vtpote sibi carissimum planctu & lamentis sit prosecuta quasi mortuum, deinceps vero reuiuiscentem cum gaudio, & lætitia receperit. Eius fabulæ veritas hac ratione declaratur a veteribus. Adonis, aiunt Aegyptij, sol est; aper lutulentus & cœnosus hyemem indicat; Venus pulchritudinem verni temporis, & theatri huiusmundi elegantiam. quæ deplorare dicitur solis absentiam, quæ in hyeme contingit. nam cum sol excipitur a nubibus, qua si confici videtur ab apro pulcher Adonis. Macrobius etiam: Adonim, inquit, solem esse non dubitatur inspecta religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis, & Adonis maxima olim veneratio viguit: quam nunc Phœnices tenent. & postea simulachrum huius Deæ in monte Libano fingitur, capite obnupto, specie tristi, faciem manu læua, dextra sustinens amictum, lacrymæ visione conspicientium manare creduntur. Fauet huic interpretationi nomen Chaldæum תמן, thamuz, quo Syri, & Hebræi mensem Iunium appellant, in quo sol accedens ad æstiuum solstitium quasi languescere videtur, & viribus deficere. Vnde, occasione accepta, atque nomine mensis ipsi soli communicato, fabulati sunt Thamuz, hoc est solem, obeuntem a speciosorum omnium theatro defieri. Vel contraria fortasse ratione, vt Hieronymo placet, Thamuz nomen est Adonidis proprium apud Syros. quoniam vero Adonis in mense Iunio occisus creditur, inde nomen ipsum mensi impositum fuerit. Meminere Adonidis Orpheus Poëta, vbi ipsum vocat δακρυόπιμον, dacryotimon, id est, lacrymis honoratum, ab honore lacrymarum, quæ illi impenduntur. Sed plura de ipso Lucianus. Gratius item poëta dicens.

Quis fuerit Adonis.
Macrob. 3. Saturnal.
Theocr. in Idyll. 23.
Ouid. 10. Metamor.
Fulgen. 3. Mythol.
Macrob. 1. Satur. c. 21.
Hier. hic.
Orpheus in hymno.

—— flet adhuc, & porro flebit Adonim
Victa Venus ——

Lucianus. lib. de Dea Syria.
Gratius lib. de uenat.

Plutarchus memorat Athenis celebratam festiuitatem Adoniam a feminis. atque Ammianus Marcellinus. Euenerat, inquit, ijsdem diebus, annuo cursu completo, Adonia ritu veteri celebrari. Loquebatur autem de ingressu Iuliani in Antiochiam Denique Strabo Adonidis Templum insigne describit. Postremo obseruandum duxi a Rabbi Dauid, tum etiam a Rabbi Selomone aliam fabulam recitari ad huius loci intellectum, Thamuz scilicet fuisse idolum concauum, cuius oculos plumbo implebant, & accenso intus igne plumbum liquefiebat, & imago fiere videbatur. Ceterum inepte ficta est fabula, quia non ipsi Thamuz, sed Veneri potius vel feminis tribuit Scriptura lachrymas effusas ob mortem iuuenis. Rabbi Moyses Aegyptius aliud somnium refert ex libro Zabiorum de Thamuz, quod tamen & ipse irridet, & nos repetere pudet. Reliquum est, vt breui laterculo describamus vniuersa gentium Idola, quæ coluerunt Hebræi: erit enim hoc lectori iucundum, & Prophetæ instituto accommodatum.

Plutarch. in Alcib. et Nicia.
Ammianus lib. 22. hist.
Strab. lib. 16
Rab. Dauid. lib. radic. & hoc cap.
R. Selomo, R. Moyses. lib. 3. director. c. 30

Simulachra dolores vocantur & quare.
Isa. 10. ℣. 11.
2. Paral. 24. ℣. 18.
Ose. 4. ℣. 17
Psal. 105. ℣. 38.
1. Tim. 6. ℣. 10.
Ose. 6. ℣. 8.
Isa. 66. ℣. 3
Amos 5. ℣. 5.
Numer. 23 ℣. 21.

Dolor & labor culpam consectantur.

Adonidis nomen vnde sumptum.

IDO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IDOLA GENTIVM, QVIBVS SERVIERVNT NONNVN QVAM IVDAEI.

Moabitarum	Beel-phegor.	*Num.*25.ℵ.3.
	Chamos.	*3. Reg.*11.ℵ.7.
	Baal.	*Nu.*22.ℵ.41.
Ammonitarum	Chamos.	*Iud.*11.ℵ.24.
	Moloch.	3.*Reg.*11.ℵ.33.
	Melchom.	4.*Reg.*23.ℵ.13.
Sidoniorum	Aſtaroth.	4.*Reg.*23.ℵ.13.
	Aſtarthes Dea.	3.*Reg.*11.ℵ.33.
Madianitarum	Phegor.	*Num.*25.ℵ.5.
Philiſthinorum	Dagon.	*Iud.*16.ℵ.23.
Accaronitarum	Beel-zebub.	4.*Reg.*1.ℵ.3.
Babyloniorum	Bel.	*Dan.*14.ℵ.4.
	Draco.	*Dan.*14.ℵ.25.
	Statua.	*Dan.*3.ℵ.1.
Aegyptiorum	Vitulus Apis.	*Exod.*32.ℵ.4.
Suppreſſo nomine cultorum.	Adonis.	*Ezech.*8.ℵ.14.
	Regina cæli.	*Ierem.*7.ℵ.18.
	Priapus.	3.*Reg.*15.ℵ.13.
	Sol.	4.*Reg.*23.ℵ.5.
	Luna.	4.*Reg.*23.ℵ.5.
	Signa duodecim.	4.*Reg.*23.ℵ.5.

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT NONVM.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur Vati per viſum cædes facta a Babylonijs in Vrbe, a qua liberantur ſignati THAV.

I. *ET clamauit in auribus meis* A *voce magna, dicens: Appropinquauerunt viſitationes vrbis, & vnuſquiſque vas interfectionis habet in manu ſua.*

II. *Et ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem: & vniuſcuiuſque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum veſtitus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes eius: & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æreum:*

III. *Et gloria Domini Iſrael aſſumpta eſt de Cherub, quæ erat ſuper eum ad limen domus: &* B *vocauit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis.*

IV. *Et dixit Dominus ad eum: Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: et ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.*

V. *Et illis dixit, audiente me: Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, & percutite: non parcat oculus veſter, neque miſereamini.*

Senem, adoleſcentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vſque ad internecionem: omnem autem, ſuper quem videritis Thau, ne occidatis, & a ſanctuario meo incipite. Cæperunt ergo a viris ſenioribus, qui erant ante faciem domus. VI.

Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egreſſi ſunt, & percutiebant eos, qui erant in ciuitate. VII.

Et cæde completa, remanſi ego: ruique ſuper faciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu Domine Deus: ergo ne diſperdes omnes reliquias Iſrael, effundens furorem tuum ſuper Ieruſalem? VIII.

Et dixit ad me: Iniquitas domus Iſrael, & Iuda, magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. IX.

Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor: viam eorum ſuper caput eorum reddam. X.

Et ecce vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum, dicens: Feci ſicut præcepiſti mihi. XI.

EX-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS NONI.

L

ET *clamauit in auribus meis*. Dominus scilicet, qui equitabat in quadriga Cherubim, tanta impietate lacessitus, & tam insigni impudentia prouocatus. Non est, inquit, quod diutius protrahamus vindictam, cum nulla sit spes melioris frugis: peruenit ad cumulum insolentia: verberat nostras aures clamor: reddamus impijs, quod merentur: accedant vastatores, incendant, & desolent nefariam vrbem. A

In auribus loqui, vel clamare quid significet.

In auribus meis, me audiente, vt sese explicuit Hieronymus paulo inferius. *Et dixit illis, audiente me*, Hebraice, in auribus meis: *Transite per mediam ciuitatem*. Licet aliquando habeat hunc sensum: dixit in auribus meis, id est, ad me audientem locutus est, B vt in Genesi. *Vocauit omnes seruos suos, & locutus est vniuersa uerba hæc in auribus eorum*. & iterum. *Loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis*, &c.

Gen. 20. ℣. 8 & cap. 44. ℣. 18.

Deo tribuit indignantis clamorem humano more.

Voce magna. Vocis contentio index est bilis efferuescentis, atque indignationis, qualem motum, & affectum Deo tribuimus humano more.

Appropinquauerunt visitationes vrbis. Septuaginta. Appropinquauit vltio Vrbis. Chaldæus. Qui constituti sunt, vt perdant Vrbem. sensus est. Adsunt iam visitatores: nam abstractum pro concreto sæpius vsurpat sacra Scriptura. apud Isaiam. *Erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius*. Chaldæus. Iusti, & fideles: & in psalmo. *Innocentes, & recti adhæserunt mihi*. Hebraice: innocentia, & rectitudo. Sic potentes Angeli dicuntur *potestates*, C principes vero *principatus*, &c. Sic Paulus: *dominationes* pro dominantibus, *principatus* pro principatum gerentibus: & Isaias. *Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam*. Secunda pars versus indicat, in prima visitationem, significare visitatores. Sed quid sibi vult, visitatores? vltores, & vindices proculdubio. nam visitare est munus exequi præsidis inuisentis prouinciam, qui alios quidem vindicat a calumnijs, alios punit. primo modo vsurpatur apud Lucam. *Visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ*. & iterum. *In quibus uisitauit nos oriens ex alto*. in secundo vero significatu reperitur in libro Numerorum. *Visitas peccata patrum in filios*, &c. & in psalmo. *Visitabo in uirga iniquitates eorum*, &c. quomodo sumitur in præsenti, vt ex versu sequenti liquido constat. D

Abstractum pro concreto.

Isa. 11. ℣. 5
Psal. 24. ℣. 21.
Ephes. 3. ℣. 10.
Coloss. 1. ℣. 16.
Is. 60. ℣. 17

Visitatores sunt vindices & vltores.

Lucæ 1. ℣. 68.

Num. 14. ℣. 18.
Psal. 88. ℣. 33.

Et unusquisque uas interfectionis habet in manu sua. Quandoquidem arma portant, visitatores sunt non visitationes: & qui interfectionis vasa gerunt, vltores veniunt, non seruatores. Vas Hebræis significat omne instrumentum, & supellectilem. apud Ezechielem. *Fac tibi uasa transmigrationis*; id est, supellectilia iter agentis. & in Actis Apostolorum. *Vas electionis est mihi iste*, id est, erit mihi insigne organum Euangelij, nobilis prædicator verbi. *Vas* itaque *interfectionis* est gladius, vel securis, vel arcus cum sagittis, vt in psalmo. *Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit*. id est, instrumenta lethalia, scilicet sagittas vrentibus aculeis munitas, hoc autem loco securim significat, vt Septuaginta E exposuerunt versu secundo. Vnicuique securis in manu eius.

Vas quid significet.

Ezech. 12. ℣. 3.
Act. 9. ℣. 15.

Ps. 7. ℣. 14.

II.

Et ecce sex uiri ueniebant. Non vna est interpretum sententia circa veritatem huius visionis, quinam scilicet sint sex viri, qui Vati ostensi sunt per visum. Scholiastes sic interpretatur. Hæc autem cædes fiebat per spiritus quosdam inuisibilium potestatum. Alius Scholiastes sic. Ad internecionem potestates quædam Deo ministrantes mittuntur, &c. nescias autem an Græci bonos Angelos, an potius aduersas potestates intellexerint. Certe Hieronymus de aduersis potestatibus interpretatur ex illo psalmi. *Immissiones per Angelos malos*, &c. Theodoretus. Vide, inquit, eas potestates, quibus puniendi munus commissum est, ad constitutum supplicium paratas. & quidem Assyriorum multa millia vnus Angelus iaculis confecit, & Aegyptiorum primogenitos Angelus vnus iussus est interficere: hic vero propter impietatis exuperantiam sex Angelis Iudæorum puniendorum munus est impositum, &c. Adde ex Genesi duos Angelos euertisse Sodomam. & in Apocalypsi mitti quattuor Angelos, *ad nocendum terræ, & mari*, &c. Quorsum igitur mandantur sex ad Ierusalem euertendam? Crediderim hisce sex viris repræsentatos esse duces Nabuchodonosor, qui Vrbem expugnarunt. atque propterea senario numero comprehensos viros, quod totidem duces numerati sint a Ieremia, si tamen aduertas eorum nomina more Chaldæorum esse composita ex duabus vocibus, scilicet, *Neregel, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag*: tametsi consecuti sunt *& omnes reliqui principes*, teste Ieremia: sex prædicti, quorum memorata sunt nomina, Archiduces exercitus creduntur, quippe qui ante alios ingressi sunt Vrbem, & sederunt in porta media, &c. nam & Iosephus sex tantum recenset principes expugnatores Vrbis.

Variæ sententiæ de visione sex virorum.

Schol.

Alius Schol.

Hier. super Ezech. 10.

Psal. 77. ℣. 49.

Theod.

Gen. 19. ℣. 1.

Apo. 7. ℣. 2

Auctor credit sex viros repræsentasse duces exercitus Assyriorum.

Ierem. 39. ℣. 3.

Ibidem.

Ioseph. 10. antiq. c. 10.

Veniebant de uia portæ superioris. Videtur Propheta iis verbis significasse portam Aquilonarem atrij sacerdotum: nam, vt videbimus capite quadragesimo, ante singulas portas aliquot gradus erant excitati. Vnde portæ interiores erant superiores exterioribus; portæque exteriores inferiores merito dicebantur, vt ex eodem capite Ezechielis constat. Eodem ergo iure portæ interiores dicentur superiores, atque eadem ratione nos intelligimus nomine superioris portæ eam, quæ interior est, qua scilicet intratur ad atrium sacerdotum. Venire autem *de uia porta*, est per viam portæ incedere. neque enim sensus est, viros profectos ex alia porta exteriori, quæ superior diceretur, iter suscepisse versus atrium interius; cum illa porta exterior diceretur inferior, vt iam ostendimus. Sed ea est mens Prophetæ, viros illos per medium atrium Aquilonare Israël venientes vidisse per viam, quæ ducebat ad portam superiorem, atque interiorem atrij Israël: quare statim subdit. *Ingressique sunt, & steterunt iuxta altare*, &c.

Quæ dicatur porta superior.

Ezech. 40. ℣. 19.

Quæ respicit ad Aquilonem. Polychronius. Quoniam in ea regione impietas visebatur, atque ab eadem Babyloniorum calamitas ingruit, quod Ieremias prædixerat. *Ab Aquilone pandetur omne malum*; Adde ex regione Aquilonari ruptum murum, atque Vrbem expugnatam, quoniam ea tantum parte murus arietibus concuti poterat, cum a reliquis rupibus præruptis, & altissimis cingeretur, vt constat ex Iosephi testimonijs, quæ nos late persequimur

Polychr.

Ier. 1. ℣. 14

a Ioseph. in lib. 14. c. 8. & de bello. 6. cap. 4.

quimur in Commentario topographiæ Vrbis. Neque Babylonio solum regio Aquilonaris infirmior aditum aperuit, sed etiam Antiocho, & Tito, quorum omnium castra a [a] Iosepho notantur ad Boream le Vrbis latus esse constituta.

b Eadem uia, qua non exijcimus Deum, ingrediuntur lictores diuinæ iustitiæ: quibus peccatum ipsum præ foribus existēs portas aperit

b Obseruandum eadem porta, qua Deum eliminamus, intrare eius satellites, & lictores ad sumendas de sontibus pœnas: manet enim retro postem peccatum, quod venienti morti pandit fores. nam [c] *per peccatum mors intrauit in mundum.* & Dominus ait ad Cain. [d] *Sin autem male* feceris, *in foribus peccatum tuum aderit*, vel cubat, vt te scilicet prodat hosti patefaciens ualuas.

c Ro. 5. ℣. 12

d Gen. 4. ℣. 7

Et uniuscuiusque uas interitus in manu eius. Septuaginta: Securis. Scholiastes. Securis hoc loco lictorum est ensis, at Hebræus habet, bellica instrumenta.

Vir quoque unus in medio eorum uestitus erat lineis. Septuaginta podere. Scholiastes. Poderes vocatur tunica vsque ad genua: habitum vero militis deseribit, qui iustitiæ aduersus eos, qui puniuntur, inseruiat. Porro scriptoris decorum seruat: ipse enim erat, qui pius a ceteris distinguebatur. Videtur intellexisse Scholiastes ceterorum etiam virorum habitum fuisse poderem, quippe militum; cui sententiæ non refragatur ea phrasis *in medio eorum*, quæ sonat vnus ex eis, quasi eis esset in omnibus similis: sauet etiam eiusdem responsum, quod habetur in fine capitis; *feci sicut præcepisti mihi*, quod ad cædem peractam referri debere videtur ex præcedentibus: nam dixerat Vates. *Et cæde completa remansi ego*, &c. *Et ecce vir, qui indutus erat lineis, &c. respondit uerbum dicens; feci sicut præcepisti mihi.* Ex quibus colligitur septem extitisse viros eiusdem habitus, & propositi, vindices scilicet diuinæ iustitiæ, nisi quod eorum ductori iniunctum est, vt notaret saluandos, ceteros traderet militibus interficiendos. Ceterum non exacte percalluit Scholiastes significationem vocis poderis, quam posuere Septuaginta. nam vestimentum promissum vsque ad talos significat, vnde & nomen accepit, vt Hieronymus hoc loco auctor est. Quare capite decimo, vbi nos habemus: *Cumque præcepisset utro, qui indutus erat lineis.* Septuaginta reddidere. Qui indutus erat stola sancta: videlicet intelligentes per lineum indumentum, stolam sacerdotalem. atque eandem significarunt hoc capite per vocem, poderes, non pallium militum breuius, sed talarem sacerdotis amictum. Vnde longe diuersum habitum gestasse sex viri credendi sunt ab indumento septimi, qui inter eos apparuit, nam illi veniebant securibus armati ad stragem faciendam peccatorum, iste autem apparatu notarij instructus ad vindicandos a cæde innocentes: illorum propterea habitus militaris erat, istius sacerdotalis: illorum gestamen non exprimitur: verum etiam si quale esset ignoramus, scimus poderem non esse, atque lineum non esse, quia vestis talaris linea ad sacerdotem pertinebat, dedecebat vero militem. Hoc autem confirmari potest ex eo, quod apud [e] Danielem Michaël, & alius quidam [f] Angelus lineis vestiti visuntur: videlicet vsurpantes sacerdotum gestamina quasi dignissima, quippe Deo familiarium, quales ipsi sunt. præterea quia in Exodo & Leuitico sacerdotes induuntur lino, Hebraice בד, bad, quæ vox ab Ezechiele hoc versu repetitur. Significat autem genus quoddam lini molliſſimi, & candidissimi, cuius vsus esset in sacris tantum vestibus. nam aliud erat genus lini appellatum פשתה, pisthah, vulgaribus vsitatum: illius precioſi meminisse videtur Plinius: Gossipion vocat, ex illoque vestes Aegyptijs sacerdotibus solitas fieri tradit. Atque in hac sententia est Hieronymus dicens. Septimus in habitu Pontificis vestitus lineis indumentis, &c. & Theodoretus. Septimi habitus erat sacerdotis: non enim ex ijs erat, qui punirent, sed ex ijs, qui supplicarent pro redimendis salute dignis, &c. Ergo vir iste lineis indutus sacerdotem referebat sequestrem, & mediatorem inter diuinam iustitiam, & hominum genus, Iesum Christum videlicet: neque enim alius secundum historiam commemoratur, qui sese medium interponeret, & diuinæ iustitiæ grassanti in ciues obsisteret. ait enim apud Ezechielem Dominus. *Et quæsiui de eis uirum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* Vide locum. Christum itaque repræsentabit ille candidatus, qui sacerdos erat futurus secundum ordinem Melchisedech, atque pro sua reuerentia a Patre obtenturus reliquias gentis, ex qua secundum carnem originem habere voluit. propter adimplendas promissiones Patribus factas. nam & in Apocalypsi apparuit triumphans super equo albo, *et vestitus erat veste alba aspersa sanguine*; quem sequebantur exercitus equitum gestantium byssina, & candidissima paludamenta, æmulantis colorem vestimenti Archiducis.

Scholiastes falso putat vestem poderis fuisse militarem.

e Da. 10. ℣. 5 & 12. ℣. 6.

f Angeli podere induti apparent, vtpote sacerdotum Dei familiarium, quales ipsi angeli sunt. Exo. 28. ℣. 4 Leu. 6. ℣. 10. & 16. ℣. 4.

De lino. Plin. lib. 19 cap. 1.

Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Septuaginta. Et zona sapphiri super lumbos eius: Hebraice קסת חספר, qeseth hasopher: quamuis Septuaginta legisse videntur חספיר, hasaphir, de qua sic habet Origenes. Pro, zona sapphiri Aquyla, & Theodotio fecerunt, casty librarij, Hebraica, vt opinor, voce retenta. Scholiastes & Symmachus, tabellam. at Hebraicus habet, atramentarium, & calamus scriptoris. Hieronymus eadem fere repetens addit, Aquylam in secunda editione vertisse atramentarium scribæ. quem ipse imitatus est in vulgata. Addit Origenes & Hieronymus ex Hebræorum, quos consuluerant, auctoritate, qeseth, significare calamarium. Chaldæus Paraphrastes uertit, פנקם, pinqem, ex voce Græca πίναξ, pinax, tabula. Chimhi, tametsi ignorabat Græce, eandem vocem, quam Ionathas, apposuit: interpretatur tabulam, papyrum, membranam; quod hæc cum atramentario e lumbis pendeant scribæ. Etsi, inquit, illius loci ratio, magis postulet atramentarium, quia atramento magis opus erat, quam tabula, cum subiungat, *& signabis notam.* Alij recentiores vertunt, pugillarem.

Origen. Aquyla. Theodor. Schol. Symmach. Hieron. Chaldæus. R. Chimhi.

Et ingressi sunt, in atrium interius, *& steterunt iuxta altare æreum.* Quod in medio atrio positum erat ante faciem Templi: æneum vocat ad differentiam aurei, quod extabat in aula sancta ante faciem oraculi, de quibus suis locis. Polychronius ostendit primum, Deum non sollicitare interitum peccatorum, atque inuisibiles potestates cunctantes supplicium inferre; propterea ait, ingressas stetisse iuxta altare æneum.

Polychr.

Et gloria Domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus. Laborant quidam interpretes controuertentes, an gloria Dei, quæ assumpta dicitur, sit ea, quam viderat in campo iuxta fluuium Chobar capite primo; an ea, quæ residebat in Templi oraculo: quasi vero hæc alia sit ab illa, & non potius ab ea repræsentetur. *Gloria Domini*, vt diximus sæpius, est Dei facies, qua se exhibere solebat præsentem in Templo, hoc est, solium eius gloriosum, factum ex alis Cherubim, eleuatum super propitiatorium arcæ fœderis. Cuius similitudo

III.

Gloria Dei, est Dei facies qua se solebat exhibere præsentem in Templo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo Vati ostensa est, cum capite primo iuxta fluuium Chobar, tum capite octauo, cum raptus est in ecstasim, visurus, quæ in Templo fiebant, abominationes. Septuaginta sic conuertunt. Et gloria Dei Israël ascendit a Cherubim, quæ erat super ipsis in subdio domus, vel in vestibulo domus: intellige, vestibulum sanctuarij, quoniam capite decimo dicitur. *Cherubim stabant a dextris domus cum ingrederetur uir*, id est, ad dextrum latus vestibuli sanctuarij: & capite quidem octauo refertur, gloriam Dei steriſſe extra portam atrij Israël, in atrio scilicet gentium, quasi a domo sua amandata iniuria idololatrarum. nunc autem, vt sententiam ferat cædis, & incendij, regreditur in vestibulum sanctuarij sui: vbi pro tribunali sedens, lictoribus vocatis mandat, vt Vrbem gladio & igne deuastent. Theodoretus secus intellexit, dicens. Cum enim sit contra ciuitatem sententiam laturus, extra sancta loca id facit, quæ non supplicia, sed salutem suppeditant: eademque fuit Græcorum, quos habemus, sententia, nimirum gloriam Domini egressam de Templo. Ceterum falsi sunt, quoniam apertis verbis dicitur capite decimo. *Cherubim stabant a dextris domus, cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius, & eleuata est gloria domus desuper Cherub ad limen domus, & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini, & sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius*, &c. Vbi splendor & nubes replentes atrium interius testantur præsentiam gloriæ Domini. Præterea illa dicendi ratio, *sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius*, indicat in interiori atrio alarum fieri concussionem. Quod vero dicitur: *Gloria Dei assumpta*, vel *eleuata est de Cherub, quæ erat super eum*, quidam intellexere, quasi Deus, relictis Cherubinis, transierit ad limen domus; vt hoc facto significaretur, quo tempore Vrbs vastabatur, desideratum esse in prophetis Dei Verbum, & in populo scientiam veritatis, quoniam Cherub interpretatur scientiæ plenitudo. Verum secus habet rei veritas: nunquam enim Ezechiel vidit gloriam Dei, nisi supra quadrigam Cherubim, vt constat ex capite primo, decimo, & vndecimo. Quod autem in præsenti versu nihil tale significetur, patet, quia Propheta confistens in atrio interiori, vt vidimus capite octauo, vbi obseruauerat viginti quinque viros adorantes ad ortum solis, videt, ipso testante capite decimo, *in firmamento, quod erat super caput Cherubim, similitudinem soly*; audiuitque Dominum loquentem ad virum indutum lineis. *Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim*, &c. *Cherubim autem*, inquit, *stabant a dextris domus, & nubes impleuit atrium interius*, &c. Ex quibus luculenter apparet, Cherubinos non substitisse, vbi antea stabant, extra Templum, sed cum gloria Domini remigrasse ab atrio gentium ad atrium interius, in quo Dominus residens in solio gloriæ ferebat sententiam euersionis, & conflagrationis Vrbis, vt modo dicebamus. alioqui si, illis relictis, ingressa est gloria Dei interius atrium, non apparuissent Cherubim in ipso atrio interiori, cum constitissent extra portam Templi in atrio gentium. Ergo ille versus: *Eleuata est de Cherub, quæ erat super eum*, hunc habet sensum. Deus in solio gloriæ suæ residens transuolauit de loco, vbi constiterat, existens super Cherubim, super quos solebat equitare. nam Hebraice legimus עליו, meghal, desuper Cherub, non de Cherub: illa enim phrasis, *quæ erat super eum*, perinde valet Hebræis, atque ista Latinis: super quem manebat, vel quemadmodum manebat super eum, vt in psalmo. *Quorum*

Vt sententiã ferat Deus vastationis Vrbis & Templi, in vestibulum sanctuarij regreditur. *Theodor.*

Confutatur sententia eorum, qui arbitrabantur Deum dimisisse Cherubinos.

Ps. 18. ℣. 4.

non audiantur uoces eorum, id est, ita vt non audiantur voces eorum, &c.

Et uocauit uirum, qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem. Hebraice. Transi in medio Vrbis, in medio Ierusalem. Repetitio ista cum proprij nominis compellatione asseuerationem continet: quasi dicat: non aliam vrbem intelligo, quam Ierusalem. IV.

Et signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Septuaginta legunt. Pone signum super frontes, &c. & merito: nam Hebraica vocula תו, thau, significare potest, signum, orta a verbo תוה, thauah, signare. Iob. *Vt desiderium meum audiat Omnipotens.* Hebraice, signum meum, scripturam, petitionem meam, breuiarium meæ causæ. Eodem modo acceperunt Symmachus, & Aquyla vertentes: signa signum, vel pone signum: atque Septuaginta, vt prædictum est. Hos secuti sunt veteres Patres, vt Chrysostomus, & D. Augustinus, atque Theodoretus. Signo, inquit, conspicui fiunt, ne pœnarum participes fiant, &c. Est etiam תו, thau, nomen postremæ literæ alphabeti Hebraici, quam intellexisse Prophetam putauit Theodotio: posuit enim ipsum nomen Thau inuariatum, quasi in frontibus saluandorum non solum signum factum aliquod indicauerit Vates, sed etiam quale signum impressum fuerit declarauerit, scilicet character literæ Thau. Quid autem sibi velit ea nota, sic tradit Origenes. Septuaginta interpretes, induto podere inquiunt imperatum esse a gloria Domini, vt signum poneret in frontibus ingemiscentium, ac dolentium: at Aquyla, & Theodotio (fortassis legendum, Aquyla & Symmachus, vt explicuit Hieronymus) aiunt. Notatio Dei super frontes virorum, &c. Cum vero interrogassemus Hebræos, an aliquid patrium haberent, quod nos docerent de Thau, ab eorum quodam accepimus, Thau postremum esse ex viginti duobus Hebraicis elementis, atque ordine repræsentare eos, qui perfectam scientiam diuinæ legis haberent, atque ex scientia sensum præuaricationum. Alius vero dicebat, symbolum esse Thau eorum, qui legem seruauerant; quoniam lex apud Hebræos תורה, thorah, vocatur, cuius vocis prima litera est Thau. Ergo signum quoque est eorum, qui ex lege vixerunt. Tertius vero quidam eorum, qui in Saluatorem crediderant, dicebat vetusta illa elementa similem habere Thau literam Saluatoris characteri, atque figuræ, & prædici signum, quod in fronte inter Christianos efficitur cuiusque operis initio, præsertim vero precationum, sacrarumque lectionum. Hæc Origenes. Quæ repetens Hieronymus addit. Sed vt ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Thau litera crucis habet similitudinem, &c. Atque id plenius scribit in prologo librorum Regum, dicens. Certum est, Esdram scribam, simulque Doctorem post captam Hierosolymam, & instaurationem Templi sub Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc vtimur; cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint. & nomen Domini Tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie antiquis literis inuenimus, &c. Hæc Hieronymi sententia confirmatur ex sicio argenteo Hebræorum, quem noster Arias Montanus apud se habet, in quo non semel obseruauimus literas veteres Hebræorum,

De Thau signo.

Iob. 31. ℣. 35.

Symmach. Aquyla. Chrysost. hom. 18. ad pop. Anti. Aug. dialogo altercat. Eccl. & Synagogæ. Theod. hic. Theodotio.

Origenes varias refert sententias de significatione Thau.

Thau significat eos, qui perfectam scientiam legis habent. Legem seruantium signum.

Antiquus mos signandi frontes signo crucis initio operationum.

Hieronym. Thau figura crucem repræsentat.

Esdra nouos characteres Hebræos inuenit.

quarum

quarum Hieronymus meminit, Græcorum elementis haud absimiles. Cum ergo Græcorum T. tau manifestam habeat crucis imaginem, consequens est, eandem repræsentasse antiquum Thau Hebræorum. Eandem sententiam probat Tertullianus Hieronymo & Origene vetustior. Da, inquit, signum in frontibus virorum, ipsa est enim litera Græcorum T. tau, T. nostra, aut species crucis, quam portendebat futuram esse in frontibus nostris apud veram & catholicam Ierusalem. Idem testatur libro aduersus Iudæos. Ab ea, inquit, clade Ezechielis nemo liberabitur, nisi passione Christi, quem respuitis, fuerit obsignatus, &c. Præterea Origenes. Illi tantum sospites reseruantur, quos Thau litera, id est, crucis pictura signauerat. Deinde Isidorus. T. litera in Ezechiele signum crucis est, & salutis. Seuerus. Signum Crucis Prophera velut in figura spectauit Angeli, quod telum erat, ac sigillum custodiæ timentibus Dominum. Item Augustinus. Philosophantur & in idem argumentum Clemens Alexandrinus, & Ambrosius, atque eos secutus Diuus Isidorus: T. litera, inquit, tercentum valet Græcis, in qua, quia spes salutis ostenditur, non immerito in trecentis viris Abraham, & Gedeon superarunt hostiles exercitus, quia in illis pugnabant, quibus dicitur. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quoniam sequentes Dominum tanto acrius crucem tollunt, quanto acrius sese edomant, & erga proximos suos caritatis compassione cruciantur. Inde per Ezechielem dicitur. *Signa Thau super frontes virorum dolentium, &c.* Ijs verbis Isidorus non solum versum præsentem enodauit, sed etiam ad locum Apocalypsis intelligendum viam muniuit, in quo quid simile habetur. *Clamauit*, inquit Ioannes, *Angelus habens signum Dei viui quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum, &c.* Porro signum Dei viui, est signum filij hominis resurgentis, & Iudicis omnium. nam Crux est sacrum Labarum, quod præcedet Christum Imperatorem vniuersi in die Iudicij; cuius charactere seruos suos, qui eripiendi sunt a nece, notatos voluit, iuxta illud, quod in psalmo scriptum est. *Dedisti metuentibus te significationem*, signum, vexillum, notam, characterem, *vt fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui, &c.* Id est. Dedisti cultoribus legis tuæ tuum ipsius emblema, quod in vexillo portas pro nota salutis, vt euadant incolumes a iaculis arcus vltoris. Idem ex alijs locis Apocalypsis constare potest; in quibus duo memorantur characteres, alter sectatorum bestiæ impressus in eorum frontibus, vel manibus: nam infideles palam profitentur se esse ciues Babylonis, & cultores idolorum; propterea in frontibus gestant notam Dœmonis inustam; fideles autem scelerati in manu scriptum habent bestiæ signum; quia profitentes se nosse Deum factis negant. Alter vero character est sectatorum agni, qui habent *nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis*. Hæc nota est Crux, qua profitemur Trinitatis mysterium in tribus Crucis cornibus repræsentatum. cum e contrario bestiæ character sit Lutherana libertas, & effusa libido viuendi pro arbitrio. Et vide quam bene respondeat character crucis lugentibus abominationes impiorum; quia, vt diximus ex Isidoro, sequentes Christum crucifixum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius sese edomant, & erga proximos suos caritatis compassione cruciantur: iuxta illud psalmi. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia mandata tua*, impij, *non custodierunt*. Et iterum. *Vidi præuaricantes, & tabescebam.*

Tertul. lib. 3. contra Marcion. & lib. aduer. Iudæos.

Orig. hom. 8 in Ezech.

Isidorus lib. Alleg. c. 25

Seuerus l. 3.

Aug. dialog. aduerc. Eccle siæ, & Syn.

Clemens Alex. lib. 6. Strom.

Ambr. lib. 1. de Abrah. cap. 3.

Isidorus in lib. Iudicum.

Matth. 16. ℣. 24.

Apo. 7. ℣. 2

Matth. 25. ℣. 31.

Ps. 59. ℣. 6.

Apo. 13. ℣. 16. & 14. ℣. 1.

Signum crucis gestant lugentes.

Neque nouum est T. literam symbolum esse salutis per Christi Crucem consequendæ: nam & apud Aegyptios nota erat futuræ vitæ. proinde figuram huiusmodi Serapidis pectori insculpebant, quod notauit Cœlius: Et Suidas auctor est, Theodosio Imperatore, cum æquarentur solo Græcorum templa, in Serapidis sacrario hieroglyphicas esse compertas literas, quæ crucis præferrent formam. Vt minus miremur cum legamus apud Græcos & Latinos T. tau literam symbolum fuisse vitæ, Θ. theta vero mortis: nam apud Ethnicos priscæ militiæ notarij cum nomina militum e bello redeuntium in breuiculis scripta recolebant, superstites notabant litera T. eos vero, qui desiderabantur, litera Θ. Iudices quoque, testante Asconio, damnatis præfigebant literam Θ. liberandis vero T. Vnde Persius: *Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.*

Et Martialis:

Nosti mortiferum quæsteris, Cæcilice, signum?
Est operæpretium discere theta nouum.

Quod si roges, vnde nam Gentiles hæc signa sacra, immo mysteria tam abstrusa discere potuerint; respondebo, non esse nouum, Romanos a Græcis, Græcos ab Aegyptijs, Aegyptiosque ab Israëlitis multa accepisse pietatis nostræ sacramenta. Nam & Epiphanius auctor est, Aegyptios memores illius diei, quo a cæde Angeli liberati sunt Israëlitæ, qui agni sanguine postes domorum delinierant, solitos esse intrante æquinoctio vernali accipere rubricam & illinire omnes arbores, domosque vniuersas, clamantes, quia in tempore hoc ignis vastauit omnia, contra quam luem remedium putant ignicolorem sanguineum rubricæ.

Sed pro huius versus illustratione obserua, non esse signatos damnandos, sed saluandos, quoniam tam pauci sunt, qui salutem consequuntur, vt eos signare vel digito possis; contra stultorum numerus tam magnus, vt difficilius notarentur. Tempore Eliæ septem millia *non curuauerunt genu ante Baal* ex tot millibus filiorum Israël. Duo tantum ingressi sunt in terram promissam ex tot myriadibus eductis de Aegypto. In Apocalysi *centum quadraginta quatuor millia* signantur, reliqua multitudo sine numero perijt. *Reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ fient.* Et. *Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendū.* Polychronius. Erant enim aliquot iusti, vt Ieremias, filijque Rechab, & Vrias, & quicunque eadem erant mente præditi, qua Propheta. Quod si apud Ieremiam legitur. Circuite in vijs Ierusalem, & videte si inueniatis iustum in ea: propitius ero illis, dicit Dominus; nihil mirum: non enim contrarium, neque de iustis loquitur, sed de omnibus, qui a diuina lege ad scelera declinauerant.

Crux Aegyptijs futuram vitam significabat.

Cœlius lect. ant. lib. 10. cap. 8.

Suidas.

Asco. Ped.

Persius Satyra 4.

Martial. lib. 7. ad Castricum.

Epiph. lib. 1. con. hær. hær. 18.

Aegyptij rubrica signabant omnia in æquinoctio, putantes eiusmodi colorem liberasse primogenitos Israel a perditione.

Non signantur damnandi, vt plures futuros significetur.

3. Reg. 19. ℣. 18.

Apo. 7. ℣. 4

Rom. 11. ℣. 5

Mich. 7. ℣. 1

Polychr.

Ier. 5. ℣. 1.

Et dolentium. Hebraice clamantium, qui scilicet testabantur dolorem gemitibus, & vocibus querulis: nam qui ignē gerit in pectore vritur; & clamore se prodit, velsuspirio. *Zelus domus Domini comedit me.* Vnde Christus *videns ciuitatem fleuit super illam.* Vbi ergo lacrymæ non sunt, neque zelus est, neque sensus violatæ legis, & fratrum perditionis: præsertim vero zelus ostendi debet cum *abominationes fiunt in medio eius*, hoc est, palam, publice, in medijs plateis, in medijs compitis, profligato omni pudore committuntur, qualem exeruit [a] Phinees, & [b] Mathatias.

Lugenda & vindicanda peccata publica.

Ps. 68. ℣. 10. & Ioan. 2. ℣. 17. Lucæ 19. ℣. 41.

a Num. 25. ℣. 13.

b 1. Mach. 2. ℣. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

V. Polychr. *Et illis dixit audiente me.* Polychronius. Oſtendit inuiſibilium poteſtatum erga homines procurationem; nam vel cunctantes ad cædem verbis hortatur ad ſeuere patrandam ſtragem.

Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, & percutite: non parcat oculus veſter, neque miſereamini.

VI. Polychr. *Senem, adoleſcentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interſicite vſque ad internecionem.* Polychronius. Videbitur autem longe abſurdiſſimum contra puerulos, qui nondum peccauerint, ferri ſententiam. Sed facile ſoluitur quæſtio. Cum enim cuncti ad peiora declinaſſent, vt ad eandem etiam impietatem puerulos inſtituerent: neceſſario illos vt impie agentes punit, horum præcidit iniuſtitiam, vt ne longe lateque diffuſa improbitas pietatem penitus obſcuraret. Dicat etiam quiſpiam per viſum ſolum hæc facta eſſe ad metum impijs inferendum. aut etiam in quibuſdam fortaſſe multa huiuſmodi euenisſe, vt fere accidere ſolet hoſtibus irrumpentibus, &c. Nota ex Polychronio ſacræ Scripturæ phraſim, qua dicuntur præcipi a Deo, quæ noſcuntur euentura. Scholiaſtes vero ſic habet. Quoniam omnis ætas ad peiora incumbebat, propterea & contra omnem punitio; ne videatur iniuria etiam contra paruulos ferri ſententia; paruulos enim non omnino infantes, ſed pueros dicit, nimirum de quibus ad Ieremiam dicit Deus. *An non vides, quid iſti agant? filij eorum colligunt ligna;* cum præſertim etiam ad Dei bonitatem pertineat eorum, qui eſſent ad idololatriam procliues, animæ interitum morte præcidere, &c. Talis prouidentia legitur in pſalmo. *Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.* Rhamnus eſt arbuſtum e generibus ſentium aſperrimarum, quaſi rubus aculeis acutiſſimis, ſed rectis & præduris. Hiſpani *ſparaguera* vocamus; ſpina eſt ipſius virgultum tenerum, Hiſpanice *eſparrago*. quod niſi immaturæ præcidatur, creſcit in rhamnum. Huic comparat filios Dauid parentes alloquens: o rhamni ſanguinarij, præcidet Deus veſtra germina immatura, antequam adoleſcant, & euadant in ſentem, paternos mores æmulantia.

Pueri occiduntur, ne impietate maiorum commaculentur.

Scholiaſt.

Ier. 7. ℣. 18.

Pſ. 57. ℣. 10

Omnem autem, ſuper quem videritis Thau, ne occidatis. Nunquid Domine perdes iuſtum cum impio? minime vero, immo omnes euadent innocentes. Qui nam ſunt iſti, qui ſignati ſunt Thau? Et quales ſunt Thau ſignati? *Plorantes, & dolentes.* Ergo ſoli plorantes innocentes? Vtique: quia omnes iuſti commouentur Dei iniurijs. *Ne occidatis.* Hebraice, & apud Septuaginta. Ne appropinquetis. Quo iuſti non modo tuti ſint, ſed etiam ſecuri, præcipitur ſeuere carnificibus, ne prope accedant ad ſignatos. Quam merito de iuſtis canitur in pſalmo? *Et in velamento alarum tuarum exultabunt, adhæſit anima mea poſt te; me ſuſcepit dextera tua; ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus*, acies, *gladij*, *partes*, prædæ, *vulpium erunt*, inſepulti videlicet derelicti. Puniturus Deus Sodomam tres Angelos legat ad Abrahamum, quo ſciat ſibi curæ eſſe nepotem ipſius: atque mox nepotem ipſum educens extra limites vrbium delendarum. *Feſtina*, inquit, in monte, *& ſaluare ibi: quia non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* O diuinæ bonitatis pelagus? nonne ſatis erat fidem adſtrinxiſſe ſuam, Dei Angelum erepturum Lothum de Sodomæ incendio? quorſum tanta cunctatio? videlicet acceperat Angelus a Deo mandatum non modo ſaluandi Loth, ſed etiam ipſum ſoſpitem, incolumem, tutum, & ſecurum conſeruandi. *Non potero*, inquit, *facere quidquam.* at peccata Sodomorum multa ſunt nimis *Non potero facere quidquam.* at impleta ſunt ſcelera impudentium *Non potero facere quidquam*, at clamant in cælum *Non potero facere quidquam*, at veniſti executurus ſententiam abſque venia *Non potero facere quidquam*, quouſque ſeſe in montem recipiat Loth. Quorſum tam inſolita prouidentia? quo nepotem Abrahami ſerui Dei nec tangat, nec olfaciat ignis, neque occupet, neque vero ſollicitet pereuntium calamitas. Quam merito Dauid canebat? *Qui habitat in adiutorio*, in tutela, latibulo, *Altiſſimi*, *in protectione*, in vmbra, *Dei cæli commorabitur. Dicet Domino ſuſceptor meus*, aſylum meum, & arx mea *es tu*, Deo meo nitar. *Ipſe liberabit me, a ſagitta volante in die*, id eſt, a diſcrimine repentino, quod te occupauerit quaſi ſagitta imparatum, *a negotio perambulante in tenebris*, ab exitio in tenebris occurrente, quod nec videre, ne dum præcauere poteras, *ab incurſu & Dæmonio meridiano*, vaſtatore in luce, quem vides quidem, ſed euitare non potes. *Cadent a latere*, læuo, *tuo, mille, & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis.* Huc ſpectat & pſalmus ille. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te? Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, &c.* Non ſatis tibi eſt, illos tueri in arce munita; neque vero, in Regia tua clauſos eſſe, ſatis tuæ prouidentiæ videtur; niſi tua facies illos tueatur. quo ſcilicet non modo tuti ſint a periculo, ſed liberi a ſollicitudine & metu. Quid enim nocere poterit ei, quem & cubiculi regij parietes tegunt, & præſentia principis intuendo contuetur?

Propinqui ſeruorum Dei magno in pretio ſunt apud Deum. Pſ. 90. ℣. 1. & ſeq.

Pſ. 30. ℣. 20

Et a ſanctuario meo incipite. Septuaginta. A ſanctis meis incipite: quod ſic explicat Theodoretus. Iubet vero, vt a ſanctis ſuis vltrices poteſtates initium faciant; non reuera ſanctos eos nuncupans; ſed quia hoc eſſe exiſtimabantur, quaſi ad diuinum cultum ſelecti, &c. Seuerus. Hoc addit, quia quidam valde ſupercilium tollebant propter ſacerdotij habitum, & locum Templi, & ſanctuarij ſuperbientes; ſed inanes bonis operibus, & contra ſceleribus cooperti: & propterea dicit vltoribus Angelis, vt ab ipſis initium faciant, quos oportebat ita viuere, vt etiam pro ceteris peccantibus manus ad Deum tollere poſſent, & intentatum ſupplicium ac minas inhibere. Heſychius. Quoniam habitu ſolum ſancti, non reuera: nam ſi habuiſſent ſignum, non reuera, atque alij, delendi fuiſſent, &c. Nouum genus audio prouidentiæ, Domine Deus, aduerſus miniſtros ſanctuarij tui. Olim enim errantibus conniuebas, parcebas delinquentibus; quo tuo nomini, & honori parceres. Murmurantibus Aaron, & Maria aduerſus Moſem, illa punitur lepra, ille innocuus euadit. Aaron, & Moyſes delinquunt ad aquas contradictionis, conniuet Deus vtrique multo tempore, quantumuis eſſet indignatus. Abiatharo digno morte parcit Salomon, quia tulerat arcam Domini. At nunc erit *ſicut populus, ſic ſacerdos?* immo vero ſicut ſacerdos, ſic populus, interfectis ſanctis ante populares? Verum fas eſt, o iuſte iudex, eum qui exemplo ceteros præcedere debuiſſet, ſi ſcelere reliquos excellat, ſupplicio quoque anteeat populares, vt quibus occaſio fuit ruinæ, exemplum ſit necis. *Tempus eſt*, ait Petrus, *vt incipiat iudicium a domo Dei.*

Theodor.

Seuerus.

Heſychius.

Iſa. 24. ℣. 2.

1. Petr. 4. ℣. 17.

Cæpe-

Cœperunt ergo a viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Polychronius. Non simpliciter a viris, sed a senioribus, hoc est, a præpositis, qui etiam alios ad improbitatem instituebant. Theodoretus. Quos præcepit intus interfici: iustum est enim eos, qui ibi legem violarunt, ibi quoque pœnas dare. Hieronymus. De senioribus intelligit, qui adorasse referuntur reptilia. Sed congruentius est, vt de vigintiquinque sacerdotibus accipiamus, qui adorabant ad ortum solis: quoniam ij dicuntur merito esse ante faciem domus, id est, sanctuarij, cum essent inter vestibulum, & altare. ceteri vero, qui in atrio adorabant reptilia, nulla ratione dici possunt fuisse ante faciem domus; quia ad latus domus Aquilonare, non vero ante faciem domus, scilicet ad Orientem erant: præterea quia sex viri stabant iuxta altare æneum; quibus dicitur, vt a sanctuario inciperent. quorsum ergo relictis sacerdotibus in vestibulo sanctuarij, ad latus Aquilonare diuerterent? & non potius ab ipsis inciperent cædem?

Polychr. Seniores hoc est præpositi primo puniuntur. *Theodor.* *Hieronym.* *Ezech. 8.* ℣.11.

VII. Domum sceleribus contaminatam non amplius vt suam vult reuereri Deus. *Num. 19.* ℣.11.

Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis. Contaminate, ait; quoniam olim tactis cadaueribus polluebantur homines, vtensilia, & domus, vt patet in Numerorum libro, quod statim explicat: *Et implete atria interfectis.* Sed quorsum ista adhortatio? Videbantur satellites cunctari primo, atque seniores reuereri, sed data facultate cædendi per illud verbum, *A sanctuario meo incipite*, in sacerdotes irruunt, eosque per vim raptos extra Templi cancellos efferre nituntur, veriti sanctuarij gloriam, & Dei præsentiam: vt faciendum olim præcepit Ioiadas de Athalia. *Educite extra septa Templi, & interficite.* Tum Dominus: Non est quod reuereamini domum quasi sacram, non reputo amplius meam, quam tot idolorum sordibus polluerunt: contaminatam idolorum spurcitijs polluite cuore, & cadaueribus. Domum vocat more solito atrium interius, atria vero, reliquas areas in circuitu illius constructas. nam atrium Israël in nouem diuidebatur atria, vel areas subdiales porticibus cinctas, ambiebatque vndique sanctuarium, & domum, siue atrium interius. Septuaginta pro atrijs, posuere, vias: fortasse intelligentes atriorum nomine porticus, & ambulationes, quibus claudebantur atria, vt diximus.

4. Reg. 11. ℣.15.

Egredimini. Dicitur lictoribus, postquam sacerdotes scilicet trucidauerant.

Et egressi sunt, & percutiebant eos, qui erant in ciuitate. Ordo enim supplicij imitatur ordinem delictorum.

VIII. Ex Sacerdotibus omnes interempti, solus remanet Ezechiel. *Scholiast.* *Hieronym.*

Et cæde completa, remansi ego. Hoc desideratur in versione Septuaginta; tametsi Theodoreti codex habet. Remansi ego solus. quod a Theodotione additum esse obseruat Scholiastes. Notat Hieronymus, Hebræum non dixisse. Remansi ego solus, ne vi deretur ei sententiæ esse contrarium, qua Dominus dixerat, viros frontium signatarum non esse cædendos; sed remansi ego, vt subaudiatur, cum ceteris signatis. Quemadmodum & Elias loquitur. *Sacerdotes tuos occiderunt, & ego relictus sum solus.* Solum posuit, quia remansisse alios nesciebat. Verum si hoc ita est, quorsum clamat Vates. *Heu, heu, heu, Domine Deus, ergone disperdes omnes reliquias Israel?* nisi quia videbat cunctos ad internecionem esse deletos? quod si id sibi persuaserat, quid ni dixisset: & remansi ego solus? Equidem existimo perinde esse illud *remansi ego*, atque remansi ego solus. atque id vel dixisse, vel potuisse dicere Prophetam, non quia in ciuitate nullus relictus fuerit, tum quia ea cædes ciuitatis nondum patrata erat; tum quia Vates in Templo manebat, neque ea, quæ foris agerentur, videre poterat; tum vel maxime quia nouerat signatarum frontium viros non esse delendos; sed quia in Templo nullus sacerdotum relictus sit, quod nullus omnino fuerit signatus. quod ita esse facile suaderetur, quia viro lineis induto mandatum est; *transi per mediam ciuitatem, & signa Thau, &c.* nil tale de Templo obambulando audiuit. Vnde vero simile est, nullum omnino sacerdotum euasisse. Vt merito dicere potuisset Vates. *Et cæde completa, remansi ego solus.* nam de cæde Templi loquitur, quam viderat. illa enim peracta, iubentur carnifices in Vrbem egredi. dumque illi in ciues sæuiunt, Propheta solus in Templo relictus *ruit super faciem*, id est, prostrauit se habitu dolentis simul & deprecantis cum vehementi animi commotione, & affectu: qualem legimus in Moyse. *Iacui quadraginta diebus, quibus suppliciter Dominum deprecabar.* Et in Iosue. *Pronus cecidit in terram coram arca Domini, &c.*

Deut. 9. ℣. 25. *Ios. 7.* ℣. 6.

Et clamans aio: Heu, heu, heu Domine Deus. Septuaginta. Heu mihi Domine. Hebraice est. אהה, ahah, Domine: de qua voce diximus capite quarto.

Ergone disperdes omnes reliquias Israel? Sic capite duodecimo. *Heu, heu, heu Domine Deus, consummationem tu facies reliquiarum Israel?* Polychronius, & Apollinaris. Hoc est: non satis est priores eliminasse in captiuitatem, sed etiam hos omnes neci tradis? num delere genus Israël decreuisti? Scholiastes. Cum non haberet Propheta ex quo bono supplicaret Deo, supplicationis argumentum ex Dei benignitate ducit, dum ait: Delebis tu? hoc est, qui ob humanitatem idololatrantes in Aegypto visitasti; & in solitudine peccantes toleraſti, &c.

Polychr. *Apollin.* *Scholiast.*

Effundens furorem tuum super Ierusalem. Effundendi verbum copiam, & abundantiam indicat eius, quod effunditur, & nil in vase relictum fœcis, vt in [a] psalmo. *Effunde furorem tuum in gentes.* Et [b] iterum. *Diffusa est gratia in labijs tuis*: Quod notat Hieronymus. De qua re diximus capite septimo. Theodoretus. Humanus Propheta, & ad misericordiam propensus. Talis fuit Beatus Paulus, qui pro Iudæis optabat anathema a Deo esse. Verum Dominus amiciſſimum Prophetam consolatur, & iusta edocet supplicia. Scholiastes. Mulcet Prophetam Deus, quippe qui non iracundia, sed iusta sententia talia illis intulerit. Dicit enim ad illum.

Effundere significat copiam eius, quod effunditur, & nil remanere ex eo.
a *ps. 78.* ℣. 6.
b *ps. 44.* ℣. 3.
Theodor.
Scholiast.

Iniquitas domus Israel, & Iuda magna est nimis valde. Hebraice, ad valde valde. Septuaginta. Magnificata est valde valde: quæ quidem geminatio aduerbiorum Hebræis vsitata, auget verbi significatum: ponitur enim loco superlatiui cum aduerbio; quasi dicat valde maxima. Talis est illa dictio apud Matthæum. *Gauisi sunt gaudio magno valde.* Et Paulus. *Supra modum in sublimitate*, id est, ad excessum in excessum, quasi dicat, insuper excedenti excessu. Porro domum Israel vocat eos, qui de ceteris tribubus accesserant Iudæ, vt late disseruimus in Commentario capitis quarti. Neque enim hic sermo est de decem tribubus adductis in vrbes Medorum.

IX. Geminatio aduerbij auget verbi significationem apud Hebræos. *Matth.* 2. ℣. 10. 2. *Cor.* 4. ℣. 17.

Et repleta est terra sanguinibus. Septuaginta. Iniustitia, & immunditia. Chaldæus: homicidijs. Diximus id significare [c] sanguinem non semel, tametsi transferatur ad significandum quodcunque facinus insigne.

Et ciuitas repleta est auersione. Vel, defectione, hoc est, [d] tyrannide, & idololatria; vel iniquitate, & im-

c Sanguis homicidium significat, & transfertur ad omnia scelera significanda.
d Tyrannide & Idololatria omnia peccata significantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

munditia, vt Origenes legit ex Hebraico codice; & Hieronymus ex veteri vulgata citat. quibus delictis cetera intellecta voluit per synecdochen. Solet enim Scriptura binis peccatis, altero contra primam legis tabulam, altero contra secundam militantibus intelligere vniuersam vitiorum cohortem, quibus lex Domini violatur; vt apud [a] Zachariam. *Ad domum furis, & iurantis*, &c. Et in [b] psalmo. *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam*, non iurauit falso per vitam, *neque iurauit in dolo proximo suo*. Et [c] Isaias ait. *Beatus vir, qui facit hoc*, &c. *custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat malum*, &c. Idem obseruauimus apud [d] eundem. Et in [e] Osea, atque [f] Ieremia. Sed non est omittendus locus ille [g] Isaiæ: ex quo locus iste mirifice illustratur. *Quomodo*, inquit, *facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitabat in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua*, &c. Duo illi improperat crimina capitalia; alterum meretricium, & defectionem a Deo viro suo legitimo; alterum homicidium: illi opponit fidem, & iudicium, huic iustitiam: quæ duo olim floruerant in nobili ciuitate, vtriusque scilicet tabulæ legis custodia. Iudicium iterum vocat argentum, Iustitiam vinum: quæ duo corrupta esse deplorat in scoriam, & aquam, succedente scilicet pro fidelitate in Deum, spurcitia idololatriæ, & pro vino feruidæ caritatis in proximum, aqua effulæ libertatis, & audaciæ ad omne genus flagitij. Eadem duo crimina obijciuntur hoc versu. *Repleta est terra*, vrbs ipsa, *sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione*. Per terram enim, materialem vrbem intellexit, quæ *vsque ad os, innocentum sanguine plena erat*, & redundabat. per ciuitatem autem, politiam, ciues videlicet ipsos, qui a Deo suo defecerant ad gentium idola, vt capite octauo satis declaratum est.

Dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Hæc fuit totius impietatis origo, ait Scholiastes, quod dicerent, prouidentiam non amplius prospicere rebus humanis. Adde quoniam prouidentia vna est, quæ homines continet in officio. hæc est lex vitæ, & disciplinæ, qua frænantur potentatus, qui legibus humanis non possunt coërceri. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, sentite de Domino in bonitate*, ait Sapiens: id est, ne putetis excordem esse, qui pupillos & viduas derelinquat: pater est amantissimus hominum, & mater oppressorum: hoc si vobis persuaseritis, administrabitis incorruptam iustitiæ legem. Et iterum. Ne existimetis desiderari rectorem mundi huius, *Spiritus Domini replenit orbem terrarum*, quasi spiritus omnia peruadit, vbi vult spirat: non solum gubernat orbem, sed replet: intimus est, quantumuis secretis iudicijs, & cogitationibus, nil eum latere potest: & *hoc*, Græce positum pro (hic) *quod continet omnia*, scilicet, qui moderatur, portat, agit, sustinet omnia; non est surdus, aut mutus: nam *scientiam habet vocis: auris enim zeli audit omnia*; cum Deum auditis zelum ipsum putate: est enim zelantissimus iustitiæ, & vindex tyrannidum. Diuinæ prouidentiæ duæ sunt partes, præmium & pœna, quibus quasi loris constringitur iugum diuinæ legis ceruicibus taurorum pinguium, ne illud excutiant. *Dirumpamus*, aiunt reges terræ & principes, *vincula eorum*, Dei scilicet, & Christi eius, *& proijciamus a nobis iugum ipsorum. A sæculo*, inquit Ieremias, *confregisti iugum meum, rupisti vincula*, &c. Vtique iugum confregit, quia excussit, excussit quia vincula rupit, &c.

Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor. Non conniuebit oculus, nec cor commouebitur supplicationibus pereuntium, vt diximus capite septimo. Polychronius, & Apollinaris. Non immitis, sed vt iustus cum humanitate: iustitia enim in punitione versatur: humanitas vero in excitatione, & prædictione malorum cognoscitur: atque in eo, quod deinceps sequitur: Feci sicut mandasti.

Viam eorum super caput eorum reddam. Id est, studiorum & operum merita rependam illis, vt diximus capite septimo, & dicemus vndecimo, & vndevigesimo. Scholiastes. Paria ijs, quæ gesserunt, recipient.

Et ecce vir, qui indutus erat lineis, &c. *respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.* Scholiastes. Id est, signum posui in fronte dolentium. Polychronius. Nondum supplicium irrogatum esse dicit, sed interim notatos esse innoxios, quod erat differentis punitionem; quoniam ad salutem velox est Dominus, ad punitionem tardus. Sollicitabat clementissimum Iudicem tam seuera sententia, tangebatur cura electorum, ne forte eos obruisset strages pereuntium: quasi scilicet Dauid stimulabatur, cum rogabat toties. *Est ne pax puero Absalom?* propterea Angelus tutelaris responsum refert, vniuersos electos esse signatos: quo responso leniuit dolorem, quem ob damnatos ceperat benignissimus Pater. in psalmo. *Et in seruis suis deprecabitur*. Id est, miserendo se solabitur, sic enim habet Psalterium Romanum Basilicæ Vaticanæ. *Et in seruis suis consolabitur*.

Origenes. Hieronym.

Sacra Scriptura duobus peccatis, altero contra præcepta primæ tabulæ, altero cõtra secundæ, vniuersitatem scelerũ significare solet.

a Zachar. 5. ỳ. 4.
b Ps. 23. ỳ. 4
c Is. 56. ỳ. 2
d & 59. ỳ. 18.
e Ose. 4. ỳ. 2
f Ier. 2. ỳ. 34.
g Isa. 1 ỳ. 21

Iudicium argento, Iustitia vino significantur.

4. Reg. 21. ỳ. 16.

Negantes Diuinam prouidentiam in omnia impietatum genera dilabũtur. Scholiast.

Sap. 1. ỳ. 1.

Dei Spiritus omnia gubernat.

Diuinæ prouidentiæ partes duæ, præmium, & pœna.

Psal. 2. ỳ. 3.

Ier. 2, ỳ. 20

X.

Non parcit propter iustitiam, prædicit hoc idem ex misericordia. Polychr. Apollin.

Scholiast.

XI.

Scholiast. Polychr.

2. Reg. 18. ỳ. 29. et 32

Psal. 134. ỳ. 14.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVM.

ARGVMENTVM.

Describit Vates quadrigam gloriæ Dei iterum in Templo visam.

I. ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij, apparuit super ea.

II. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo:

III. Cherubim autem stabant a dextris domus cum B ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius.

IV. Et eleuata est gloria Domini desuper Cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini.

V. Et sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

VI. Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, quæ sunt inter Cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam.

VII. Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem, qui erat inter Cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est.

VIII. Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.

IX. Et vidi, & ecce quattuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub vnum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. D

X. Et aspectus earum similitudo vna quattuor: quasi sit rota in medio rotæ.

XI. Cumque ambularent in quattuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & ceteræ, nec conuertebantur.

XII. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quattuor rotarum.

XIII. Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me.

XIV. Quattuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ.

XV. Et eleuata sunt Cherubim: ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar.

XVI. Cumque ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarent Cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant.

XVII. Stantibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur. Spiritus enim vitæ erat in eis.

XVIII. Et egressa est gloria Domini a limine Templi: & stetit super Cherubim.

XIX. Et eleuantia Cherubim alas suas, exaltata C sunt a terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea.

XX. Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia Cherubim essent.

XXI. Quattuor vultus vni, & quattuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum.

XXII. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS DECIMI.

I. *ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij apparuit super ea.* Hoc est. Dum spiritu raptus animaduerterem adeum, qui me alloquebatur, vidi Cherubinos agentes currum gloriæ Dei, atque supra eorum capita extensum firmamentum, seu cælum quoddam, cui impositum apparebat solium regale ex sapphiro, vt videbatur, fabricatum. Hæc eadem narrauit in fine capitis primi, & nos ibidem explanauimus. Polychronius. Etiamsi neminem vidisse se dicat, qui Cherubinis præerat solio insidens; perspicuum tamen est hoc indicari: nam, vt in memoriam reuocet, quæ antea dicta sunt, hæc adiunxit. Origenes. Non solium, sed solij similitudinem cernit Propheta, vt etiam in superioribus, non gloriam, sed similitudinem gloriæ Domini. Nec mirum, si, qui nondum possunt res facie ad faciem videre, earum similitudinem cernant, cum visione dignantur. Ita existimo Danielem, cum somnium habuit de regnis, in phantasia versatum similitudinum, quæ illi ostendebantur. ita etiam si quis vigilans cernat, dum illi superior pars rationis confirmatur a prophetiæ spiritu, similitudines quasdam imaginatur symbolicas rerum verarum, cum anima crasso terrestrique corpore concreta, euidentius quippiam, clariusque contemplari non valeat.

Polychr.

Origenes.

II. *Et dixit ad virum.* Videlicet: is, qui erat in solio, dixit; etiamsi id silentio prætermissum erat. Polychronius, & Scholiastes. Per hoc indicauit, quod omissum erat; perspicuum enim est, fuisse eum, qui sedebat, qui dixit ad virum.

Polychr. Scholiast.

Qui indutus erat lineis. Septuaginta. Stola. Vbi Origenes. Notandum vero est iam virum non indutum esse podere, sed stola: cum enim ingressurus esset in medio rotarum subtus Cherubim, & pœnis ignis purgaturus ciuitatem pollutam cadaueribus, oportuit eum splendidius, & hilarius indui, &c. Ceterum frustra laborat Origenes, quia Hebraice eadem dictio בדים, baddim, vtrobique repetitur, pro qua Hieronymus *lineis* semper vertit, vt par erat: neque aliud significare voluerunt Septuaginta per stolam, quam per poderem. Alij expositores existimant, virum indutum lineis esse Christum: eum vero, qui in solio residet, esse Deum Patrem, ne Christus scilicet sibi ipsi præcipere videatur; alioqui ipsimet capite primo per sedentem in solio intellexerant Christum Dominum. Quare sibi persuadent aliam esse visionem capitis decimi a visione capitis primi. Quibus fauere videtur Hieronymus dicens. Nota lector, in quibus superior, & hæc visio concordant, siue discordant, vt ex collatione vtriusque absque nostro admonitu diuina intelligas sacramenta, &c. Ergo notant ipsi primo discordare vtramque visionem, quod in prima visus sit vir sedens in solio similis electro a lumbis sursum, & igni similis a lumbis deorsum; in posteriori vero non cernitur vir in solio, sed gloria Dei, hoc est, magnus quidam splendor Dei potentiam indicans. quod ita esse ex capite octauo liquido se ostendisse putant. in quo legitur. *Et ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis, & a lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri, &c.* Ex quibus inferunt capite primo visam imaginem viri in throno: capitibus vero octauo, nono, & decimo nusquam apparuisse virum, sed splendorem, vel sine throno, vt capite octauo; vel in throno, vt capite decimo: quia capite primo Christus repræsentabatur in viro; capitibus vero ceteris Pater æternus in splendore. Ceterum illos longe a veritate aberrasse non nostro, sed ipsius Prophetæ testimonio conuincitur, qui capite octauo sic habet. *Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem, quam videram in campo, &c.* Non inquit Vates, idem currus, eadem animalia; *Sed ecce ibi gloria Dei.* Quæ nam gloria Dei? *quam videram in campo.* Et qualis nam apparuit tibi gloria Dei? *Secundum visionem, quam videram in campo.* Videlicet non solum eandem rem se vidisse significat, sed eodem prorsus apparatu, aspectu, facie, figura: nam visio id omne amplectitur. Sed quoniam de specie viri præcipua controuersia est, quis non videat, vbi describuntur lumbi, virum necessario describi, non splendorem? nam splendor lumbos non habet. cum ergo capite octauo illi speciei, quæ in solio visebatur, tribuantur lumbi; constat imaginem habuisse viri, non secus atque illa, quæ capite primo ostensa est Vati. Præterea quorsum videretur solium paratum pro splendore? nunquid decet splendorem in solio sedere? at dices: splendor ille refert Deum, cui par est solium præparari: ita est, deberi Deo solium; sed cur habitum induit humanum? alioqui Deus nec stat, nec sedet: Cum itaque solium erectum viderit Propheta, necesse est imaginem vidisse viri, sed tanto splendore circumfusam, vt vix cernere licuerit in ea quidquam, præter extrema lineamenta homini similia, qui a lumbis & deorsum ignitus, a lumbis sursum merum iubar videbatur. Ergo, qui in solio sedebat, viri habebat imaginem, referebatque Christum, vt ex Gregorio [a] diximus. Nihilominus licebit & decebit per virum in solio sedentem, Deum Patrem intelligere, dummodo illum in viri sedentis forma concipiamus: atque consequenter interpretemur visionem vtramque, neque ex vna & eadem duas faciamus, quod esset absurdissimum. Sine igitur Christum intelligamus, siue Deum, nil textui præsenti repugnat: nam ille alter indutus lineis non refert Christi personam, sed Angeli tutelaris; tametsi ob sacerdotis insignia, quæ gestabat, accommodari possit Christo. Sed aliud est in visione aliquam repræsentari personam, aliud in veritate. Christus itaque ad Angelum tutelarem populi locutus est.

Hieronym.

Differsam esse hanc a visione capitis primi, aliqui opinantur.

Ex prophetæ verbis conuincuntur, qui hoc astruunt: & vna eademque visio probatur in omnibus locis.

Christus sedés in solio, siue Deus Pater loquitur Angelo tutelari induto lineis, hoceli sacerdotem referenti.

[a] *Supra Commentario de prima visione par. 2. sect. 9.*

Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim. Grauis hic agitatur lis, cur scilicet ingredi præcipiatur vir inter rotas, vt ignem capiat, cum ignis sit inter Cherubim, & non inter rotas? Ceterum hæc, & ijs similia quam plurima gratis rogantur, si idea visionis exacte comprehensa est; & frustra controuertuntur, si non est comprehensa. Ideam repete ex superioribus: eius sum-

Imago currus & Cherubinorum habetur supra, facie 14. & 15.

summa hæc est. Apparet currus quatuor rotis constructus, quarum binas anteriores præcedebant Cherubini duo, posteriores vero totidem. super plaustrum vehebatur arca fœderis, scabellum solij Dei; ante arcam in eodem plaustro visebatur prunarium, altare scilicet incensi, quod secum vectari volunt Christus: prunarium hoc erat in medio quattuor Cherubinorum. atque in medio rotarum, tametsi illis eminentius. vnde conueniens erat, vt prunas capturus vir intraret in medio rotarum, hoc est, accederet ad latus plaustri inter binas rotas, manumque eleuaret ad prunarium, quod erat in medio Cherubinorum.

Incendium Hierololymæ prædicitur hoc facto Polychr.

Et effunde super ciuitatem. Septuaginta. Disperge, dissemina. Vbi Polychronius. Vt magnitudinem ostendat animaduersionis, & contra vniuersam simul Vrbem declarari: quoquo versum enim, vt sors tulerat, disseminat ignem, simul cunctos calamitate comprehendens. Scholiastes. Plerunque verbum διασκορπίζω diascorpizo, dissemino, dispergo; indignationis vehementiam indicat: propterea autem terribilem visionem enunciat, vt conuertat peccatores ad pœnitentiam. Hieronymus. Quod iubetur ille, qui indutus erat lineis, vt tollat prunas de medio Cherubim, & effundat, siue spargat per ciuitatem; illud mihi videtur ostendere, quod post interfectionem, cædemque multorum, & cadauera multorum in vijs, ignis assumitur, vt puniat, siue mundet Ierusalem, iuxta illud, quod in Isaia scriptum est. Sanctificabit eam in igne ardente, & deuorabit sicut fœnum materiam, &c. Et in Ioëlis libro tria suppliciorum genera immissurum se super Ierusalem comminatur Dominus. *Dabo*, inquit, *sanguinem, & ignem, & uaporem fumi*: id est, cædem ciuium, ædificiorum incendium, & quod grauius est, veritatis ignorationem, excœcationemque oculorum: quæ eadem tria in psalmo Iudæis vaticinatus est Christus. *Furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta. Obscurentur oculi eorum, ne uideant*. atque in Isaia eadem connumerantur. *Væ Ariel Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid, & erit mihi quasi Ariel*, id est, replebitur ciuium occisorum cadaueribus, vt solet Ariel, id est, altare holocaustorum carnibus victimarum impleri. & sequitur. *A Domino exercituum uisitabitur in tonitruo, & uoce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis in gyro*. Eadem commemorat in præsenti Vates. nam capite præcedenti meminit cædis, nunc igne disseminato incendium prophetat: mox referet caliginem domus, versu tertio.

Scholiastes. Hieron. Isa. 10. ℣. 17. iuxta Septu. Ioel. 2. ℣. 30 Psal. 68. ℣. 25. Isa. 29. ℣. 1

Ingressusque est in conspectu meo. Vir scilicet ille candidatus inter rotas, vt ignem hauriret ex altari incensi.

III. Egreditur domo Deus, vt vindicta sumatur de ea.

Cherubim autem stabant a dextris domus, cum ingrederetur uir. Polychronius, & Apollinaris. Quoniam fieri non poterat, vt quandiu Deus intus aut esset, aut esse videretur, quidquam asperius circa Templum contingeret; describit per visionem Deum velut excedentem domo. illa igitur verba, *stabant a dextris domus*, significant veluti quendam iratum, & imperantem cædem. Scholiastes. Summam Dei humanitatem ostendit, cum adeo legem suam violantes vix deserit: quare non omnino repente e sacro Templo recessisse dicit, sed paulatim loco locum mutantem, tanquam cunctantem consuetam ipsis non exhibere benignitatem, &c. Sed cur potius a dextris domus substitit gloria Dei? an quia a siniſtris, hoc est, in parte Aquilonari erant locata gentium idola, quæ auersabatur? an quasi in contrariam factionem diuertit, illaturus hostibus suis bellum? an quia in latere dextro fuerat candelabrum septem lucernis collucens, symbolum omnium nationum, ad quas migrabat Dei religio, derelicta mensa duodecim panum propositionis, quæ ad læuam vergebat, in signum duodecim tribuum Israel? an quia egredi e Templo parabat versus Meridiem, vt vniuersam Vrbem, quæ maiori ex parte ad Aquilonem extendebatur flammis traderet? an potius, vt Hieronymo placet, quia par est, vt supernæ virtutes dexteram partem domus Dei teneant? illæ vero, quæ mittuntur ad supplicia, de quibus scriptum est: [a] *Immissiones per Angelos malos*, siniſtras partes possideant?

A dextris stat Deus, quasi pedetentim recedens, dans locum pœnitentiæ. Cur a dextris stet Deus.

Candelabrum in tabernaculo fuit unum a dextris, & mensa vna a siniſtris: in Templo vero, candelabra, & mensæ quinque erant a dextris, & quinque a siniſtris, vt de mensis patet 2. paral. 4. ℣. 8. de candelabris 3. Reg. 7. ℣. 49 [a] *Ps. 77. ℣. 49. Polychr.*

Et nubes impleuit atrium interius. Id est, impleuerat: ex quo scilicet in eo constitit gloria, & præsentia Dei. Vnde Polychronius, non in præsenti id factum esse dicit, sed quia ab initio eiusmodi visio fuerat demonstrata, domum scilicet nube completam.

IV.

Dubia quædam de significatione verborum textus. *Sup. c. 8. ℣. 14.*

Et eleuata est gloria Domini desuper Cherub ad limen domus, & repleta est domus nube: & atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Nescias ex vi horum verborum elicere, de qua domo sermo sit, de sanctuario ne intimo, an potius de atrio interiori: nam vtrique conuenire posse nomen domus Domini docuimus supra. Eadem ambiguitas est in nomine, atrium, significet ne interius atrium sacerdotum, an potius exterius Israëlitarum? neque minor est quæstio de atrio exteriori, in quo vox audiebatur, vt sequenti versu narratur, an fuerit Israëliticum, an profanum? Quibus ignoratis sub dubio erit, an recedat gloria Domini a Templo, an potius regrediatur in locum suum, quod si illud non est exploratum, illud quoque ambiguum erit, an nubes repræsentet fauorem præsentiæ Dei, an potius supplicium excœcationis Israël. Ceterum ex versu duodeuigesimo sequenti colligitur, gloriam Domini non ingredi, sed potius egredi Templo: atque ex capite vndecimo sequenti constat, ab vrbe subinde tota discessisse, atque stetisse supra montem Oliueti, qui est ad Orientem Vrbis. Vnde inferre licet, per limen domus hoc loco non significari limen sanctuarij, a quo discedebat Dei maiestas; sed limen portæ atrij, qua egredi parabat. Cum autem duo fuerint atria, interius sacerdotum, & exterius Israëlitarum (semper omittimus profanum) de interiori, & non de exteriori sermonem esse Vati, ex eo fit vero simile, quod subdit, auditum esse sonitum alarum in atrio exteriori, quem scilicet edebant Cherubim præteruolantes atrium interius. Præterea quia versu vndeuigesimo dicitur, egressam deinde a limine Templi Dei maiestatem stetisse in introitu portæ domus Domini Orientalis. quo loco porta domus Domini Orientalis ea appellari videtur, quæ aperta erat in muro atrij exterioris Israëlitarum: nam reliqua porta atrij gentium non solet perinde dici porta domus Domini, quod pertineat ad atrium profanum. Ergo hic erit perspicuus loci sensus. Gloria Domini existens super Cherubim, ipsis volantibus, translata est a dextro angulo vestibuli sanctuarij, vbi sententiam cædis & incendij pronunciauerat, ad limen Orientale atrij interioris sacerdotum, quo facto domus ipsa, hoc est, porta Orientalis, in qua subsitit, repleta est nube: atrium vero exterius Israël, quo appropinquabat, repletum est splendore gloriæ Domini. Porro nubes, caligo, fumus, tenebræ in sacris literis significant, cum Deo tribuuntur, claritatē nimiam, iubar diuinum, lucem inaccessam, qua oculi mortalium syderantur. apud Isaiam. *Commota sunt superliminaria*

Respondet. Constat Deum egredi Templo.

Nubes, caligo, fumus, tenebræ, cum Deo tribuuntur nimiam claritatem significant. Isa. 9. ℣. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naria cardinum a voce clamantium, & domus repleta est
3. Reg. 8. ℣. 11. 2. Paral. 5. ℣. 14. *fumo.* & iterum: *Repleuerat gloria Domini domum, neque poterant ministrare sacerdotes propter caliginem.* & iterum: *Repleta est domus nube.* & Salomon ibidem ait. *Dominus pollicitus est habitare in caligine.* & alibi.
Exod. 20. ℣. 21. *Moses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus.* &
Psal. 17. ℣. 10 in psalmo. *Inclinauit cælos, & descendit, & caligo sub*
Ibid. ℣. 12. *pedibus eius.* & iterum. *Posuit tenebras latibulum suum.*
Psal. 96. ℣. 2. Item. *Nubes & caligo in circuitu eius.* Vocatur autem lux nimia caligo, & nubes, quod perstringat oculos nostros, nihiloque liberius intueri possint immensam Dei gloriam, quam densissimas tenebras, altamue caliginem, seu nubem atram. Quod D. Paulus
1. Timoth. 6 ℣. 16. exposuit dicens. *Lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest.* Idem significare videtur in præsenti nubes, qua completa dicitur domus, nempe clarissimam lucem diuinæ præsentiæ testem, vt ex versu præcedenti aperte constat. *Cherubim*, inquit, *stabant a dextris domus, cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius*, &c. En gloria Domini existente in atrio interiori, scilicet prope sanctuarium, nube completur atrium ipsum interius. Nubes igitur claritatem significat, & fulgorem a Dei gloria circumfusum: splendor autem, qui impleuit atrium (exterius, vt interpretamur) est lumen a luce tanta emanans, & egrediens; quo illustratum est atrium Israël, vtpote vicinum portæ sacerdotali; in qua gloria Domini consistebat. atque hæc secundum literæ contex-
Hier. Cyril. & Græc. super Isai. 6. tum dicta sint. Diuus autem Hieronymus, Cyrillus, & Græci in eo Isaiæ loco superius citato, quod est eiusdem argumenti cum capite præsenti per fumum intelligunt incendium Vrbis, & tenebras erroris. atque hoc loco idem Hieronymus nubem interpretatur, tenebrarum, & calignis supplicium. quos si sequi volumus, dicere necesse est, atrium non quidem exterius, sed interius repletum esse nube, ex quo scilicet inde gloria Domini
Fumus significat incendium, nubes supplicium. discesserat: signumque fuisse eam caliginem, seu fumum, incendij Templi, atque excœcationis sacerdotum: nam fumus ab igne nascitur, oculosque lædit: quare symbolum est aptissimum incendij, & cœcitatis, euentusque docuit non fuisse vanum portentum: nam gentibus translatis per Christum, gloriam Patris, in admirabile lumen agnitionis eius, filij regni electi sunt in tenebras exteriores: sed de hac re supra versu secundo.

Et sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi uox Dei omnipotentis loquentis.
Hieron. Hieronymus. Pro sonitu in Hebræo, vox, ponitur: pro omnipotente, Septuaginta verterunt, Sadai: quod Aquyla, Symmachus, & Theodotio ἱκανὸν, hicanon, quod fortem, potentemque significat, tranDe significatione nominis Dei Sadai. stulerunt, &c. Porro שדי, sadai, cum significat, cui
Genes. 17. ℣. 1. est sufficientia, abundantia, cui sunt vbera, symbolum abundantiæ; omnisufficiens, vel omniabundans uertere possemus, siue superabundans. Loquens cum Abraham Dominus ait: *Ego Deus omnipotens*, Hebraice Deus Sadai, ditissimus scilicet, qui te beare possum, *ambula coram me*, &c. quod
Polychr. profitetur Polychronius dicens. Maximus sonitus reddebatur, cum alæ Cherubim commouerentur, vt esse tonitru diceres, vel Dei vocem: illud enim vox Σαδδαΐκανου, Sadai hicanu, idonee, Dei tonitru, Symmachus, ac Theodotio sunt interpretati. hoc est: similem sonum diceres vocis Dei, sufficientis ac potentis tonitrui, quod efficacia diuina perficiatur: tales enim sunt quæ de cœlo voces redduntur.
Psal. 28. ℣. 4. Vnde in psalmo. *Vox Domini in uirtute, vox Domini in magnificentia, uox Domini confringentis cedros*, &c.

Meminit & vocum Seraphinorum Isaias. *Et clamabant alter ad alterum*, &c. *Et commota sunt superliminaria cardinum a uoce clamantis*, &c. oportuit enim ingentem esse vocem, cuius vi commotus aër non solum Templi murum verberauerit, sed limina ipsa marmorea loco mouerit, atque superliminare ingentis magnitudinis e cubili suo excusserit. Obserua. Apud Isaiam Seraphim ore clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*: apud Ezechielem. *Cherubim stridorem faciunt* aëra ferientes. Verum eadem est omnium sententia, quam tamen illi verbis, quasi remotiores prædicunt; isti factis, vt viciniores, annuntiant: nimirum ea vox, quam deinde, instante suprema vastitate, auditam in Templo narrat Iosephus editam a supernis virtutibus sese ad discessum adhortantibus: Migremus hinc. Hoc significat egressus gloriæ Dei, e sanctuario primum, deinde ex atrio sacerdotum: hoc sonitus alarum Cherubim, immo & Seraphinorum Isaiæ voces: nam illis clamantibus, *commota sunt superliminaria, & domus repleta est fumo.* Quid enim hoc portendebat nisi domum fore inflammandam, & euertendam? &, quod magis mireris, id ipsum innuunt illæ laudes: *Plena est omnis terra gloria eius.* nam perinde valent, ac si dixissent. Fastidir iam Dominus istarum angustias sedium: laxiores ædes suæ destinauit habitationi; vniuersa terra erit deinceps Templum cultorum eius, & gloriæ suæ sanctuarium, vt in psalmo. *Cæli enarrant gloriam Dei*, &c. *In omnem terram exiuit sonus eorum* &c. & in Numerorum libro. Veruta- men. *Viuo ego*, dicit Dominus, *& replebitur gloria Domini uniuersa terra*, hoc est: Per me ipsum iuro, quod aliquando sim hanc impietatem vindicaturus, cum scilicet vniuersam terram Templum mihi consecrauerim gratissimum, & solij mei tabernaculum sacrosanctum. Sed de hac re capite vndecimo iterum agemus.

Isa. 6. ℣. 3.
Ingens vox describitur.
De vocatione gentium.
Psal. 18.
Num. 14. ℣. 21.

Cumque præcepisset uiro, &c. Explicuimus ista versu secundo. VI.

Extendit Cherub manum de medio Cherubim. Hebraismus: id est, vnus ex Cherubinis, vel inter Cherubinos: nam, vt supra non semel monuimus, in medio esse aliquorum, Hebræis valet, quod nos dicimus, esse ex illis, vel inter eos.

Et sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis. Theodoretus. Ordinum inuisibilium discrimen hinc quoque licet agnoscere. Sex enim imperatum fuit, vt ne prope quidem accederent ad ipsa Cherubim: hic vero appropinquat quidem, non tamen audet inter ipsa progredi; sed ipsa Cherubim porrigunt carbones, &c. Vnde Isaias ait: *Et uolauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Vbi idem ordo Hierarchicus ostenditur. Quo loco obseruat Cyrillus vrbanitatem supernarum virtutum. Gloriam, inquit, decantant alternis vicibus, non quia defatigantur, sed honore sibi mutuo cedunt, & vicissim doxologias canunt: omnia enim superna ordinate, ac decenter fiunt.

VII.
Cherub de medio Cherubim Hebraismus, idem significat ac si diceret, vnus ex Cherubim. Theodoretus hinc colligit ordinem inter angelicos ordines.
Isa. 6. ℣. 6.
Cyrillus.
Alter ad alterum cantant seraphini non quia defatigantur, sed vt sese inuicem mutuo honore præueniant.
Hieron.
S. Scriptura miro artificio tristia facta subticet.

Qui accipiens egressus est. Hieronymus. Scriptura non dicit, egressus quid fecerit, vt tristis rei narrationem intelligentiæ potius relinqueret, quam oculis subijceret, &c. Adde virum vestitum lineis, cui demandata est cura signandi T. littera innocentes, re peracta, responsum reddidisse ei, qui se miserat: *Feci sicut præcepisti mihi*, vt vidimus capite nono, ne scilicet Dominum (more nostro loquimur) sollicitum redderet cura eripiendorum: at, cum mittitur inflammaturus Vrbem, non est ausus facti rationem reddere: ne iudicem ob sententiam pronunciatam

abunde

abunde mœstum, incendij memoria refricata, magis contristaret.

VIII. *Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.* Extendente brachium Cherub, vt viro porrigeret prunas ex altari incensi, animaduertit Vates manibus humanis ipsum atque cetera esse prædita: nam, vt vidimus capite primo, singuli Cherubini quaternis alis, binisque manibus conformati erant, vtpote qui humanam per omnia figuram gererent, nisi quod animalium trium exuuijs erant insuper induti. falsum enim est, quod quidam auctores sensere, quaterna brachia habuisse singulos, quaternaque ora. Sed de his plura iam[a] diximus.

a sup. cap. 1. & comm. de prima visione.

IX. *Et vidi, & ecce quattuor rotæ iuxta Cherubim. rota una iuxta Cherub unum, & rota alia iuxta Cherub vnum.* Diximus, rotas hasce similes esse rotarum curucæ: nam carruca inequitare visebatur Dei gloria; ex quo conficitur quaternarius rotarum numerus, atque dispositio earum; quæ duo præsenti versu memorantur. Porro quid significent rotæ currus Dei, fuse tractauimus suo loco.

Sup. par. 1. sect. 1. comment. de prima visione.

Species autem rotarum erat quasi uisio lapidis chrysolithi. Hebraice, visio lapidis תרשיש, Tharsis, quemadmodum & capite primo habetur: pro qua voce Aquyla, chrysolithum, Symmachus hyacinthum, Septuaginta illic, Tharsis, hîc vero, carbunculum transtulere: quod ignorans Scholiastes Græcus sic concordat. Supra dixit, sicut species Tharsis; hîc vero, sicut visio lapidis carbunculi, vt doceat se inopia vocum laborare, nec posse satis accurate rem exprimere. Enimuero Hieronymus alio diuertit, positum hoc loco carbunculum, vt scilicet pœnarum per ignem, qui a Cherub traditur, similitudo monstraretur. Sed & de colore Tharsis nos aliqua supra.

Sup. explanation. c. 1. ℣. 16

X. *Et aspectus earum similitudo una quattuor, quasi sit rota in medio rotæ.* Figura, & colore sibi per omnia erant rotæ persimiles, atque quantitate omnino æquales, ita vt videretur rota vna ex altera expressa, & ad illius instar constituta. Versus iste & Prophetæ sententiam, & alterum capitis primi elucidat mirifice. Vtrumque enim obscurum fecit ea phrasis, *rota in medio rotæ*, quam eo loco pro viribus conati sumus emollire & declarare; forte non ita feliciter, atque in præsenti fecisse putamus.

Rota in medio rotæ, similitudinem æqualium rotarum significat.

XI. *Cumque ambularent, in quattuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cetera, neque conuertebantur.* Existimarunt tractatores, rotas istas sphæricas esse, atque adeo singulas earum ad latus suum, hoc est in omnem partem circumagi, & conuerti. Verum satis aperte monstrauimus circulares esse, non sphæricas: nimirum quales constitui solent pro curru. Vnde consequens est rotas agitari in quattuor partes, perinde esse, atque in quattuor angulis currus circumuolui: idque versus eandem regionem, vt solent rotæ carrucæ moueri, quod verba sequentia satis declarant:

Commen. de prima vis. par. 1. sect. 1

Ad locum, ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cetera, neque conuertebantur. hoc est, pari & vniformi motu agebantur omnes, nullaque earum retrocedebat procedentibus reliquis, sed eodem contendebant vniuersæ.

Non conuertebantur rotæ, significat non retrocessisse.

XII. *Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis in circuitu quattuor rotarum.* Hebraice omnis caro eorum, & canthi, vel colla eorum, & manus eorum, & alæ eorum, & rotæ eorum plena erant oculis: quæ verba Cherubinis potius, quam rotis conuenire videntur, quia rotæ

Dubium, an de rotis sit intelligendus hic versus, an vero de Cherubinis.

A nec carnem habent, neque colla, neque alas, neque vero rotas. Ex oppositio est, quod sequitur, *in circuitu quattuor rotarum*, quod non videtur quadrare posse Cherubinis, qui rotas præcedebant, non circunstabant. D. Hieronymus in versione atque in explanatione, de rotis hæc omnia relatiua intelligenda significauit: dicit enim. Rotæ autem istæ non solum carnes habent, vel corpus, aut membra, sed & colla, & manus, & pennas: cuius sensum explicuimus capite primo, versu duodevigesimo; per carnes, vel corpus accipientes metaphorice molem ipsius rotæ: per colla vero, quod Hebraice est גב, gab, hoc est, dorsa, vel terga, vt Græce legitur, intelligentes canthos supremos rotarum: per manus, & pennas, radios quibus rotæ canthi modiolo nectuntur, qui quidem ad modum brachiorum, & pennarum formati visebantur, vt videre est in figura, quam supra posuimus: denique per rotas, vel circulos, ipsos modiolos solidos, quibus axis inseritur interpretantes. Nihilominus si quis contendat vniuersa hæc membra Cherubinorum esse, non multum repugnabimus: nam ipsa clamant, multo accommodatiora esse illorum formæ, quam rotarum figuræ, præsertim cum tam facile diluatur argumentum, quod in contrarium instruebatur. nam Cherubini reuera dispositi erant in circuitu quattuor rotarum, videlicet in circuitu currus ipsius, & singuli iuxta rotas singulas. Quod vero subditur; *plena erant oculis*; vtrisque ex æquo conuenire potest: nam & rotarum dorsa, radij, & modioli cælatis quasi stellis frequentibus collucebant; & Cherubinorum corpus vniuersum eisdem luminibus distinguebatur, vt tam carruca, quam quadriga imago esset expressa cœlestis machinæ, quam repræsentabat. Sed de hac re latius in Commentario, atque explanatione capitis primi actum est. Illud transcursim admonebo, Cherubinos oculis exornatos referre Ecclesiæ Prælatos, *qui* cum *ad institiam eruditunt multos*, fulgent *tanquam stellæ in perpetuas æternitates*. currum vero ocellis plenum iustos significare, qui sicut firmamentum splendescunt, & quasi *Cæli enarrant gloriam Dei*. de quibus Christus. *Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut videant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum, qui in cælis est.*

Hieron.

Supra facie 14. c. 15. Vtraque potest teneri sententia.

Oculati Cherubini Prælatos Ecclesiæ referunt.

Psal. 18. Matth. 5. ℣. 17.

Et rotas istas uocauit uolubiles, audiente me. Hieronymus. Rotæ quoque ipsæ appellatæ sunt lingua Hebraica גלגל, galgal, quod Symmachus, volubiles, Aquyla, rotam, interpretatus est, &c. quod ait Vates, tale quiddam est. Auriga currus, vel ex Cherubinis aliquis, me audiente, clamauit, o Galgal, quod valet, o rota. Quale autem fuerit sequens sermo, vel præceptum rotæ intimatum, reticuit Propheta, sed illud esse rotarum nomen agnouit: nam antea ipsas appellauerat אופנים, ophnim, quod a פנה, phanah, deductum, sonat superficiem, extremitatem, circumferentiam, canthum rotæ, & per synecdochen pro tota rota vsurpatur. Vel deducitur ab אפת, aphath, & tunc significat id, quod impetu circumrotatur vi flatus, vel simili modo, volumina, turbines, gurgites, fluctusue interpretari licebit. Volunt & Hebræi Ophanim Angelorum esse nomen, sicut & Cherubim, atque Seraphim. quibus fauet quod a Propheta dicitur: *Spiritus uitæ erat in rotis*, seu spiritus animalis. Si enim vitali spiritu, vel animali fruebantur, necesse est etiam intellectuales fuisse substantias, quemadmodum & Cherubini erant. Neque par est, eos in gradu infimo censeri, cum Deo sint propinqui, & Cherubinos consequantur, dicente Vate. *Cum euntibus ibant*, &c. certe primus

XIII. *Hieronym.* De etymologia nominum rotarum.

Hebræi putant ophanim rotarum nomen, esse nomen Angelorum, sicut Cherubim.

gradus

Universidad de Deusto Biblioteca

gradus Seraphinis, Cherubinis, & Thronis constat, secundum Dionysium. Cum ergo Ophanim Dei thronum vehant, non constituant; credimus ad eum ordinem nullatenus pertinere. Numerabuntur itaque in secundo, in quo sunt Principatus, Potestates, & Virtutes: & fortasse quos Paulus Græce ἀρχὰς, archas, hoc est, principatus vocauit, Hebraice dicuntur Ophanim.

Dionys. Areop. de cæles. hier.

XIV. *Quattuor autem facies habebat unum: facies una, facies Cherub, & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ.* Quidam sic vertunt ex Hebræo. Facies vnius facies Cherub, & secundi facies hominis, & tertij facies leonis, & quarti facies aquilæ. quasi vero vnicam faciem haberent singuli, atque illis inter se discernerentur. quæ sententia ex eo, quod inferius sequitur, facile potest redargui. *Quattuor*, inquit, *vultus uni, & quattuor alæ uni*. Bene ergo Hieronymus, *Facies prima* vertit, non vero primi: nam ad omnes ex æquo quaternæ facies pertinebant, cum omnes speciem humanam referrent trium animalium insigni bus vestitam, aquilæ scilicet alis, iubis leonis, atque vituli calceis. ergo quod sequitur, *& in tertio facies leonis*, non significat in tertio animali, sed in tertio aspectu animalium omnium. Simili modo, quod subditur: *& in quarto facies aquilæ*, idem est atque quarta facies aquilæ. Porro quod ait, *Facies una*, vel prima, *facies Cherub*, perinde est, ac si dixisset, facies vituli, quia Cherub interpretatur agens currum: quod munus cum proprium sit boum, merito boui, seu vitulo nomen Cherub appropriatur: tametsi quaternis animantibus, quæ Dei carrucam agebant ex æquo impositum sit, & conueniat. Vnde nullo negotio soluuntur variæ, atque intricatæ quæstiones, quæ ab interpretibus quibusdam huius loci agitantur: nimirum. Qualisnam sit facies Cherub a Propheta assignata, & cur pro facie bouis posita sit? An Vati hac secunda visione apparuerit facies bouis, an potius sola facies Cherub vice eius? Cur non omnibus Cherubinis ea facies indita sit, sed soli boui? ad quas tam frigide respondent, quam obscure: nec mirum, cum, ignorata figura rotarum necesse, fuerit etymologiam vocis Cherub ignorari; illa autem non comperta, frustra quærent faciem, quam non agnoscunt. Nos vnico verbo singulis satisfaciamus, præmittentes, quod sæpe iam diximus, rotas hasce tales Prophetæ apparuisse, quales in curru videri solent, curruque vectam gloriam Domini: quo præhabito, respondeo כרוב, Cherub, oriri a verbo רכב, racab, facta literarum metathesi: verbum valet, equitare, vehi equo, vel carruca: nomen vero sonat agens currum; quapropter quattuor Angelos Dei stipatores appellatos ex æquo Cherubinos dicimus, quia agebant vel præcedebant eius currum: faciem Cherub idem esse atque faciem bouis ex vocis appropriatione aptissime facta, quia currum solent agere boues. Vnde iure pro boue posuit Cherub, quia id nomen significabat officium agendi currum; officium vero hoc repræsentabat bouem, cuius est proprium. Vnicam semper esse visam faciem bouis, seu Cherubinorum quartam, scilicet vngulas bifidas vituli; sed eam capite primo dictam faciem bouis; hoc vero capite appellatam faciem Cherub, quod idem sonat, vt diximus.

Cherub interpretatur agens currum.

XV. *Et eleuata sunt Cherubim.* A terra scilicet sese subleuarunt alarum remigio fulta.

Ipsum est animal, quod uideram iuxta fluuium Chobar. Inferius hæc repetuntur.

XVI. *Cumque ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta eas: & cum eleuarent Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant*, &c. Scholiastes. Quod ait, tale quiddam est. Cum incedebant Cherubim, simul cum eis rotæ ferebantur, cum tollebantur sublimes, ipsæ quoque tollebantur: neque enim casu, aut temere, neque sine diuinarum virtutum prouidentia anni ter mini conuertuntur, quos illæ secundum Dei iussum perficiunt, &c. Adde: Neque enim temere, aut casu in Ecclesia militanti, quam significat currus Dei, motus, tumultus, rerum vicissitudines, & regnorum permutationes contingunt; neque sine diuinarum virtutum ministerio, & aurigæ currus prouidentia speciali. Obserua rursum, quam suaui motu aguntur rotæ, cum præeunt Cherubim. & quam facile imitatur populus prælatorum, & magnatum mores: *Pascite*, inquit ad præsules Petrus, *qui in uobis est gregem Dei: prouidentes*, curam agentes, *non coacte, sed spontanee*, id est, non agentes virga, sed inuitantes exemplo, *neque ut dominantes in cleris, sed forma*, exemplar, *facti gregis ex animo*. hoc adiecit; quia non satis est, præire Episcopum, si secundum faciem tantum præit, ne non præcedere videatur; sed ex animo obeat pietatis opera necesse est, quo populus sponte æmuletur nil minus curantem. Spiritus vitæ, quo agitabantur Cherubini ad volandum, excitabat rotas ad sequendum. illi supra terram alis eleuabantur: istæ vix in puncto terram tangentes perniciissimo circumactu sese voluentes consequebantur quadrigas volantes: hoc est quod sequitur.

Diuina prouidentia suauiter agit rerum vicissitudines, & regnorum permutationes, ministerio angelorum. Quales futuri prælati. 1. Petr. 5. ℣. 2.

XVII. *Stantibus istis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur. spiritus enim uitæ erat in rotis.*

XVIII. *Et egressa est gloria Domini a limine Templi: & stetit super Cherubim.* Vidimus ex versu quarto gloriam stetisse in limine portæ atrij interioris sacerdotum, inde ergo discessisse narratur in præsenti. quod vero ait: *& stetit super Cherubim*. [a] Hebraismus est, Latinis significat, stans super Cherubim. neque enim descenderat a vehiculo, vt denuo illud conscendisse dicatur. Scholiastes. Vbique Deum introducit equitantem super Cherubim, vt Iudæorum superbiam reprimat, qui Deum in solo Templo esse putabant.

a Stetit super Cherubim, hoc est, stans super Cherubim. Hebraismus est. Scholiast.

Deus vbique equitat super Cherubim, non in Templo solum.

XIX. *Et eleuantia Cherubim alas suas exaltata sunt a terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt.* Cherubim volantibus, & ad exteriora abeuntibus, rotæ secutæ sunt: deseruit enim simul domum Iacob paterna Dei prouidentia, atque vera religio & fides, migrauitque ad gentes, de qua re capite sequenti. Quod vero ad Grammaticam attinet, Hieronymus videtur legisse eleuantes, & exaltati: nam capite nono sic habet. Quamquam plerique Cherubim neutrali genere, numeroque plurali dici putent, nos scire debemus singulari numero esse Cherub generis masculini, & plurali eiusdem generis Cherubim, &c. atque ita legimus in textu Hieronymi operibus inserto: sed alij codices constanter habent, *eleuantia*, &c.

Et stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea. De porta atrij Israël loquitur, vt ostendimus versu quarto. Sed nota rursum cum Scholiaste, quam ægre cælestis paterfamilias suas egreditur ædes? quam cunctabundus discedit? quam lento, & quot stationibus intercisso procedit gressu? exiens enim a sanctuario stetit a latere portæ vestibuli; inde transijt ad portam sacerdotum, mox egressus domum substitit in ipso limine; ibique Prophetam accitum alloquitur, conqueriturque de sacerdotum & principum flagitijs, quibus

quibus domum suam polluentes ipsum Dominum coegerint pristinum domicilium deserere. Sed de hac re, capitis sequentis initio fusius.

XX. *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia Cherubim essent.* In prima illa visione ad fluuium Chobar sibi repræsentata inuitus fuerat Vates eadem rerum simulachra, eademque personarum imagines, quas narrauit capite primo. Verum tunc præ rei nouitate, atque horroris magnitudine non potuit expressam earum ideam concipere. Obseruauit quattuor esse animalia ex motu; sed quonam ea appellaret nomine ignorabat, cum ex alia parte homines viderentur, ex alia leones, hinc aquilæ, illinc vituli: nunc vero repetita visione, sui magis compos aduertit eandem dispositionem, gestum, & habitum inesse illis animalibus, quæ Cherubinos Templi sortitos esse cognouerat. Sacerdos enim erat Ezechiel, & quamuis non esset ingressus in oraculum, quod non licebat nisi Pontifici, nihilominus nouerat exacte qualis esset Cherubinorum Templi forma, facies, & dispositio, nimirum quam nos supra descripsimus, & delineauimus. Memor igitur figuræ Cherubinorum, atque eam cum animalium, quæ spectabat, habitu conferens, intellexit non esse noua monstra, sed ipsorum Cherubinorum Templi proplasmata, atque prima exemplaria, videlicet intelligentias inuisibiles Cherubinorū faciebus indutas, quæ more suo stipabant Deum Israël, atque triumphi ipsius insignia circumgestabant. Verum hæc latius differuntur in Commentario de prima visione.

Nunc aduertit vates eandem esse visionem hanc cum prima, & animalia esse Cherubinos Templi.

Figura Cherubinorum fac. 14. & 15.

XXI. *Quattuor vultus vni, & quattuor alæ vni.* In Hebræo codice, Chaldæo, apud Hieronymum, atque in aliquot vulgatis legitur bis repetitum: quattuor, quattuor vultus vni. Græci codices non iterant vocem. Ceterum iterata exprimit vim phrasis Hebraicæ, vt numerus cardinalis ea repetitione stet pro distributiuo, quo Hebræi carent: quasi dicat: quaterni vultus singulis erant; nam vnus singulum vaget Hebræis quandoque.

Phrasis Hebraica repetito situr numero cardinali pro distributiuo.

XXII. *Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus, quos videram iuxta fluuium Chobar.* Scilicet hominis in habitu & dispositione corporis, leonis in lubis, aquilæ in alis, vituli in vngulis bipartitis.

Et intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi. Vniuersi & singuli intuebantur anteriora, & eo venire festinabant. Pro *intuitus* Hebraice est מראיהם, marehē, cuius loco Hieronymus solet vertere species, aspectus: gestus diceremus fortasse significantius: nam oris gestu indicabant se ad anteriora properare. Pro *impetus* Hebraice est אתם, orham. Septuaginta eius loco posuerunt: Et ipsa vnum quodque eorum, &c. alij, essentia eorum, alij transtulerunt, & ipsimet. Hieronymus videns eam vocem significare signum, transtulit egregie, impetus earum, quasi dicat: Impetu ipso indicabat vnusquisque, atque præseferebat quasi in fronte impressum, vlterius se destinasse procedere, regredi minime. Vbi obseruandum est, Vatem dixisse, *ante faciem suam ingredi*, ne decipiamur putantes Cherubinis quaterna fuisse ora; vnum ante, aliud retro, binaque a lateribus eiusdem capitis; vel quaterna capita in quattuor lateribus eiusdem corporis, vt multi interpretes commenti sunt: quod si ita esset non dixisset Vates: *Impetus singulorum ante faciem suam ingredi*, sed, ante facies suas, cum multæ essent in singulis facies, hoc est, ora. Immo neque hoc dicere posset, cum versus omnes simul moueri non possent. Facies igitur hoc loco est os, quod vnicum erat in singulis, idque humanum. Verfibus autem superioribus vultus, vel facies, sunt aspectus, similitudines, habitus, vt fusius tractauimus & demonstrauimus supra. Atque hæc de litera capitis. Quoniam vero hæc postrema Vatis sententia sæpe repetita est vtroque capite, visum est eandem accuratius considerare, & dilucidare.

Hierony.

Cherubini non in quattuor partes simul aspiciebant, sed in vnam tantum.

Supra expl. cap. 1. & Comm. de pri. visione.

Impetus, inquit, *singulorum ante faciem suam ingredi.* & alibi. *Ibant, & non reuertebantur; & non reuertebantur cum ambularent*, &c. Quorsum tam frequens eiusdem sententiæ iteratio? præsertim cum nil mirandum, aut nouum contineat. Quid enim mirum, non retrocedere Cherubinos, auriga procedente? Primum quidem hic insinuatur ipsius aurigæ constans, & immutabile propositum Synagogam deserendi, atque ad Ecclesiam migrandi: Prophetamque ea oratione significare voluisse, quod Samuel dixit ad Saulem. *Porro triumphator in Israel non parcet*, non conniuebit, *& pœnitudine non flectetur.* nam habitu triumphantis apparuit Deus Israël, cum quadrigas agit antrorsum, neque eas retrocedere sinit. Verum si ad ethicem conuertamur, inuenimus Christianæ vitæ expressam hypotyposim in hac Cherubinorum progressione, atque impetu ad vlteriora tendendi. Quid enim aliud est pietatis nostræ institutum, quam iter agentium? quam peregrinantium? quam nauigantium? quam contendentium in agone? *Audentes*, confidentes, *igitur semper*, ait Paulus, *& scientes, quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus*, confidimus, *autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dominum: & ideo contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi*; &c. Nota verba illa, *peregrinamur, ambulamus, contendimus.* & iterum. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere: nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem*, &c. *Facta est* industria femina, *quasi nauis institoris de longe portans panem suum. Et quasi naues poma portantes*, ait Iob. *At via nauis in medio mari* admiranda celeritate conficitur. *Nescitis*, ait Apostolus, *quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum*, &c. & iterum. *Ea, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens me ipsum: sequor autem si quo modo comprehendam. Neminem salutauerit* dictum est Apostolis, ne vel vrbanitatis verbis a cursu cœpto retardarentur: par est enim, vt consequantur Cherubim aurigam, milites ducem. at ipsius aurigæ non inane cognomentum est. *Accelera spolia detrahere, festina prædari*: & in psalmo. *Exultauit vt gigas ad currendam viam, a summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.* id est, non destitit ab incœpto quousque a carceribus, vnde erat egressus, ad metas stadij cucurrit, & a metis iterum ad carceres eadem animi contentione peruenit. In Exodo Agnum paschale iubentur comedere filij Israël festinantes, atque baculis armati, quæ sunt iter agentium instrumenta propria. quamobrem decet nos *tantam habentes impositam nubem testium*, inquit Paulus, *deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam* currere *propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum.* nam *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*.

Hac phrasi Dei constans propositum deserendi Synagogam, ut ad Ecclesiam migraret, significatur aperte. 1. Reg. 15. ℣. 29.

Vita humana, nia est peregrinorum.

2. Cor. 5. ℣. 6.

Hebr. 11. ℣. 13.

Prouer. 31. ℣. 14.

Iob. 9. ℣. 26.

Prouer. 30. ℣. 19.

1. Corin. 9. ℣. 24.

Phil. 3. ℣. 12. & 13.

Luc. 10. ℣. 4.

Isa. 8. ℣. 3. Ps. 18. ℣. 6.

Exod. 12. ℣. 11.

Hebr. 12. ℣. 1.

Matth. 11. ℣. 12.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VNDECIMVM.

ARGVMENTVM.

Vaticinatur Hierosolymitanis excidium: detentis vero Babylone reditum promittit in patriam.

I. ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum: & ecce in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi.

II. Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in urbe ista,

III. Dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.

IV. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis.

V. Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: Loquere: Hæc dicit Dominus: Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis uestri ego noui.

VI. Plurimos occidistis in urbe hac, & implestis uias eius interfectis.

VII. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educam vos de medio eius.

VIII. Gladium metuistis, & gladium inducam super uos, ait Dominus Deus.

IX. Et eijciam uos de medio eius, daboque uos in manu hostium, & faciam in uobis iudicia.

X. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego Dominus.

XI. Hæc non erit vobis in lebetem, & uos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos.

XII. Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.

XIII. Et factum est, cum prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans uoce magna, & dixi: Heu, heu, heu Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel?

XIV. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

XV. Fili hominis, fratres tui, fratres tui, uiri propinqui tui, & omnis domus Israel, uniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem: Longe recedite a Domino, nobis data est terra in possessionem.

XVI. Propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longe feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris; ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas uenerunt.

XVII. Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo uos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque uobis humum Israel.

XVIII. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa.

XIX. Et dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum:

XX. Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum.

XXI. Quorum cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum uiam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

XXII. Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super ea.

XXIII. Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem urbis.

XXIV. Et spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem, in uisione in spiritu Dei: & sublata est a me uisio, quam uideram.

XXV. Et locutus sum ad transmigrationem omnia uerba Domini, quæ ostenderat mihi.

EX-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS VNDECIMI.

I. *ET eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini Orientalem, quæ respicit ad solis ortum.* Hebraice. Et eleuauit, & venire me fecit: neque enim extra Templum erat Vates, vt egeret introduci in illud: constat enim ex atrio interiori spectasse cædem sacerdotum, atque audijsse incendij sententiam pronuntiari. Raptus igitur sublime ab atrio sacerdotum deducitur ad portam Orientalem atrij exterioris, vbi scilicet constiterat Dei gloria; in quam quoniam inductus est, merito potuit Hieronymus vertere, introduxit me, scilicet ab atrio venientem in portæ ipsius vestibulum. Diximus enim capite octauo, atque capite quadragesimo iterum repetemus, portas Templi Salomonis, quarum hic meminit Vates, extructas fuisse ad instar portarum vrbium, quæ in turribus aperiuntur, duplicique ostio constant, atque medio inter vtrumque dilatãtur vestibulo. Porro quod geminat Vates: *Portam Orientalem, quæ respicit ad solis ortum*: Eodẽ modo legitur apud Hebræos, quorum est proprius idiotismus repetitio. Non desunt, qui secundam orationem additam putent, vt significaretur eam portam esse extimam Templi; neque alia vlteriori impediri, quo minus aspiceret orientem solem. Ceterum vero simile est, extra portam atrij Israël fuisse portam atrij gentium in eadem regione Orientali constructam, non secus atque in ceteris regionibus extitisse compertum est: quanquam pro horum sententia responderi potest, ad Orientem eam portam in atrio gentium superfluere, cum propter altissimam vallem ab Oriente subiectam, nullus omnino ad eam portam patéret accessus. Sed de his latius suo loco.

Portæ Templi quales fuerint.

Et ecce in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium AZur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi. Tametsi ternæ portæ ad totidem cæli regiones spectantes in domo Domini essent celebres ob popularium vndequaque in Templum subeuntium frequentiam; Orientalis tamen omnium erat celeberrima, & habebatur dignissima, quod ex ea, tametsi a longe, cerneretur augustissima sanctuarij facies ad Orientem conuersa: propterea ad eam confluebat tam indigenarum, quam hospitum numerosior conuentus; quod vel ex Ieremia colligere licet, in quo legimus. *Sta in porta domus Domini* (haud dubio Orientali; quæ antonomatice id nomen sortita est) *& prædica ibi verbum istud, &c.* Qua de causa cum infimatibus magnates etiam concurrebant ad portam Orientalem, non solum, vt ex ea in Templum subirent; sed potissimum quoniam in ea, qui magistratus erant grauiores, quandoque causas tractabant, vt patet apud Ieremiam dicentem. *Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ, & locuti sunt sacerdotes ad principes* Iuda, *& ad omnem populum. Iudicium mortis est viro huic.* Tales credimus extitisse viginti & quinque viros a Vate recensitos: nam vero simile est viginti quattuor fuisse duces, & capita vigintiquattuor regionum, in quas ciuitas Ierusalem partita erat, vt ex Hebræorum scriptis accepimus. Vigesimus quintus autem videtur esse princeps de domo Iuda totius vrbis moderator, qui ciusmodi ducum conuentibus præerat: nam magistratus eos omnes fuisse, numerus definitus declarat: qui frustra appositus videatur, si principum collectio tumultuaria esset, aut fortuito contigisset. Accedit, a Vate appellatos principes populi, atque de rebus publicis serio inijsse consilium, sententiasque varias dixisse, vt mox ostendemus. Denique ipsis vigintiquattuor iudicibus, hoc est, reliquis præter principem domus Iuda, exacte respondere vigintiquattuor seniores vices Ecclesiæ gerentes, qui in Apocalypsi visuntur adstare Deo, & Agno. Sane quidẽ illi duo nominati Iezonias, & Pheltias Ezechieli notissimi erant, vtpote præcipua inter ceteros auctoritate, & dignitate conspicui. Putarunt Græci tractatores, quos citare solemus, hosce viginti & quinque viros eosdem esse cum illis, qui capite octauo visi sunt ad orientem solem adorasse, atque eiusdem historiæ repetitionem factam esse notarunt. Verum alios ab illis extitisse locus vtrorumque testatur: nam illi adorabant inter vestibulum & altare, atque adeo sacerdotes creduntur fuisse: isti vero consultabant de Reipublicæ commoditatibus ad extremam Templi portam, dicunturque principes populi.

ex Hebræorum sententia.

II. *Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista.* Hebraice consultantes consilium nequam: ex quo firmius roboratur, quod modo dicebamus, hosce viros præfectos fuisse Vrbis, atque ad portam non casu conuenisse, sed vt de rebus publicis consilium facerent. Erat autem eorum mens praua, atque consilium nefarium contra prophetarum oracula susceptum: dicebant enim:

Principes populi aduersus prophetas consilia ineunt.

III. *Nonne dudum ædificatæ sunt domus.* Hebraice. Sic legitur ad literam. Non in propinquo ædificare domos; quod Chaldæus sic vertit. Non in propinquo ad ædificandum domos. Neotericorum quidam sic transfert: Non in propinquo est contritio, ædificemus domos. Alij: Non est prope, ædificandæ domus: quod sic intellectum volunt. Non fiet breui, quod dicunt prophetæ, ædificandæ igitur sunt domus. Septuaginta autem alium innuunt sensum: dicunt enim. Nonne nouiter ædificatæ sunt domus? quos Hieronymus imitatus est: eorum versionem reliquis vt simpliciorem, ita fideliorem, atque contextui viciniorem merito suo existimandam censemus. Sequitur enim. *Hæc est lebes, nos autem carnes*: Quam sententiam varie interpretantur. Hieronymus sic. Licet nuper post primam captiuitatem ædificatæ sint domus, quæ ante corruerant, tamen scimus hanc ciuitatem esse instar lebetis, nosque pro carnibus, vt in ea consumamur, & concrememur, iuxta illud, quod in Isaia scriptum est. Tempestas cum pertransierit, non assumet nos, &c. Quod videtur ab Origene mutuasse. Sic enim habet Origenes manu scriptus. Sensus huius loci talis est: Hi, inquit, dicunt, nuper videntes Vrbem reædificatam post præteritam captiuitatem, licet recens extructæ sint domus, Vrbem tamen hanc similem esse lebeti pleno cadaueribus; carnium vero, quæ sunt in illo,

Falsis & leuibus coniecturis nitentes Dei minas non timent.

Hieron.

Variæ loci interpretationes.

Hieron.

Isa. 28. secundum Septuaginta.

Origenes.

Porta Orientalis Templi omnium erat celeberrima.

Ier. 7. ỳ. 2.

Ier. 26. ỳ. 10

Ierusalem partita erat in 24. pagos, seu regiones

vicem nos obire, Babyloniorum igne nos circun- A dante, vt flammam hostilis ignis vitare nequeamus, &c. Quæ quidem expositio secum videtur pugnare: nam si recens structæ erant domus, & Vrbis mœnia restituta, consequens erat, vt munita ciuitas facilius obsidentis conatibus obsisteret: atque adeo minus videbatur timendum, quod Vrbs quasi lebes igne Babyloniorum incenderetur, ipsique quasi carnes intus adurerentur. Reliqui Græci alia incedunt via. Scholiastes ita interpretatus est. Minitantis Prophetæ verba irridebant Iudæi, ad ædificiorum pulchritudinem respicientes, & aperte dicebant, finem impositum esse iracundiæ diuinæ post præteritam captiuitatem: ita quibus rebus illos erudiri oportebat, ijs grauius peccabant. Solum enim Ieremiæ visionem illudentes, vidisse dicebant B ollam succensam respicientes Vrbem: *Hæc est lebes, &c.* Alius vero Scholiastes idem repetit in hæc verba. Quippe eleuantes ipsi & exagitantes Prophetam Ieremiam dicentem, ollam succensam se cernere a facie Aquilonis: Hæc est olla, repetebant, &c. Vterque truncam, & mancam reliquit versus sententiam, quam tamen Theodoretus ex ipsorum mente, vt solet, absoluit, dicens. Accusat & principes, & subiectos illis vt contraria Deo consulentes, & Prophetis repugnantes, neque eorum dictis volentes habere fidem: fore scilicet, vt hostibus tradantur: sed sibi persuadentes, vt Vrbem incolentes, ibi sortiantur vitæ finem: nuper enim domus, aiunt, ædificatæ sunt, & in ipsis habitabimus, & vitam finiemus, &c. Contexuit reuera orationem Vatis C Theodoretus, sed non explicuit analogiam lebetis ad Vrbem, & carnium ad ciues, quæ in ipsius sensu duplex esse potest. Lebes enim tuetur, & contegit carnes, atque ex materia solidissima conflatur: quare merito ab ipsis vsurpari potuit in signum munitionis vrbis firmissimæ; respondetque ea metaphora adamussim verbis præcedentibus. *Nonne dudum ædificatæ sunt domus?* Quid igitur metuendum est ciuibus æneo muro circummunitis? Bene habet Ieremias, vidisse se ollam succensam: hæc vrbs est olla recens ex æneis muris conflata, &c. Præterea in lebete coquuntur carnes, & quousque omnino decoquantur non extrahuntur: nam & filijs Heli vitio datum est, quod ante decoctionem fuscinula extrahebant carnes victimarum ex lebete. D Quare significare potest olla quidem Vrbem, carnes vero ciues, decoctio extremam senectam, ad quam vsque sibi promittebant intra vrbis patriæ mœnia esse fruendos. Ijs Græcorum expositio compleri posset, & confirmari. Veruntamen sequentibus aduersari videtur: nam versu octauo consultantium mentes detexit Dominus in aliam sententiam inclinasse: ait enim: *Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, &c.* En quid sibi volebant illa verba: *Hæc est lebes, nos autem carnes*: nimirum. Venient Babylonij, & obsidentes Vrbem succendent eam: nosque in medio eius quasi carnes dissecabunt, & decoquent: non est ergo tutum in vrbe manere, sed in Aegyptum descendere, aut Aegyptiorum auxilia nobis comparare: atque hæc erat responsio ad alio- E rum confidentiorem sententiam, qua decreuerant, nil sibi timendum fore a Babylonio, cum dudum extructæ fuissent domus, atque Vrbis mœnia restituta: quibus maior, vt videtur, pars consultantium respondit in oppositam sententiam; quam Origenes, & Hieronymus tradidetunt: Quo firmiora, inquiunt, sunt Vrbis munimenta, tanto præsentius nobis impendet periculum; immo tanto certior pernicies: nam validis muris, quos ædificauimus nuper, concluſi non secus incendemur, atque in lebete æneo carnes elixantur. Duplex itaque oratio duplicem continet, atque contrariam diuersorum principum opinionem, quod nisi obseruetur, vix cohæret sibi contextus. Eiusmodi quippiam vsu venit in alijs Scripturæ locis, præsertim in Ieremia, vbi post seniorum sententiam dictam pro causa Ieremiæ, subditur continenter. *Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, &c.* Quæ oratio oppositum continet suffragium; quare sacerdotum esse credendum est, qui Ieremiam accusauerunt: & exemplo Vriæ Prophetæ a Ioacim interempti, eum neci tradere satagebant: quod nisi animaduertas nulla ratione possis dissidentem a se orationem concordare, mentemue Prophetæ assequi. Atque hæc est expositio Origenis diuersa, vt apparet, a Græcorum interpretatione. Nihilominus, si accuratius vtraque perpendatur, eodem recidit omnino, & cum versu octauo sequenti mirifice conuenit, atque cum Ieremiæ vaticinio præclare consentit. Suadebat illis Ieremias: Tradite vos Babylonijs, & viuetis: quod si in Vrbe repugnare illis nitimini, ipsa succendetur, vosque peribitis. Illi contra: Non est, inquiunt, quod nobis timeamus a Babylonio, firmissimis & recens structis muniti præsidijs: quod si Ieremias instat, se vidisse ollam succensam; sit sane: hæc ciuitas est lebes, nos simus in ea carnes: malumus concremari igne, quam gladio iugulari. Hoc autem dicebant timentes quidem gladium, nec fidem habentes prophetæ oraculis: nam quasi per iocum, & ironiam iactabant illa verba: hæc est lebes: exurendi in ea sumus: nil minus: quod ita accepisse Hieronymum patet ex versu Isaiæ, quem citat: Tempestas cum pertransierit, non assumet nos: qui eorum animum detegit ironice loquentium, & Prophetam potius irridentium. Ergo expositio Origenis, & Hieronymi adiuuanda est, subintelligendo ironiam; atque ita conueniet cum Græcorum explanatione, quæ explicatior est, & simplicior.

Ideirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Hebraice, & apud Septuaginta: Vaticinare super eos, vel contra eos; quod idem fere valet. IV.

Et irruit in me Spiritus Domini. Septuaginta vertunt, cecidit super me. Chaldæus. Resedit super me spiritus prophetiæ a facie Domini. Ceterum Hieronymus significantius expressit energiam verbi נפל, nephal, quod in eiusmodi phrasibus valet, aliquid de superiori loco cum vi, & impetu ruere. Ergo sensus est. Diuina quædam lux, & vis de supernis demissa me repente occupauit, inuasitque, atque ad loquendum excitauit: *Et dixit ad me: loquere, hæc dicit Dominus. Sic locuti estis domus Israel.* Fortasse repetiuit Vates eorum verba, *hæc est lebes, &c.* Ceterum breuitatis gratia subticentur: quod solet in sacris literis sæpius fieri, cum constat ex superiori narratione, qualis intelligenda sit oratio, vt ibi. *Sic & sic locuta est puella, &c.* V. *Chaldæus. Hieron.* 4. Reg. 5. ℣. 4.

Et cogitationes cordis vestri ego noui. Scio & teneo qualia verba protuleritis ore, nec me latet quali mente ea fitis locuti: quasi dicat: Audiui vos dicentes: *Hæc est lebes.* Et cordis vestri diffidentiam, & metum percalleo satis.

Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. Vt videre est in libris Regum. *Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os. &c.* Et in Ieremia Necem prophetæ Vriæ a Rege Ioacim patratam, atque aliorum carnificinam, inferius enummerat Propheta noster. VI. Huius reiiciendæ historia habetur. 4. Reg. 21. ℣. 16. Ierem. 26. Isa. Ecc. 19

Scholiast.

Alius Scho.

Theodor.

Analogia lebetis ad vrbem, & carnium ad ciues, duplex.

Prima securitatem promittit, & vrbis munitionem.

Secunda decoctionem, hoc est vitæ senium expectare posse ex analogia lebetis.

Auctoris sententia ex sequentibus probatur.

Hortantur sese, vt ab Aegypto auxilium expetant.

Pro-

VII. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes.* Origenes. Vrbem quidem esse lebetem vere dicitis, & non item vos esse carnes, quæ contineantur; mortui enim, quos in medio eius percussistis, ij sunt carnes, vobs autem lebes. Vos vero in Vrbe non manebitis: exportabo enim vos: ergo ciuitas si alijs est olla, vobis certe non est: &, si quidam erunt in medio eius vt carnes, vos certe nequaquam. Iudicabo enim vos cum fueritis in extremis Israëlis finibus, ac talia vobis inducam, vt etiam postea me esse Dominum intelligatis, &c. Polychronius. Maxime vero ne ita quidem prædictio inanis fuit: lebetem enim fecistis Vrbem, pauperes in ea iugulantes, & loco ignis vos illis fuistis: scitote porro quod aduersus Vrbem sententia feretur, & grauiora, quam ipsi a vobis iniuria violati, patiemini, &c. Scholiastes. Non, vt vos, inquit, dicitis, carnes nos sumus, ita erit: sed carnes sunt ij, qui a vobis de medio sublati sunt. Vos vero ne in hoc quidem delectum iri puto, vt ne patria quidem, ac domestica sepultura dignemini. Verum in montibus moriemini insepulti mansuri, & auium esca, &c. Videtur Propheta meminisse carnium victimarum, quæ in ollis coquebantur, atque ita lusisse: carnes sunt membra mactati pecoris: propterea innocentes, quos vestro consilio Manasses iugulauit, apposite dicendi sunt victimæ, eorumque cadauera, carnes in lebete decocte: vos autem viui alio transferemini, eo honore indigni, vt intra Vrbis pomeria sepeliamini: verum infra hæc metaphora fusius tractabitur.

Origenes. Polychr. Scholiast. Inf. Ezech. 24.

VIII. *Gladium metuistis, & gladium inducam super vos.* Diximus supra ex Ieremia, Iudæos præ metu gladij noluisse acquiescere consilijs Ieremiæ, qui Dei nomine eos ad deditionem spontaneam adhortabatur: hoc est igitur, quod ipsis comminatur Ezechiel: Gladium Babyloniorum metuentes noluistis vos tradere illis, idcirco gladius eorum discindet vos.

Supra ℣. 3.

IX. *Et ejiciam vos de medio eius, daboque vos in manu hostium, & faciam in vobis iudicia.*

X. & XI. *Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, &c.* Id est. A Babylonijs abducemini in Reblatha, quæ est in finibus terræ Israël, ibique iure vobiscum agam.

Lege pro intelligentia huius versus 4. Reg. 25. & Ier. 39.

Quia in præceptis meis non ambulastis, &c. Hæc explanauimus capite quinto.

XII. XIII. *Et factum est cum prophetarem, Pheltias filius Banaie mortuus est.* Scholiastes. In superioribus quidem minas adhibuit, hîc vero minarum finis: quocirca cum esset humanissimus Vates, & vereretur ne statim supplicium in omnem populum dæseuiret, supplicationem proponit. Porro mortem Pheltiæ demonstrat Deus, vt ab ijs, quæ iam facta essent, etiam futura credibilia redderet domui captiuitatis, &c. Theodoretus. Videt Propheta illorum opera, qui iussi fuerant ciuitatem, nulli parcentes, cædere, &c. Cuius sententia nobis valde probatur: nam quemadmodum consistens in atrio interiori vidit sacerdotum stragem ad altare Domini; sic e porta extima nunc obseruat principum sæcularium supplicium, per eos, qui secures portabant, executioni mandatum. Sed duo sunt hoc loco explicatu difficilia. Primum, quomodo Vates dicit: *Cum prophetarem, Pheltias mortuus est*, cum nil hucusque prophetauerit, sed potius Deum loquentem auscultauerit. Cui tamen quæstioni respondendum est, eadem verba, quæ a Domino sibi instillabantur, Prophetam ore protulisse: propterea enim spiritu prophetiæ denuo irradiatus, & actus fuerat; tametsi ipse, ne eadem bis repeteret, tantummodo narrat,

Scholiast. Theodor. Deus ipse loquitur ore prophetarum.

A quæ a Deo acceperat, non item quæ protulerat: nisi forte prophetare hoc loco sit prophetiam audire, vt apud Paulum. *Mulier orans, aut prophetans, &c.* Altera quæstio est; ad quosnam ista prophetauerat, cum ad Hierosolymas pertineant, ipseque in Babylone corpore consistens in Ierusalem spiritu tantum raptus fuerit, vt ex capite octauo, & ex initio, & fine huius videre licet? Cui satisfit, si dicamus, non esse nouum eos, qui vehementi ecstasi rapti sunt, ita se gerere, ac si reuera corpore etiam, & non solo spiritu præsentes adessent. Ergo sensus huius loci est. Cumque per visum Deum mihi loquentem audirem, eiusque verba principibus Iuda repetere mihi viderer, vnum ex eis mortuum esse videre mihi visus sum.

1. Cor. 11. ℣. 5.

Mors Pheltiæ in visione ostensa est Prophetæ.

B *Et cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu Domine Deus.* Hanc interiectionem explicuimus supra capite nono cum in eandem sententiam a Vate proferretur primum.

Consummationem tu facis reliquiarum Israel. Quidam codices Latini addunt his verbis interrogandi signum, alij secus. Hebraice, & Græce simpliciter enuntiantur. Ceterum idem sensus ex vtraque pronuntiatione colligitur. Polychronius. Mirari licet qua ratione, cum vnum viderit mortuum, simul de omnibus queritur: non enim opinor vnius morte simul ceteri pereunt. Verum hoc quemadmodum Propheta erga populum esset affectus, ostendit.

Polychr. Caritas Prophetæ, amorque in suos contribules hoc planctu ostenditur.

Et factum est verbum Domini ad me dicens: XIV.

C *Fili hominis fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem: Longe recedite a Domino, nobis data est terra in possessionem.* In Hebræo & Græco codice, atque aliquot Latinis manuscriptis, textuque operum Hieronymi repetitur illa oratio: *Fratres tui, fratres tui*: quarum alteram redundare putantes librarij, aut scioli eraserunt, cum valde sit necessaria ad sensum iteratio eius orationis: nam alioqui pendet sensus, illa vero addita, completur hoc modo. Ne putes, o Vates, me perdere reliquias Israel, aut ciues Ierusalem voces reliquias in posterum seruandas, quod supersint adhuc in patria, quasi spes & seminarium gentis: non sunt illi reliquiæ, sed fratres tui; fratres, inquam, tui sunt reliquiæ, nimirum qui tecum in Babylonem meo præcepto obtemperantes

XV.

Insultant impij iustis captiuis, sed horum curam Deus gerit, illos punit.

D descenderunt, quibus insultant Hierosolymitani, quod se dedentes Babylonio, Dei hæreditati cesserint, & sese abdicauerint omni iure filiorum Israël, quo ipsi soli in posterũ sint potituri, &c. Theodoretus hæc breuiter suo more. Qui nunc habitant Ierusalem illos deridentes dicere audebant. Vos Dominus a se procul esse voluit, sed nobis promissionis terram distribuit: id circo, inquit, contra omnia fiẽt: nam vos nec i tradam, illorum autem curam habebo. Appellat autem fratres Prophetæ eius cognatos, & sanguine coniunctos, quos scilicet deinde dicit propinquos. Nam Hebræis frater non solum significat eum, qui eodem patre genitus est, vel eodem auo communicat; sed etiam eum, qui est eiusdem familiæ: nam Abraham ad Loth ait. *Fratres enim sumus, &c.* & Laban ad Iacob. *Num quia frater meus es, gratis seruies mihi?* Interdum propinqui etiam appellantur, qui reuera fratres sunt, vt in Leuitico. *Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis, id est, super patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque & sorore virgine, &c.* Tametsi propinquus est consanguineus aliquanto remotior fratre, sed eiusdem sturpis. Qua ratione multos Prophetæ pro-

Theodor.

Hebræis frater quis dicatur, & propinquus. *Gen.* 13. ℣. 8 *Gen.* 29. ℣. 15. *Leuit.* 21. ℣. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pinquos cum eo in Babylonem descendisse credendum est: nisi malis, nomine fratris, & propinquitas, qui latius vsurpato, significatos esse vniuersos Leuitas, qui Babylonem descenderant, & non solum eos, qui de stirpe Ezechielis censebantur, quod vero similius est. nam versu inferiori, vt non solum Leuitas omnes, aut Iudæos, sed etiam ceteros ex varijs tribubus, qui simul cum Prophetа fuerant abducti, comprehenderet, adiecit Dominus: *& omnis domus Israel*, &c.

XVI. *Propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longe feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris; ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt.* Hieronymus *sanctificationem* interpretatur iustificationem, aut cordis munditiam: Ero in paruam, inquit, sanctificationem, dum plerique inueniantur in eis, qui idololatriæ nequaquam colla submittant. Scholiastes quidam sic habet in eandem fere sententiam. Non modo, inquit, in captiuitate consolatione illos dignabor propter sanctos, sed etiam malis eos liberabo, hoc est, mutabunt sententiam. Idem fere Cyrillus. Quid igitur, inquit, nobis in his magna denuntiat mens? quid daturum se pollicetur Deus? cordis mutationem, & conuersionem ex proteruo, duroque sensu in habitum tenerum, ac delicatum. Subdit alius. Post reditum enim ex Babylone nunquam amplius idola coluit Israël. Alius vero sic. Sanctificationem modicam ait, quod haberent illi in captiuitate prophetas quosdam, & iustos, vt Danielem, & pueros, & Zachariam prophetam. Theodoretus denique altius Scholiastis verbis repetitis sic intellexit. In alienis terris expectatione mutationis calamitatum, & spe bonorum consolationem illis afferam: hoc enim significat, cum dicit: *ero eis in sanctificationem modicam*. Nihilominus vero similius existimamus hoc loco sanctificationem (hebraice מקדש, miqdas) significare, quod alias solet, Templum Domino sanctificatum: hoc enim valet inferius. *Polluisti sanctificationẽ tuam, &c.* Et superius. *A sanctuario meo incipite*. vbi idem nomen repetitur: & in Threnis. *Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ*. Et in Machabæorum libro. *Viderunt sanctificationem desertam*. Simili ratione in præsenti vsurpatur, pro sanctuario scilicet, hoc sensu. Ero eis in sanctuarium paruum: quæ promissio mirifice quadrat exulum desiderio; vna solatur eorum mœrorem, atque accepta a ciuibus Hierosolymitanis improperia affatim compensat. Namque vel ea potissimum de causa illi exulibus insultabant, quod Dei sanctuario ipsi potirentur, in quo solatium, perfugium, & præsidium tutissimum se habere existimabant. contra exules id potissimum lacrymis effusis prosequebantur, quod suam arcem, & refugium vnicum amississent, vt patet in psalmo. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion*. Et iterum. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Vide quam acerbe ferebant hymnos, quos in Templo assueuerant, inter exteros canere non posse. ijs igitur; qui tametsi peccatorum pœnas luebant; at Dei oraculis obsequentes sese dederant Babylonio, & eo nomine præter cetera, Templi se aspectu, & aditu abdicauerant; clementissimus Deus pollicetur, ne inter hostes quidem existentibus defuturum Dei sanctuarium. *Ego*, inquit, *ero eis in sanctificationem modicam*, vel sanctificatio modica, &c. Sed quare apposuit *modicam*? quoniam paucis numero exiguum sanctuarium erat satis: ac si diceret: Non desiderabunt sanctuarium, etiamsi a Hierosolymitano longe absint: ego illis Templum alterum ædificabo, quantum illis sufficiat. Eadem promissio extat inferius. *Dabo sanctificationem meam in medio eorum*. & apud Isaiam, vbicunque sint fideles, promittit erigendum a se tabernaculum, atque in eo gloriam suam collocandam, necnon desuper protegendam nube per diem, & igne per noctem, vt olim tabernaculo Mosaico prouidere solebat. *Et creabit*, inquit, *Dominus super omnem locum montis Sion* (vbicunque Ecclesiæ filiæ Sionis congregatæ fuerint) *& vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte, super omnem enim gloriam protectio*, debetur omni arcæ testamenti id vmbraculum, *Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & abscondionem a turbine, & a pluuia*. Quale autem sit futurum hoc tabernaculum declaratur ab eodem Isaia. *Et erit vobis*, Messias, *in sanctificationem*. Id est, in sanctuarium munitum, *in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel*, &c. qui scilicet carnaliter id Templum intelligebant; cum reuera spirituale tabernaculum hîc promittatur, non materiale; atque ad tempora Messiæ tam fausta promissa referenda sint. tametsi quodammodo & ex parte in populo illo completa esse noscantur: nam, vt Græci adnotarunt, interiori solatio, spe melioris sortis, atque idololatriæ tædio, Deus illis in Babylone degentibus prouidebat, vt olim solebat e Templo sancto suo: atque hoc reuera est, Deum illis fuisse sanctificationem, hoc est, quasi e sanctuario altero ipsis prospicere.

XVII. *Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel*. Hieronymus. Hæc sub Zorobabel filio Salathiel, & sub Iesu filio Iosedech sacerdote magno, & sub Esdra, & Nehemia accidisse tribui Iudæ, & ijs, qui cum eis reuersi sunt, plerique existimant: habitatores quoque Ierusalem, qui cum Sedecia rege Iudæ capti sunt, vel qui fugerunt cum Ieremia in Aegyptum, in omnes terras esse dispersos, & nequaquam reuersos in vrbem Ierusalem, &c. Huius sententiæ prior pars indubitata est, altera vero improbabilis, videlicet solos reuertisse Hierosolymam tempore Zorobabelis eos, qui cum Ezechiele, & rege Ioachin in Babylonem descenderant: eos autem, qui tempore Sedeciæ capti sunt, vel in Aegyptum profugerunt, nunquam remeasse in patrias sedes: nam de ijs, qui erant Hierosolymis obsidendi sub Sedecia, prophetauit Ezechiel, vt capite quinto vidimus, in tres partes fore partiendos: atque ex tertia earum, quæ in omnem ventum fuerat dispergenda, colligendos esse aliquot, atque sub Dei protectione fouendos. ex quibus nonnulli postea tradendi igni prædicuntur, flammamque excitaturi, quæ vniuersam Vrbem absumeret. Quod Vaticinium impletum fuisse tempore Antiochi, & Machabæorum, atque etiam tempore Christi Domini, negare non possumus. Quare falsum esse deprehenditur, promissionem Ezechielis de reditu in patriam competere solis propinquis Ezechielis, vel ijs, qui cum Ioachin Rege migrarunt in Babylonem, & non etiam Iudæis, qui cum Sedecia eo tempore Ierusalem incolebant.

Et ingredientur illuc: mutatio personarum in sacris non infrequens: *& auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa*. Offensiones & abominationes ignominiosa sunt idolorum vocabula, vt capite quinto docuimus.

Theo-

Alius Scho. — Alius vero sic.

Theodor. — Theodoretus denique altius Scholiastis verbis repetitis sic intellexit.

Inf. 28. ℣. 18 — Inf. 28. ℣. 18

Sup. 9. ℣. 6. — Sup. 9. ℣. 6.

Thre. 1. ℣. 7 — Thre. 1. ℣. 7

1. Mach. 4. ℣. 38. — 1. Mach. 4. ℣. 38.

Psal. 136. — Psal. 136.

Infra. cap. 37. ℣. 26. — Infra. cap. 37. ℣. 26.

Isa. 4. ℣. 5. & 6. — Isa. 4. ℣. 5. & 6.

Isa. 8. ℣. 14 — Isa. 8. ℣. 14

Hieronym. — Hieronym.

Hieronym. Sanctificatio modica quid significet ex Patrum sententia.

Scholiast.

Cyrill. in Io.

Alius Scho.

Sanctificatio significat Templum.

Deus eos, qui sibi obsequẽtes Babylonio se dederant, consolatur, mirifice se ipsum exhibens vice carorum.

Hæc promissio sanctificationis adtempora Messiæ referenda est

Qui fuerint, peracta captiuitate, reuersi in Ierusalem

XVIII. Israelitæ quasi igne captiuitatis in Babylone decocti, rubiginẽ idololatriæ depositurus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theodoretus. Hoc docet nos Esdræ historia, & Machabæorum scriptura: nam post reuersionem e Babylone, relicto idolorum cultu, auctorem omnium rerum Deum studiose colere perseuerabunt, &c. hoc est, quod Isaias promiserat. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit in spiritu iudicij*, & quod idem alibi dixerat: *Excoquam ad purum scoriam tuam*, &c. quæ omnia significant igne aduersitatis decoctos Iudæos fuisse in Babylone, deposuisseque omnem idololatriæ scoriam, & rubiginem: atque in tantum mutasse mentem, vt reuersi in patriam idola vniuersa confregerint, & nunquam amplius ea vel erexerint, vel coluerint.

Theodor.

Isa. 4. ℣. 4. & 1. ℣. 25.

XIX.

Et dabo eis cor vnum. Vt videlicet magna animorum consensione quærant Deum patrum suorum, & ad eius Templum reædificandum eadem concurrant voluntate. vel cor vnum, non vt antea cor duplex habebant, cum fide Deum, affectu idola venerabantur. De quibus scriptum est: *Væ duplici corde.* & iterum: *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vsquequo claudicatis in duas partes?* aiebat Helias. Quæ communicatio lucis ad tenebras, Dei ad Belial? non potestis Deo seruire & Dagoni. *Adulteri*, ait Iacobus, *nescitis quia ad inuidiam concupiscit spiritus*, cum zelo amat, & amari vult Spiritus sanctus. *Seruite ei perfecto corde, atque verissimo*, monebat Iosue: quodque nobis comparare præcipit Deus, ipse donat. *Dabo eis cor vnum.* & apud Sophoniam. *Tunc reddam populis labium electum*, quod scilicet in Babel confundendo abstuleram, *vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno*, &c. id est: cum in Babylone detinebantur, varias gentium linguas loquebantur, varijs idolorum sordibus seruiebant: nam Babel confusionem sonat, & ex confusione habuit originem: at cum inde egressi fuerint, dediscent linguas alienas, atque sola patria loquentes, rursum colligentur in vnum populum vni Deo seruituri. Allusio est hoc loco Prophetæ ad confusionem linguarum Babylonis, de qua in Genesi. Septuaginta pro *cor vnum*, verterunt cor alterum, quasi aliud studium, aliam voluntatem.

Cor vnum, hoc est vnius amoris tantum erga Deum.

Duplex cor. Eccl. 2. ℣. 14 Ose. 10. ℣. 2 3. Reg. 18. ℣. 21.

Iac. 4. ℣. 4.

Ios. 24. ℣. 14

Soph. 3. ℣. 9

Babel confusio.

Gen. 11.

Et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. Diximus supra, late patere significationem vocis, spiritus, in sacris, atque inter cetera vsurpari pro animo, voluntate efficaci, mentis impetu interius commouente hominem ad quæque difficilia. sic sumitur infra. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* & apud Esdram. *Suscitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum.* & in Prouerbijs. *Totum spiritum suum profert stultus.* Interdum vero significat Spiritum sanctum, eiusque dona copiosa, vt apud Iob. *Spiritus eius ornauit cælos.* & Ioël. *Effundam spiritum meum super omnem carnem.* & apud Zachariam. *Effundam super domum Dauid spiritum gratiæ, & miserationis*, &c. Porro in vtraque simul significatione in præsenti debet accipi, quoniam voluntas efficax Deo placendi, & ab homine proficiscitur, cum vitalis actus sit, & pariter a Spiritu sancto, cuius donum est, quicquid in nobis est bonum. Quapropter in sacris literis vtrique tribuitur, iam libero arbitrio, iam gratiæ: nam ab Ezechiele nobis adscribitur hæc renouatio illis verbis. *Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum*, &c. & Deus se eam communicaturum pollicetur dicens: *& dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum*, &c. quemadmodum & cordis munditiam iam a nobis petit Deus apud Isaiam, dicens. *Lauamini, mundi estote.* & apud Ieremiam. *Laua a malitia cor tuum*, &c. iam eandem a Deo petere docemur, in psalmo. *Amplius laua me.* & in Isaia. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion*, &c. Item pœnitentia interdum a nobis profecta dicitur, vt in Ioëlis prophetia. *Conuertimini ad me.* Interdum a nobis postulanda proponitur, vt in Threnis. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* Sed illud quæstionem habet, an hæc promissio Domini: *Et spiritum nouum tribuam in visceribus eorum*, tempore Euangelij credenda sit impleta; an etiam tempore Zorobabelis, cum Iudæi remearunt ad propria? nam ex altera parte stant sancti Ecclesiæ Patres, qui hæc eadem verba infra repetita de Spiritus sancti effusione in Apostolos, & Christi cultores interpretantur. ex altera vero contextus vrget, totum sermonem continenter de tempore reditus e Babylone texere. Cui dubitationi respondendum est, eiusmodi promissiones ex parte, & quodammodo in Iudæis redeuntibus esse completas, nimirum quibus erant primario factæ. Scimus enim post reditum e Babylone aliam mentem eos induisse, alios mores. Cumque primo fuissent idololatriæ ita dediti, vt nullis vel pollicitationibus, vel minis, aut supplicijs ab idolorum sordibus diuelli potuissent; postquam igne Babylonis excocti sunt, tam exosum habuisse idolorum cultum, vt pro vnius Dei religione, & lege vsque ad sanguinem decertauerint, vt Machabæorum nos docet historia. Nihilominus tam grandia esse hæc promissa, vt non nisi Spiritus sancti effusione in Ecclesiam Christi exhauriri potuerint: itaque hyperbolice dicta sunt de Iudæis, & quodammodo in illis impleta: proprie autem de Christi fidelibus in illis repræsentatis videntur pronuntiata, atque omnino consummata fuisse. Porro loci notissimi illustrationem remittimus ad caput trigesimum sextum. Simplicem autem explanationem ex Theodoreto subtexemus. His, inquit, non liberi arbitrij euersionem declarauit, sed futurum ab ipso auxilium, societatemque ad efficienda bona opera: spiritum nouum vocauit animæ ad honesta impetum: cum enim ad contraria propensi ferrentur, mutationem in melius nouum spiritum appellauit. quemadmodum enim cum dixisset, alterum cor, non naturæ mutationem significauit, sed mentis in melius propensionem: ita etiam per spiritum nouum hoc idem declarauit, idque sequentia testantur.

Ier. 4. ℣. 14 Ps. 50. ℣. 4. Isa. 4. ℣. 4.

Ioe. 2. ℣. 12 Thre. 5. ℣. 21.

An hæc promissio sit impleta tantum in Ecclesia an etiam tempore Zorobabelis.

Inf. 36. ℣. 26.

Respondet.

Hyperbolice & quodammodo Iudæis adimpleta hæc promissio; proprie in Christi fidelibus.

Theodoreti interpretatio loci.

Sup. 1. ℣. 21 De significatione vocis, spiritus, iterum. Inf. 13. ℣. 3 Esdr. 1. ℣. 1 Prouer. 29. ℣. 11. Iob. 26. ℣. 13. Ioe. 2. ℣. 28 Zach. 12. ℣. 10.

Spiritus hic & hominis voluntatem efficacem, & Spiritum sanctum illam mouentem significat.

Inf. 18. ℣. 31. & 36. ℣. 26.

Cor nouum, eius mundities, & pœnitentia, & a Deo, & a nobis procedere dicuntur.

Isa. 1. ℣. 16

Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. Septuaginta. Extraham cor lapideum, aliquanto significantius: caro est corporis animalis pars mollior, & tenerior, atque adeo debilior, quam ossa: quare sumitur interdum pro femina, quæ natura mollior est (vnde nomen mulier videtur petitum) vt apud Ioannem. *Qui non ex sanguinibus*, feminibus, *neque ex voluntate carnis*, voluptate feminæ, *neque ex voluntate* voluptate *viri, sed ex Deo nati sunt*, &c. Interdum opponitur spiritui, id est, energiæ, virtuti, & debilitatem notat: apud Isaiam. *Equi eorum caro & non spiritus.* & Paulus ait. *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato*: iam aduersatur ossibus, vel lapidibus duris; & in bonam partem accipitur, vt in præsenti, & a Paulo. *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Theodoretus: Nemo opinetur lapideum cor lapidis esse, sed obedire renuens, atque inexorabile, quodque Deo nolit cedere: carneum vero rursus obediens, & quod facile cedat. Hoc sequentia verba declarant.

Caro feminam significat aliquando, eius variæ sunt acceptiones.

Io. 1. ℣. 13.

Caro opponitur spiritui, & notat debilitatem.

Isa. 31. ℣. 3 Rom. 7. ℣. 14 2. Cor. 3. ℣. 3

Theodor.

XX. Mandata Dei quare iudicia & iustitiæ dicantur. Ambulare in iudicijs, est legem non transgredi. Facere, est perficere.

Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea. Iudicia sunt mandata diuina, quibus a malo auertimur, quæ dici solent & iustitiæ, quatenus ad bonum nos dirigunt. Obserua: ambulare in iudicijs, vel mandatis, est legem non transgredi: facere autem, est exacte custodire; nam Hebræis facere, est perficere, aptare, absoluere, rite & decenter quidquam operari. & ad rem referre. Vnde facere hostiam, est rite offerre sacrificium: facere vngues, aptare, & præcidere: vt vel hinc discamus Deum velle sua *mandata custodiri nimis*, & *sabbathum* eius esse *delicatum*, & sanctum. hoc est cultum ipsius religiose obeundum, & præcepta adamussim exequenda.

Psal. 118. ℣. 4. *Isai.* 58. ℣. 13.

Et sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Idiotismus est: quasi dicat, sint mihi populus, & sim eorum Deus: qualis ille Geneseos. *Erunt duo in carne vna.* Hebraice, in carnem vnam. hoc est, vna caro. Theodoretus. Quando ipsorum Respublica secundum meas leges administrabitur, ego ipsorum Deus nuncupabor, ipsi populus meus vocabuntur, &c. actiue, & passiue (vt aiunt) hæc verba accipi possunt. primo modo hunc sensum reddunt: ipsi erunt mihi populus, me vnice adorantes, & diligentes, & ego eis Deus, illorum prospiciens saluti, & incolumitati: altero modo: ipsi erunt populus meus a me custoditus, & protectus: ego eorum Deus ab ipsis dilectus, & cultus. Amplissima promissio, nec minus glorioſa, quam vtilis, Deo protectore gaudere. *Beata gens*, ait Psaltes, *cuius est Dominus Deus eius: populus quem elegit* Dominus *in hæreditatem sibi*, & in Numerorum libro. *Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo*, id est, inexpugnabilis est Israël, qui secum vehit victoriam; nam cum a Domino ducatur, habet in Deo suo ducem, in duce regem, in rege fortem, in forte victoriam: Item in psalmo. *Beatus populus qui scit iubilationem*, hoc est, qui Deum in iubilo buccinæ, vbi opus est, ad se descendentem securus expectat: vel Deum ante se, iubilo sacerdotum in bello inuocatum, & præeuntem sequitur. Sed quanta sit ista felicitas declarat Psaltes versibus sequentibus. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt*: alacres egredientur ad bellum, cum frontem tuam explicatam, & oculos tuos hilares super se apertos intuebuntur: *quoniam gloria virtutis eorum tu es*, gloriabuntur de fortitudine, quam de tua benignitate acceperunt, & exultantes de ducatu tanti principis concinent, cornibus sese mutuo prouocantes ante congressum, & ouantes a pugna.

Idiotismus. *Gen.* 2. ℣. 24. *Theodor.* Ipsi populus meus erunt me adorantes; ego eorum Deus iam habeus vel, ipsi populus a me custoditus, ego Deus ab ipsis dilectus. *Psal.* 32. ℣. 12. *Num.* 23. ℣. 21. *Psal.* 88. ℣. 16.

XXI. *Quorum* autem *cor post offendicula, & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.* Hucusque de ijs locutus, qui in bello capti fuerant: nunc transfert ad eos, qui Ierusalem habitabant, orationem, dicens. Ijs autem, qui illorum malis non resipuerunt, sed impietati addicti in ea perseuerant, dignas scelerum, quæ ausi sunt, infligam pœnas. Quid sit offendiculum, diximus supra. Quid, in capite, vel super caput ponere, diximus item supra. *Sup. cap.* 5. *Sup. cap.* 9.

XXII. *Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super ea.*

XXIII. *Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem Vrbis.* Polychronius, & Theodoretus. Recesserunt, inquit, de ciuitate (nam Templum erat in extrema ciuitate) Cherubim gloriam Dei insidentem vehentes, steteruntque super montem, qui est e regione Ierusalem. Est autem hic mons, qui vocatur Oliuarum; vnde etiam Saluator noster in carne assumptus est. Merito igitur tunc, cum in humana figura apparuit, duasque in vna persona naturas ostendit, diuinam quidem in igne, humanam vero in electro significatam, lata contra Ierusalem sententia, in hunc montem proficiscitur, & inde redijt in cælum: in signum eorum, quæ postea futura erant. Etenim post Crucem, & mortem, lata rursus contra Ierusalem sententia, quia *non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur*, in montem illum cum discipulis profectus a spititualibus illis, & inuisibilibus potestatibus sublatus cælum conscendit. Figura igitur futurorum fuerunt etiam ea, quæ Prophetæ ostensa sunt per visum. Hieronymus vero sic locum tractat. Stabatque gloria Domini, quæ de Ierusalem discesserat super montem Oliueti in signum resurrectionis, & luminis, vt inde perituram, arsuramque cerneret Vrbem. Quodque dicitur, *ascendit gloria de medio ciuitatis*, alijs verbis loquitur Dominus ad discipulos: *Surgite, eamus hinc.* & ad Iudæos: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Iosephus quoque refert auditam in Templo vocem Angelorum, & Fortitudinum cælestium, quæ prius in Vrbis præsidio erant: Abeamus ex his sedibus: mirumque in modum gloria Domini, quæ deseruit Templum, stat super montem Oliueti, & in Crucis signo rutilans spectat Templum quondam Iudaicum in fauillas, & cineres dissolutum, &c. Addas licet. Stat super montem Oliueti gloria Domini expectans nouum Templum, nouam Vrbem, alteram quasi Phœnicem ex fauillis veteris Ierusalem iterum nascentem; in qua sibi statuat domicilium, sceptrumque seruo suo Dauidi restituat, & vniuersas promissiones factas Patribus in Israele Dei compleat. neque enim fas est montem Sionem deserere, super quem constitutus est Rex a Patre cælesti, vt ibi prædicet decretum eius, aut extra fines Ierusalem veteris Vrbem sanctam reædificare, cum prædictum sit de Ecclesia Christi. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* atque iterum. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuersa terræ mons Sion*, Ecclesia Christi, *latera Aquilonis, ciuitas regis magni*, &c. Vide contextum: totus enim psalmus de reædificatione Ecclesiæ sub specie Ierusalem mirifice intelligendus venit. Sed audiamus Eusebium Cæsariensem, hanc allegoriam disertissime tractantem super ea verba Zachariæ. *Stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem.* Quidnam aliud, inquit, hoc significet, quam ipsius Dei Verbi in sua Ecclesia stationem, & confirmationem, quam in præsenti monte Oliuarum per figuram, quæ permutatio dicitur, nominat? Vt enim vinea extitit dilecto, & fuit vinea Domini Sabaoth figurate domus Israël, & vitis Iuda nouella dilecta; sic eadem ratione dixeris, quod etiam oliuetum facta sit Domino collecta de gentibus Ecclesia ipsius: quæ sane Ecclesia, cum antea esset oliua quædam agrestis, plantata fuit a Domino, qui eam post inseruit in Apostolicis bonæ oliuæ radicibus post priorum ramorum excisionem, quemadmodum Apostolus docet: Et plantauit eam Dominus sibi ipsi per Prophetam dicens: *Oliuam speciosam uocauit Dominus nomen tuum.* Postquam enim prior vinea, cum deberet facere vuam, fecit spinas, neque iustitiam, sed clamorem; merito tanquam eius, quæ infructuosa esset, sepem auferens, ac parietem Deus, tradensque eam inimicis ad diripiendum & conculcandum, sicut in

Aduentus Dei in montem Oliueti prænotat futurum Christi Domini aduentum in eum montem, vt inde in cælos ascenderet. *Matth.* 24. ℣. 2. *Hieron.* *Ioan.* 14. ℣. 31. *Matth.* 23. ℣. 38. Gloria Domini stat super montem Oliueti, spectans nouum Templum reædificari Ecclesiam scilicet, in qua permaneat in æternum. *Ad Rom.* 11 *Ier.* 11. ℣. 16 *Psal.* 86. *Psal.* 47. *Euseb. demonst. lib.* 6. cap. 18. *Zach.* 14. ℣. 4. In monte oliuarum quomodo sit ædificata Ecclesia Christi. Mons oliuarum ad orientem vrbis.

Isaiæ

Isa. 5. Isaiæ prophetia dictum est, alium ipse sibi agrum A constituit in præsenti, quod oliuetum nominatur, quasi eum qui oleum, & misericordiam a Deo sit consecutus, & a Christo plantis semper virentibus consitus, hoc est, sanctis, lucisque altricibus animis, quibus liceat dicere: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* Hic vero Oliuarum mons contra Ieruſalem esse dicitur, quoniam in locum veteris, ac terrenæ Ieruſalem, ac religionis, quæ in illa seruabatur, succeſſit, & a Deo constitutus est post ruinam Ieruſalem: quod etiam propheta Ezechiel diuino ante spiritu edoctus, contemplatur. Dicit enim: *Et eleuauerunt Cherubim alas suas, & rota,* quæ eis adhærebant, *cum eis, & gloria Dei Israel erat* B *super ea: Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem Vrbis.* Quod quidem aliter quoque licet intueri completum ad verbum, quando hodie quoque omnes fideles ex omnibus terræ partibus concurrunt, non vt quondam, vt adorent in Templo, sed in monte Oliuarum, in quem gloria Domini migrauit, postquam deleuit priorem ciuitatem. Vere autem pedes Domini in monte Oliuarum steterunt, quo tempore orauit ad speluncam, quæ ibi ostendi solet, cum discipulis mysteria de consummatione tradidit, & cum ipsis videntibus ascendit, quemadmodum & Ecclesia quo modo sit contra Ieruſalem ad orientem. Lucas tradit. Est igitur ad verbum mons hic con- C tra Ieruſalem, & ad Orientem spectans. Veruntamen si sententiam, non verba sequi volumus, sancta Christi Ecclesia, & mons, in quo fundata est, de quo loquitur Saluator dicens: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*: pro ea, quæ cecidit, neque amplius futura est Ieruſalem, structa atque erecta, dignaque habita, in qua pedes Domini insistant, non solum est contra Ieruſalem, sed etiam ab ea ad Orientem vergens: quippe quæ eius luminis, quo Deum pie colimus, radios excipiat, & multo ipsa Ieruſalem anterior facta sit, ipsique iustitiæ soli propinquior, de quo dictum est. *Et orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.* &c. *Mal. 4. ℣. 2*

Psal. 51. ℣. 10. Matth. 5. ℣. 14.

Et spiritus leuauit me, adduxitque me in Chaldæam ad transmigrationem, in uisione in spiritu Dei. Theodoretus. Neque enim in corpore, inquit, reuera modo in Iudæam, modo in Chaldæam transferebar, sed in visione, hoc est, in speculatione, & spiritu Dei, id est, Dei virtute, & efficacia mente illustratus, & suscipiens propheticos oculos, vnumquodque horum speculabar: atque hoc apertius declarans subiecit. XXIV. *Theodor.* Visio hæc qualis fuerit.

Et sublata est a me uisio, quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia uerba Domini, quæ ostenderat mihi. Theodoretus. Ad me ipsum, inquit, redij, cum finis factus est spiritualis contemplationis: & illa quidem non amplius videbam; solos autem eos, qui vna adorant Seniores, quibus etiam narraui singula, quæ videram, quæque audieram. Hieronymus. Sublatam a se visionem esse, significat non in corpore Prophetam de Ieruſalem in Babylonem translatum, sed in spiritu: sublataque visione, quæ eum in spiritu duxerat Ieruſalem, reuersus est in semetipsum, & locutus est ad transmigrationem omnia, quæ ei fuerant demonstrata: ad eos videlicet, de quibus ipse propheta dixerat: *Ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant mecum*, &c. XXV. *Theod.* *Hieronym.* *Ezech. 8. ℣. 1.*

EZE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT DVODECIMVM.

ARGVMENTVM.

Regem cum principibus clam migraturos ex Vrbe ab hostibus expugnata vaticinatur, habitum præseferens migrantis.

I. ET factus est sermo Domini
II. ad me, dicens:
Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non uident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est.
III. Tu ergo fili hominis, fac tibi uasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia B domus exasperans est.
IV. Et efferes foras uasa tua quasi uasa transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.
V. Ante oculos eorum perfode tibi parietem: & egredieris per eum.
VI. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non videbis terram. quia portentum dedi te domui Israel. C
VII. Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi uasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, in humeris portatus in conspectu eorum.
VIII. Et factus est sermo Domini mane ad me, dicens:
IX. Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: Quid tu facis?
X. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem, & super D omnem domum Israel, quæ est in medio eorum.
XI. Dic: Ego portentum vestrum: quomodo feci, sic fiet illis. in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt.

XII. Et dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient vt educant eum: facies eius operietur ut non uideat oculo terram.
XIII. Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non uidebit, ibique morietur.
XIV. Et omnes, qui circa eum sunt, præsidium eius, & agmina eius dispergam in omnem uentum: & gladium euaginabo post eos.
XV. Et scient quia ego Dominus, quando dispersero illos in Gentibus, & disseminauero eos in terris.
XVI. Et relinquam ex eis uiros paucos a gladio, & fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus, ad quas ingredientur: & scient quia ego Dominus.
XVII. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
XVIII. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: sed & aquam tuam in festinatione, & mœrore bibe.
XIX. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem suum in sollicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: ut desoletur terra a multitudine sua, propter iniquitatem omnium, qui habitant in ea.
XX. Et ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta: & scietis quia ego Dominus.
XXI. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
XXII. Fili hominis, quod est prouerbium istud uobis in terra Israel? dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis uisio.
XXIII. Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quiescere faciam prouerbium istud, neque ulgo dicetur ultra in Israel: & loquere ad eos

quod

quod appropinquauerint dies, & sermo omnis uisionis.

XXIV. *Non enim erit ultra omnis uisio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel.*

XXV. *Quia ego Dominus loquar: & quodcunque locutus fuero uerbum, fiet, & non prolongabitur amplius; sed in diebus uestris domus exasperans loquar uerbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.*

Et factus est sermo Domini ad me, dicens: XXVI.

Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: XXVII. *Visio, quam hic uidet, in dies multos: & in tempora longa iste prophetat.*

Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: XXVIII. *Non prolongabitur ultra omnis sermo meus: uerbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.*

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS DVODECIMI.

I. ET *Factus est sermo Domini ad me dicens.* In hunc modum me allocutus est Dominus.

II. *Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas.* Id est, inobedientis, & rebellis, vt notauimus capite secundo. Illud hoc loco quæstionem habet, quosnam peruicaciæ notet Propheta? an eos, qui Babylone detinebantur; an eos, qui Hierosolymis remanserant? nam contra Hierosolymitanos susceptum esse sermonem ipse contextus capitis docet. *Supra ducem*, inquit, *onus istud*, &c. At vero Ezechiel non habitabat inter illos, sed in medio captiuorum, vt vidimus capite primo. Scholiastes Græcus existimauit adhuc Hierosolymitanos coargui inobedientiæ, atque idem, quod visione præcedenti Dominus loqui cœperat Prophetæ, deinde iterata visione esse prosecutum: sic enim habet. Ostendit per interualla factam esse visionem; supplicante porro Propheta, (mortuo Pheltia) ne delerentur reliquiæ Israëlis; respondet Deus Prophetæ dicens: Tu quidem supplicas pro his, idque vno tantum sublato Pheltia, scito vniuersos illo esse deteriores &c. Nihilominus pro certo statuimus aliam esse hanc prophetiam ab illa visione, atque aliam vtriusque rem subiectam: tametsi vnus atque idem vtriusque sit propositus finis, scilicet consolari eos, qui timentes Vrbis excidium se vltro dediderant Babylonijs; nam hi videntes Vrbem superstitem, cœperant duci facti pœnitentia, nec sibi persuadere poterant perituram Vrbem, ciuesque Hierosolymitanos graiora passuros: quod Ieremias sæpius fuerat comminatus. Quare Propheta Dei nomine hos quidem redarguit diffidentiæ, atque duræ ceruicis. Deinde consolatur vaticinans deteriorem futuram esse illorum, qui remanserant, conditionem, quam ipsorum, qui se vltro hostibus tradiderant.

Alia est hæc prophetia ab alia præcedentis capitis. Huius summa explicatur.

Videre oculo, aure audire, & videndo videre &c. significare, efficaciam actus.

Qui oculos habent ad uidendum, & non uident, & aures ad audiendum, & non audiunt. Oculo videre, est perspicue, & aperte cernere: aure audire, est percipere, & tenere recte, quæ audis: idem est videndo videre, & audiendo audire. Ratio huius significationis est, quia ij ablatiui, infinitiui, vel gerundia augent, & complent actionem verbi, importantque modum, quo fieri solet: & quoniam visio fit mediante luce, & auditio excipiendo & tenendo verbum, quod profertur: inde videndo videre, est dilucide cernere: & audiendo audire, est recte tenere: sicut etiam ore loqui, vel loquendo loqui, est cordate loqui, vel ex præmeditato: quia vere verbum oris est id, quod mente concipitur & cogitatur. Quoniam ergo sensus hi sunt ministri intellectus, & voluntatis, heris suis per omnia similes (nam visus & intellectus claritate delectantur, & operantur; auris & voluntas suauitate, & bonitate capiuntur) inde est, vt pro intellectu non excœcato vsurpetur oculus videns, & auris audiens pro voluntate non obdurata affectu aliquo immoderato. apud Matthæum, & in Apocalypsi. *Qui habet aures audiendi audiat.* id est, voluntatem morigeram, & obedientem. inde illud psalmi. *Auditu auris obediuit mihi.* & Prouerbiorum. *Oculum uidentem, & aurem audientem Dominus fecit vtrumque*, id est, doctorem eruditum, & auditorem verbi docilem esse, opus Dei est ex æquo mirabile. Meminit autem horum sensuum, quoniam, vt notauit Polychronius, visus & auditus tantum recipiunt admonitionem: aut enim cernentes aliorum calamitatem ad sanitatem reuertimur, aut audientes diuinas leges diligentiores in studio virtutis efficimur: neque est alius præterea sensus, qui ad pietatem inducat. Theodoretus. Docet non naturaliter, sed ex vitio ijs affectibus illos obnoxios fuisse. Ergo sensus loci præsentis est. Qui cum aperte videant, quid facto opus sit, & probe teneant quæ a me præcepta sunt; nihilominus se ipsos sponte excœcant, & aures obturant: nolunt intelligere, vt bene agant: aures suas obturauerunt, ne audirent. Rabbi Dauid Chimhi. Videbant se ductos in captiuitatem, audiebant verba prophetarum, & quasi nil horum vidissent, neque audijssent, confortabant manus eorum, qui remanserant in Ierusalem, ad quos mittebant prophetas, & ariolos suos, qui illis promittebant minime abducendos in captiuitatem: qualis Semeia, qui frustra eos, qui erant in Ierusalem, confortabat.

Visus pro intellectu, auditus pro voluntate sumitur, & quare. *Matth.* 13. ℣. 9. & *Apoc.* 13. ℣. 9. *Psal.* 17. ℣. 45. *Ezech.* 20. ℣. 12. *Polychr.* *R. Dauid Chimhi.*

III. *Tu ergo, fili hominis, fac tibi uasa transmigrationis*, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vasa transmigrationis quæ.

nis, &c. Id est, instrumenta suppellectilia, vt alibi diximus. Quemadmodum cum Deus decernit aliquem excœcatum punire, obscurius illi loquitur, & per parabolas, ne intelligat, vt in Euangelio Matthæi legimus. Sic cum vult miserari, & illuminare cœcum atque obduratum, & sponte surdum sanare, loquitur exemplis, quæ sunt voces penetrabiliores omni sono, & iubar luce solis illustrius, & efficacius. Hæc sunt verba cœlorum, de quibus psaltes. *Non sunt loquelæ, neque sermones*, vt audiri non possint, sed concentus & harmonia, perpetuaque legis impositæ obseruantia, quam omnes sentiunt quantumuis surdi. Præcipit ergo Vati, vt se ad iter suscipiendum accingat, colligatque sarcinulas suas, atque supellectilia migrantis propria assumat, vtpote galerum, baculum, calceos, peram, & penulam: & secundum Rabbi Dauid Chimhi, calicē, & scutellam: atque secundum Rabbi Salomo ollam præterea ad coquendum carnes, domusque suæ murum noctu perfodiat, atque ante lucem per foramen se demittat, forisque a familiaribus excipiatur, humerisque baiuletur, oculis velatis, ne viam aspiciat, qua portatur; vt populares videntes tam nouum stratagema admirarentur, & rogarent, quid sibi velint hæc tam insolita studia.

Matth. 13. ℣. 13.

Ps. 18. ℣. 4.

R. Dauid Chimhi.

R. Salomo.

Et transmigrabis per diem coram eis. Rabbi Salomo obseruat Hebraice haberi יומם, iomam, id est, in dies, vel per dies, quasi iubeatur Vates hoc facere multoties, & non tantum semel: nam Scriptura per יומם, iomam, pluribus diebus identidem faciendum significat, quod præcipitur: atque in hac sententia ait fuisse Rabbi Manahen.

R. Manahen.

VI. Dubium an legendum sit portaberis vel portabis.

In humeris portaberis. Non est omnino exploratum, an legendum sit *in humeris portaberis*, an portabis: & quidem secundam lectionem Hebræus habet, & Chaldæus; immo Hieronymus sic se vertisse testatur, dicens. Quod autem dicit, in humeris portabis; subauditur, sarcinas tuas &c. Septuaginta verterunt in passiua voce, portaberis, quos imitantur hodie omnes codices vulgatæ editionis, & antiqui manuscripti: namque Louanienſibus, & Romanis Correctoribus nullus codex Latinus venit in manus, qui aliter legeret. Ita legunt Complutenſis, & Vaticanus recens emendatus: atque ita legendum credimus secundum vulgatam veterem. Neque Hieronymi testimonium obstat: nam centies euenisse vidimus, vt vno modo se vertisse dicat Hieronymus, & alia lectio habeatur in vulgata, quæ quidem a Tridentino autentica iudicatur, Hieronymi versio non item. Idem dicendum est de eo, quod sequitur. *In caligine effereris.* Sic enim legendum credimus, non vero efferes: pro qua voce Hieronymus in textu & commentario habet, effugies: atque de alio, quod inferius extat. *In humeris portatus in conspectu eorum*: non, vt quidam putant, portaui, legendum, sed *portatus*. Quæ omnia ita esse probatur ex versu duodecimo, in quo de duce, quem Ezechiel figurabat, scriptum est. *In humeris portabitur*: etiam consentiente Hieronymo in commentario: sic enim habet. Et dux in humeris portabitur, vel iumentorum, vel eorum, qui cum eo fugerant: nec aliter legi res ipsa finit. quid enim humeris portaret rex? nunquid vestes, quod Pagninus in versione adiecit? at hoc notum erat: aliud vero quidquam dedecebat maiestatem. Præterea quia de eo dicitur. *Facies eius operietur, vt non uideat oculo terram*: quod fieri non posset si incederet pedes: ergo necesse est dicere fuisse vectum humeris, atque adeo legendum, *in humeris portabitur.*

Hieronymi versio differt aliquando a vulgata, quā autenticam censuit Tridentinum Concilium.

Hieron.

Pagninus refellitur.

Super ducem onus istud, qui est in Ieruſalem. Hebraice משא הנשיא, hannasi hammasa, vtraque vox cognata est, nascitur que a verbo נשא, nasa, cuius latissima & ditissima est vis, potestas, & energia; & cuius vix centum aliarum linguarum verbis explicentur, ne dum exhauriantur diuitiæ. Significat autem leuare, assumere, librare, tollere, extollere, & ferre: habet elegantissimas, & varias dicendi formas; sed illa præsenti instituto congruit: leuare super labia, id est, ore assumere, labijs proferre, vsurpare sermone, qualis est in psalmo. *Neque memor ero nominum eorum per labia mea*, vel proferam labijs &c. Leuare conuitium, id est, excitare, vt in psalmo. *Et opprobrium non accepit aduersus proximum suum.* Item leuare rumorem, in Exodo. *Non susscipies uocem mendacij*, id est, non leuabis rumorem vanum. Hispani melius quam Latini, & Græci hunc reddimus idiotismum: *no leuantaras falso testimonio.* Vnde etiam est illa phrasis psalmi. *Qui non accepit in uano animam suam*, id est, vsurpauit, protulit in iuramento falso vitam: nam sequitur: *nec iurauit in dolo proximo suo*, &c. Item leuare parabolam in Numeris, in Iob, & Isaia, id est, proponere, proferre. Ab hoc verbo oritur vox נשיא, nasi, princeps, dux, primas in populo, qui populi onera leuat: quasi dicat, baiulus, portitor, vt manifeste testatur locus Exodi, & ipsi vna tecum leuabunt: pro quo Hieronymus transtulit, *leuiusque sit tibi partito in alios onere.* atque in Numeris. *Nunquid ego concepi hanc multitudinem, & genui eam, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum.* & infra. *Vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Discimus hinc, qualis futurus sit Prælati affectus in subditos: qualis est scilicet matris in infantem, patiens & suauis: *Caritas patiens est, benigna est*, &c. non grauatur oneribus, neque indignatur molestijs filiorum, sed amanter portat sinu, & benigne fouet amplexu. *Currus Israel, & auriga eius*, princeps iste est, qui sustinet quasi currus onera, & dirigit vt auriga iugatos: aurigatur, & præsidet, & simul baiulat, & portat. *Cutus imperium super humerum eius.* Vnde ab eodem verbo oritur, vt dixi, vox משא, masa, pro qua Septuaginta vertere solent, assumptio: reddere possumus, pronuntiatio, prolatio, grauis doctrina, molesta prophetia, quæ leuatur in os cum molestia a Vate, & imponitur audientibus, vt grauentur: vt ibi. *Quod Dominus onus istud leuauerit super eum*: id est, protulerit hanc molestam sententiam: & ad Ezechielem ait Dominus. *Assume planctum*, id est, leua lamentationem: & Isaias ait. *Onus iumentorum Austri.* vbi paronomasia est gratissima. Tulistis sarcinulas vestras, & descendistis in Aegyptum onerati dijs vestris, &c. Audite ergo iumenta Austri, grae onus vestris dorsis imponendum, hanc vocis significantiam explicuit Isaias iterum. *Visio dura nunciata est mihi.* Est etiam, non minus concinna allusio ad nominis etymon apud Ieremiā. *Si interrogauerit te populus iste, quod est onus Domini? dices ad eos: vos estis onus: proijciam quippe uos, dicit Dominus*: & iterum. *Onus Domini ultra non memorabitur, quia onus erit unicuique sermo suus.* & tertio. *Quia dixistis sermonem istum, onus Domini, & misi ad uos dicens: nolite dicere, onus Domini; propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam uos.* Vel, vt Hieronymus explicat ex Septuaginta: Quia dixistis, assumptio Domini, ego assumam vos portans, & proijciam vos. Vide quam eleganter, quamque ad rem luserit ex etymologia vocis משא, masa. Vos mea oracula vocatis onus, cum mihi, & prophetis meis grauius onus sit ea leuare, vt vobis imponantur. Ceterum ne rursum

X. De significatione vocis, onus, quæ ditissima est.

Ps. 15. ℣. 4.

Ps. 14. ℣. 3.

Exod. 23. ℣. 1.

Ps. 23. ℣. 4.

Num. 23. ℣. 7.

Iob. 27. ℣. 1.

Isa. 14. ℣. 4.

Princeps, primus in portandis oneribus

Exod. 18. ℣. 22.

Num. 11. ℣. 12.

Prælati munus & caritas.

1. Cor. 13. ℣. 4.

4. Reg. 2. ℣. 12. & 13.

℣. 14.

Isa. 9. ℣. 6.

4. Reg. 9. ℣. 25.

Ezech. 19. ℣. 1.

Isa. 30. ℣. 6

Isa. 21. ℣. 2

Ierem. 23. ℣. 33.

Hieron.

lum grauemini prophetijs, ego semel vos sublatos (nam ab vtero a me baiulamini quasi a nutrice) proijciam, & allidam. Similem allusionem in præsenti facit cum nomine, dux, vel princeps, in hunc modum. Hæc prophetia onerosa, hoc onus libratur, & leuatur pro humeris principis, & baiuli Ierusalem: nam par est, vt qui onera subditorum portare debet ex munere, quique ex impietate Tyranni onera grauia, & vectigalia importabilia illis imposuit; suis tollat humeris hanc onerosam sententiam virgæ suæ ferreæ respondentem. *Super ducem onus istud.* Quod si talia duci reipublicæ comminatur Deus, qualia putamus onera laturos Ecclesiæ Præsules; quorum proprium est esse pastores non dominos, patres non reges, currus potius, quam aurigas, immo baiulos, nutrices, matres, si dominentur in cleris, & ferrea virga populos comminuant? & quasi plaustrum onustum stridentes obuiantibus clament, incuruare, vt transeamus?

Principibus graue onus imponitur quale ipsi subditis imposuerunt.

Prælatorum munus.

XI. *Dic: Ego portentum vestrum:* Vox מופת, mophath, oritur a verbo יפה, iaphah, quod speciosum aliquid esse significat, atque in admirationem, & amorem sui inuitare. Quare vox hæc valet prodigium insolens, & portentum aliquod mirandum: confunditurque cum voce אות, oth, signum, vt patet in libro Paralipomenon: *Et exaudiuit eum, & dedit ei signum,* Hebraice portentum. Cum tamen in libris Regum & Isaiæ legamus, signum, in originali: & iterum in Isaia. *Seruus meus Isaias nudus, & discalceatus trium annorum signum, & portentum erit super Aegyptum:* quoniam portentum hoc mirabile dari solet in signum alterius rei arcanæ, ideo vsurpatur pro ipso signo, & quocunque facto insolito & mirando, quo aliud significamus occultius. Vt Isaiæ citato loco, & ibi: *Ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus, in signum & prodigia in Israel,* id est, in parabolam, figuram, & typum admirandum & insolitum. Sic ergo in præsenti vsurpatur: Mea hæc, inquit, demigratio, quæ tam insolens & admiranda vobis videtur, signum est, & omen miserandæ captiuitatis regis, & principum Israel.

2. Par. 32. ℣. 24. 4. Reg. 20. ℣. 8. Isa. 38. ℣. 7 & 20. ℣. 3. Signum quid significet. Is. 8. ℣. 18.

XII. *Quomodo feci, sic fiet illis, in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt.*

Et dux, qui est in medio eorum. Explicuimus versu præcedenti etymon vocis, dux, quam magis declarat hæc oratio, *in medio eorum*: nam ea significatur, principem in medio populi esse quasi columen tentorij, vel casæ, cui omnia nituntur tigna, & trabes, vt videre est in eorundem constructione. Cum autem moris sit sacræ Scripturæ metonymicῶs familiam significare per domum, eadem analogia patremfamilias vocat palum, columen, atque adeo principem, qui est pater patriæ: apud Isaiam: *Figam illum paxillum in loco fideli, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius,* &c. Ergo quoniam columinis situs est in medio papilionis, regem circumloquitur ea oratione, *qui est in medio eorum.*

Ducem in medio populi esse, quid significet. Is. 22. ℣. 23

In humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, ut educant eum. Ex Ieremia, & libris Regum intelligentia huius Varicinij colligitur, vbi inuenies Sedeciam rupto muro horti regis fugisse per desertum: quod iter peditem facere non permiserunt serui, sed in sella gestatoria ipsum humeris baiularunt: & fortasse quoniam vitijs præfractus præ muliebri teneritudine non valebat pedes incedere, præsertim gradu concitato, qualem periculum tantum postulabat. Quam alio habitu egressus est ex eadem Vrbe Dauid, fugiens Absalonis degeneris filij impetum? *Porro Dauid ascendebat cliuum olinarum scandens, & flens nudis pedibus incedens, & aperto capite,* &c. Atque his laboribus, & lacrymis Deum placauit, & victoriam consecutus ouans reuersus est celebri stipatus pompa totius Iudææ, & bonæ partis Israël. Sedecias vero post tot admissa crimina ex Vrbe, quam sua peruicacia hostibus tradiderat, fugiens sella gestatoria vectus egreditur, completa Isaiæ prophetia. *Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Isa. 3. ℣. 4.

Ier. 39. & 4. Reg. 25. adimpletam videbis hanc prophetiam.

Facies eius operietur, ut non uideat oculo terram. Ipse scilicet faciem suam manu operiet, ne patriam, quam deserebat videns, maiori cruciaretur dolore. Explicuit Vates idiotismum alioqui ambiguum: nam quandoque faciem tegere, est verecundiæ. Vnde est illa phrasis Geneseos. *Hoc erit tibi in uelamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt: & quocunque perrexeris, scito te deprehensam.* id est: Ipse Abraham vir tuus erit protector pudoris, & pudicitiæ tuæ, & omnium ancillarum, quæ te comitantur: quicunque nouerit illum esse virum tuum, oculos a te auertet, & ab ancillis tuis: ne obsecro iterum dicas; frater meus est; memento te deprehensam hac de causa. Est etiam velare faciem reuerentiæ signum, vt apud Isaiam: *Duabus uelabant faciem eius,* aut suam. Extat & illud Estheris. *Et statim operuerunt faciem eius,* in signum mortis: nam damnati deducebantur ad supplicium oculis velatis, ne scilicet videntes patriam, ciues, amicos, & consanguineos, nedum filios caros, non iam semel, sed septies mortem obirent. Tale quid portendebat velata facies Sedeciæ: quod rei exitus comprobauit; tametsi alio fortasse animo faciem ipse velarat, ne scilicet agnosceretur Rex a quoquam sibi obuiam facto: vel, vt sentit Rabbi Dauid, præ pudore.

Faciem tegere verecundiam significat. Gen. 20. ℣. 16.

Velare faciem reuerentiæ signum. Isa. 6. ℣. 2. Isa. 7. ℣. 8.

Velare faciem damnationis signum.

R. Dauid.

Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea. Piscatoribus comparat Chaldæos, eorumque munitiones retibus, & sagenis: neque ab re: nam piscatores solent ad oram maris habitare, aut secus ripas fluminum: Babylon autem propter Euphratis, & Tigris confluentem secus illius mœnia, recte dicta est, mare deserti, id est, mare terrenum, mediterraneum, vt ab Isaia: *Onus deserti maris:* & Ieremias ait. *Quæ habitas super aquas multas.* Inde Babylonij piscatores merito appellantur: eandem translationem vsurpauit Habacuc. *Et facies hominum sicut pisces maris, & sicut reptilia,* &c. *totum in hamo suo subleuauit.* Sumus ne omnes Israëlitæ pisces? cur ergo vniuersos reti suo extento ambiuit & clausit, immo vero hamo? nam regem & principes hamo figillatim, deinde plebem rete traxit in Babylonem, &c. Hieronymus. Concedente quippe Domino Babylonijs, captus est; & hæc, quæ ab hostibus passus est fieri, se fecisse testatur.

XIII. Quare Chaldæi dicantur piscatores. Babylon cuare dicitur isare. Isa. 21. ℣. 1 Ierem. 51. ℣. 13. Hab. 1. ℣. 3 & 14.

Et ipsam non uidebit. Patet loci commentarius ex locis Ieremiæ & Regum citatis, vbi scriptum est, fugientem regem comprehensum a Babylonijs, & ductum in Reblatha; ibique locutum Nabuchodonosorem cum eo *iudicia,* id est, iuridice expostulasse, & increpasse durissime de iureiurando violato; effossisque eius oculis, duxisse in Babylonem, in qua mortuus est. Frustra igitur commentatus est Iosephus occasionem arripuisse Sedeciam suæ incredulitatis ex verbis Ezechielis in speciem pugnantibus cum verbis Ieremiæ; istumque dixisse, ducendum esse in Babylonem; illum vero, regem Babylonem non visurum: nam Ezechiel adiecit. *Adducam eum in Babylonem, & ipsam non uidebit.*

Ier. 39. 4. Reg. 25.

Ioseph. Antiq. 10. c. 10

Delitiæ & luxus Sedeciæ, humiliatio Dauidis quos fructus pepererint. 2. Reg. 15. ℣. 30.

XIV. Confessio peccatorum Diuinam iustitiam glorificat & defendit.

Et relinquam ex eis uiros paucos a gladio, & fame & pestilentia, ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus. Prospiciam nomini sancto meo: scio enim impios meam criminaturos iustitiam dicentes? Quare sic

fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit Dominus terræ huic? & quæ est hæc ira furoris eius immensa? ego vero, qui peperci nomini sancto meo, vt vlciscerer tanta flagitia, expoſuique potentiam meam ſtultorum blaſphemijs putantium me vel imbellem, vel crudelem; conſulam poſt caſtigata ſcelera honori meo: nam reliqui ex eis intergentes agnoſcent peccata ſua, & alijs ea narrantes fatenteſque pœnas eorum dare ſe, quæ in me dereliquerunt, meam iuſtitiam a calumnia vindicabunt. Tale quid eſt illud in pſalmo. *Tibi ſoli peccaui*, &c. *ut iuſtificeris*, &c. en peccatum meum confiteor, & carminibus mando, quo tenacius memoriæ legentium, & audientium hæreat, vt tuo honori proſpiciam, iudex æquiſſime: nam impij, aut inſipientes, pœnas quas a me exegiſti, conſiderantes, audebunt tuam iuſtitiam criminari, vel fidelitatem in dubium vocare, qui cum ſciant quam atrox meum fuerit flagitium in hac cauſa, pro re ferent ſententiam, & me ſeuerioris ſupplicij facient reum: propterea dixit Ioſue Achamo. *Fili mi, da gloriam Deo, confitere peccatum tuum*. Hoc eſt ergo quod ait Vates: *Et ſcient quia ego Dominus*, id eſt, æquiſſimus iudex, fideliſſimus præmij redditor, & iuſtiſſimus pœnæ exactor.

Pſ. 50. ℣. 6

XVIII. *Panem tuum in conturbatione comede*. Vaticinatur iam contra populares.

In conturbatione. Hieronymus interpretatur, in anguſtia, & egeſtate; Chaldæus, in tremore; Septuaginta, cum dolore; Hebraice, in commotione, in ſignum ſcilicet, quod obſeſſi panem erant comeſturi cum tremore, & formidine hoſtium irruentium.

Hieron. Chald. &c.

Et aquam in feſtinatione, & mœrore bibe. Hebræa vox valet concuſſionem, vt apud Iſaiam: *Requiem dederit tibi Deus a concuſſione tua*. eſt autem concuſſio, cordis agitatio præ concepto timore.

Iſ. 14. ℣. 3.

XIX. *Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael. Panem ſuum in ſollicitudine comedent, & aquam ſuam in deſolatione bibent*. Deſolationem vocat afflictionem, deſperationem, mœrorem abſque leuamine.

Vt deſoletur terra a multitudine ſua. Id eſt, vt notat Rabbi Dauid, quo ſpolietur & euacuetur habitatoribus, ac diuitijs, quibus terra, id eſt vrbs Ieruſalem prius abundabat.

R. Dauid.

XXII. *Quod eſt prouerbium iſtud uobis in terra Iſrael? dicentium in longum differentur dies*. Solebant Prophetæ inculcare. *Dies Domini veniet, dies tenebrarum, dies calamitatis imminet*, &c. vt Sophonias & alij, ideo diem vocabant populares infortunium, aduerſitatemue a prophetis prædictam; tum etiam quia Hebræi diem appellare ſolent, factum inſigne geſtum in aliquo die: præſertim vero, ſi fiat cum ſtrage & internecione hoſtium. Iſaias. *Sicut in die Madian*. Dies igitur differri in longum, eſt eam calamitatem annuntiatam prorogari in ſæcula futura.

Soph. 1. ℣. 15. Dies pro infortunio, ſeu calamitate.

Iſa. 9. ℣. 4.

Et peribit omnis viſio. Idem infra apertius. *Viſio, quam hic uidet in dies multos, & in tempora longa iſte prophetat*. Id eſt, euentus Vaticinij non impendet nobis, ſed differetur in futura ſæcula. Idem valet ergo differtur Vaticinij comminatio in futurum tempus, & peribit viſio, & quod infra repetit:

Non enim erit vltra omnis viſio caſſa, neque diuinatio ambigua. Nam Hebræi rem vel perſonam proſperari, & ſuum ſortiri effectum vel ſpem, vocant ſtare, ſurgere. Oppoſitum vero cadere, perire, euaneſcere, translatione ſumpta a fructu arboris vel tempeſtiuo, vel vano: nam ille ſtat vſque ad ſuum tempus, iſte vero fatuus cadit & perit: ille verus eſt, iſte falſus: ille veritatem facit, iſte mentitur. Vide quod ſupra ſcripſimus. Ergo idem eſt verbum ſtare, quod verificari: contra cadere & perire idem, quod vanum eſſe, & mendax. Iſaias. *Non ſtabit, & non erit iſtud*. & in pſalmo: *Non reſurgent impij*, id eſt, cadent: & quod infra repetit: *iter*, conſilium, *impiorum peribit*: & iterum: *folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Non ſic impij, ſed tanquam puluis*, &c. Tale eſt & illud: *Non cecidit ex uerbis eius in terram*, id eſt, ſtetit verbum Samuelis, habuit ſuum effectum, non cecidit, quaſi fructus male cocti, & intempeſtiui ſolent ex arbore decidere. Idem habet Vates noſter: *Non erit uiſio caſſa*, vana, irrita, mendax quaſi fructus immaturus; ſed proſperabitur, ſtabit in arbore vſque ad tempus ſuum, verificabiturque ſuo tempore: idem eſt quod ſequitur:

XXIV. Stare, ſignificat, proſperari; cadere vero oppoſitum.

Sup. 7. ℣. 6. Stare verbum, eſt verificari; cadere, falſum eſſe. *Iſa. 7. ℣. 7. Pſal. 1. ℣. 3. 1. Reg. 3. ℣. 19.*

Neque diuinatio ambigua. Septuaginta. Diuinans iuxta gratiam, vel ad voluntatem, id eſt, diuinatio aſſentatoria, atque adeo mendax: nam blandiri, decipere, mentiri æquipollentia verba ſunt: vox naſcitur a verbo חלק, chalaq, quod eſt ſermocinari cum ordine, partitione, eloquentia, expeditione, atque adeo blandiri, lenire, aſſentari, &c. inde nomen חלק, chalaq, eſt lenis, glaber, lubricus, vt in Geneſi. *Ego* ſum *lenis*: & in Prouerbijs. *Os lubricum operatur ruinas*. Hieronymus. Vbi a nobis dictum eſt. Nec erit diuinatio ambigua. Septuaginta vertere: Nec erit diuinans iuxta gratiam: pro quo omnes lubricum interpretati ſunt: quod nos ambiguum diximus, vt decipientia audientes ſuorum prophetarum verba noſcamus, &c. Vel *ambiguum* ponitur pro lubrico, obſcuro & ænigmatico, referturque ad prophetas veraces: quod eſt inſtituto conuenientius, quaſi dicat: Non edetur amplius prophetia ambigui, & lubrici ſenſus, quæque in hanc, vel illam partem torqueri poſſit, non iam loquar vobis in parabolis, & ænigmatibus; ſed rebus, virgis, gladijs aperte & diſtincte caſtiganda loquar: non prolongabitur amplius comminationis executio.

De ſignificatione varia vocis, ambigua.

Gen. 27. ℣. 11. Pro. 26. ℣. 28 Hieron.

XXV. *Sed in diebus ueſtris domus exaſperans loquar verbum, & faciam illud*. Aſſequemini verbi mei, & comminationis euentum, o rebelles: non præueniet mors veſtra meam fidem.

XXVIII. *Verbum, quod locutus fuero, complebitur dicit Dominus Deus*. Oraculorum veritatem veſtro malo experiemini.

EZE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ARGVMENTVM.

Vaticinatur contra Pseudoprophetas.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini:

III. Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.

IV. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant.

V. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.

VI. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem.

VII. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, ait Dominus: cum ego non sim locutus.

VIII. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus:

IX. Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terra Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus:

X. Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis.

XI. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.

XII. Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis: Vbi est litura, quam liniistis?

XIII. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem.

XIV. Et destruam parietem, quem liniistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus.

XV. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.

XVI. Prophetæ Israel, qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus.

XVII. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas,

XVIII. Et dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum.

XIX. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs.

XX. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum.

XXI. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltra

tra in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus.

XXII. *Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur a via sua mala, & viueret:*

Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus. XXIII.

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMITERTII.

I: ET *factus est sermo Domini ad me,* A *dicens.*

II. *Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo.* Si de corde suo prophetant, quomodo prophetæ? *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* 2. Petr. 1. ℣. 21.

Nominibus vsu receptis loquitur Scriptura, nō curans an propria sint. Luc. 2. ℣. 48.

Videlicet sacra Scriptura sæpe vsurpat per catachresim nomina vulgo rebus imposita, non merito suo debita: nam Virgo sanctissima MARIA ad filium loquitur. *Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Vtique Ioseph non fuit pater Iesu, sed vulgo talis æstimabatur, & dicebatur. Et Paulus. Tit. 1. ℣. 12 *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta.* Id B est, poëta, quod vulgo poëtæ Vates dicebantur: ipsique sibi spiritum de cælo communicatum iactabant, dicentes:

Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli:
Sedibus æthereis spiritus iste venit.

Simili arrogantia isti pseudoprophetæ sibi adscribebant propheticum spiritum, & tales habebantur; ideo prophetas illos vocat Ezechiel.

III. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Theodoretus. Luctus occupabit eos, qui non sunt affiati diuino spiritu, sed proprio consilio acquiescunt: consilium enim animi spiritum ipsorum appellauit, &c. arguuntur itaque magistri populi, qui, cum diuino spiritu, & visione careant supernaturali, prædicant C cogitationes, & sensa cordis sui in concionibus, ac si essent diuina oracula; hosque vocat insipientes. Sed quare tam leui nota inurit tantam blasphemiam? Quia nunquam præsumendum est quempiam mentiri, & illudere velle, sed falli & illudi, quando fallit. Vnde sacra Scriptura mendacium vocat vanitatem (quod non præstet, quod promittit) potius quam falsitatem. Inde est illa locutio, *in corde & corde*, vel duplici corde loqui, id est, decipere, quoniam nefas putat credere aliquem loqui, & non ex animo: tolerabiliusque esse credit duo corda in vno homine, quam linguam sine corde esse. Ergo pseudoprophetas vocat secundum hanc æstimationem honorificam, non falsarios, sed insipientes; non mendaces, sed deceptos; non illudentes, sed illusos: quod isti potissimum erant ex sacerdotibus, quorum existimationi libenter consulit Dominus coram populo. Sic Oseas *Scito te Israel stultum propheta*m, insanum virum spiritualem, *propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ*: en prophetam alioqui populi perniciem, vocat amētem; populum vero iniquum, propter cuius scelera Deus permiserit decipi vatem illum: nam loco amentiæ, Hebraice legimus odium; quasi dicat. Ille quidem stultus fuit; sed in hanc amentiam præcipitarunt ipsum iniquitates vestræ, atque odium Dei vestris impietatibus conceptum. Sequitur. *Speculator Ephraim cum Deo meo propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius: insania in domo Dei eius; profunde peccauerunt*, &c. id est, speculator seu videns, aut propheta ipsius Ephraim Dei mei nomine auctoratus, habitusque propheta Domini fuit laqueus aucupis Ephrathæis: idque ob odium, quo Deus prosequitur Bethel, seu Bethauen domum idoli Israëlitarum: nam sequitur. *Profunde peccauerunt*, id est, perdite, ex corde, ex toto affectu recesserunt a Deo, & coluerunt idola, &c. Ceterum de hoc supplicio, infra. Aduersus eosdem prophetas Ieremias late. *In prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & in prophetis Ierusalem similitudinem adulterantium, & iter mendacij.* Id est, eandem stultitiam insulsam, & fatuitatem, quam vidi in Samariæ vatibus, qua scilicet prophetabant in Baal, ipsam reperio in prophetis Ierusalem: nam & cultum idolorum probant, & vanitates annuntiant, &c. Notat Origenes, pseudoprophetas esse, qui dant quidem responsa, vt magistri; ceterum quæ ad doctrinam spectant, nec oratione, neque vitæ exemplo persequentes, sed falsorum dogmatum præcones, aut impiorum dogmatum legislatores, vaticinantes quæ ex improbo ipsorum corde promuntur. Quæcunque autem de Prophetis narrantur, conueniunt omnibus Doctoribus.

Libenter consulit Deus in publica actu satione facte dotum existimationi. Ose. 9. ℣. 7.

Amentia & odium Dei confunduntur.

Ier. 23. ℣. 13

Origenes.

Quæ de prophetis dicuntur omnibus doctoribus conueniunt.

Quasi

Aduersus concionatores, qui suos conceptus quasi diuina oracula iactant.

Mendacium dicitur vanitas. Ps. 11. ℣. 3.

IV. *Quasi vulpes in desertis, Prophetæ tui Israel erant.* Vox מחרב, charaboth, significat rupturam, seu loca sepium disrupta, per quæ bestiæ subeunt vineas. idemque voluit significare Vulgatus voce *desertis*, scilicet loca munitione destituta & neglecta. Scholiastes. Antequam minas Prophetis falsis intentet, caussam addit comminationis, quod scilicet illi vulpes sint, ideſt, fraudulenti, qui vineas vastent secundum id, quod in Cantico scriptum est: quod vitis nominatur Israël, propterea hoc simili vtitur. Polychronius. Quoniam sæpe Scriptura vineam vocat populum, ideo nunc exemplo vulpium voluit auaritiam, & rabiem pseudoprophetarum significare. Vt enim, inquit, vulpes ex insidijs vinearum custodes fallunt, & ingressæ omnia vastant; ita hi fraudulento habitu multos decipiunt, veluti ad vtilitatem loquentes, suum tamen lucrum spectantes, ad voluntatem loquuntur omnia. Origenes. Instabilitatem, & mendacium, & impotentiam pseudoprophetarum notauit, dum eos vulpibus comparauit, &c. Scitum est vineam appellari populum Dei ab Isaia in Cantico illo celebratissimo. Sepes, & vallum vineæ, est diuina protectio, & prouidentia, qua populum suum ab hostibus defendit, & tuetur: dissipario sepis est, derelictio Dei. *Auferam*, inquit, *sepem eius, & erit in desolationẽ, &c.* ruptura vero erit permissio, qua tradidit Israëlitas inimicis suis: nam hac data licentia, quasi disrupta sepe, bestiæ in vineas, sic Babylonij in Dei populum grassati sunt. Custodes vineæ Vates sunt. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die et tota nocte non tacebunt in perpetuum.* Horum munus erat sepem refarcire, atque interim, dum manus altera operi intendebat, altera quasi familiares Nehemiæ, hostilem impetum retardare, precibus ad Deum fusis, & sermonibus ad populum habitis. Sed quanta esset impietas, si custodes ipsi rupto vallo intrarent, & vineam totam depopularentur? hoc est, belluinam induisse feritatem, exuisseque humanitatem omnem, & pudorem. Hoc ergo crimen imponit falsis prophetis, quod cum custodes haberi voluissent, vulpium imitabantur versutiam: qui ex calamitate ciuium suum ipsi exprimebant lucrum, & excidium Vrbis in sua conuertebant commoda: hoc non est agere custodes, sed vulpes subdolas, & verspelles, ouina se vestiunt pelle quasi pastores, & reuera sunt lupi rapaces.

Vulpium similitudinem pseudoprophetis accommodant Patres. *Scholiast.* *Theodor.* *Origen.* *Isa.5.ỳ.2.* *Isa.62.ỳ.6* Munus prophetarum.

V. *Non ascendistis ex aduerso, neque apposuistis murum pro domo Israel.* Hebraice. Non ascendistis ad intercisiones, neque obsepiuistis sepẽ. Chaldæus. Non stetistis in ruptura muri. Quoniam sepis meminerat, & rupturæ, transitum facit a vinea ad proximam metaphoram Vrbis, cuius murus perfossus est hostium machinis, irruptioque iam paratur: tunc enim cum non vacat aggerem construere, & vallo claudere rupturam, præsidium totum Vrbis situm est in robore ducum, qui sese opponentes in fractura, impetum hostilem retardant, & frangunt. Tales desiderabat duces in Ecclesia sua Deus dum dixit. *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me*, vel in interruptione contra me, &c. Sed quomodo duces isti Deo obsisterent? nonne contra Babylonios propugnanda munitio?

Proprium propheta-rũ opponere se stellinbus diuinæ iustitiæ. *Chaldæus.* *Ezech.22.ỳ.30.*

Vt staretis, inquit, *in prælio in die Domini.* Id est, in quo Deus præliabatur contra suum populum, in quo Dei sæuiebat vindicta (nam hoc significat dies Domini in sacris literis) quia licet impugnarent Vrbem Babylonij; veruntamen Babyloniorum imperator Deus ipse erat: ipse recensuit milites suos: ipse duxit, & bellum intulit Israëlitis. vnde Isaias ait. *Dominus præcepit militiæ belli*, numerauit milites ad bellum, vocauit sanctificatos suos, milites quasi sacramento sibi addictos: ergo illi obsistendum fuit. *Sed voluntati eius quis resistit?* pugna hæc non vi, sed arte conficienda; vt Iacob cum Angelo luctatus est, non brachijs complicatis, & corporis nixu, sed oratione & deprecatione feruenti. Hac arte tenetur Deus: alioqui quorsum quæritur sibi ligatas manus in Exodo, dum dicit? *Dimitte me.* vbi Chaldæus. Intermitte precationem. Et in Deuteronomio ipse refert de se Moses: *Iacui coram eo quadraginta diebus, etc.* Videlicet in fractura muri obsistebat Deo, ne irrumperet cum hostili acie in populum suum. Hoc est enim quod canit Dauid. *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, &c.* Vel in perruptione, muri scilicet, sese illi opposuisset, & fortiter dimicando eam detinuisset, ne in Vrbem irrumperet. Sed quibus armis pugnabat? Chaldæus respondet: Nisi Moses stetisset orans in conspectu eius. Hoc munus præstitit & Aaron. *Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ.* Pro, deprecari, legi potest, propugnare, quomodo aliquot codices antiqui legerunt, vt eadem metaphora explicatior appareat. Et Iosue eiusmodi gladium vibrabat. *Mi Domine Deus quid dicam videns Israelem hostibus terga vertentem? &c.* Et Ieremias. *Ne assumas pro eis laudem, neque obsistas mihi, &c.* Oratione enim, & laude diuini furoris vis auertitur, & de eius clementia comparatur victoria. Sic enim fecerant vim diuinæ iræ Patres veteres recensendo coram Deo, & celebrando laudibus misericordias eius, & mirabilia filijs hominum facta, inenarrabili patientia, sustinentia, & clementia. *Ii sunt prudentes eloquij mystici*, vel oratores, aut exorcistæ, ait Isaias. Qui laudibus suis, quasi incantationibus furorem diuinum sopire solent, & mansuefacere: & iterum Isaias ait. *Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.* Cum scilicet gladium distringis in populum. Hoc munere egregie functi sunt sacerdotes, qui *inter vestibulum, & altare plorabant sacerdotes ministri Domini, &c. Et Zelatus est Dominus populum suum.* id est, zelo erga sponsam suam, tametsi adulterã commotus est ad misericordiam, ne eam ab hoste videret pollui, & humiliari, quam sibi desponderat semel. Sed quantum hoc facinus sacerdotum fuerit, aduerte ex præcedentibus: Quia *venit dies Domini, &c. ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma, &c. Sicut fortes current quasi viri bellatores ascendent murum. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, &c.* Expende ruptum murum, irrumpentes hostes, Deoque belli duci obsistentes sacerdotes. Gregorius. Aliquanto aliter locum istum intellexit, quasi ascendere ex aduerso sit, ex iustitiæ zelo pastores Ecclesiæ sese mundi huius potestatibus opponere, & pro defensione gregis voce libera eorum tyrannidi contraire.

Dies domini vindictam significat. Isa. 2. ỳ. 12. & Ioel. 2. ỳ. 11. Deus ipse præliatur aduersus Israelitas militibus Assyriorum. *Isa.13.ỳ.4* *Ioel.2.ỳ.17* *Greg. homi. 14. in Euãg.*

VI. *Vident vana, & diuinant mendacium.* Polychronius. Non solidum, inquit, adamarunt verbum veritatis *dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos.* Polychronius & Theodoretus: Nomine meo abusi sunt, falsa vaticinia populo prædicentes, ego autem nil horum illis inspiraui. Vnde Ieremias ait. *Visionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini: non mittebam prophetas illos, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.*

Polychr. *Theodor.* *Ierem.23.ỳ.16.*

Et perseuerauerunt confirmare sermonem. Vel sperare fecerunt populum tempus oraculi sui adimplendi: promittebant suo tempore prædictionem suam euentu ipso confirmandam fore. Septuaginta. Et cœperunt suscitare sermonem, id est, signis falsis osten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendere vaticinium suum esse verum, nam suscitare, est stare facere, cuius oppositum est, cadere sermonem, id est, non impleri, vt diximus. Scholiastes. Initium orationis ipsi fingebant, reliqua Dæmones subiecerunt.

Sup. 12. ℣. 24. Scholiast.

VII. *Nunquid non visionem cassam vidistis?* Id est, nonne vobis conscij estis, falsa esse vaticinatos, & vana, quæ nullum talem sortirentur euentum?

VIII. *Ecce ego ad vos.* Aposiopesis, qualis illa Virgiliana: *Quos ego:* ——

Chaldæus. Sup. 5. ℣. 8. Inf. 26. ℣. 3. Chaldæus. Missurus sum iram meam aduersum vos: sic supra. *Ecce ego ad te.* Et infra. *Ecce ego super te Tyre, &c.*

IX. *Et erit manus mea.* Id est, vltio, punitio, quæ manu solet fieri, vt in psalmo. *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Id est. Veniat, extendatur manus in omnes inimicos tuos. Et Isaias ait. *Manus eius extenta.* Vnde Chaldæus recte vertit. Erit plaga potentiæ meæ super prophetas.

Manus pro vltione. *Ps. 20. ℣. 9. Isa. 14. ℣. 27 Chaldæus.*

In concilio populi mei non erunt. Id est, non vocabuntur per nomina ad Concilium sacerdotum, & magnatum, quod celebrabitur in Ierusalem post reditum e Babylone, vt refert Esdra. Vel in cœtu non intererunt, nō merebuntur cum reliquijs Israël ascendere, & numerari. Hoc supplicium est illud psalmi. *Non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum*, vel non stabunt, vel consistent cum iustis: non habebunt inter iustos locum. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum*, id est, probat consilium; *iter autem impiorum peribit*, id est, molimina, & studia euanescent. Aliquot codices habēt, in consilio, sed *concilio* legendum, vt est in Hieronymi explanatione, & vulgatis codicibus correctis. Septuaginta: Non erunt *ἐν παιδείᾳ*, en pædia, in institutione, doctrina, & concione, quæ instituitur, per synecdochen sic appellata. Polychronius. Illorum libertatem erga populum in loquendo coërcebo, & efficiam, ne talia loquantur. Scholiastes. Minatur eis fore, vt doctrinæ munere priuentur: Non docebitis, inquit, amplius meum populum, neque cum eo disseretis in posterum.

Strare in concilio quid significet. *1. Esdr. 12. Psal. 1. ℣. 5 Ibid. ℣. 6. Polychr. Scholiast.*

Et in scriptura domus Israel non scribentur. Post egressum ex Aegypto, & ascensum e Babylone numerati sunt omnes filij Israël, vt patet in libris Numerorum, Esdræ, & Nehemiæ, referebanturque in catalogum omnes superstites. Quare catalogus ille dicebatur scriptura domus Israël, vel liber vitæ, vt ab Isaia. *Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Ierusalem*; id est, admirationi erit, si quis ereptus e cæde superfuerit legendus in catalogo viuentium. Porro de hoc catalogo delebantur nomina mortuorum, semelque deleta non transcribebantur in alteram chartam, quæ quotannis renouabatur ex veteri transumpta. Hinc est, vt deleri de libro, vel scriptura, vel non adscribi sit perinde atque mori, vel interimi, vt in Exodo. *Peribit*, vel delebitur *anima eius de cœtu Israel*, id est, morte dignus est, pereat & deleatur eius nomen de censu Israël. Et in Numeris. *Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?* Atque iterum in Exodo. *Dele me de libro vitæ.* Huic affinis est illa phrasis Ieremiæ. *Recedentes a te in terra scribentur*, id est, peribit eorum memoria cum ipsis: nam, quæ alicuius momenti sunt, memoriæ mandamus, quæ vero magni ponderis, scripturis consignamus, ne obliuione deleantur vnquam: quod si maximi interest eorum memoria, in lapide, vel ære exaramus, vt Iob ait. *Quis mihi det, vt scribantur sermones mei stylo ferreo, plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice, &c.* Et Isaias. *Nunc scribe ea super buxum & in libro, &c. Et erit in die nouissimo in testimonium*

Scriptura Domus Israel, & liber vitæ quare dicatur. *Nu. 2. & 3. Esdr. 8. Nehe. 7. Isa. 4. ℣. 3.* Deleri de libro vitæ, significat mori. *Exod. 12. ℣. 19. & 31. ℣. 14. Num. 17. ℣. 13. Exod. 32. ℣. 32. Ierem. 17. ℣. 13.* Scribētur in terra, hoc est peribit eorū memoria. *Iob 19. ℣. 24. Isa. 30. ℣. 8*

A *vsque in æternum.* Quæ vero nihili ducimus, quasi per iocum in puluere scriptitamus, quandoque in aqua. Ieremias ergo in hanc sententiam dixerat. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino exaratum super latitudinem*, vel tabula, *cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum, &c.* id est, vt recordentur, &c. Qui ergo tam pertinaciter idolorum suorum memoriam retinent in tabula cordis insculptam, digni sunt qui deleantur de libro vitæ, eorumque nomina in puluere scribantur, vt vento rapta aboleantur de sub cœlo. Ideo Christus Dominus adulteræ pœnitentis peccata, vt vero simile est, in terra scribebat apud Ioannem: quasi dicat: Peccatum vestrum scriptum est stylo ferreo; huius vero mulierculæ iam iam delendum, & abolendum in perpetuum per eius pœnitentiam & meam clementiam, in terra par est scribatur. Hoc ipsum est illud psalmi (quem versu præcedenti cœpimus explicare) *Non sic impij, non sic*, scilicet, prosperabuntur eorum conatus, & spes permanebunt. *Sed tanquam puluis, quem proijcit ventus.* hoc est, non firmioribus nituntur radicibus, quam quisquiliæ, quæ a vento rapiuntur. Perinde enim est ipsos eum puluere conferri, atque eorum nomina in puluere exarari. Origenes. Non scribentur, &c. id est, delebuntur de libro viuentium, in futuro die videlicet. Aptius Scholiastes. Non erunt, inquit, adscripti in numerum filiorum Israël, vtpote paulo post de medio tollendi: sed neque ille collimauit: germanum sensum initio docuimus.

Ier. 17. ℣. 1 *Io. 8. ℣. 6.* *Psal. 1. ℣. 4* *Origenes.* *Scholiast.*

B

C *Nec in terram Israel ingredientur.* Scholiastes. Nam extra Ierusalem, inquit, illos interficient, vt ipsius mortis dignitas absit extra patriam cadentibus. Virgilius.

Scholiast. Graue supplicium priuari patema sepultura. *Virgilius.*

—— O terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

E contrario septies infelix ducebatur, qui paterna carebat sepultura. Pœna acerbissima exilium, a terra viuentium mors altera, immo morte ipsa amarior sententia. Graue erat a Concilio extrudi iustorum, grauius deleri de albo conciuium, sed grauissimum eliminari a solo patrio, cuius aduenæ etiam, atque proselyti participes sunt. Obserua pro durissima illa sententia damnatorum: *Discedite a me maledicti, &c.* durum enim illis erit, heu, separari a cœtu iustorum, quasi hædos ab ouibus Christi, durius nō vocari ex scripto, cum vocabuntur electi scripti in libro vitæ; sed illud durissimum. *Ite in ignem æternum*: cum ceteri inuitantur. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est, &c.* Similis comminatio extat in Ieremia. *Ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle*, id est, bibent amaram potionem de calice iræ furoris Dei omnipotentis: nam cum omnis mors haustus sit amarus, mors extra patriam est amarissimus.

Damnatorum pœnæ. *Ierem. 23. ℣. 25.*

X. *Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax.* Pax omnimodam felicitatem notat, tranquillumque vitæ statum bonis omnibus cumulatum: sonat enim perfectionem, consummationem, atque adeo securitatem a bellorum tumultibus, in qua prosperitas omnis sita est reipublicæ. Carpuntur isti illusores a Ieremia. *Curabant contritionem muri perfossi, cum ignominia dicentes, pax pax, & non erat pax.* Idem habes apud eundem iterum, & apud Paulum. *Cum dixerint, pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus.* Ego enim populo bellum, & cædem, & captiuitatem prædicebam, comminatione malorum cupiens eos resipiscere; sed illi contraria mihi facientes, pacem illis incassum pollicebantur.

Pax significat omnimodam felicitatem. *Ier. 6. ℣. 14* *1. Thess. 5. ℣. 3.*

Ipse

Universidad de Deusto Biblioteca

Populus ædificabat pseudoprophetæ liniebant. *Hieron.*

Ipse ædificabat parietem maceriam, *illi autem liniebant eum luto absque paleis.* Variant interpretes in sensu loci explicando, ob metaphoræ originem incertam. Hieronymus. Ipse, inquit, Deus ædificabat per legem, & oracula prophetarum parietem, quo tuti essent. Ceterum insulsum ædificium Deus irridere videtur potius, quam construere: ergo, ipse, populus est; illi vero, sunt pseudoprophetæ, vt patet ex contextu. Græci Scholiastes per parietem acceperunt doctrinam, quam linirent pseudoprophetæ oratio nis elegantia. Orationis, inquiunt, putridæ fœditatem exornantes impostoris oblinebant: impostura vero erat, quod aiebant, esse Domini verba. Hebræus enim habet: Vngunt parietem sine paleis: scite doctrinæ fragilitatem, cariemque significans, &c. Verum non potest dici murus doctrina, quia murus tribuitur populo, doctrina contra pseudoprophetis. Ergo ita explicandum versum existimamus. Ipse, populus scilicet seductus ab impostoribus, cum se diuina protectione, quæ pro muro sibi erat, desertum vi dit; conatus est fracturam muri redintegrare; præsidium suum locando in copijs auxiliaribus Pharaonis, quas multa mercede conduxerat, eorumque co natus mendaces pseudoprophetæ lactabant, promittentes euentum felicem populi machinationibus. Illud ergo vocat Propheta, murum ædificare, hoc autem, linire structurã luto absque paleis: hoc est, vanam fiduciam mendacibus promissis confirmare: erat enim eorum munus, male constructam a populo insipiente maceriam euertere, & hortari, vt solidiorem a fundamentis construeret, si tutus esse vellet, Dei clementiam precibus & pœnitentia exorando, ne se desereret, hostibusque traderet, vt fecerunt veteres Patres in simili angustia constituti: at ipsi vanas spes illorum fallacibus oraculis sustentabant: nos enim male concretum murum crustis calcis solemus firmare exterius, vt aliquantisper subsistat; sed ex bene macerata calce, & temperato cemento: qualis vero esset dementia ex luto absque palearum mistione incrustare male compactum parietem? rueret certe, & opprimeret redemptores. Hanc explanationem innuit Hieronymus paulo inferius dicens: Illud, quod supra diximus, *Ipse ædificabat parietem*, &c. quidam ad populum referunt Israël, qui vanum sibi vel Aegyptiorum, vel pacis promittebat auxilium, &c. Videtur apud Amos. *Et ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij, atque comminatur,* se depositurum trullam, nec amplius superinducendam muro, significans statim dissipandam munitionem, & regnum Israël: nam murus quidem pro munitione est, cum vero linitur, & reficitur, quasi confirmatur munimentum; cum vero incrustatio cessat, cadit structura: eadem ergo metaphora Amos quoque vsus est, qua noster Propheta. Est etiam metaphora Isaiæ repetita in idem institutum. *Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti, &c.* Et infra: *Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & speraßis in calumnia, & in tumultu*; id est, copijs conductitijs, pecunia per violentiam extorta: *propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro*, id est, ruptura cadens, quam sæpe opifices inuisunt, & requirunt exploran tes, an ruitura sit, *quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida*, impetu vehementi. Idem scribit Ezechiel.

Ædificabant illi vana fiduciam; ifti liniebant falsis promissionibus.

Munus prophetarum, euertere tales maceria.

Amos. 7. ℣. 7

Isa. 30. ℣. 2.

Ibid. ℣. 12.

XI. *Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura.* (Hebraice absque paleis, vt supra: sed Symmachi hæc versio est) *quod casurus sit*, subaudi, murus.

Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. Et infra.

Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, &c. Impetum Chaldæorum in Ierusalem irruentium comparat imbri, procellæ, turbini, & grandini: significans nullum præsidium eorum tam firmum esse, quod non euertendum sit vi hostili, nihilque turum fore a Chaldæorum incursione, quæ quasi procella omnia vastat & exturbat. Consueuerunt hanc similitudinem Prophetæ frequenter vsurpare, cum indignationem diuinam depingere volunt, vt Isaias. *Sicut turbines ab Africo, &c.* Et iterum. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem, &c.* Item. *Visitabitur in tonitruo, &c.* Et Ieremias. *Turbo Dominicæ indignationis, &c.* Quod ait, lapides grandes, Hebraice legimus אלגביש, elgabis, quæ vox composita est ex אל, el, & גביש, gabis, quarum postrema significat crystallum apud Iob. *Excelsa & eminentia non memorabuntur*: verti enim potest cum Rabbi Ionah, & alijs: Corallij & crystalli non erit recordatio, &c. & quoniam lapilli grandinis sunt coloris crystallini, eadem voce significantur hoc loco ex omnium fere sententia iuxta illud psalmi. *Mittit crystallum suam sicut buccellas*, id est, grandinem frustulatim iaculatur, vt sensus sit. Dabo lapides prægrandes grandinis, quoniam vocula addita nomini a capite eius significationem auget. Quidam legendum putant, lapides grandinis, quod intelligendum esse non est dubium, legendum autem non credo, cum non reperiatur in codicibus vetustis Latinis, nec in correctis recentioribus: tametsi Hieronymus, grandinis, videatur legisse; nisi forte sensum interpretatur vocis, quam non apposuit in vulgata.

XIII. Impetus Chaldæorũ irruentium in Vrbẽ comparat imbri & procellæ.

Isa. 21. ℣. 1. & 25. ℣. 4. & 29. ℣. 6. Ier. 23. ℣. 19. & 30. ℣. 23.

Lapides grãdes, id est, grandinis. Iob 28. ℣. 18

Hieron.

Et reuelabitur fundamentum eius. Id est, non relinquetur lapis super lapidem, ne fundamentales quidem lapides restabunt, sed eruentur, & euertentur.

XIV.

Et cadet, subintelligitur paries, *& consumetur in medio eius.* Hebraice legitur consumemini. Sic Septuaginta, in Complutensi item, & Chaldaice. Verum Hieronymus videtur sensum secutus vertisse consumentur in medio eius, videlicet linitores, incrustatoresue.

Non est paries, & non sunt qui liniunt eum Prophetæ Israel. Hic distinguendum est, non ante vocem *prophetæ*, vt fere fieri solet.

XV. & XVI.

Et tu, fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant. Expleta in pseudoprophetas commination e, sermonem conuertere iubetur contra mulieres venificas, quibusdam imposturis vtentes, vt vates haberentur. Etenim quemadmodũ veris prophetis humanæ naturæ hostis inseruit pseudoprophetas; sic veris prophetissis, quæ Dei nomine interdum vaticinabantur in Israël, vt Delbora, & Holda, miscuit pseudoprophetides, aduersus quas iubetur vaticinari Ezechiel. *Pone*, inquit, *faciẽ tuam*, id est, loquere vultu obfirmato, & minaci, *contra filias populi tui.* Scholiastes. Erant in Israël mulieres, quæ turpia docerent eos, qui audire vellent. Scriptura tamen solet appellare mulieres eos, qui nil virile præseferunt habitu: anima enim, quæ rationem & superiorem facultatem colit, quæque materiam, in quam ortus & interitus cadit, præterit, non est femina, sed vir; at quæ in sensibus residet, & rebus materialibus oblectatur, & quasi effeminatur, femina est, &c. Adiecit Scholiastes alius. Mens vir est, semina vero sensus est secundũ considerationem consilij, vel sententiæ: quocunque vero inclinauerit anima, talis efficitur: propterea capite velum gestat mulier

XVII. Prophetia contra mulieres pythonissas pseudoprophetides.

Iudic. 4. 4. Reg. 22.

Scholiast.

Alius Scho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter Angelos : subiecta enim est: hanc viuificat Pharao vt amicam, &c. Alius denique Scholiastes sic rem absoluit: Tales erant animæ, quæ puluillos consuebant, & velamenta faciebant super ætatem montis, vt ne cresceret. ij porro sunt animales potius, atque carnales, taliumque doctores, quos ex habitu & affectione mulieres appellat Propheta, &c. Præclara adnotatio, sed mystica potius, quam literalis: cum enim probabile sit, feminas Israëliticas, sicut & viros assueuisse interdum mentiri prophetias, feminasque sonet illa oratio, *Filiæ populi tui*, de falsis prophetissis hæc interpretari par est, non de effeminatis viris.

Alius Scho.

XVIII. *Væ quæ consuunt*. Sic legendum est in genere femineo, vt Hebraicus & Græcus, atque Latini correcti habent codices: non vero, qui consuunt, vt mendose legitur alicubi. *Consuunt*, vel sarciunt, texunt, concinnant, innodant. *Consuerunt folia ficus*, id est, attexuerunt, innodarunt.

Gen. 3. ℣. 7

Patrum sententia de significatione nominum puluilli, & ceruicalis.

Puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Hebraice loco præpositionis *sub* legimus על ghal, quod valet, super, aut contra. Quid autem sibi velit Propheta per puluillos, & ceruicalia non facile est decernere. Septuaginta verterunt ceruicalia, & velamina. Symmachus apud Theodoretum, puluinos, & ceruicalia, quem imitatus est Hieronymus. Versionem Septuaginta sic explanat Origenes. Puluillus sub cubito est delicata, & voluptuaria vita: hanc autem consuunt, qui nil esse tradunt, nisi quæ cernuntur oculis: qui dicunt comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Talibus autem consentaneum est dicere nullam esse beatitudinem, nisi in corporis voluptate, quod est velamen super caput mentis, & integumentum, quod illam in infimum deijcit locum, impositum eius capiti, quippe quæ res generabiles apprehendit: & propterea mulier dicitur, quæ reddat responsa, cuius dexteram lex præcidit: nam puluillo innixa interitum arripuit. Scholiastes. Consuunt puluillum ad cubitum, qui verba verbis ad fallendum compositis connectunt; & sententias falsas sententijs inconcinnis tanquam catenæ annulos connectentes non contexentes: vix enim aranei tela mendacio texi potest. Consuunt igitur mendacij doctrinam, prophetantes quæ non sunt, & actiuam de mundo tollunt doctrinam, per quam animus in spirituali crescit, tenebrasque illi offundunt molli ac delicato auditu, quem sequuntur mutuæ carnis voluptates: hæc enim innuit per cubiti puluillum, & capitis ceruical, &c. Polychronius, atque Theodoretus. Translate per hæc molliores indicat, blandioresque sermones: ceruicalia enim & puluilli requietem quandam, & curationem afferunt membris, quibus supponuntur: blandiores quoque sermones, cum falsi sint, ad tempus quidem titillant auditum, sed animas penitus euertunt; ita etiam falsæ prophetissæ populo quidem detrimentum animæ, sibiipsis pecuniæ lucrum parabant, cum ea prædicerent, quæ vtilia, & grata viderentur. Hoc enim innuit cum dixit: *Peruertebant animas populi mei*. Atque hi quidem translationem agnoscunt in vocibus puluilli, & ceruicalis. Alius vero Scholiastes proprie sumpta hæc nomina putat: sic enim habet. Ceruicalia dicit consuta, quæ ad cubitos faciunt, vel certe brachia, atque etiam ad capita, quod perspicuum est ex eo, quod Hebræus dicit. Væ facientibus phylacteria, & appendentibus brachijs suis, & imponentibus ea super caput cuiusque ætatis ad euertendas animas: auertebant enim a Deo: nam cantiones Dæmoniorum erant, &c.

Theodor. Hieronym. Origenes.

Scholiast.

Mendacium quam ineficax.

Polychr. Theodor.

Proprie sumpta nomina acusant omnia præstigia & superstitiosis bullarum, nominumue gestationes.

Alius Scho.

Aliud scholium extat in hunc modum. Hebræus ita dicit: Væ eis, qui faciunt phylacteria, & suis brachijs appendunt, &c. Porro φυλακτήριον, phylacterion, significat præsidium, antidotum præseruatiuum contra venena, amuletum salutis conseruatorium. Polychronius item. Accusat enim non solum eas, quæ responsa dare, ac vaticinari conabantur, sed etiam quæ amuletis circum alligatis, incantationibus, & cantilenis nescio quibus vtebantur, &c. περίαμμα, periamma, vsurpat Polychronius, cuius vice nos reddimus cum Budæo, amuletum: valet enim vox, quod circumnectitur, & circumalligatur alicui; sed peculiariter quæcunque ad arcendas noxas cuicunque corporis parti (præsertim collo) alligantur. Sunt qui differre velint periammata a superstitiosis magicæ artis gestaminibus, & præstigijs, quasi periammata vi naturæ operentur, alia ex arte Dæmonum. Ceterum Gregorius Nazianzenus vtraque coniunxit in oratione: Non est tibi opus περιαμμάτων καὶ ἐπασμάτων, periammaton, cæ epasmaton, per quæ malignus ille spiritus ingreditur: amuletis, & incantamentis vertas licet. Mosellus vertit. Non est tibi opus vinculis & incantamentis, &c. Ergo secundum horum Græcorum expositionem, puluilli & ceruicalia proprie sumuntur, non translatitie, significantque amuleta, phylacteria, nomina, bullas collo appensas, catenulasue brachijs circumligatas, quibus striges illæ munire se dicebant vanissimos homines aduersus omnem incursum. Fauent Græcis quæ sequuntur. Porro Hebrææ voces מספח, mispha, כסתות, cesathoth, atque מספתות, mispha-thoth, aliam significant metaphoram, venationis videlicet: nam vox כסתות, cesathoth, pro qua vertit Vulgatus puluillos, ortum habet a כסה, casah, operuit, texit. Vnde omnia nomina significant operimentum, velamen, telam, prætextum, & quidquid obtenditur, vt aliquid abscondas, vel dissimules. Vnde vox כסות, cesuth, significat munus, largitionem, qua obteguntur & capiuntur oculi, vt in Genesi. *Placabo illum muneribus*. Hebraice כסות. Operiam faciem eius velamine. Eadem phrasis est ibi. *Hoc erit tibi in velamen oculorum*, id est, pro munere: & in Malachia. *Cum odio habueris, dimitte: operiet autem iniquitas vestimentum eius*. Vel operiatur iniuria hoc velamine, & prætextu, libello scilicet repudij. Ab hac voce parum abludit altera כסה, casah, consona voci Hispanicæ *caça*, & significatione non absimilis: cuius pluralis extat in præsenti כסתות, cesathoth, significatque rete, telam, prætextum, quem obtendunt aucupes ad capiendas auiculas, vt ex contextu horum versuum patet. Idemque sonat vox altera, pro qua Vulgatus vertit, ceruicalia, מספתות, mispharthoth, nam descendit a verbo ספת, saphath, iecit, adiecit, dimisit, extendit sortem, vel rete: ex quo est vox מספחת, mispharhath, plaga, macula, scrobs, quæ cadit, vel iacitur super carnem. Vulgatus vertit lepram, vel scabiem, vt in Leuitico. *Mundabit eum* sacerdos, *quia scabies est*, &c. Dicitur autem hoc nomine scabies, quia quasi rete scutulis, plagis, & maculis variatur: nam & retibus aranei plagas, & maculas tribuit Plinius; & nos scrobes lepræ, vocamus plagas, & maculas. ergo eius vocis pluralis numerus in præsenti scribitur a Vate nostro si ea per ה, he, in fine scribatur; vel si per ת, thau, scribitur, alterum nomen illi affine, quod significat retia, & quidquid obtenditur, & iacitur ad capiendum. Ceterum existimo Græcis vocibus detegi rem, Hebraicis vero eius figuram & mo-

Alius Scho.

Polychr.

Amuletum quid.

Greg. Naz.

Ex Hebræo interpretatur voces.

Genes. 32. ℣. 20. Genes. 20. ℣. 16. Mal. 2. ℣. 16

Leuit. 13. ℣. 6.

Plin. lib. 11 cap. 24.

modum, vt scilicet vetulæ illæ reuera appenderent, aut ligarent collo, & brachijs consulentium quæ diximus antidota; ea vero fuerint quasi bullæ reticulatæ, vel nomina, vt vocamus acu picta scutulis collo appensa: catenulæ autem, vel retia brachijs alligata, ex quarum figura spiritus sanctus occasionem sumpserit alludendi ad venationem, cum dixit *ad capiendas*, venandas, inescandas, vel irretiendas *animas*; ex situ autem Septuaginta, Symmachus, & Hieronymus ansam acceperint ad vertendum puluillos, & ceruicalia: quia videlicet bullæ e collo appensæ ceruicalia dici possunt, quod in eis quasi in molli ceruicali securi, & quieti dormirent, qui eas gestabant: catenulas vero brachiorum puluillos iure appelles, quod brachia protegerent ab omni impetu aduerso melius quam puluilli: neque enim necesse est puluillos esse, quibus cubiti niterentur. nam Hebraice habetur super omni axilla manus, hoc est, super brachio ad manum, seu prope manum, vbi ligari solent eiusmodi ornamenta, vel munimenta. Porro axilla brachium totum significat, non præcise cubitum.

Symmach. Hieronym. Bullæ illæ collo appensæ ceruicalia vocantur, quasi in eorum tutela securi dormire possent.

Et cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorum. Septuaginta. Animas peruertebant populi mei, & animas seruabant. Hebraice. Nunquid animas venabimini populi mei, & animas vobis uuificabitis? id est, nunquid liberum erit vobis ijs, qui vestris carminibus irretiti, & dementati sunt, vitam, & felicia omnia polliceri meo nomine? ita ne quibus mortem infertis, veram vitam promittitis mendaciter? hoc est illud Isaiæ: *Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Sed hoc infra explicatius tradit Vates.

Fallaces vitam promittunt, cum mortem donent. *Is.* 3. ℣. 12.

XIX.

Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis. Hoc est, profanabant oracula mea sancta, cum meo nomine responsa dabant vana & mendacia: nam Dei numen sanctissimum ex æquo violatur, cum spiritus diuinus æstimatur profanus, vulgaris, & humanus; vel cum spiritus humanus habetur pro diuino. Eiusmodi exemplum extat [a] infra: *Et non sanctificabunt populum in uestibus suis.* Et quid præiudicij diuino nomini fit ex eo, quod populus sanctificetur mistus Leuitis indutis vestes sacras? quia scilicet cum populo intersunt sacrificij, ipseque sanctificatur, ministri rursum polluuntur, & vulgares reputantur, vt pote vulgo misti. Vel sensus est: Adimebant mihi honorem potentis & iusti, vt qui probarem talia scelera, vel non possem vlcisci. Tantum vero dispendium diuini nominis, & honoris commutabant exiguo commodo, & lucro suo: nam orgyorum merces erat fragmen panis hordeacei. Vel, vt Vulgatus habet, *pugillum hordei, et fragmen panis*, quibus verbis allusit ad susceptam allegoriam aucupum, qui solent pugillo hordei, vel micis panis inuitare volucres, decipere, & capere; tametsi variantur personæ: nam in aucupio offertur esca ab aucupe; Sic hîc accipitur, sed nil interest hoc modo fiat, vel illo, dum captio fiat esca hordei, vel panis. Sed si hæc tanta impietas censetur, quantum erit sacrilegium propter quæstum diuini Euangelij præcones adulterare verbum Dei? Vel cæli clauicularios eos peccatis soluere, qui constricti sunt, vel constringere illos, qui solui merentur? Eheu quoties violatur in sacramento pœnitentiæ a peruersis quibusdam eius administris Dei nomen? Hos viles quæstuarios (pudet falsos vocare prophetas) dixerim cum Ezechiele Pseudoprophetissas: cum Isaia potius cauponarias meretrices: nam aduersus hos illam intorquet expostulationem Isaias: *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij?*

Aeque violatur diuinum nomen cum spiritus Dei æstimatur humanus, atque cum spiritus humanus, vel alius æstimatur diuinus.

[a] *Inf.* 44. ℣. 19.

Vtitur cepta prius allegoria aucupij, qui granis hordei, vel micis panis decipiunt aues.

Aduersus mercenarios, qui propter munera deficiunt ab obligatione prædicandæ veritatis, vel non absoluendi.

Is. 1. ℣. 21.

quis te fecit cauponem, o sacerdos, qui populo iura dicebas? *argentum tuum*, Dei verbum igne examinato argento lucidius *versum est in scoriam* blandiloquentiæ, *uinum tuum*, idem verbum vino suauius, & efficacius *mistum est aqua*, id est, dilutum fabulis frigidis pacem promittentibus ijs, qui digni sunt morte. Sic Hieronymus, Basilius, Irenæus, & Gregorius: & apud Paulum. *Adulterantes uerbum Dei* Græce dicuntur cauponantes, id est diluentes, enarrantes, *docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia*: hos vocauit Isaias homicidas, cui assonat Ezechiel dicens.

Hieron. & Basil. in Isa. Irenæus lib. 4. c. 25. Greg. in 3. c. Iob. 2. *Cor.* 4. ℣. 2. *Tit.* 1. ℣. 11

Vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & uiuificarent animas, quæ non uiuunt: Id est, mortis reos pronuntiabant eos, qui erant innoxij, & vita dignos eos, qui reuera morti erant damnati: hoc inferius explicatur illis verbis: *Pro eo quod mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui*, &c. hoc autem loco & vita, & mors non solum temporalis accipienda est, sed etiam æterna: nam vtramque vitam meretur iustus, & vtramque mortem meretur impius & corporis, & animæ. De morte corporis hæc accipit Scholiastes dicens: Aliud crimen narratur, scilicet quod cantionibus, & veneficijs interirent aliqui innoxij, quibus mors non debebatur, & conseruarentur ij, qui mercede sagas conduxerant, quantumuis digni non vna, sed multiplici morte essent, vtpote qui se ad huiusmodi veneficia mulieribus vilissimis Dæmonum præstigijs vtentibus crediderant. Apollinaris: Vt viuerent qui ad impietatem deficientes per legem morti erant obnoxij, &c.

Morituros prædicebant iustos, vitam iniquis promittentes.

Schol.

Apollin.

Mentientes populo meo credenti mendacijs. Similes habent labra lactucas, delicatis auribus intruduntur mendacia pro veris: ij sunt filij desertores, & fœdifragi, *qui dicunt Videntibus, nolite videre; loquimini nobis placentia, videte nobis errores*, visiones falsas, *cesset a nobis sanctus Israel*, id est, ne toties inculcetis nomen Dei Israel: hi sunt vitiosis, & prurientibus auribus auditores delicioси. *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus*, auditores scilicet ipsi, nam in recto plurali est, *prurientes*, nouitatum amatores, & cupidi: aures quasi superfluo aliquo humore prurientes arrigent ad fabellas docte compositas, & sermones studiose exultos, qui eorum aures demulceant, & pruritum recreent. Sed obserua in Pauli verbis, hos magistros aceruatim concurrere quasi ad stadium, vt se inuicem præueniant in captanda populi aura, & aure detinenda: cum contra vix vnum, aut alterum reperias Videntem. Tempore Achab quadringenti Pseudoprophetæ Baal decipiebant Israël, vnico Elia veritatem pronuntiante de ore Domini. Prophetæ quadringenti circiter, post alios iugulatos ab Elia, prophetabant prospera Achab; solus Michæas prædixit veritatem.

Culpa est auditorum mentiri prophetas.

3. *Reg.* 18. & 22.

XX.

Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad pulluillos uestros, quibus vos captis animas volantes. Aposiopesis est irarum plena: hoc est: En ego vindictam sumam de vobis, & animaduertam seueriſſime in vestra carmina, quibus ineſcatis, & venamini animas quasi aues, vel pro volucribus: hoc puto significare illa oratione, *animas uolantes*. Nam quod alij vertunt, animas volantes extra corpora, id est, pereuntes, libere dictum est, & præter rem: nam in metaphora venationis, vel aucupij, cum volat auicula, eripitur; cum vero irretita volare non potest, tunc occiditur: perperam igitur per volatum necem intelligas: metaphoram autem deserere non iuuat,

Insistens in allegoria aucupum, vtitur voce (capitis) & animas volantes vocat, hoc est quasi aues.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuuat, cum licet persequi: hoc autem versu & licet, & oportet: extenditur enim ad sequentem versum.

Pulnilli pro retibus & pedicis, quæ in brachijs portantur, & expanduntur.

Et dirumpam eos de brachijs uestris. Versus hic confirmat quod supra exponebamus retia pro puluillis; neque enim puluilli in brachijs portantur, vt inde abrumpantur, at vero de illarum brachijs abstrahendi, & dirumpendi vaticinantur; ergo de retibus & pedicis iure accipiamus, quas solent aucupes portare brachio altero, altero extendere: quibus verbis significat præstigias omnes, falsa vaticinia, & incantationes esse ablaturum de ore earum sacrilego, ne vltra possint illis capere male suadam plebem.

Et dimittam animas, quas uos capitis, animas ad volandum, id est: discissis retibus liberas volare permittam animas, quas ceperatis: hunc sensum probat sequens versus. Scholiastes: Dimittam, id est, separabo a vobis, vobis scilicet antea e medio sublatis.

Schol.

XXI. Dum irretira est ijs laqueis anima, non agnoscit Deum; ab eis libera incipit agnoscere, Schol.

Et dirumpam cerutealia uestra. Velut supra explicuimus, bullas, vel catenulas, aut retia.

Et liberabo populum meum de manu uestra: neque erunt ultra in manibus uestris ad prædandum: & scietis quod ego Dominus. Acquissimus scilicet iudex sum, qui odio habeo iniquitatem, & diligo iustitiam. Scholiastes. Cum disrupta, ac discissa fuerint cerucalia, & puluilli: delitiæ enim, relaxatio, dissolutio, voluptas non sinit agnoscere dicentem: Ego sum Dominus.

XXII. Theod. Schol.

Pro eo quod mœrere feciſtis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, ut non reuerteretur a uia sua mala, & uiueret. Theodoretus & Scholiastes. Quia enim iustos, inquit, perturbabatis, ac veluti fluctus exagitabatis (ita quippe Aquylas interpretatus est) calamitates ipsis prædicentes, & audaciores improbos reddentes, bona eis vaticinantes, & vtraque hæc præter meum consilium facientes, ad me eorum causam referebatis; propterea omnibus exitijs vos perdam, & falsis vaticinijs finem imponam. Obserua quam *pretiosa* est *in conspectu Domini* non solum *mors*, sed & lacry-

Quam pretiosi iusti coram Deo.

mæ, gemitus, vel mœror *sanctorum eius*: quanti ea facit, quam seuere rationem exigit non dico de occiso iusto Abel, sed de tristitia, qua affectus est sine causa. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est*, id est, qui vindex est mortis innocentis, curam habet eam vlciscendi: *non est oblitus clamorem pauperum*: honorificentissimo Deum appellat cognomento, Patronum pupillorum, Iudicem viduarum, vltorem iniuriarum innocentum, &c. Ecclesiasticus: *Lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas. A maxilla enim ascendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis*: & Malachias ait. *Operiebatis lacrymis altare Domini.* Vide quam honesto loco consecrauerat lacrymas, quas mulier-culæ repudiatæ fundebant coram Domino, cum sacrificia offerebant votiua pro reconciliatione virorum: oblatas victimas ab illis non curat, lacrymas memorat, & exaggerat: *operiebatis*, inquit, *lacrymis altare*, parum abfuit quin ignem extingueret lacrymarum vis, vestra impietate expressa a coniugibus immerentibus. Secundo. Obserua quantum nocumentum inferat Reipublicæ pseudopropheta, vel concionator prædicans pacem peccatoribus; confortat enim manus eorum ad maiora crimina patranda, liberioremque viuendi rationem: de eis loquitur Ieremias dicens. *In prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacij.* Aemulantur adulteros, sponsam mihi dilectam sollicitando, & mendacijs auertendo. *Et confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque a malitia sua: Facti sunt mihi omnes, ut Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha*, &c.

Ps. 9. ℣. 13

Eccl. 35. ℣. 18.

Mal. 2. ℣. 13.

Pernicies reipublicæ est pseudopropheta vel concionator pacem peccatoribus denuncians, Ier. 23. ℣. 14.

Propterea uana non uidebitis amplius. Desistetis ab huiusmodi imposturis de medio sublati per barbaros; & populum a vestris veneficijs, & retibus liberabo. XXIII.

Et scietis quia ego Dominus. Quoniam, inquit, doctrinæ non paretis; illato certe supplicio, mei dominij præstantiam cognoscetis, verborumque veritatem.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMQVARTVM.

ARGVMENTVM.

Hypocritis rogantibus oraculum Dei respondet seuere. Deinde promittit reliquias Israël scrutatum iri.

I. ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me.

II. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

III. Fili hominis, uiri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis?

IV. Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum.

V. Vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis.

VI. Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab idolis uestris, & ab uniuersis contaminationibus uestris auertite facies uestras.

VII. Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me.

VIII. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus.

IX. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel.

X. Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit:

XI. Vt non erret vltra domus Israel a me, neque polluatur in uniuersis præuaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

XII. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

XIII. Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, ut præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram uirgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & iumentum.

XIV. Et si fuerint tres uiri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

XV. Quod si & bestias pessimas induxero super terram, ut uastem eam: & fuerit inuia, eo quod non sit pertransiens propter bestias:

XVI. Tres uiri isti si fuerint in ea, uiuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.

XVII. Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio: Transi per terram: & interfecero de ea hominem, & iumentum:

XVIII. Et tres uiri isti fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli liberabuntur.

XIX. Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem, & iumentum:

XX. Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: uiuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium, & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.

XXI. *Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quod & si quattuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominem, & pecus:*

XXII. *Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios, & filias: ecce ipsi ingredientur ad uos, & uidebitis uiam eorum, & adinuentiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem in omnibus, quæ importaui super eam.*

XXIII. *Et consolabuntur vos, cum uideritis uiam eorum, & adinuentiones eorum: & cognoscetis quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.*

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMIQVARTI.

L *ET Venerunt ad me uiri seniorum Israel.* Cum ego, inquit Propheta, in pseudoprophetas, & pseudoprophetissas tam acriter essem inuectus, atque etiam aduersus populi præsides. & magistratus, coarguens illos adulterati verbi, hos vero religionis violatæ; quod scilicet suo exemplo inuitabant, & trahebant stultam plebem ad falsos vates consulendos; tunc aliquot seniores venerunt ad me. *Seniores.* Nomen hoc non tantum ætatem significat, sed etiam dignitatem notat: nam vt plurimum in magistratus creabantur viri ætate prouecta; sed qui non solum canis, sed sensu seniores merito habebantur, eandemque vim habet hoc loco: nam præsides populi Israël creabantur singulis annis, etiam in transmigratione Babylonica, vt patet in Daniele, vbi legimus iudices creatos duos senes in peccatis inueteratos. Magistratus itaque populi videntur fuisse, qui ad Prophetam venerunt.

Senium non ætatem tantum, sed & dignitatem significat.

Dan. 13.

Et sederunt coram me. Venerant quidem ad rogandum per me Dei responsum, quod suis consilijs esset consentaneum, atque vt se ab imposito crimine purgarent: hoc facto religiosos se, & ueri Dei cultores mentientes: sed interim hunc animum celabant silentio, & quasi a meo ore pendentes auscultabant. Dominus autem eorum corda mihi detexit, dicens.

III. Aduersus hypocritas, quorum mentes detegit Deus prophetæ. *Theodor. Theodot. Symmach. Chalde.*

Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis. Hebraice, ascendere fecerunt, id est, statuerunt: quod apertius est interpretatus Aquylas apud Theodoretum, dicens: Viri isti dedicarunt idola in corde suo, &c. *Immunditias* vocat idola sordida, & spurca, vt diximus. Sic enim verterunt etiam Symmachus, & Theodotio, posuerunt idola. Chaldæus vero cultum idolorum, hoc est, idola venerantur ex animo: fecerunt ex cordibus suis altaria idolis sordidis: vel, impressos habent in corde abominandos idolorum ritus; tametsi se simulant cultores Dei, & verbi eius discendi cupidos.

Et scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Septuaginta: Tormentum, vel pœnam iniquitatum suarum. quod sic interpretatur Origenes: Tanquam desperantes omnia peragunt, parum laborantes de supplicio, quod comminatur Deus. Scholiastes vero, & Theodoretus: Impudenter peccant neglecta supplicij cóminatione, &c. qui auctores illud (statuere contra faciem) significare putant idem atque ob oculos habere, & negligere; vel nosse, & paruiducere. Ceterum quæ negligimus, despicere solemus, non aspicere, neque ob oculos habere: ante oculos vero habemus ea, quæ diligimus, & quorum oblectamur aspectu. Vnde aspicere Hebræa phrasi aliquando est, oblectari, vt in psalmo: *Iniquitatem si aspexi in corde meo.* & Michæas. *Aspiciat in Sion oculus noster.* Porro scandalum, est occasio, offendiculum, vt supra explicuimus, idolaque ipsa dicuntur scandalum iniquitatis Israël, quod occasio fuerint delictorum, quæ admisit, atque causa vel vnica, vel maxima ruinæ tam florentis Reipublicæ: etenim iniquitas & culpam, & pœnas significat, vt alibi solet: vt sensus vtriusque orationis sit: Viri isti idola colunt pro Dijs ex toto corde, atque eorum aspectu, cultu, fanis, & ritibus oblectantur, ingentemque capiunt voluptatem. Ea sententia apertior extat versu sexto. *Recedite ab idolis uestris, & ab uniuersis contaminationibus uestris auertite facies uestras.* Duo hæc crimina memorat Ieremias. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum,* &c. Idolorum cultum, hoc enim vocat peccatum, impressum est in adamantinis cordibus eorum, & sculptum in marmoreis altaribus. hæc est vnica eorum voluptas, hæc oblectatio, idola meditari, idola aspicere: quod idem Ieremias iterum dilucidauit. *Expandent ea,* ossa scilicet idololatrarum, *ad solem, & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt,*

Aspicere Hebræa phrasi est aliquando, oblectari. Psal. 65. ℣. 18. Michæ. 4. ℣. 11.

Ierem. 17.

Ier. 8. ℣. 2.

Theod.

Origen.

Schol.

lexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt.

Numquid interrogatus respondebo eis? Hebraice. An interrogatus interrogabor? id est, etiamsi roger ab eis, iudicari potero rogatus, atque ad respondendum obligatus? Sic infra. *Viuo ego, quia non respondebo idolis*; Hebraice non interrogabor: nam cum duo sibi connexa sunt, & se consequuntur; alterum pro altero, quod consequi solet, vsurpatur in sacris. Sic apud Oseam. *Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram*, id est, ego respondebo cælis, eos nubibus complendo, & cæli respondebunt terræ sitienti, pluuiam distillando: & hoc ideo dicitur, quia anditum consequi solet responsio. Sed obserua dixisse Deum, nullatenus se teneri (nam hoc significauit per interrogationem illam) ad respondendum, etiam cum rogatus fuerit: nimirum quia simulata erat interrogatio; atque adeo coram Deo perinde putatur, atque si facta non fuisset. quæ enim ex corde non fiunt, vtpote inanimata, nihili æstimantur: apud Isaiam Dominus ait. *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel; non obtulisti mihi arietem holocaustii tui, & victimis tuis non glorificasti me*, &c. Origenes: Iudicium Prophetæ, vel nostrum exquiret Deus: an ne æquum est, inquit, eis respondere, cum sint simulatores, &c. decet ne me, vt isti sibi persuadeant, mihi, vel tibi illudere potuisse?

Inf. 20. ℣. 3. Phrasis Hebræa, quando duo sunt connexa, vnum pro altero vsurpare solet. *Osea 2. ℣. 21.*

Quæ non fiunt ex corde & veraciter, quasi non facta reputantur apud Deum. *Is. 43. ℣. 22* *Origen.*

IV.

Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: homo homo de domo Israel? Hebraice, Vir vir, id est, singuli, quicunque: vt in Psalmo. *Homo, & homo natus est in ea*, hic & hic, vel singuli ex Ethnicis, qui Christo nomina dederunt, indigenæ reputabuntur, & ciues Sionis. Hieronymus notat (quod ex Origene sumpsit) bis repeti homo, & homo, vt duplex significetur hominis facies, interior, & exterior, persequiturque tropologiam vtriusque eleganter, & copiose: eandemque legere licet in Chrysostomi homilia, quam tamen præterimus, quod non sit loci præsentis.

Homo homo, idest, singuli, vel quicunque. *Ps. 86. ℣. 5* Hieronymus duplicem hominem, interiorem & exteriorem interpretatur in psalmo hoc. *Chrysost. homil. 23. in Genes.*

Et uenerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. (in)valet, iuxta, vel secundum, quo modo vsurpatur in psalmo. *Ego autem in multitudine misericordiæ*, &c. atque ita interpretatur Hieronymus: respondebo ei iuxta cor, & immunditias suas. Hodie legimus in Hebræis codicibus particulam בב, bah, insertam ante illam orationem, *in multitudine*, quæ videtur posita esse pro אב, ba, id est, veniens: hoc sensu: Respondebo venienti in multitudine, &c. vel, vt Chaldæus vertit: Respondebo ei, quamuis veniat ad me plenus idololatria, &c. Ceterum si addenda sit particula, quam Septuaginta, & Hieronymus non agnouere; satius est, vt nectatur cum pronomine, ei, ne sensum variet contextui gratum, scilicet, respondebo ei venienti ad me, prout merentur scelera sua: neque enim placet Chaldæi connexio. Septuaginta loco eius orationis *in multitudine immunditiarum suarum*, legunt in ijs, in quibus tenetur mens eius: quod sic enarrat Origenes: Hoc est, in ijs, quibus delectatur, adhæresci mens: sunt autem hæc eiusmodi, quæ remissis & dissolutis occasionem præbent corde declinandi a Deo, &c. ergo secundum Septuaginta sensus erit explicatior: Respondebo eis ad voluntatem, secundum eorum desiderium, prout affectos eos videro: in eam partem attemperabo responsum, in quam eos pendere aduertero. Vnde Theodoretus sic explicat eandem sententiam: Permittam, vt propheta vocatus ea respondeat, quæ in rerrogantis cogitationibus consentanea sint, &c. Tale quid videmus accidisse impio Achab, vt obseruauit Hieronymus, qui cum expeditionem faciens audire nolle Micham prophetam, sed pseudoprophetarum consilijs acquiesceret, Deo ita permittente, & vltro offerente, immo sollicitante etiam spiritum erroris, ab ipsis deceptus est.

Chaldæ. *Origen.* *Theodor.* *3. Reg. 22.* *Hieron. hic*

V.

Vt capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis. Cor hoc loco affectum & voluntatem significat. Illud, *in cunctis idolis*, valet propter omnia idola: nam a Deo quidem mente recesserant Israelitæ ob idolorum cultum sequendum. Verbum תפש, thaphas, significat capere, apprehendere, tenere: daturque laqueo vel reti: supra. *Et capietur in sagena mea*, & infra. In reti eorum captus est. quomodo etiam in præsenti vsurpatur hoc sensu: Respondebo illi, prout merentur ipsius animi sordes, videlicet attemperando sermonem ad eius voluntatem & affectum, vt suo ipsius desiderio & voluntati acquiescens quasi in laqueo capiatur. Hoc est quod in [a] psalmo dicitur: *Comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant*: idem enim verbum, eademque sententia ibi repetitur. Obserua desideria, appetitus, affectusue nil esse aliud, quam laqueum, & decipulam: in libro enim Iudith habetur. *Capiatur laqueo oculorum suorum*, id est, desiderio: & in Prouerbijs. *Velut si auis festinet ad laqueum*, &c. atque de eiusmodi laqueo legimus ibidem. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur*, ijs quoque decipulis traduntur superbi, qui Deo cõtempto creaturas venerabantur. *Propter quod*, inquit [b] Paulus, *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*. Nota secundo, prophetas falsos dici laqueos, & decipulas populi, quod eius desiderijs morem gesserint. vt in Threnis. *Formido, fouea formidabilis, & laqueus facta est nobis uaticinatio*. Idem in Osea. *Audite hoc sacerdotes, &c. laqueus factus estis speculationi*, visionibus vestris, *& sicut rete expansum super Thabor, & victimas declinastis in profundum*, id est, perfide conuertistis in decipulam, in foueam profundam: quod paulo ante dixerat: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitates eorum sublenabunt animas eorum*: Scilicet piaculis vescuntur, ideoque animabus suis anhelant ad errata populi, vt plus scilicet emolumenti inde sibi cedat, cum pro expiatione errati offeratur victima: quod plane erat in victimis facere decipulas.

Sup. c. 12. ℣. 13. *Inf. c. 19. ℣. 4. iuxta Hebr.* Permittit Deus ad nutum succedere optata, vt in suis consilijs capiatur impius. [a] *Ps. 9. ℣. 23* *Iudith 9. ℣. 13.* *Prou. 7. ℣. 23.* *Ibid. 5. ℣. 22.* [b] *Rom. 1. ℣. 24.* Falsi prophetæ dicuntur laquei & decipulæ populi. *Thre. 3. ℣. 47.* *Osee 5. ℣. 1.* *Ibid. 4. ℣. 8.*

Desiderant peccata populi qui eorum expiatione sibi lucrantur victimas.

VII.

Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel. Hebraice, de peregrinis, &c. qui erant conuersi ex gentibus ad Dei cultum, atque per circuncisionem incorporati populo Dei, appellantur proselyti a Matthæo. *Vt faciatis unum proselytum.* & in actis Apostolorum. *Iudæi quoque & proselyti*, &c. Dicebantur etiam nomine honestiore, timentes Deum: nec enim dignati sunt nomine Israëlitarum, vt in psalmo. *Domus Israel speranit in Domino*, &c. *Domus Aaron*, &c. *Qui timent Dominum speranerunt*, &c. & in alio psalmo. *Dicat nunc Israel*, &c. *dicat nunc domus Aaron*, &c. *Dicant nunc qui timent Dominum*, &c. & in Actorum libro. *Viri Israelitæ, & qui timetis Deum*, id est, filij Abrahæ, & qui ex gentibus Deum colitis Israëlitis adiuncti: nam timere Deum fere semper est colere. Dicebantur etiam aduenæ, vt Hebraice legitur, quasi aliunde aduentantes, & quasi hospites, non vero inquilini: ad quam appellationem alluxit Paulus dicens Gentibus ad Christum conuersis. *Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum*, conciues electorum, *& domestici Dei*, &c. non

Qui fuerint proselyti, & timentes Deum qui item aduenæ. *Matth. 23. ℣. 15.* *Actorum 2. ℣. 11.* *Psal. 113. ℣. 9.* *Psal. 117. ℣. 2.* *Actor. 13. ℣. 16.* *Eph. 2. ℣. 19*

solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum ciues Ierusalem, sed etiam de familia Regis Messiæ: iure, & immunitate pari gaudetis cum Israelitis, atque potiori iure, quam olim fruebatur regia familia.

Respondet iratus Deus ad interrogata flagella.

Et venerit ad populum, ut interroget per eum me, ego Dominus respondebo ei per me. Non per prophetam, quem rogat, sed per me, quem despexit; non per os meum, sed per manum meam; non verbo, sed facto; non sermone, sed flagello.

VIII.

Ponere faciem, seu obfirmare vultum quid significet.

Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum. Diximus supra ponere, vel obfirmare faciem super aliquem esse idem, atque toruo vultu respicere: cuius oppositum significat ponere oculos super aliquem, est enim hilari vultu intueri, vt ibi expositimus ex psalmo. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala*: ille gestus est indignabundi, hic gratantis animi indicium: est ea phrasis infra. *Ponam faciem meam in eos.*

Sup. 4. ℣. 3.
Ps. 33. v. 16
Inf. 15. ℣. 7

Exemplum fieri quid sit.

Et faciam eum in exemplum. Hebraice, in signum, id est, tantis ærumnis conficiam illum, vt relinquatur quasi diuinæ iræ simulachrum, & primarium exemplar, quod traducatur, & assumatur pro diris alicui imprecandis. Talis fuit Sodoma, quam prophetæ in exemplum vsurpant extremæ desolationis: Isaias enim ait. *Quasi Sodoma fuissemus*, &c. Item Sedecias, & Achab, de quibus Ieremias. *Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda, quæ est in Babylone dicentium: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne*, &c. Atque hunc eundem sensum habent illa verba Geneseos. *Versa est in statuam salis*, id est, in simulachrum, imaginem perpetuo mansuram: nam sal symbolum est perennitatis, vt alibi diximus, videlicet inobedientiæ, vel rebellionis, &c.

Isa. 1. ℣. 9.
Ier. 29. ℣. 22.
Genes. 19. ℣. 26.

Et in prouerbium, vel parabolam, seu fabulam: versabitur in ore omnium: eius calamitatem nullus non repetet.

IX.

Scholiastes declarat quo modo dicatur Deus decipere, & indurare.

Et Propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum: ego Dominus decepi prophetam illum. Scholiastes. Pseudoprophetam prophetam dicit communi abutens nomine: ait vero, ego decepi eum, non quasi hoc Deus cogat, sed quia supplicij simulatione, & magna longanimitate in eo condemnando vsus est. Simile ijs, quæ dicuntur in exodo. Ego indurabo Pharaonem: etenim quia non statim repentinam illi damnationem inflixit, sed paulatim illum correxit, durior eius voluntas efficiebatur, &c. Polychronius, & Theodoretus paulo inferius idem obseruat dicens. At non est æqui iudicis proprium, & propheram decipere, & deceptum punire: non igitur secundum efficaciam dicit se prophetam decipere, sed secundum permissionem: hoc est, cum possem statim redarguere mendacium, longanimiter expectans fino vti deceptione, quam consilio & voluntate, non necessitate instruit, & exercet: idcirco par supplicium comminatur & male interroganti, & male respondenti, &c. Hieronymus quoque in ea est sententia dicens. Quodque sequitur, & videtur facere quæstionem, *propheta cum errauerit*, &c. non putemus de vero prophe-

Polychr. & Theodor.
Hieron.

Respondet obiectioni, quare Deo attribuatur decipere, & alia eiusmodi.

ta dici, sed de pseudopropheta, qui συνωνυμῶς, synonymῶs, propheta appellatur, &c. Quod si roges, cur huiusmodi opera Deo indigna illi tribuantur? Respondeo, quoniam talia fieri permittit, atque adeo vulgo ea voluisse, & ordinasse iudicari posset: humano enim more loquendo remouenti prohibens effectū adscribimus, si non in schola, certe in foro: sacra autem Scriptura de Deo humano more loquitur. Secundo, quoniam Dei permissionem solet consequi effectus: tanta est enim hominis fragilitas, & ad malum propensio; tanta rursum Dæmonis sollicitudo, & versutia in decipiendo; vt annuente Deo statim nobis veterator imponat: propter connexionem itaque permissionis, & deceptionis, alteram facienti altera quoque tribuitur.

Et extendam manum meam super illum, & seuerissime cum plectam, *& delebo*, Septuaginta exterminabo, *eum de medio populi mei Israel*, aduersa scilicet morte de medio sublatum. Idem est exterminare, & delere: quoniam nomina mortuorum delebantur de libro vitæ, seu catalogo conciuium ipsorum, qui vocabatur liber viuentium, seu liber vitæ. De medio autem populi deleri, est de inter populares deleri, vt supra diximus non semel. Porro de libro vitæ commodiori fortasse loco dabitur occasio differendi.

Delere & exterminare idem quod occidere, quia nomina mortuorum delebantur de catalogo viuentium.

Et portabunt iniquitatem suam. Vterque scilicet consulens, & consultus sustinebunt pœnas suis sceleribus debitas. Obserua, supplicium & pœnam in sacris nominari pondera, quod talia æstimentur: quare dici solet portare pœnam, id est, dare. Sed hæc metaphora extat etiam apud Latinos, cum dicunt ferre, sustinere supplicium, pro pati.

X.

Supplicium dicitur pondus.

Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit. Diximus sæpius iniquitatem significare ex æquo culpam, & pœnam illi debitam, quarum acceptionum nulla est ab hoc loco aliena: nam de culpa egregie explicari potest hæc sententia. Par est vt subdolo, & impuro consultori mendax oraculum reddat insanus pseudopropheta. Condignum ergo feret suæ improbitatis responsum, si meo nomine deludatur a simulatore. De pœna vero hoc sensu: Non minor erit damnatio vatis fatui, quam simulati consultoris: vtrumque par consequetur interitus, quos pares fecit communis simulatio: nam popularis Dei se oraculum quærere mentiebatur, cum potius id ratum fieri cuperet, quod modis omnibus sibi faciendum statuerat. Propheta vero Dei nomine responsa se dare iactabat, cum somnia mera effutiret.

Iniquitas & pœnam & culpam significat.

Vt non erret ultra domus Israel a me. Prolepsis est, qua huic occurritur obiectioni. Durum videtur ob populi peccata Deum permittere prophetas decipi, & alios deludere, magnumque ex ea re detrimentum in vniuersam Ecclesiam redundare. Respondet enim Dominus: hoc ego consilium in Ecclesiæ commodum suscepi; tantum abest, vt in eius nocumentum vergere possit: etenim paucorum, qui decipientur, malo admoniti reliqui, verum deinceps prophetam syncere consulent, & corde simplici, quid facto opus sit, non quod sibi arriserit, interrogabunt. Polychronius. Non frustra, inquit, hanc illis inferam pœnam, sed per illorum interitum populo meo benefaciam, illum a falsorum vatum impietate liberans.

XI.

Hoc ram duro supplicio admoniti non errabunt, neque consulent falsos prophetas.

Polychr.

Terra cum peccauerit. Scholiastes & Polychronius. Ad aliud argumentum transit, hoc est, vt Prophetam consoletur, quod, cum sæpe pro populo supplicasset, non esset exauditus, ostendit illi populi mentem obstinatam, & impœnitentem, & in exemplum adducit viros sanctos, &c. Alius Scholiastes. Vt Prophetam consoletur, hos tres viros inducit, vnum ante legem, alterum sub lege, tertium in captiuitate: docetque eos, qui in peccatis perstitunt, non posse iure alienis precibus liberari a calamitatibus. hæc illi. Verum nexus huius versus ex sequentibus pendet: propterea inferius commodius fiet.

Scholiast. & Polychr.
Alius Sch.

Terra

Terra cum peccauerit. Origenes. Mos est diuinæ Scripturæ sæpe domum nominare loco habitatorum, & contra, habitatores loco domus. Cum igitur ait: Si terra peccauerit, terræ incolas intelligit: non enim dici potest hanc terram, quam calcamus, esse rationis participem, atque peccare, vt quidam commenti sunt. Si enim hoc dabimus, dicendum erit, visibilia omnia esse animata, & assentiendum ijs, qui transmigrationes animarum introducunt, &c. Hæc Origenes manuscriptus Vaticanus. Ex cuius verbis adiuuanda interpretatione est homilia illa quarta in Ezechielem, quæ eius nomine circumfertur typis mandata. Vbi ex aliorum opinione videtur asserere, terram hic accipi pro ipso elemento, capaceque esse animæ, & rationis, &c. quod mihi persuadere non possum B somniasse Origenem: quis enim vel sensu non deprehenderet tam crassum errorem?

Origenes defenditur ab errore sibi imposito quasi credidisset terræ elementum capax esse animæ & rationis.

Terra cum peccauerit mihi, vt (ita vt) *præuaricetur præuaricans*. Id est, regio, aut gens quæcunque, cum legem meam funditus abiecerit, delictaque delictis cumulauerit: nam Septuaginta vertunt, delinquendo delictum, vel delicto delinquendo. Hebraice: ad præuaricandum præuaricationem: quæ geminatio siue fiat adiuncto nomine verbali, siue repetito participio verbi, quod Hebræi efferunt per infinitum, semper exaggerat vel opus, vel affectum; quales illæ sunt. *Sancti eius exultatione exultabunt. Viduam eius benedicens benedicam*, & aliæ id genus, quas etiam apud Homerum legimus, vt currendo cucurrit; veniendo veniebat, &c. C

Geminatio vocis exaggeratio est operis, vel affectus in opere. Psal. 131. ℣. 16. Iliad. 1.

Conteram virgam panis eius. Id est, fulcimentum, sustentaculum panis, panem scilicet sustentantem, Hebraico idiotismo, de quo diximus supra.

Virgam seu baculum panis vocat panem sustentantem; de qua phrasi supra, cap. 4. ℣. 16.

Et interficiam de ea hominem, & iumentum. In tres classes solet Scriptura partiri animalia, scilicet in iumenta, reptilia, & bestias, vt in Genesi. *Iumenta, & reptilia, & bestias*. Et in psalmo. *Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres, &c. Iumenta*, vel *pecora*, vt Græci vocant, hominibus seruiunt; appellanturque ideo seruilia, vt in alio psalmo. *Et herbam seruitati hominum*, vel seruitijs: bestiæ immites sunt, feras nos vocamus: reptilia dicuntur reliquæ serpentes, pisces, volucres, &c.

Gen. 1. ℣. 24 Psal. 148. ℣. 10. Psal. 103. ℣. 14.

XIV.

Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Anima D hoc loci est vita, salus, vt apud Ioannem. *Qui amat animam suam, perdet eam, &c.* Vel est ipsa persona, vt in Leuitico. *Anima cum obtulerit oblationem*. Et iterum. *Anima quæ peccauerit, &c.* Id est, persona, quicunque homo, &c. ac si dicat, vt Polychronius explicat, atque Theodoretus. Si nationem ob peccata punire voluero, ac fame, peste, bello, atque bestijs necare, volueritque ad pœnitentiam adduci, nulla eis dabitur venia, nec si Noë quidem, Iob, & Daniel inter ipsos reperti fuerint. Verum ij quidem iustitiæ suæ fructum colligent, & salutem adipiscentur, illos vero a constituto supplicio non liberabunt.

Anima pro vita seu salute accipitur. Ioan. 12. ℣. 25 Leuit. 2. Ibid. 4. ℣. 2 Polychr. Theodor.

XV.

Quod si & bestias pessimas induxero super terram. Scholiastes. Bestias pessimas quidam Babylonios acceperunt, essetque probabile, nisi generale esset E exemplum, &c. Fateor difficilem esse inuentu in sacris Scripturis plagam bestiarum immissarum super regionem aliquam, nisi de profugis tantummodo sermo sit, qui scilicet a gladio fugientes, vagantesque per saltus a feris confecti sunt, vt diximus capite quinto, extrema periodo.

Scholiast. Quæ fuerit plaga bestiarum.

Et dixero gladio: Transi per terram. Id est, præcepero, aut permisero. Gladium posuit pro hoste gladio armato. *Non liberabunt filios, neque filias*. Horum filij, & filiæ consumptæ videbantur superioribus plagis; quomodo igitur denuo gladio necandæ traduntur? quia non omnes istæ plagæ super eandem regionem immittendæ prædicuntur, sed super varias varias, in illam fames, in aliam gladius, &c. nec enim bis punit Deus in ipsum. Secundo respondet Origenes, hos tres viros hic induci quasi personas sanctorum, qui in varijs regionibus varijs æratibus reperiuntur. Quicunque, inquit, non corrupit viam suam super terram sensibus carnis obtemperando, sed fulget tanquam luminare in mundo in medio nationis prauæ, vt ab oraculo diuino audiat: *Te enim vidi iustum coram me in generatione hac*, hic Noë est, quæque de illo narrantur, ad hunc referuntur: instituto enim ambo sunt pares. Quicunque posuerit in corde suo, vt non polluatur cibis, & potibus inuisibilis Nabuchodonosoris, sed animam suam afligat ieiunijs in hac Babylonia; talis est Daniel, & quæ de illo narrantur, apte poterant de hoc quoque dici. Quicunque vita fuerit innocens, atque in Dei cultu verax, ita vt abstineat ab omni malo, & ita vt illi inuideatur a Diabolo, & dum omni genere tentationis oppugnatur, ne vno quidem verbo labiorum suorum peccet; talis Iob alter est. Idem habet Scholiastes alter.

Origenis sententia quare hic nominentur hi tres viri.

Gen. 7. ℣. 1.

Alter Scho. XIX. Origenes.

Si autem & pestilentiam immisero. Septuaginta mortem. Origenes mortem repentinam interpretatur, quæ ex aëris vitiati corruptione eueniat, vel ex contagione aliqua. Quoniam autem hæc est postrema plaga, quæ in omnes ex æquo desæuiens regiones solet vastare; adiecit Dominus:

Et effundero indignationem meam, quam scilicet eousque non nisi guttatim stillabam, *super eam in sanguine*. hoc est, in carnificinam, ita ut in ea faciam lanienam. Sanguis enim non solum significat effusum cruorem, sed etiam quamcunque mortem truculentam, siue patretur effuso sanguine, siue secus: de qua phrasi superius.

Sanguis truculentum mortem significat.

Filium, & filiam non liberabunt. In ceteris plagis dixerat *filios, & filias*, in peste vero, quæ signum est effusi furoris diuini, magis premit. ac si dicat: Prædicti iusti non liberabunt a grassante lue ne vnicum quidem filium, aut filiam vnice dilectam; sed ipsi vix eripientur. Atque hæc de quattuor plagis.

Nunc inuestigandum est, quare cum Abraham, Isaac, & Iacob, Moses, & Samuel, & ceteri Patriarchæ, & Prophetæ iusti fuerint, tantummodo fiat mentio Noë, Danielis, & Iobi. Origenes hanc solutionem propositæ quæstioni accommodat ex Hebræi cuiusdam mente. Noë ante diluuium vidit mundum integrum, quem postea vidit naufragio consumptum, & post diluuium vidit iterum restitutum. Daniel ante captiuitatem in patria floruit nobilitate, & deinceps Babylonem translatus, eunuchus factus est: vidit etiam reuertentem populum in patriam. Iob primum locuples fuit, deinde filijs & fortunis orbatus est, demum postea ad priorem fortunam redijt. Quorsum autem hæc tendant Origenis verba, ipse non explicat. Sed Hieronymus sic commentatur. Alij autem dicunt (Origenem intelligit) quia ij tantum tres viri & prospera, & aduersa, & rursum prospera conspexerant, ideirco pariter nominatos; & hoc latenter significari, vt quomodo illi & bona & mala, & rursus læta viderant; sic & populum Israël, qui prius bonis fruitus fuerat, & postea captiuitatis sustinuit iugum; si egerit pœnitentiam, redire ad pristinam felicitatem, &c. Ceterum hæc Origenis, vel Hebræi responsio non diluit quæstionem: nam reliqui etiam

Dubium quare nominentur a Deo Noe, Daniel, & Iob, non autem alij. *Orig. homil. 4. in Ezech. in manu scripto vero nihil dixit.*

Daniel Eunuchus.

Hieronymus interpretatur Origenis dictum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patriarchæ prospera viderunt, & aduersa, rursumque post tristia experti sunt lætiora, quæ optabant. Sed neque facit ad rem: neque enim in capite promittuntur pœnitentibus post tristia læta, sed lex inuiolabilis proponitur diuinæ iustitiæ, quam Patriarcharum merita reuocare non possent. Hieronymus cum quæstionem instruxisset: Facile, inquit, hoc soluitur: Noë enim imminens orbi terrarum diluuium prohibere non potuit, sed filios, qui forsitan eiusdem virtutis erant, & ob seminarium humani generis, habuit reseruatos. Daniel quoque, cum imminentem captiuitatem populi Iudæorum nullis fletibus mitigauit. Sed & Iob non ob peccata, sed ob probationem, nec domum, nec filios liberauit, &c. Eadem explicatius Polychronius, & Theodoretus: Horum, inquiunt, mentionem facit, quod valde ijs, quæ dicta sunt consentiant ea, quæ illorum tempestate acciderunt: nam & Noë in impiorum generatione inuentus, haud quaquá potuit eos a diluuij exitio liberare, qui noluerunt ad pœnitentiam adduci: & Daniel similiter cum captiuitatis tempore vigeret, alios propter ingentem ipsorum impietatem ab illatis malis non vindicauit: sed ipse bello captus, hostium tamen potitus est. Nec filijs Iob parentis iustitia profuit, sed ipse solus oppugnatoris insidijs superiorē se esse demonstrauit, &c. Sentiunt itaque Hieronymus, & Græci, tres istos viros in præsentiarum a Deo propositos in exemplum constantis seueritatis diuinæ, quam ipsi alioqui iusti experti sunt in suismet filijs, familiaribus, vel tribulibus, ac si diceret: Moris mei est, cum in regionem aliquam irascor, vniuersam ita delere, vt ne iustorum quidem, si qui sunt filij, parentum precibus euadant interitum, vtopere præstitum est cum Noë, Daniele, & Iob, quibus iustitia quidem profuit, sed intercessio pro alijs irrita fuit. Verum aduersus hanc solutionem militat argumentum explicatu difficile. Namque Noë ex diluuij periculo iustitia sua seipsum, & meritis filios, & familiam totam eripuit. Hieronymus huic argumento respondet, filios paris fortasse virtutis cum parente fuisse; vel non suis meritis, vel patris, sed quia ita expediebat ad vniuersi conseruationem, inundationem euasisse. At vero hæc responsio non satisfacit proposito argumento: nam filiorum Noë virtus in sacris non est expressa, vt meritis proprijs incolumes euasisse credantur. Quod autem seruati sint in seminarium mundi, prodest quidem, vt dispensaretur in hac lege, quam Dominus promulgat a se perpetuo obseruatam; sed nil iuuat, vt exemplum Noë non sit extra propositum argumentum: neque enim adduci debuit exempli gratia Noë, cuius seruati sunt filij, vtcunque seruati fuerint, ad monstrandum tantam solere esse diuinæ iustitiæ in nationibus puniēdis seueritatem, vt ne iustorum quidem filijs parcat. Sed neque Daniel in exemplum eiusdem rei videtur adducendus esse, qui nec filios habuit, cum eunuchus fuisse videatur: neque preces eius pro auertenda captiuitate ex sacris constare possunt. Denique comminatio Domini contra nationes eneruatur hac interpretatione Hieronymi. Quid enim tam formidandum minaretur Deus, si diceret; nulli se genti peccatrici parciturum, etiamsi deprecatores intercederent Noë, Daniel, & Iob, qui suis temporibus non potuerunt Dei iram a conciuibus auertere? quanto autem magis languescunt minæ, tanto extenuatur promissio facienda Israëlitis, vt in versibus sequentibus videbimus.

Hieron. respondet.

Polychr. & Theodor.

Hi tres viri nominantur, qui iusti cū essent liberare nō potuerunt ab ira Dei suos filios, familiares, vel contribules.

Argumentum contra.

Respondet argumento Hieron.

Redarguitur contra.

Chrysost. homil. 47. in Genes.

Diuus Ioannes Chrysostomus sic præsentem locum tractat. Vide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit: quoniam & illi suis temporibus etiam alijs salutis causa fuerunt. Noë enim cum terribilis illa diluuij tempestas terram occupasset, & vxorem, & filios saluauit: & Iob similiter alijs salutis auctor fuit: & Daniel multos eripuit a morte, quando Barbarus ille inquirebat, quæ supra humanam sunt naturam, & interimere volebat Chaldæos, & Magos, &c. Chrysostomi solutio feruentiorem absque dubio facit Dei orationem, minas grauiores intentat, & Israëlitarum priuilegium impendio exaggerat: quippe concessum præter tenorem legis tam sancte obseruatæ, vt neque iustorum precibus pro filijs intercedentium, qui alioqui nil non impetrare solebant, violari potuerit. Ceterum obest Chrysostomo, quod Hieronymo proderat, nimirum Iob neque filijs impetrasse incolumitatem, neque ciuibus salutem: neque enim tale quid in sacris legimus, quod Chrysostomus memorat.

Crediderim hos tres viros in præsenti propositos non quidem in exemplum obseruatæ legis, vt Hieronymus sensit: neque quia suis temporibus alijs reuera salutis causa fuerunt, quod Chrysostomus existimauit; sed quoniam fuerant iustitia insignes, & oratores feruentes, quorum auctoritatem Deus ipse reuereri solebat, & preces exaudire: neque ad præsens argumentum quidquam facit, hos viros filios genuisse, vel eripuisse ab interitu, aut secus; sed iustitiæ splendore inter nationes prauas luxisse, vt luminaria in firmamento cæli, atque orationis assiduitate pro fratribus intercedere solitos. Et quidem de Noë iustitia, & precibus extat præclarum elogium in Genesi, & Ecclesiastico. *Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.* Græce redemptio, & quasi redemptionis pretium: eius enim pietas in Deum quasi precium fuit, quo ab ipsius iustitia redemit suam familiam spem generis humani. Hoc explicatur deinde, *ideo dimissum est ei reliquum terræ*, seu reliquum semen in terra. Vide quam efficax oratio cum pietate coniuncta extiterit viri huius, vt a Deo impetrauerit, vel meruerit, cum vniuersum genus humanum funditus delebatur, extra aleam esse, & cum vniuersa familia euadere superstitem. De Iob encomium legimus honorificum libri eius initio a Moyse adscriptum. *Vir erat in terra Hus nomine Iob & erat vir ille simplex*: perfectus, ex animo bonus, *ac rectus* aduersus proximum, *ac timens Deum*, hoc est, cultor Dei, religiosus, qui Deum colebat, & venerabatur sacrificijs, & laudibus: nam subditur post pauca. *Sanctificabat filios Iob, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos, ne forte benedixerint*, oblocuti fuissent de *Deo in cordibus suis*. Et certe magnum orationis eius feruorem, & merita Dominus significat, cum amicis eius remittere noluit errata, nisi Iob ipse pro illis intercessisset. *Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt*, dicit Sapiens: legere possumus: ij sunt viri precum, hoc est feruentissimi deprecatores, oratores: nam eadem vox & preces valet, & misericordiam, quæ precibus confertur: apud Isaiam. *Viri misericordiæ colliguntur*. Et apud Zachariam. *Spiritum gratiæ*, & miserationis, *vel precum*.

Auctoris sententia, hi tres viri proponuntur tanquam iustitia insignes & oratione feruentes.

Genes. 6. & Ecclesiast. 44. ℣. 17.

Moyses scripsit librum Iob, & eum mirifice laudat.

Eccle. 44. ℣. 10.

Isa. 57. ℣. 1 Zachar. 12. ℣. 10.

Admiranda sunt hæc duorum Patriarcharum exempla, & encomia; sed quod superest non admirandum modo, sed inauditum. Quis enim legit talia? quis simile elogium defuncti viri quantumuis pij vnquam audiuit, ne dum hominis superstitis, & adolescentis encomium? nam cum ista prædicta sunt & exarata, agebatur annus sextus a

transf-

Universidad de Deusto Biblioteca

transmigratione Ioachin, vt patet ex capite octauo præcedenti, vbi sic habet Propheta: *Et factum est in anno sexto* (videlicet a transmigratione, vt ex capite primo liquidum erat) atque ex capite vigesimo sequenti, in quo dicitur: *Et factum est in anno septimo*: ex quibus fit, anno sexto transmigrationis prophetasse Vatem, quæ in præsenti capite continentur. At vero transmigratio contigerat anno primo Ioachin, qui a regno patris eius, scilicet Ioacim numerabatur duodecimus, vt patet ex libro Paralipomenon; ergo annus sextus transmigrationis censebatur duodeuigesimus a regno Ioacim: cum igitur Daniel abductus fuerit Babylonem anno tertio Ioacim, vt videre est in Daniele; ergo ex quo Daniel captus est, annus agebatur decimusquartus: cum vero captus est, admodum iuuenem fuisse constat ex eodem Danielis libro, in quo vocatur *puer*. Et iterum dicitur. *Suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel*. Item ex testimonio Diui Ignatij, atque ex Seuero Sulpitio, qui Danielem Susannæ tempore puerum duodecim annorum faciunt. Quod si aliquot annis post Danielem abductum contigisse dicamus historiam Susannæ, minor duodecim annis iudicandus est, cũ captus dicitur a Nabuchodonosore. Sed demus primo anno exilij fecisse iudicium innocentis, estoque annorum duodecim, cum primum e patria translatus fuit anno octauo Nabuchodonosoris: hoc anno sexto transmigrationis, in quo memoratur cum Noë, & Iob, summum viginti septem annos natus fuisse deprehenditur Daniel, cum a Propheta Ezechiele coæuo suo tam præclarum audiuit suæ pietatis encomium, immo ab ipso Deo, cum illum comparauit sanctissimis Patriarchis, iuuenem senibus, superstitem defunctis, viris misericordiæ virum misericordiæ. Et quidẽ necesse est insignem pietate fuisse adolescentẽ, qui tam præclaris viris coæquatus sit. Sed illustris eius religio a Spiritu sancto late describitur initio suæ prophetiæ, atque ab Ecclesiæ Patribus celebratur, Hieronymo, Epiphanio, Dorotheo, Damasceno, qui testantur Danielem perpetuo seruasse illibatũ virginitatis florem, & illius merito in lacu liberatum a leonum sæuitia, atque socios eius fornacis ignem pudicitiæ rore extinxisse. Orationis autem eius feruorem, assiduitatem, & perseuerantiam ex capite eius sexto licet deprehendere: nam contra legem a Dario latam non veritus iracundiam regis, neque optimatum inuidiam, & calumnias maleuolorum, flexis genibus orabat in cænaculo tribus diei temporibus, apertis fenestris (vt scilicet olim facere consueuerat) aspiciens contra situm sanctuarij Hierosolymitani. Præterea ex capite nono, in quo ipse scribit: *Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiunijs, sacco, & cinere*. Cui Gabriel: *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*; in Dei curia expeditum diploma ad tuam voluntatem, *ego autem, veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es*, hoc est, vir desiderabilis, Hebraico idiotismo, amabilis, dignus quem omnes carum habeant, & impense diligant, & cum voluptate intueantur. Obserua verba hæc tam dulcia, & mellita Gabrielis Archangeli ore ipsi Danieli facta. Nota in id potissimum Archangelum a Deo destinatum, vt Danieli oranti notum faceret, impetrasse se a Deo quidquid postulabat, quod esset iustus, inculpatæ vitæ, suauissimis moribus, & dignus quem Angeli suspicerent, & Deus ipse amaret ardenter, atque eius colloquio delectaretur: quo gradu dignitatis quis cogitari potest sublimior? Sed de his hactenus.

2. Par. 36. ỳ. 6.

Dan. 1. ỳ. 1.

Idem 13. ỳ. 45.

Ignat. epistola ad Magnesianos. Seuerus Sulpitius.

Daniel 27. gratis anno inter magnos Patres commemoratur a Deo.

Dan. 1.

Danielem virginem fuisse affirmant patres.

Hieron. contra Iouin. Epiphan. in vita Dan. Doroth. in synopsi. Damas. lib. 4. cap. 25.

ỳ. 4. & 23.

Vir desideriorum, hoc est, desiderabilis, amabilis.

Danielis encomium.

Quoniam hæc dicit Dominus Deus. Particula *quoniam* non reddit rationem prædictorum, sed connexionis gratia additur, valetque, porro, autem, &c. quo sensu sæpe reperitur initio versuum, vt in psalmo. *Quoniam propter te mortificamur tota die*. Et in Isaia. *Quia hæc dicit Dominus Deus: In Aegyptum descendit, &c.*

Quod & si quattuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem. Septuaginta vertunt, vltiones meas. *Iudicia* vocat iudices, vltores, vel potius lictores, qui pœnas exigunt de sceleratis: dicuntur autem pessimi, hoc est, duri, implacabiles. Nam vt bonum in sacra Scriptura solet significare delectabile, sic malum valet quandoque aduersum: pessimum vero erit exitiale. Theodoretus vltiones malas intelligit, amaras, & molestas. De ijs plagis Ecclesiasticus. *Sunt*, inquit, *spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua*, vel furiose vibrant flagella sua, *& in tempore consummationis effundent virtutem*, in tempore puniendi vim exerunt, *& furorem eius, qui fecit illos, placabunt*, consummant iram creatoris sui. *Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt: bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur*, lætabuntur, *& super terram in necessitatem*, cum opus erit, *præparabuntur*, vel accingentur, quasi milites scilicet, *& in temporibus suis non præterient verbum*. id est, non desunt imperio ducis sui, cum dies assignata aduenerit, &c. Obserua *spiritus* appellatos plagas famis, pestis, &c. quoniam agiles sunt, & efficaces, quod est proprium spiritus, vt carni opponitur, vt in psalmo. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius*: &c. Extat quid simile in Ieremia. *Et visitabo super eos quattuor species*, vel familias bestiarum, *dicit Dominus, gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum, &c.*

XXI.

Phrasi Hebræa (quoniam) particula ponitur vice alterius, (porro) siue (autem)

Ps. 43. ỳ. 22
Isa. 52. ỳ. 4

Pessima, hoc est, dura exitialia.

Theodor. Eccl. 39. ỳ. 33.

Plagæ famis, & pestis, atque similia spiritus appellantur, quoniam agiles sunt, & efficaces.

Psal. 148. ỳ. 8.
Ier. 15. ỳ. 3

Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios, & filias. Septuaginta. Et ecce residui in ea saluati sunt, qui educunt ex ea filios, & filias. Pro *saluatio* Hebraice legitur פליטה, pheletah, euasio, persona, vel res, quæ euadit ex periculo, reliquus, euadens, qui fugit, & eripitur, vt in libro Regum. *Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, &c.* Et in Isaia. *Et ỳ, qui fugerint de domo Iacob*.

XXII.

4. Reg. 19. ỳ. 30.
Isa. 10. ỳ. 20

Educentium filios, & filias. En scopus, ad quem dirigitur hoc Vaticinium a versu decimotertio. Videlicet vni Ierusalem hoc priuilegium esse concessum præ ceteris nationibus, & gentibus, vt cum alioqui peccatoribus scateat, mereaturque propterea funditus deleri, paucis exceptis, qui signati sunt T. (de quibus capite nono) nihilominus ira Dei, videlicet Nabuchodonosore in illam desæuiente, ereptum iri non solum iustos T. signatos, sed etiam eorum filios, & filias, quo scilicet non desit seminarium filiorum Abrahæ, Isaac, & Iacob, quorum gratia tam rara, & inusitata immunitas posteris eorum conceditur: tum vt meam, inquit, iustitiam vindicent a criminatione obloquentium, quod munus illi exequentur diligentissime.

Non solum iusti eripiuntur ab ira Dei, sed propter parentum merita etiam filij.

Ecce ipsi ingredientur ad vos. Propediem abducentur captiui Babylonem, in qua vos estis.

Et videbitis viam eorum, & adinuentiones eorum. Agnoscetis improba eorum instituta, & ingentem impietatem: neque enim latére poterit.

Et consolabimini super malo, quod induxi in Ierusalem. Illorum improbitate detecta, haud accusabitis pœnarum crudelitatem, quas exegi de impia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitate: quinimmo habebitis consolationem cognoscentes, quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, id est, non immerito Vrbem euerterim, Templumque succenderim: sed cognatorum vestrorum impietate prouocatus, & coactus peruicacia, &c. Ex his facile erit quæstioni, quã versu decimotertio proposuimus satis facere: quorsum videlicet senioribus, qui venerant consulturi Prophetam, huiusmodi responsum exhibitum sit: Videlicet quoniam hoc vnum illi in corde versabant, an scilicet tanta essent demerita populi, vt propter ea Deus Vrbem cum Templo esset reuera traditurus Chaldæis, vt Ieremias comminabatur in Vrbe, & Ezechiel in Babylone. Durum enim illis videbatur florentissimam ciuitatem, Templumque sanctissimum, in quo vnice Deus colebatur, ob ciuium demerita a Deo derelictum, hostibus tradi polluendum, diruendum, & inflammandum: atque inde ansam ceperant criminandi diuinam prouidentiam, quæ talia designasset, nihilo mitius se gerens cum Israële, quam cum ceteris nationibus gentium, nulloque habito respectu venerabilium capitum Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurauerat daturum se eorum posteris terram illam in possessionem perpetuam. Ijs ergo respondet Dominus, multo clementius se exercuisse Iudicium in Hierosolymitanos, quam in reliquas mundi nationes: nam ex aliarum calamitatibus vix iusti euadebant incolumes, ex Ierusalem vero euasuros non solum innocentes, sed etiam eorum filios alioqui sceleratissimos: ipsorum autem mores, & viuendi rationem testes se facere æquissimæ sententiæ, quam aduersus Vrbem per vates suos pronuntiauerat.

A

B

Ratio consolationis est, quia Deus ita deleuit omnes peccatores, vt vix iusti euaderent incolumes; Ierusalem vero ita pie corrigit, vt non iustos tantum, sed etiam eorum filios liberet ab interitu.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMQVINTVM.

ARGVMENTVM.

Sub parabola vitis prædicitur incendium Ierusalem.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens: C

II. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum?

III. Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas?

IV. Ecce igni datum est in escam: vtramque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: nunquid vtile erit ad opus?

V. Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

VI. Propterea hæc dicit Dominus Deus: quomodo lignum vitis inter ligna syluarum, quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem.

VII. Et ponam faciem meam in eos: de igni egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, cum posuero faciem meam in eos,

VIII. Et dedero terram imuiam, et desolatam: eo quod præuericatores extiterint dicit Dominus Deus.

EX-

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMIQVINTI.

I. ET Factus est sermo Domini ad me, dicens. In hunc modum me allocutus est Dominus.

II. Origenes. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis?* Origenes sic caput hoc præcedentibus nectit. Cum illorum mores incorrigibiles nosset, iam exemplo vult ostendere suam quoque de populo prouidentiam, & illorum studium clarius in improbitatem, si cum finitimis gentibus comparentur. Scholiastes vero. Ad aliud, inquit, versus transit argumentum, per similitudinem ostendens ad nullam omnino rem vtilem esse Hierosolymæ populum. *Scholiast.*

Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis? &c. lignum Hebraice עץ, ghez, significat fere semper arborem viuentem, vt in Genesi. *Lignum pomiferum iuxta genus suum.* & in psalmo. *Erit tanquam lignum quod plantatum est,* &c. aliquando autem significat, quod sonat Latinis truncum, stipitem arboris præcisæ, vt in Deuteronomio. *Seruietis ligno, & lapidi,* & iterum. *Maledictus qui pendet in ligno.* Hoc autem capite secundo modo vsurpatur pro stipite vitis eradicatæ, & emortuæ: quod ex eo patet, quia dicitur esse inter ligna syluarum, scilicet congesta adignem, ipsisque comparatur: cum tamen, si viueret, quantumuis esset sterilis, non conferretur truncis præcisis, sed arboribus.

De significatione vocis, ligni. *Gen. 1. ℣. 11* *Psal. 1. ℣. 3* *Deut. 4. ℣. 28. & cap. 21. ℣. 23.*

Nemorum, Hebraice חומורה, hazmorah, pro qua voce Hieronymus capite octauo vertit ramum, dicens: *Ecce applicant ramum ad nares suas*: atque ita hoc loco conuertit Chaldæus, scilicet שבישתא, sebisthah, quod est palmes: item Septuaginta: reddunt enim τῶν κλημάτων, ton clematon, sarmẽtorum: quos secuti sunt Neoterici omnes legentes, palmes. Solus Hieronymus posuit *nemorum* (nisi forte ipse scripsit, ramorum, cuius loco notariorum incuria, vel inscitia inseruit, nemorum: quod accidisse credibile est, neque sine exemplo) intelligens per eam vocem arborem nemorosam, ramosam, vel sarmentosam, quales scilicet in nemoribus crescunt arbores infrugiferæ: nam illæ, cum fructu carent, luxuriant in ramis, & virgultis proferendis, contra fructiferæ parciores sunt in coma nutrienda: quod non tacuit Oseas. *Vitis frondosa Israel*, Hebraice sterilis, vacua Israël. *Fructus adæquatus est ei*, id est, eum fructum tulit, quem promittebat sarmẽtorum & pampinorum lasciuia, scilicet nullum. Porro vox illa, hazmorah, legi potest cum Hieromymo in casu patrio, hoc modo: ex omnibus lignis palmitis, vel palmitum: potest etiam legi in ablatiuo, incipiendo ab eo nomine aliam orationem. Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis? palmite, qui est in lignis syluæ? quomodo vertit Chaldæus, sic enim habet: In quo differt arbor vitis ab omnibus arboribus? palmes, qui est in lignis syluæ? versio Septuaginta ad vtramque lectionem trahi potest: sic enim habent: *Hieron.* *Ramosæ arbores infructuosæ sunt.* *Oseæ 10.*

A Quid fiet lignum vitis ex omnibus lignis sarmentorum, quæ sunt in lignis syluæ, vel sarmentis, quæ sunt, &c. Hieronymi versio comparat vitem lignis syluæ infrugiferis. Chaldæi autem lectio & comparat vitem lignis, & in strue lignorum constituit vitem. Hieronymus potuit per lignum intelligere vel arborem viuam, vel truncum emortuum. Chaldæus tantum truncum: neque enim de vite in vinea plantata dici potest palmes, qui est inter ligna syluæ: necesse est igitur, vt per lignum vitis intelligat stipitem eradicatum, vel præcisum: atque illum dicat Prophetæ esse ostensum a Deo per visum instrue quapiam lignorum, quæ ex sylua conducta fuerant pro igne alendo: quod Vatis proposito maxime quadrat, qui inferius addit: Ecce *vtramque partem eius consumpsit ignis*, &c. Enimuero in vtraque B versione comparatio illa præ ceteris arboribus, vel ex omnibus arboribus videtur præferre velle in re aliqua vitem reliquis lignis: vnde nonnulli ita verterunt. Quid erit lignum vitis præstantius alijs lignis? palmes ille, qui est inter ligna syluæ? Verum nil præstantius viti dare vult, alioqui aduersaretur sequentibus: *Nunquid tolletur de illa lignum, vt fiat opus*, &c. vbi extenuat vitem præ ceteris lignis, non exornat. quare necesse est dicere, sub illa interrogatione latére simplicem negationem, scilicet: nihil omnino ex vite fieri potest. quæ æquiualet huic sententiæ, inutilis est præ ceteris lignis, atque in hac incommoditate præfertur lignis reliquis, vt sensus sit: Fili hominis, C quid putas fieri posse operis ex ligno vitis? cum incommodissimum sit omnium lignorum infrugiferorum, nedum pomiferorum? Origenes ligna syluarum appellat syluestria, cedrum, pinum, & similia: conferre autem vult per hoc Israëlem cum ceteris gentibus, vt vitem, quæ legis cultura fruatur, sacerdotibus, prophetarum oraculis, sancto Templo, & multis miraculis, cum ignis vltro sacrificia consumeret, vox in propitiatorio Cherubim ederetur, & alijs huiusmodi, &c. Pendentem Origenis sententiam absoluisse videtur Polychronius dicens: Ligna saltus appellat syluestria, vt cypressum, cedrum, pinum, & eiusmodi. Illa enim & ad ædificationem, & ad alia plura sunt idonea: at vitis ad fructus tantum ferendos: quod D nisi adsit, inutilis omnino ad opificium redditur: ac si dicat. Gentibus quidem spes est salutis doctorum præsidentia, prophetarum verbis, Apostolorum præconijs, Christi œconomia, & futuris miraculis; ijs vero nihil horum est relictum: etenim & prophetæ, & Patriarchæ, & admirabilium magnificentia, & exhibitorum bonorum figuræ, ac prædictiones nihilo meliores moribus reddiderunt, &c. Nunc confer quæso vitis nobile germen, vineæ commodissimum situm, culturæ assiduitatem, vinitoris sollicitudinem, expensas, anxium desiderium, & expectationem intentam in vineæ suæ prouentũ; vt videas

Origenes. *Polychr.* Gentibus spes est salutis, Iudæi præcisi inutiles sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quam indignum, vitem tuliſſe labruſcas.

quam ſit indignum, talem vitem labruſcas tuliſſe. A Secũdo, quam dignum referat ſterilitatis operæpretium, cum arborem alioqui ſpecioſam, & amœnam non ſit paſſus ad xyſti vmbram, vel ad horti ſui ornamentum, vel ad propriam iocunditatem amplius laſciuire; ſed ſtatim præcidi ſterilem iuſſerit, quam

Quam digna ſterilitatis pœna, vt nullis vſibus ſeruiat.

ne frugiferis quidem arboribus conferre dignatur: neque amplius vitem, vel arborem appellat, ſed lignum, vtpote eradicatam, & iam emortuam. Deinde cum lignis ſylueſtribus, quæ in ſtrue congeſta erant ad focum, ſtipitem vitis componit, atque de eo pronuntiat, quod reliquis omnibus longe antecellat in incommoditate: cum neque ad opera externa diuendi poſſit, & ſic ſumptus patrisfamilias ex parte reſarcire; neque vero vinitori ipſi quacunque ratione vſui eſſe, niſi ad ignem nutriendum. B

Matth. 5. ℣. 13. *Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra*, niſi ad ſterquilinium: apud Malachiam Domi
Mal. 2. ℣. 9. nus ad ſacerdotes ait. *Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas. Ego ſum vitis, vos palmites, manete in me, &c. omnem palmitem in me non ferentem fructum* pater
Ioan. 15. meus agricola *tollet eum*. Quid ita? quia Eccleſia

Eccleſia non eſt viridariũ, non eſt nemus, ſed vinea.

non eſt viridiarium florum ſuaue olentium, non eſt nemus cedrorum procerarum, & quercuum Baſam; ſed vinea, cuius plantis vinitor ait. *Ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, &c.* hic ſi deſit, ſuccidentur, & in ignem mittentur.

III. *Nonquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas?* Hieronymus. Cetera ligna ſyluarum, vt de pomiferis arboribus taceam, quorum & Scriptura modo nullam facit mentionem; cum poma non habeant, ſucciſa plurimam præbent vtilitatem, & in omnem agriculturam, & in vſum armorum proficiunt, dum attenuantur in ſcuta, raduntur in haſtilia, cludunt foribus, continent armarijs, riſco, loculis, omneinque domus tribuunt ſupellectilem. Vitis autem ſi ſemel vuas afferre ceſſauerit, in tantum inutilis eſt, vt ne paxillus quidem ex ea poſſit fieri, de

Polychr. quo aliquid pendeat, &c. Polycronius. Ad nullam rem neceſſariam idonea planta, ne ad vllum quidem vſum; vt ſignificet, non modo alijs non eſſe illos vtiles, quod debuiſſent, cum lege erudirentur; verum ne ſibi quidem vtiles eſſe.

IV. *Ecce igni datum eſt in eſcam.* Polychronius. Nan- D
Polychr. que ad fructum ferendum inutilis, ad nihil aliud

Ignis compatatur animali, et lingua tribuitur, quod deuoret quaſi lambendo.

niſi ad comburendum ab agricolis conditur. Ignis eſca eſt, pabulum, nutrimentum. Solet enim Scriptura ignem ex elemento fingere animal, & illi tribuere linguam, flammam ſcilicet eo nomine appellans; qua, non ſecus atque animal lingua, lambit appoſitam eſcam: quare Iſaias ait. *Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis, &c.* Et in Actorum libro. *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, &c.*

Iſa. 5. ℣. 24 *Act. 2. ℣. 3*

Vtramque partem eius conſumpſit ignis. Hebraice

Hieron. Symmach. Theodotio. Aquyla.

שני קצותיו, ſene qetsothau, quod Hieronymus duas extremitates eius, Symmachus & Theodotio duas ſummitates eius, Aquyla duo nouiſſima eius interpretati ſunt. Septuaginta vero legentes שני, ſane, quod punctis mutatis ſignificat non duo, ſed annos, E verterunt: annuam purgationem eius conſumpſit ignis: id eſt ſarmenta, quæ tempore putationis annis ſingulis præcidi ſolent, miſſa ſunt in ignem, &c. Qua oratione ſignificare voluerunt Septuaginta, Hieroſolymitas, qui abſumpti erant diuerſis calamitatibus: nam quædam purgatio vitis huius facta eſt a Pharaone, cum Ioachaz interfecit; alia a Nabuchodonoſore, cum Ioacim necauit; denique alia ab eodem, cum Ioachin prædicti filium captiuum tranſtulit in Babylonem: in quibus prælijs neceſſe fuit, plurimos ciuium fame, ferro, & igne eſſe conſumptos: quæ mala ignis vocabulo ſignificat Vates, quod propter acerbitatem tormenti, quod infert, vſurpari ſoleat pro omni graui calamitate, & pernicie. Nihilominus germanior eſt verſio Hieronymi, quæ non ſolum arſiſſe ſarmenta amputata ſignificat, ſed etiam ipſius ſtipitis eradicati vtrumque extremum, vtpote aridius ignem ſubito concepiſſe, & vix titionem fumãtem e foco ereptum diuini agricolæ prouidentia: qui tametſi multos ciues Vrbis vel occidi, vel abduci paſſus eſt, multaque eius ornamenta, & monimenta igne hoſtili ſuccendi permiſit; Vrbem adhuc, & ciuium reliquias conſeruabat tanquam lignum ſemiuſtum de incendio ſubtractum: atque huic ſententiæ probe reſpondet, quod ſequitur. *Et medietas eius redacta eſt in fauillam.* vel medium eius: quod non poteſt necti cum verſione Septuaginta. Etenim, amputatis palmitibus, & igne conſumptis, non continuo extrema vitis pereunt, vt medium eius dicatur de igne erutum, immo tota vitis manet, quantumuis ſarmenta cremen tur. Idem probat verſus conſequens:

Ignis pro omni calamitate accipitur.

V. *Etiam cum eſſet integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis deuorauerit, atque combuſſerit, nihil ex eo fiet operis?* Semel eradicata vitis inutilis erat ad operis quidquam ex ea faciendum; quanto inutilior erit cum ſemiuſta ex incendio ſubtracta eſt? eradicationem vocat derelictionem Iſraelitarum, quod Iſaias dixit. *Non putabitur & non* C *fodietur, &c. nubibus mandabo ne pluant ſuper eam, &c. diruam maceriam eius, &c.* Quod ad Achaz & Manaſſis tempora referendum exiſtimamus; quibus licuit peccare quantum libuit. Incendium autem vocat hoſtium expugnationes, & captiuitates ciuium: ignem vero famem, peſtem & gladium, vt diximus capite quinto, ex quo igne vitem dicit ſubtractam: nam tametſi vniuerſa ciuitas illis calamitatibus ſubiecta fuerit, non omnes corripuit ciues, neque omnes fame, aut gladio perempti ſunt, ſed aliquot partes illius, vt eo capite Vates varicinatus fuerat ſub parabola capillorum. atque hoc eſt quod ſequitur:

Eradicationem vocat derelictionem. *Iſa. 5. ℣. 6.*

Incendium vocat hoſtiũ expugnationes.

VI. *Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum, quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradam habitatores Ieruſalem.* Parabolam applicat ſuo inſtituto. Vites, inquit, ſunt ciues Ieruſalem; ipſa vero eſt vinea, cuius ſepem toties perrumpi ab hoſtibus permiſi, vitiumque bonam partem eradicari, & igne peſtis, famis, & gladij, vel etiam ſeruitutis abſumi; qui reliqui ſunt, titiones potius, quam ligna vocandi.

Ieruſalem eſt vinea, eius ciues ſunt vites.

VII. *De igne egredientur, & ignis conſumet eos.* Theodoretus. Liberati quippe a fame, obſidione peribunt, aut captiui abducentur. Sholiaſtes. Excipiet eos, inquit, malum ex malo, ex fame & obſidione gladius. Origenes vero aliter. Ex captiuitate Nabuchodonoſor reuocatos alia ipſos Veſpaſiani excipiet: videlicet per hoc calamitatum continuationem indicat.

Theodor. Scholiaſt. Origenes. Calamitatũ continuationem hoc facto ſignificat

Et ſcietis, quia ego Dominus, cum poſuero faciem meam in eos. Id eſt, vultum iracundum, atque terribilem, vt ſupra diximus.

VIII. *Et dedero terram inuiam, & deſolatam, eo quod preuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.* Ipſos quidem in ſeruitutem redigi permittam, & occiſione conſumi; terram vero ab ipſis cultam, deſertam reddam, & a cultoribus vacuam: atque hæc patiantur, pœnas eorum, quæ in me deliquerunt, perſoluentes.

COM-

COMMENTARIVS IN EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMQVINTVM.

DE ANALOGIA VINEAE CVM ECCLESIA.

PROPONIT Hoc quintodecimo A capite Dominus Vati quæstionem de ligno vitis: cuius dissolutio pendet ex intellectu similitudinis, quæ versatur inter vitem, & ciuitatem Ierusalem: ista autem similitudo in anologia vineæ cum Ecclesia fundata est. Quapropter visum est vtramque breui commentariolo explicare.

Populus Israel ex omnibus gentibus electus in Dei peculium.

Notum est ex sacris literis populum Israël electum esse ex omnibus terræ nationibus in peculium, seu populum peculiarem Domini: vnde sic loquitur ad eos Dominus in Exodo. *Eritis mihi in peculium*: Et in Deuteronomio. *Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris*, &c. qua dicendi ratione nil aliud significare voluit, quam Israëlem futurum deinceps vniuersam substantiam suam, atque diuitias, tametsi pusillus esset grex: nam olim cum in tentorijs habitabant mortales, præter pecora nullam aliam possessionem habebant, vt patet ex censu diuitiarum Iob. Vnde pecus pro possessione vsurpari solet, vt in Iob: *Pellem pro pelle*, &c. pecus omne, hoc est, quidquid possidet homo, vt versus sequens declarat. Idemque videmus in substantia Abrahæ, quam recensuit Moses in Genesi.

Exod. 19. ℣. 5. *Deut* 7. ℣. 6 14. ℣. 2. & 26. ℣. 18.

Pecus pro possessione & omni substantia sumitur. *Iob* 1. ℣. 4. *Gen.* 12. & 26.

Cum vero successu temporis homines in vrbes congregari, & finitimos agros colere cœperunt, accessit ad peculium prædium, & substantia dicta est etiam sors & pars, nimirum quia singulis ciuibus ex agro circumuicino per sortem pars cedebat: quam ideo vel sortem vocabant, vel partem, itemque funiculum, quod dimensio fundi, & partitio funiculis extensis fieri soleat: quibus nominibus suum etiam populum cohonestauit Deus, vt plane cognosceret, tametsi gentium omnium esset Dominus, Israëlem singulariter elegisse in gentem sanctam, & populum sibi carum: sic Ieremias. *Sanctus Israel Domino primitiæ frugum eius*. & in Deuteronomio. *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel* (tantam terræ partem selegit, & terminis definiuit, quanta filijs Israel sufficere posse videbatur) quoniam *pars Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*. Adiecit & supradictis nomen aliud non minus splendidum, scilicet hæreditas, quo significauit tanti se facere Israëlem, ac si hæreditas esset sibi a parentibus legata: quam nulla commutatione, vel pretio a se abalienare induci possunt hæredes, vt videre est in historia Naboth.

Prædium siue substantia dicitur sors, pars, funiculus, hæreditas, eisdemque Deus cohonestauit populum suũ. *Ier.* 2. ℣. 3. *Deut.* 32. ℣. 8.

Enimuero inter priuata prædia antiquissimæ sunt vineæ: nam & de Noë legimus post diluuium primum plantasse vineam. *Cœpitque Noe uir agricola exercere terram, & plantauit uineam*: quare in sacris literis vinea pro possessione, & facultatibus vsurpari solet, quemadmodum & pecus, de quo supra diximus: quare Oseas ait. *Et dabo ei uinitores eius*, vineas suas, *ex eodem loco, & uallem Achor ad aperiendam spem*: hoc est, totam etiam vallem Hierico, in qua olim Israëlitæ desperabant se possessuros terram promissam ob peccatum Acham, dabo illi pro ianua spei; id est, pro primitijs eorum bonorum, quæ postea acceptura est: & in Deuteronomio. *Dederit tibi*, &c. *uineta & olineta, quæ non plantasti*, id est, oliueta & ceteros agros. & in Canticis. *Vinea fuit pacifico*. Item: *Vinea mea coram me est*. quibus locis non tam pro vineto, quam pro hæreditate, possessioneque sumitur nomen vineæ, quod scilicet vinea esset potissima, & vtilissima possessio. simulque iocundissima, quippe medium quid inter hortum, & fundum: nam iste, quæstuosus est; ille, delicioſus; vinea autem, quæstuosa pariter & delicioſa: nulla enim arbos vite feracior pro sui tenuitate: nam de vinea quædam olim Catonem scripsisse testatur Plinius, denos musti culeos reddere solitam ex iugeribus singulis: efficaci, inquit Plinius, exemplo non maria plus temerata conferre mercatori, non in rubrum littus, Indicumue merces petitas, quam sedulum ruris larem, &c. Neque desunt eius rei in sacris testimonia satis idonea: nam in psalmo. Femina filiorum fecunda viti feraci confertur: *Vxor tua sicut uitis abundans*. & Sapientia se ob eandem rationem comparat viti: *Ego*, inquit, *quasi uitis fructificaui*, &c. vt non immerito ab arboribus in regem postulata dicatur in fabella libri Iudicum: atque, vt alia nunc præteream, quid sibi voluit Iacob, cum Iudæ filio benedicens hanc de sorte terræ eius intexuit prophetiam: *Ligans ad uineam*, Hebraice, vitem, *pullam suam, & ad uitem*, palmitem vuæ, *o fili mi, asinam suam*; nisi bonorum Ecclesiæ Christi abundantiam declarare sub typo sortis Iudæ? quæ tam

3. *Reg.* 21. Vinea ab antiquo fuit potissimum prædium. *Genes.* 9. ℣. 20.

Oseæ 2. ℣. 15.

Deutero. 6. ℣. 11. *Cant.* 8. ℣. 11. & 12.

Vinea quæstuosa & delicioſa est.

Plin. lib. 14 *cap.* 4.

Vineæ fructus. *Psal.* 127. ℣. 3.

Eccl. 24. ℣. 23.

Iudic. 9.

Genes. 49. ℣. 11.

fructuo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructuosas ferebat vites, vt pro onerando asello non opus esset illarum plures scrutari, sed botros eius, ad quam alligatus primo fuerat pullus, carpere: quasi vnius vitis prouentus satis graue onus futurum esset non asello tantum, sed etiam asinæ.

Vineæ amœnitas, & deliciæ.

Amœnitas autem vinearum, etiamsi ceteris sacræ Scripturæ libris non esset expressa, satis abunde prædicata est in libro Canticorum, in quo sæpius inducitur sponsa sponsum inuitans ad spatiandum per vineas: quippe eo temporis vinea erat viridarij amœnissimi vice: cuius vmbra, & fructibus vt fruerentur, omnes vitem pro xysto ad domus vestibulum, vel in interiori impluuio plantatam habebant de more gentis. *Vnusquisque* sedit *sub uiti sua, & sub ficu sua*, sicut scriptum est in libris Regum, & Machabæorum, ad significandam tranquillitatem, pacem, & vitam iocundam, quam secum pax solet conuehere. Sed omitto lubens ceteras vtilitates, & commoda, quæ humano generi vitis suppeditat; de eius succo libet verba facere. Quid musto recenti fortius? quid feruentius? quod lagenas disrumpit, nisi spiraculum habeat quo exæstuet? Sed postquam deferbuit, quid illo liquore splendidius; vt ait Sapiens, *cum splendet in uitro color eius*; quid suauius, cum gustatur? quid efficacius ad cor exhilarandum, vitales & animales vires reficiendas, spiritus excitandos, animum permouendum, & mentem ipsam illustrandam? appelles merito vitam alteram artificiatam, non sine diuino consilio a Noë inuentam, vt succederet in vicem ligni vitæ hominibus vetiti. Sed quorsum ista? nunquid vino hederam suspendimus? minime quidem, alio tendit oratio. Ecclesia Dei vinea merito nuncupatur, quod sit possessio, hæreditas, pars, & funiculus eius electus, & dilectus: quod sit amœnissimum ipsius viridarium, hortus delitiarum, paradisus voluptatis illa altera excellentior: nam ideo a Zacharia *myrteta* vocantur, in quorum areolis discurrere visuntur Angeli eius protectores. Præterea quod quæstuosissimum prædium sit cælesti patrifamilias, quoniam pro conditionis, & muneris sui ratione illam propterea plantauit, vt impensi sumptus cum fenore sibi redirent ex fructibus. Sed præter cetera vineæ comparatur Ecclesia, & vitibus fideles; quoniam vitis, cum vix arbos sit, radix potius despecta, debilis, & exilis, intus tamen succum viuificum recondit, cuius admiranda vis ad viuum repræsentat spiritus Christi efficaciam in contemptibilibus homuncionibus, quo hausto excitantur languidi, reuiuiscunt emortui, & in alios homines euadunt. Hoc musto pleni erant piscatores ante horam diei tertiam, cum loquebantur *magnalia Dei*: de quibus Zacharias. *Bibentes inebriabuntur quasi a uino*. Hoc est enim *uinum*, quod *germinat uirgines*, eodem propheta teste, videlicet cum corde conceptum non solum communicat ardorem iuuenilem, viresque ardori conformes ad magna quæque & difficilia designanda, audenda, & perficienda; sed etiam vitam immortalem largitur, nam immortales significare voluit per virgines: etenim virgo viuidi oris colore florescens, & roseo illo nitore vigens iuuentæ nunquam senescentis symbolum est, atque adeo immortalis vitæ. Hanc itaque iuuentutem Ecclesiæ producit, & seruat vinum spiritus Christi, qui in ipsius externa facie nihilo magis apparet, quam in vite vini efficacitas. Quis enim sibi persuadeat in vili, & despicata illa radice precio sum gigni vinum? & ex illa tenuitate manare tam potentem liquorem, vt a sapientibus Chaldæis cum rege, cum veritate, & cum Deo in concertationem sit productum? Imago non admodum rudis hac in re est vitis Ecclesiæ Dei, quæ foris nigra, & despecta, vt tentoria Cedar; intus formosa velut papiliones Salomonis iure dicitur in [a] Canticis: atque eadē de causa a Christo confertur [b] grano sinapis, quod in mole minimum est inter semina, in vi autem omnium maximum: [c] thesauro item pretioso, sed abscondito: item [d] fermēto, quod natiuo calore totam massam, cui miscetur, liuidam reddit, & ante ignem concoquit. Hic est ille [e] ignis, quem improuidæ virgines fouere neglexerūt, quare extra ædes sponsi incenatæ pernoctarunt: neque enim desiderata existimamus in virginibus opera misericordiæ in oleo significata, cum amicam sponsam ciuiliter comitarentur, neque propter se oleum ipsum desideratum est, sed vt lampadibus infunderetur in ignis pabulum: spiritum itaque interiorem in igne significatum, vel in ipsis operibus studiosis, & in virginea puritate defuisse credimus fatuis virginibus, quapropter repulsam passæ sunt: sed de hoc alias. Ijs igitur de causis populus Israël vineæ comparari solet in sacris literis: *Ego plantaui te*, ait Dominus, *uineam electam, omne semen uerum*: vel secundum Septuaginta: Vineam frugiferam omnem veram, hoc est, palmitibus generosis, feracibus, nullo adulterino, vel sterili: ij enim palmites sunt Patriarchæ filij Iacob, qui tunc a Deo vites plantatæ dicuntur, cum in Aegyptum cum patre descenderunt; sanctissimorum scilicet parentum Abraham, Isaac, & Iacob filij non degeneres. Ceterum quoniam regio irrigua vitibus inimica est, nam, vt ait ille, *apertos Bacchus amat colles*, cœperat generosa alioqui vinea nimium lasciuire Nili inundationibus, atque sterilescere: ideo pronidus vinitor luxuriantes palmitibus infecundis vites de Aegypto transtulit, & in terræ Chanaan collibus denuo plantauit, vt canit psal tes. *Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam*, &c. *Operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros* proceras attingebant. *Extendit palmites suos vsque ad mare* mediterraneum, *& usque ad flumen* Euphratem *propagines eius*: occupauit scilicet vniuersam terram promissam, cuius latitudo, & longitudo ijs terminis definitur. Situm autem terræ promissæ omnino contrarium Aegypto legimus in Deuteronomio. *Terra, ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris*, montes habet & valles, *de cælo expectans pluuiam*, &c. quam tamen non desiderabis, nisi ante demeritus fueris, nam super terram istam sunt oculi Domini Dei tui aperti ab initio anni vsque ad finem, vt scilicet larga manu eam pluuia tempestiua, & serotina superinfundat. Idem in cantico Moysis obseruare est. *Constituit eum*, inquit, *super excelsam terram*. Hebraice: equitare fecit eum super sublimia terræ, videlicet, inuexit in terram Chanaan, quæ habitati orbis celsissima est, vt diximus in Commentario capitis quinti. Quam autem sit ferax declarat subijciendo, *vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo*, in præruptis scopulis alueraria melle manantia, atque oliuas suaues distillantes oleum, *butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan* pinguium, quippe pascuis terræ Basan feracissimæ fruentium, *& hircos cum medulla*, farina electa, similagine *tritici*, *& sanguinem uuæ biberet meracissimum*, &c. id est, vinum rubrum coloris sanguinei, & illud quidem meracum, & pretiosum.

Omnes in Ierusalem vitem plantabant, vel ad vestibulum domus, vel in compluuio, 3. *Reg.* 4. ℣. 25. & 1. *Machab.* 14. ℣. 12.

Vini excellentiæ, & commoda. *Prou.* 23. ℣. 31.

Vinum pro ligno vitæ.

Ecclesia vinea dicitur, quia possessio, hæreditas, pars, & funiculus est Christi, *Zachar.* 1. ℣. 8.

Fideles vitibus comparantur, quia exterius despecti, intrinsecus viuificum succum recondunt.

Actor. 2. ℣. 11. *Zachar.* 9. ℣. 15. & ℣. 17.

Immortalitas virginitate significatur.

3. *Esdræ.* 3.

Ecclesia comparatur tentoriis Cedar, grano sinapis, thesauro abscondito, fermento & igni, quo caruerunt fatuæ virgines

a *Can.* 1. ℣. 4
b *Matth.* 13 ℣. 31.
c *Ibid.* ℣. 44
d *Ibid.* ℣. 33
e *Ibi.* 25. ℣. 1. & *seq.*

Patriarchæ fuerunt palmites Synagogæ.

Virgil. 2. *Georg.*

Ier. 2. ℣. 21

Ps. 79. ℣. 9

Deut. 11. ℣. 10.

Deut. 32. ℣. 13.

Iam opportune adnectitur prædictis canticum, vel

Isa. 5. vel potius lamentum, quod composuit Isaias dicens: *Cantabo dilecto meo* consanguineo Christo Iesu vinitori Ecclesiæ, *canticum patruelis mei*, cognati mei Moysis, *uineæ suæ*, quod scilicet cecinerat præallegato loco Deuteronomij. *Vinea facta est*, fuit, *dilecto meo*, Christo Domini, *in cornu filio olei*, id est, in colle edito, ac pingui, in solo eminenti, ac feraci: quæ duo tametsi aduersari sibi videntur, locus scilicet editus, & ferax gleba: nam hæc fere in conuallibus reperitur, quas vberiores collibus facit pluuiarum confluxus, & radiorum solis reciproca verberatio; verum quod in alijs regionibus vix reperitur, terræ Chanaan ex speciali Dei prouidentia concessum est, vt non solum valles essent fecundissimæ, sed etiam montium altissimorum iuga omnigenis arboribus pomiferis essent vestita; vt in Commentario de terræ promissæ feracitate ad caput quadragesimumsextum differimus. *Et sepiuit eam, et lapides elegit ex illa*: Hebraice lapidauit; hoc est, lapidibus maceriam struxit (nam postmodum ait: *diruam maceriam*) quam vepribus insertis fortius muniuit. Duplici munitione circundedisse dicit vineam, altera lapidum congestitiorum, alteras viua ci Sentium, vt illa bestijs prohiberet ingressum, hæc arceret homines, quantumuis audaces: quibus significabatur diuinæ prouidentiæ munimentum, & Angelorum tutelarium procuratio. *Ego ero ei*, *ait Dominus* apud Zachariam, *murus ignis in circuitu, & iterum circundabo domum meam ex ys, qui militant mihi, &c.* & plantauit eam electam: Hebraice שרק, sorech, quod electum sonat, & pulchrum Hieronymo, Rabbi autem Dauidi in libro Radicum est varium, multicolor, quomodo exponit illud Zachariæ: *Post eum equi uarij*. Hebraice שרקים, soruquim, ipse vero transfert: multicolores, habentes scilicet colorem rufum, album, ac nigrum. Quæ quidem interpretatio admodum quadrat Hieronymi testimonio superius allegato: *Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum*. Hebraice vineam, sorech, id est, tametsi ex varijs generibus palmitum ferentium botros varij coloris, vniuersis tamen generosis, & fecundis plantata fueras, &c. *Et expectaui vt faceret uuas*. קוה, qauah, pro *expectauit*, Hebraice est, attentis oculis, magni desiderij testibus considerando expectare: importat enim gestum corporis totius in aliquid propensi: quasi dicas intendere animum in rem aliquam desideratam cum desiderio apprehendendi, & amplexandi: quæ quidem verbi proprietates mirifice detegunt diuini agricolæ affectus varios erga vineam hanc, *quam plantauit dextera sua*; scilicet accensum desiderium videndi fructum eius, longanimitatem, qua expectauit tot annos sterilem; tolerantiam, qua labruscas proferri vidit & tacuit, promittens sibi semper in futurum meliora: neque enim, qui ficum vnam sterilem tanto tempore terram occupantem passus est, repente indignatus credendus est in vineam totam, quod prima æstate fefellerit agricolæ solliciti labores & spem: quinimmo multum, diuque expectasse prouentum, atque omnibus viribus laborasse in vinea per se purganda, atque verbi sui pluuijs irriganda, per seruos autem suos denuo excolenda, ne eradicare cogeretur degenerem plantationem, quousque illa labruscas proferente singulis annis deteriores, & acerbiores. *Quid*, inquit, *est quod debui ultra facere uineæ meæ, & non feci ei?* ita ne contendit cum mea sollicitudine eius tarditas, cum desiderio mendacium, cum patientia peruicacia? an ex studio hoc fieri dicam? quia expectaui, vt faceret vuas; ideo, ne scilicet mihi pro votis responderet, fecit labruscas? *Et nunc ostendam uobis quid ego faciam uineæ meæ, auferam sepem eius*, &c. Atque hæc per Isaiam, quibus adnectitur apte Ezechielis præsens vaticinium: *Fili hominis, quid fiet de ligno uitis*, &c. quæ iam explanauimus.

Vinea hæc ex varijs generibus palmitum plantata erat.

De affectu, quo Deus optimus vineæ suæ fructus expetit.

Contendere videtur cum Dei sollicitudine vinea tarditas.

Deut. 32.

Feracitas terræ sanctæ.

Duplicem sepem habuit hæc vinea, alteram diuinæ prouidentiæ, alteram angelorum tutelarium. *Zachar. 2. ℣. 5. & cap. 9. ℣. 8.*

Hiero. R. Dauid. Zachar. 1. ℣. 8.

Ierem. ℣. 21

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMSEXTVM.

ARGVMENTVM.

Sub persona mulieris meretricis, quæ primum fuerit viri consortio copulata, ortus, educatio, nuptiæ, adulterium, repudium, & rursus reuocatio Ierusalem contexitur.

I. ET Factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis notas fac Ierusalem abominationes suas:

III. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

IV. Et quando nata es in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis.

V. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es. B

VI. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: & dixi tibi cum esses in sanguine tuo: Viue. dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue.

VII. Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. C

VIII. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum: ait Dominus Deus: & facta es mihi.

IX. Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo.

X. Et vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino: & cinxi te byssо, & indui te subtilibus.

XI. Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. D

XII. Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

XIII. Et ornata es auro, & argento, & uestita es byssо, & polymito, & multicoloribus: similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis: & profecisti in regnum.

XIV. Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

XV. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres.

XVI. Et sumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.

XVII. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis.

XVIII. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis.

XIX. Et panem meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus.

XX. Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quas genera sti mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua?

XXI. Immolasti filios meos, & dedisti, illos consecrans, eis.

XXII. Et post omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.

XXIII. Et accidit post omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus)

Et

XXIX. *Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.*

XXV. *Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas.*

XXVI. *Et fornicata es cum filijs Aegypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.*

XXVII. *Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam iustificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata.*

XXVIII. *Et fornicata es in filijs Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta: & postquam fornicata es, nec sic es satiata.*

XXIX. *Et multiplicasti fornicationem tuam in Terra Chanaan cum Chaldæis: & nec sic satiata es.*

XXX. *In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis?*

XXXI. *Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium.*

XXXII. *Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos.*

XXXIII. *Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum.*

XXXIV. *Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.*

XXXV. *Propterea meretrix audi verbum Domini.*

XXXVI. *Hæc dicit Dominus Deus: Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis:*

XXXVII. *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & omnes, quos dilexisti cum vniuersis, quos oderas: & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.*

XXXIIX. *Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem: & dabo te in sanguinem furoris & zeli.*

XXXIX. *Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum: & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui: & derelinquent te nudam, plenamque ignominia:*

XL. *Et adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis.*

Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes vltra non dabis. XLI.

Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius. XLII.

Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. XLIII.

Ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. XLIV.

Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus. XLV.

Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat a dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. XLVI.

Sed nec in vijs earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: pene sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis. XLVII.

Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. XLVIII.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno, & pauperi non porrigebant. XLIX.

Et elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas sicut vidisti. L.

Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. LI.

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iustificatæ sunt enim a te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. LII.

Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ, & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum. LIII.

Vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti consolans eas. LIV.

Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram. LV.

Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, LVI.

Antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempo- LVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

LVIII. *Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus:*

LIX. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum?*

LX. *Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum.*

Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis: cum receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. LXI.

Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus, LXII.

Vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti, ait Dominus Deus. LXIII.

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMISEXTI.

II. ILI Hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas. Theodoretus: Triste est, & admodum miserandum morbo opprimi, sed miserabilius stupore laborare, vt morbum non agnoscas, neque eius sensum percipias. Eiusmodi ægrotantes solent medici morbi grauitatem primum docere, vt desinant causas suppeditantes materiam ægritudini suis offensionibus enutrire, atque medicæ artis legibus obsequantur. Hoc etiam auctor omnium Deus continenter facit erga eos, qui cum peccent, sic tamen affecti sunt, vt sensum morbi non capiant. Peccatori enim per Dauidem dicit. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam* peccata tua: & ipsi Ierusalem per Ieremiam. Cognosce quia in Deum tuum impie egisti: & rursus: *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris*, & alia eiusmodi. Hoc igitur Ezechieli faciendum præcipitur: Testificare, inquit, Ierusalem iniquitates eius, ostendito vulnera, demonstra vlcera ipsius, vt ne existimet supplicium esse dissectionem; sed intelligens esse sectionem eiusmodi, quæ medeatur, medico agat gratias. Deinde singillatim ipse delicta narrat.

Morbo stupori admisto medentur medici prius consilio, & manifestatione morbi; sic peccatori Deus. *Psal.* 49. ℣. 21. *Ier.* 2. ℣. 23

III. *Et dices: Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem.* Existimat Theodoretus, geminato nomine diuino, significari dominationem veram, fortasse quia de connubio in hoc capite sermo est, quo nouum ius acquisiuit Deus super Ierusalem sponsi scilicet, qui Hebraice dicitur בעל, baghal, quod est possessor, vir, &c. Idem enim valebat vtrumque nomen, cum vir emebat pretio vxorem a patre, de qua re oportunius dicemus alibi.

Theod. Repetitio nominis Dei plenum dominium populi significat, nempe Domini, & sponsæ.

Radix tua, & generatio tua, de terra Chanaan. Hebraice, excisiones, & natiuitates: primo loco est מכורות, mecoroth, cuius singulare extat infra. *In terra natiuitatis tuæ.* Hebraice מכורה, mecorah, oritur autem a verbo כור, cor, quod est fodere, perfodere, excidere, vt in psalmo. *Foderunt manus meas*: nomen itaque valet excisio, vel perfossio: sumiturque pro generatione per metaphoram illam, cuius meminit Isaias. *Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de quo præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem uestrum, & ad Saram, quæ peperit vos*, &c. Alterum nomen est מולדות, moledoth, natiuitates a ילד, ialad, quod est gignere: effertur autem in plurali, vt significetur descendentia ab vtroque parente. Extat nomen in Genesi. *Mortuusque est Aram*, &c. *in terra natiuitatis suæ.* & iterum: *Reuertens in terram natiuitatis tuæ*: quo eodem capite Hieronymus pro ipsa voce Hebræa repetita posuit *generationem. Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam*, &c. Idemque hoc loco intellexit per *generationem*, natiuitatem, genus, originem; nos autem natiuitatem libentius reddimus, quod generatio latius pateat, quam natiuitas: significat enim historiam rerum gestarum, vt in Genesi: *Liber generationis Adam*, id est, historia rerum gestarum a filijs Adæ. Idem iterum ibidem: & apud Matthæum: *Liber generationis Iesu Christi*, liber, vel historia rerum gestarum a Iesu Christo, neque enim solius capitis primi illa verba epigraphe sunt, sed totius euangelij. Sensus itaque versus huius est: Ex fodina Chanaan excisa es, & ex eius filijs trahit originem vterque tuus parens.

Infr. 29. ℣. 14. *Ps.* 21. ℣. 17

Isa. 51. ℣. 1

Genes. 11. ℣. 28. & 31. ℣. 13. *Hieron.*

Natiuitas quid significet.

Gen. 5. ℣. 1 & 6. ℣. 9. *Matth.* 1.

De terra Chanaan. Hieronymus per terram Chanaan, intelligit Aegyptum, in qua diu moratus est populus: quod Cham pater Chanaan princeps fuerit gentis Aegyptiacæ. Ceterum, vt hoc alterum

Hieron. Terra Chanaan, id est, Aegyptus.

certum

Universidad de Deusto Biblioteca

Terra Cham significat Aegyptum, non autem Chanaan. *Psal.77.℣.51 Psal.104. ℣.27., Genes.10. ℣.15.*

certum est a Cham fundatam Aegyptum, propterea que appellatã in sacris literis terram Cham, vt in psalmo. *In tabernaculis Cham.* & alio psalmo. *Et prodizierum in terram Cham*; Ita illud primum nulli fortasse probabitur, scilicet hoc loco, vel alibi in sacris nomine Chanaan appellatam Aegyptum, cum potius nomen sit terræ promissæ, quam olim possederant filij Chanaan, vt habetur in Genesi. *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hetheum, & Iebusæum, &c. Et post hæc disseminati sunt populi Chananæorum, factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone, &c.* Et quidem Ezechielem non Aegyptum, sed prædictas significasse prouincias verba sequentia declarant: *Pater*, inquit, *tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Amorrhæi autem, atque Cethæi non in Aegypto, sed in Palæstina habitasse certum est ex præallegato loco Genesis, atque ex vniuersa Mosis historia.

Scholiast. Theodor.

Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Scholiastes, & Theodoretus: Valde efferebantur Iudæi, quod ab Abraham ducerent genus: nam & Domino dicebant. *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam*: quam arrogantiam Beatus Ioannes Baptista comprimit dicens. *Genimina viperarum, &c. Nec velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Quemadmodum igitur Ioannes ferinos homines ex venenatis feris natos dicit, sic Ezechiel adulteram ex Amorrhæis, & Cethæis, non ex Abraham, neque ex Sem, sed potius ex Chanaan. Hoc autem, satis erat ad eos deterrendos non solum propter istarum gentium, quæ tunc viuebant, scelera; sed etiam propter ignobilitatem, quam maioribus acceptam referebant. Chanaan siquidem execrationibus obnoxius factus est, & ab auo Noë seruitutis est condemnatus. Sed si quæratur, cur ciues Ierusalem filij dicantur Amorrhæi, & Cethææ, cum sint filj naturales Israël, Isaac, atque excisi ex rupæ Abrahæ, & e cauerna Saræ producti? Respondent Origenes, Hieronymus, atque Theodoretus. Quorum enim æmulari fuerant impietatem, eorum merito cognationem contraxere, & propter mores simul cum isto genere sortiti sunt hæreditatem. Merito itaque eius parentis quis dicitur filius, cuius mores æmulatur, & viuendi rationem tenet: quoniam Hebræi patrem vocare solent non tantum eum, qui genuit, sed etiam eum, qui instituit, vt in Genesi videre est; *Ipse est pater* malleatorum, vel *canentium cithara, &c.* Et in Isaia Christus Dominus prædicitur appellandus *pater futuri sæculi*, id est, nouæ vitæ spiritualis scilicet institutor. Eadem ergo ratione filius dicetur non solum qui genitus est ab aliquo, sed etiam qui institutus, quique est hæres vitæ, & morum illius, quem æmulatur, vt filij solent parentes suos: atque hoc sensu Israëlitæ natura filij Abrahæ, imitatione vero filij inueniuntur Amorrhæi. Vnde Rabbi Dauid. Assimilaris moribus Chananæis, ac si ab illis duxisses originem; æmularis Amorrhæum & Cethæum, ac si tui essent parentes. Falsus est enim Rabbi Salomon existimans Amorrhæum esse Abraham, Cethæam Saram, quod in horum gentium patria sint peregrinati: nam hoc laus esset Israëlis, cum tamen probro detur illi a Prophetata talium parentum origo. Quod si vlterius roges, cur potissimum Amorrhæum, & Cethæum memorauerit Vates, cũ septem fuerint Chananæorum nationes, quarum scelera æmulabatur Ierusalem? Respondeo, Amorrhæum quidem esse inter ceteros nominatissimum in sacris literis propter giganteam proceritatem, & Herculeas vires, vt videre est in

Io. 8. ℣.33.

Luc.3.℣.7. Matt.3.8.7

Sicut Ioannes Baptista venenatos homines vocat genimina viperarum; sic Ezechiel more Amorrhæorum viuentes eorum filios vocat.

Origen. homil. 6. in Ezech. Hieron. & Theod. hic.

Eius parentis dicitur quis filius, cuius mores imitatur. *Genes.5.℣.21.*

Isa.9. ℣.6.

R. Dauid.

R. Salomon.

Amorrhæũ, & Cethæum nominat inter septem nationes, quoniam ille sceleribus, iste impudicitia reliquas superabat.

A Amos. *Ego autem exterminaui Amorrhæum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus, &c.* Amorrhæum se exterminasse repetit, cum septem nationes eliminauerit, quas sub nomine principalis intelligit. Idem declarat illud Genesis. *Nec dum enim impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum*: nam videtur Amorrhæus sicut viribus, & opibus, sic etiam sceleribus fuisse vnus ante alios imanior omnes: Cethææ vero feminæ videntur fuisse procacitate meretricia famosæ, vt Propheta inferius significat: *Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, &c.* Atque Rebecca aiebat. *Tædet me vitæ meæ propter filias Heth, si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ nolo viuere, &c.* Ijs igitur de causis ciuitatem potentem, opibusque & sceleribus insignem, Amorrhæi patris prolem, impudicam vero, & procacem Cethææ matris filiam facit.

Amos. 2. ℣.9.

Genes. 15. ℣.16.

Genes.27. ℣.46.

B

Pater tuus Amorrhæus. Hieronymus post Origenem. Magna fides, & grãdis audacia prophetarum, vnum hominem totam vrbem ignobilitatis arguere. Mirabilis Daniel, qui ad Presbyterum delinquentem, & adulterio iungentem homicidium puer ausus est dicere, *semen Chanaan, et non Iuda species decepit te.* Magnus & Isaias, qui clamat ad principes, & ad populum Iudæorum: *Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ.* Sed non minor Ezechiel, qui ad totam vrbem loquitur confidenter. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa*: quamquam & Stephanus primus Martyr Euangelij ad insanientem populum sit locutus. *Dura ceruice, & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, &c.* Ita cum eos Chananæi ignobilitate perculisset, singillatim & illorum scelus, & suam persequitur beneficentiam.

Hieron. & Origen. miranur fidem & audaciam prophetarũ, qui talia opponãt Vrbi

Dan.13.℣. 56.

Isa.1.℣.10.

C

S.Stephanus Act.7.℣.51

Et quando nata es in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus. Hebraice: Et natiuitates tuæ, in die ortus tui. Septuaginta. Et generatio tua in die, qua nata es. Idem valent omnes versiones: scilicet. Et huiusmodi se habuit natiuitatis tuæ historia: in die ortus non est tibi præcisus vmbilicus, &c. vel: quando nata es sic se res habebat. Variant autem interpretes in tempore natalis puellæ Israëliticæ assignando: nam de ciuitate viuersa sub persona vnius feminæ loqui Prophetam diximus supra. Auctor operis imperfecti in Matthæum, qui nomine Chrysostomi circunfertur, existimauit ortum Israëlis fuisse vocationem Abrahæ; iuuentutem, cum descendit in Aegyptum cum patre Iacob; virilitatem, tempore Regum; & senectutem a captiuitate Babylonica ad Christum. Hieronymus per ortũ intellexit exitum de Aegypto. Hoc, inquit, significat de Ierusalem, quod non statim legem acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia sint abscissa, sed gentilem primo vixerit vitam. Apertius autem Polychronius dicens. Ortum vero appellat exitum de Aegypto. Chaldæus vero sic vertit hunc locum. Et quando descenderunt Patres vestri in Aegyptum, incolæ terræ non suæ seruitutem passi, & afflicti; similis erat cœtus Israël puero, qui proiectus est super faciem agri, cuius vmbilicus non est præcisus, &c. Quibus verbis ortum Israël notat a descessu Iacob, iuuentutem vero ab exitu; cui fauet illud Oseæ. *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti, &c.* Et quidem exitum de Aegypto comparari iuuentæ Israëlis, & verba Oseæ aperte profitentur, & ratio euidenter ostendit: quoniam statim ab exitu lege lata celebratæ sunt nuptiæ inter Deum, & Israëliticam Rempublicam: quarum inferius meminit Vates: nuptiæ

IV.

De natiuitate vrbis Ierusalem variãt interpretes

Auctor operis imperf. homil.33.in Matthæ.

Hieron.

Polychr.

Chaldæus.

D

Oseæ 2.℣.15

E

Universidad de Deusto Biblioteca

vero fere in ætate iuuenili celebrantur, vt & paulo inferius Vates ipse declarat: quod si ita est, oportet natiuitatem puellæ ad præteritum tempus referre. Ceterum nullo modo reuocanda est ad descensum eius in Aegyptum cum patre Iacob, quoniam eo tempore Israël familia erat septuaginta animarũ, non Respublica, atque magno cum honore accepta est ab Aegyptijs, & rege ipso. At vero Propheta testatur, *quando nata* est, puellam proiectam iacuisse *super faciem terræ in abiectione animæ* suæ, neque quemquam eius esse misertum: quare existimamus neque descensum in Aegyptum, neque exitum apte dici posse natiuitatem, sed potius tempus seruitutis, ex quo scilicet, mortuo saluatore Ioseph, atque alio regente Aegypti habenas, Israëlitæ subiugari cœperunt: nam ex eo tempore in ipsa captiuitate *creuerunt, et quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terram*. Ita vt exitus de Aegypto iuuentæ potius comparandus sit, quam pueritiæ, aut infantiæ, vt ex capite secundo Amos edocti sumus; idoneamque haberet ætatem puella ad nuptias, quæ in monte Sinai factæ sunt cum fœdere, lege, & omine. Est in hac sententia Rabbi Dauid, qui in hunc locum sic scribit. Tempus huius natiuitatis fuit illud, de quo dictum est: Et mortuus est Ioseph, & vniuersi fratres eius, &c. *Fily* autem *Israel creuerunt, & quasi* germen *multiplicati sunt*: eo namque tempore erat Israëlis congregatio miseratore, & protectore omni destituta.

Quando descedit Israel in Aegyptũ, familia erat, no populus. *Exod.* 1.

Tempus seruitutis mortuo Ioseph, vocatur natiuitas Israel. *Exod.* 1. ℣. 7

Amos 2. ℣. 10. Idoneam nuptiarum ætatem habuit, quando in monte Sinai eas celebrauit. *R. Dauid.*

Non est præcisus vmbilicus tuus. Septuaginta loco huius orationis verterunt: Non ligasti mammillas tuas: quomodo legit correctus codex Sixti. Apud Hieronymum, & in multis codicibus legitur: non ligauerunt. Pro his autem apud Theodoretum, & in codice Græco, Complutensi, atque alijs habetur: *Non est præcisus vmbilicus tuus*. In multis vtrumque ponitur, & quod apud Hieronymum in contextu vulgatæ antiquæ. Ceterum Origenes aperte significat Septuaginta tantum vertisse: Non ligauerunt mammillas; in Hebraico autem codice haberi: *Non est præcisus vmbilicus tuus*. Itaque ex ipsius exaplis videtur irrepsisse in textum Septuaginta secundam orationem, quæ respondet potius Hebraico, quam nunc habemus in Vulgata, scilicet. *Non est præcisus vmbilicus tuus*. Sed explicemus vtramque. Priorem Septuaginta sic enarrat Hieronymus. Mater diligens statim vt nata fuerit infantula, ligat mammillas eius, vt a tenero tumore desistant, & pulchritudinem custodiant virginalem: cum autem ad ætatem venerit pubertatis, dicetur de ea: *Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui? aut sponsa fasciæ pectoralis suæ?* Nostra autem translatio, quæ Hebraico codici respondet, hunc habet sensum secundum parabolam: Cum nata esset puella, ita iacuisse neglectam, vt nec mater nec obstetrix esset, quæ eam de terra leuaret, mundaret a sordibus, radicem ab vmbilico pendentem præcideret, aliaque præstaret officia, quæ exhiberi solent infantibus, suntque adeo necessaria ad ipsorum vitam, vt si negligantur, inquit Rabbi Dauid, incurrerent periculum mortis; quare possunt fieri in die sabbathi. Quid autem sibi velit hæc oratio parabolica in ipsa veritate, Hieronymus explicuit dicens. Hoc autem significat de Ierusalem, quod non statim legem acceperit, nec ei pudendæ natiuitatis exordia sint absciſſa, sed gentilem primum vixerit vitam, &c. Aliquanto secus interpretantur Polychronius, & Theodoretus dicentes. Hoc est: adhuc Aegyptiacum hauris alimentum: ortum vero appellat exitum de Aegypto: aiunt autem medici, embrionem in aluo veluti quandam habere radicem vmbilicum, per quem aiunt eum nutriri, & augeri. Quoniam igitur obstetrices permanentem vmbilici partem incidisse solent; per tropum ac translationem dicit: Vmbilicus tuus non est præcisus: ac si diceret etiam nunc ex materna aluo, hoc est, Aegypto trahis impietatis alimentum. Sanctus Hieronymus ex Origene aliter enarrat hunc locum. Et quomodo virorum, inquit, seminarium significatur in lumbis; ita genitalia feminarum honesto sermone, iuxta consuetudinem scripturarum, vmbilicus vocantur, testimonio Iob, qui sub figura draconis loquitur de Diabolo: *Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius*: iste enim aduersus viros virtutem habet in lumbis, aduersus feminas in vmbilico, &c. Eadem fere habet Gregorius, quæ, si ad allegoriam referantur, merito placere videbuntur; si autem strictius premantur, non carent difficultate. Primum quidem quoniam loco illo Iob de ipsius bestiæ lumbis, & vmbilico loquitur, non de humano; neque si de humano loqueretur, quidquam est discriminis inter virum, & feminam in vasis seminarijs, aut venis, vel arterijs, per quas spirituosus sanguis a corde per lumbos vehitur ad genitalia, vt propterea virorum luxuria in lumbis, feminarum vero in vmbilico significari debeat. Ceterum medicorum ista controuersia est: nec licet in alienam messem falcem mittere. Fides huius expositionis esto penes Origenem, Hieronymum, & Gregorium.

Non præcisum fuisse vmbilicum, significat egressum populũ adhuc retinuisse mores Aegypti. *Hieron.* *Origenes.*

Iob 40. ℣. 11

Greg. l. 32. *mor. cap.* 21

Et aqua non es lota in salutem. Correctus codex Septuaginta tantum legit. *Aqua non es lota*: tametsi alij codices Græci cum Hieronymo, & Theodoreto legant *in salutem*. Rabbi Dauid Chimhi vertit: Aqua non es lota ad lenitatem; id est, quo caro redderetur lenis, & mollis: ortumque putat nomen Hebraicum משגי, misghi, a verbo שגג, saghagh, quod est lenire: idemque scribit Rabbi Selomo: quasi dicat. Aqua non es lota ad lenienda, blandeque tractanda, & formanda membra: solent enim aqua calida leniri corpuscula infantum, & ad congruam formam aptari, quod nascantur rudia, & deformia, vt quæ in aluo fuerint contracta. Rabbi Manahen exponit, ad delicias, neque male. Rabbi Ioseph vertit, ad munditiam; atque hoc significare scribit verbum prædictum in lingua Arabica: quæ interpretatio contextui admodum placet: nam aqua abstergimus, quæ mundare volumus: neque aliud sibi vult nostra versio, *in salutem*, tametsi a verbo alio scilicet יש, iasagh, saluare, orta videatur. Namque salus pro munditia, claritate, & splendore vsurpatur in sacris literis, vt in psalmo. *Sacerdotes tui induantur iustitiam*: Et iterum: *Sacerdotes eius induam salutari*: primo loco vertit Chaldæus, vestes iustitiæ, mundasue: atque idem dicendum de altero: nam versus vnus alterum interpretatur: vestes vero iustitiæ sunt vestes mundæ, splendidæ. Eadem vocum comparatio est in Isaia. *Quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me*: hoc est. Induit me vndequaque veste mundissima gratiæ per Christum Saluatorem: eodem modo interpretamur illud Malachiæ. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ*: hoc est, sol splendoris, & salutis, qui scilicet radijs suis salutem portat. Nisi malis simplicius interpretari, *in salutem*, id est, ad incolumitatem, & sanitatem: nam Aegyptiæ feminæ etiamnum apud nos habitantes, infantes recens natos frigida immergunt, quo robustiores euadant:

Non præcisum fuisse vmbilicum. *Origenes.*

Aquæ ablutio quos vius conferat infanti. *Hieron.* *Theodor.* *R. Dauid Chimhi.* *R. Selomo.* *R. Manahē.* *R. Ioseph.*

Salus pro munditia sumitur. *Psal.* 131. ℣. 9. & 16.

Isa. 61. ℣. 10

Mal. 4. ℣. 2

Aqua infantibus salutaris.

R. Dauid. In sabbatho fiebant officia circa recens natos propter periculum mortis. *Hieron.* *Polychr.* *Theodor.*

cuadant: idque cum magno virium, & valetudinis emolumento. Idemque Messicani in more habent, vnde diutissime viuunt. Polychronius. Hoc ex translatione dicit infantium, qui post partum lauantur, & absterguntur, & ex materno sanguine eximuntur. His tu, inquit, non es erepta, sed etiam nunc matrem veteri argumenta gestas. Hieronymus theoriam persequitur de Baptismo aptissime: atque illud ad literam interpretatur. *Non es lota in salutem*, hoc est, ad vitam immortalem: quæ omnia sumpsit ex Origene.

Nec sale salita. Hieronymus. Tenera infantium corpora, dum adhuc vteri calorem tenent, solent ab obstetricibus sale contingi, vt solidiora fiant, & restringantur. Porro Ierusalem, quæ de malis parentibus nata est, nihil saporis, nihil diligentiæ consecuta est, qui autem renascuntur in Christo, sale sapientiæ condiuntur, eiusque admistione omnem putorem, humoremque noxium exsiccant, &c. Origenes. Sale salitur quando per sermonem, vel rationem ea animæ facultas, in qua sunt perturbationes, quasi sale expurgatur, &c. Hoc si de lege intellexit Origenes, collimauit scopum: nam illa fuit quasi sal, quod acrimonia, & mordacitate carnes exsiccat, constringit, & contrahit, & a corruptione præseruat: talia enim operabatur timor in Israëlitis.

Nec inuoluta pannis. Hieronymus. Tenera infantium corpora pannis inuoluuntur duplicem ob causam, vt & sale siccetur corpus, quod ne defluat, pannis seruatur, stringunt, & membra tenerrima, ne facile, deprauentur: Vnde & corpora barbarorum Romanis corporibus rectiora sunt: vsque ad secundum enim, & tertium annum semper pannis inuoluuntur, &c. Hæc de parabola Hieronymus. Polychronius autem sensum literalem detexit dicens. Non accepisti, inquit, fascias doctrinæ, quæ a lege allatæ sunt, &c. Eadem Theodoretus explicatius. Non accepisti doctrinæ salem, neque allatas tibi fascias per legis disciplinam, quæ adhibentur infantibus, vt si aliquod ex membris in ipso partu a recto ritu peruersum fuerit, restituatur, decentemque formam suscipiat.

V. *Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his misertus tui*. In aliquot codicibus Septuaginta legitur oculus meus, vt Theodoretus legit: in alijs vero oculus tuus: quod Origenes exponit, & Hieronymus ipsis attribuit: vtraque lectio difficulter nectitur contextui: in Hebraico, & Vulgata constanter legitur *oculus*, alterius scilicet hominis. Diximus capite quinto, Hebraicum verbum עין, hos, non solum significare affectum interiorem misericordiæ, sed etiam gestum exteriorem testatum oculis conniuentibus ex animi commotione super alicuius personæ, vel rei indignitate: parcere itaque est conniuere: misereri est cõmoueri, hoc sensu: Cum tam miserabilis iacères, nullius prætereuntis oculi cõniuerunt tam miserandum spectaculum auersantes, neque viscera commota sunt ad tuam leuandam miseriam, eorumue quidquam præstandum, quæ infantibus in eo casu exhiberi solent. *Vnum*, inquit, *de his*, non omnia pietatis opera, quibus indigebas, neque enim tot officia, vel tu merebaris, vel a tuis hostibus merito expectare posses; vnum vero, aut aliud etiam ab Hyrcanis tigribus extrema tua inopia extorsisset. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos, &c.* At vero superauit indigentiam infelicitas tua: nullus enim omnino fuit, qui vel te respicere dignaretur.

Sed proiecta es super faciem terræ. Hebraice, super faciem agri. Rabbi Dauid. Nam Israël, cum se non posset regere magis, quam infans, proiectus est extra vrbes ad lateres formandos in agro.

In abiectione animæ tuæ. Vel in sordibus, & immunditia corpusculi tui: nam anima pro persona, & persona pro corpore vsurpatur, vt in Leuitico sæpe immundus in anima. נדה, ghoghal vero interpretatur Rabbi Dauid immunditiam, quæ adhæret fœtui, secundinas immundas, & sordidas, atque adeo abominationes: quasi dicat: Vt ex vtero matris effusa eras secundinis, & sordibus cooperta, atque adeo abominabilis, sic iacebas in medio agro aperto exposita cæli inclementiæ, facta hominum detestatio, bestiarum vero præda. Quando autem hæc sit experta Synagoga, docet Scholiastes ijs verbis. Ita videtur Aegyptiorum lex in Iudæos dominata, vt infans vix viueret obstetricum indulgentia erga nascentes: proijciebantur enim in agrum, quibus mulierum commiseratio parcebat: ita enim & Moses abiectus est, vt videre est in Exodo. *Exod.* 1.

Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo. Septuaginta, mistam in sanguine tuo. Hebraice, prouoluentem te in sanguine: vertas licet, inquinatam, pollutam, conculcatam, prouolutam in sanguinibus, vel secundinis tuis, vt scilicet ex aluo fueras effusa. Rabbi Dauid. In sanguine, hoc est in luto immersa; ex quo cogebaris facere lateres. Sed quid est, quod Dominus casu puellam se offendisse dicit, cum scriptum sit in Ieremia, *in caritate perpetua* illam dilexisse? Quoniam, vt Israëliticus populus in hac parabola fœminæ personam induit, sic Dominus assumit habitum principis cuiusdam celebris, hæredis regni amplissimi, qui primo mane venatum, vt fit, vel rusticatum egressus fuerat, nihilque minus cogitans, ad Vrbis pomeria incidit in infantulam inter herbas expositam, & sanguine prouolutam, vt hac ratione dicendi significaret, quo in statu fuissent res Hebræorum, cum grauati operibus, ingemiscentes clamarunt ad Dominum: nimirum tam abiecti, tamque desperati, quantum expositæ in agro infantulæ misera conditio declarat: cuius nullus curam agebat, immo ne recordabatur quidem, tantum abest, ut misereretur: quod de ipso populo cecinit Dauid in psalmo. *Sedentes in tenebris, & umbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro: & humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret, &c.* alioqui non casu Israëlem offendit in Aegypto, sed *quasi uuas in deserto, quasi prima poma ficulneæ*, vt ait Oseas, quæsitum scilicet, & desideratum: *Vidi*, inquit in Exodo, *afflictionem populi mei, &c. & descendi vt liberem eum, &c.*

Et dixi tibi cum esses in sanguine tuo: Viue. Dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue. Rabbi Dauid: Dixi tibi, ne timeas, viues, & non morieris ob duram seruitutem, & Pharaonis graue iugum, quin potius multiplicaberis, & creses quasi germen agri. Imperatiuus itaque videtur esse pro futuro. Aliter Polychronius. Cum lex iniqui regis, inquit, nascentes interimeret, & maleficia multiplicationem prohiberent, ostendi in te vim meam, non modo eos, qui de medio tollebantur, seruando, sed etiam multiplicando. Intellexit Polychronius versum, & phrasim illam: *Dixi tibi: Viue*. Sed non explicuit. Eius hæc est sententia: Volui, vt iam moribunda viueres: nam Dei voluntas est potentia, Verbum opus. Vnde, dicere, in sacris literis vsurpatur pro velle, præcipere, & facere: *Dixi tibi; Viue*, vel de te, vt viueres (idiotismo Hebræis proprio, vt in psalmo. *Dies diei eructat verbũ*, id est, dies de die, noxque de nocte futura, dat testimoniũ infallibile, scientificum) vt si diceret: Cum

Polychr. Fascias doctrinam legis significant. Theodor.

Theodor. Origenes. Hieron.

Parcere est conniuere, misereri est commoueri.

Thre. 4. ℣. 3

R. Dauid.

Hieron.

Hieron.

Origenes.

Sal etiam vtile infantibus vt solidetur, & exsiccentur ab omni immunditia vteri.

Sal legem intellige.

Hieron.

Polychr.

R. Dauid.

R. Dauid.

Exod. 1.

Parabolæ contextus.

Ier. 31. ℣. 3.

Exod. 2.

Psal. 106. ℣. 10.

Osee 9. ℣. 10

Exo. 3. ℣. 7.

R. Dauid.

Polychr.

Dicere vsurpatur pro velle, præcipere, & facere.

Ps. 18. ℣. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam fere animam ageres, volui te in vita conseruare, atque vt decreui, facere potui, & reuera præstiti: quoniam autem hoc facto multiplex inuoluebatur beneficium, repetitione ea omnia commemorata voluit. *Dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo viue*, id est, præstiti omnia officia, quæ desiderabantur non tam, vt infans recens natus viueret, quæ plurima sunt, quam vt agens iam animam ad vitam reuocaretur: quæ res non solum industriæ sollicitudinem nutricis postulabat, sed etiam piæ obstetricis indulgentiam. Reuocat igitur Deus Israëli in memoriam his verbis innumerabilia a se accepta beneficia, quæ per sacram Scripturam singillatim recensentur. *Ego*, inquit apud Oseam, *quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachijs meis*. Vel, vt Hebraice habetur: Ego pedetentim ambulans cum Ephraim, &c. Magna Dei nostri dignatio gerulum se facere Israëlis pueri, atque ad eius teneros pedes diuina accommodare vestigia. Sed quanto maior est ista indulgentia, infantulam expositam, sanguine obuolutam suo, de terra proprijs leuare manibus, genibus excipere, radicem vmbilici præcidere, aqua tergere, palmis informia membra lenire, aptare, sale aspergere, fascijs inuoluere, & sinu suo fouere? Vt iam minus miremur, quod Iob magnificiebat, nempe quod *obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus*. Et quod ipse Dominus sibi adscribit: *Cum ponerem nubem vestimentum eius*, maris, *& caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem*: Nam duo illa Dei potentiam exaggerant; hoc vero ipsius suauitatem, & bonitatem commendat. Quod si a principe infantulam obstetricari tantæ dignationis est; quantæ suauitatis & amoris indicium erit, regem sæculorum, immortalem, inuisibilem, solum sapientem, Deum, nostri gratia pusillum fieri, nasci corporatum, fascijs inuolui, lac Virginis sugere, butyrum & mel, vt ceteri solent infantes, comedere?

Oseæ 11.℣.3 Vid: Dei benignitatem multis modis ostensam.

Iob 26.℣.13 & cap. 38.℣.9.

VII. *Exo.1.℣.6.*

Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta. In Exodo eadem similitudine populi incrementum expressit. *Quo* Ioseph, *mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terram: Surrexit interea rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, &c.* Atque ista fuit adolescentia Israël, vt supra dicebamus, in qua scilicet adoleuit, & creuit. deinde successit iuuentus, in qua sustinuit captiuitates, & labores: de altera itaque dicitur: *Et multiplicata es*. de altera vero: *Et grandis effecta*. Theodoretus, & Scholiastes: Meam, inquit, benedictionem consecutum est opus: ego enim dixi. *Vt germen agri dedi te*, tuque accepta benedictione simul & multitudinem, & magnitudinem obtinuisti. Videtur alludere ad benedictionem Iacob. *Odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, &c.*

Theodor. Scholiast.

Gen. 27. ℣. 27.

Et ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. Hieronymus. Porro quod interpretatus est Symmachus: & peruenisti ad ornatum muliebrem: siue vt Theodotio: & ingressa es ad ornatum ornamentorum, pro quo nos secuti sensum Hebraicum diximus: *Et peruenisti ad mundum muliebrem, &c.* Enim vero mundus muliebris, vel ex Theodotione, ornamentum ornamentorum, id est, omnimodum, vocantur armillæ, inaures, torques, monilia, & cetera, quæ recenset Isaias propheta. Quod vero ait: *Peruenisti ad mundum muliebrem*, non significat eam habuisse ornamentum aliquod, nedum vniuersum, cum paulo inferius addat, *& eras nuda, & confusione plena*; sed eam ætatem esse ingressam, quæ quasi iure suo postularet talia ornamenta, vtpote quæ coniugio esset matura. Vnde Hieronymus tempus pubertatis ostendit, quando puellæ nubiles appellantur & possunt maritorum amplexibus copulari. Quæ ad historiam sic transfert Rabbi Dauid: Venerat tempus, vt educeretur Israël de seruitute illa.

Hieron. *R. Dauid.*

Vbera tua intumuerunt, et pilus tuus germinauit. Hieronymus. Honeste adolescentularum maturitas indicatur, quando intumescunt, siue eriguntur (ex Septuaginta) vbera, & germinat pilus, &c. Vsque ad pubertatem virginibus non crescunt vbera: vnde in Canticis dicitur. Sponsa *soror nostra parua est, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* seu, cum viro est tradenda: nam eo vsque virgo הגלמה, haghalmah, abscondita dicebatur, & erat; quam videret nullus, ne dum alloqueretur. Pilum germinare, est pubescere, ingredi annos pubertatis.

Hieron. *Cant.8.℣.8*

Et eras nuda, & confusione plena. Hieronymus: Cumque parata esset ad nuptias, & haberet pulchritudinem corporis, vestimentorum tegmina non habebat, neque Dei protegebatur auxilio, &c. Synagogæ vestimentum, ornamentum, decor, & decus omne fuit lex diuinitus data, vt inferius dicemus. Ante le gem itaque acceptam nuda erat, & ignominia plena, vtpote sine Deo, & sine libertate. Theodoretus. Nondum enim acceperas legis tegumentum. Scholiastes: Quia in Aegypto dæmonia colebat. Rabbi Dauid: Erat Israël vilibus vestimentis indutus, vt decet seruos ac captiuos. Vel dicendum quod erat nudus diuinis scilicet præceptis, ac legibus.

Hieron. Vestis & ornamentum Synagogæ fuit lex. *Theodor. Scholiast. R. Dauid.*

VIII. *Et transiui per te, & vidi te.* Scholiastes: Hoc a Moyse dictum: *Videns vidi afflictionem populi mei, &c.* Hieronymus: Quanta clementia? non sufficerat semel vidisse eum, sed peccantem adhuc visitat iterum.

Scholiast.

Et ecce tempus tuum tempus amantium. Hieronymus. Siue iuxta Septuaginta tempus diuertentium; & iuxta secundam Aquylæ editionem tempus συναλλαγῆς, synallages, sponsalium videlicet, & nuptiarum. iuxta primam vero eiusdē, ac Theodotionis, μαστῶν, maston, quod interpretatur, vberum: pro quo Symmachus vertit ἀγαπῆς, agapes, quod delectionem sonat. Vox autem Hebræa דודים, dodim, hæc omnia significata amplectitur. Illud igitur tempus erat, quando possunt mulieres viris sociari, &c. Rabbi Dauid: Quando scilicet me manifestaui Moysi in rubo, ostendique tempus esse amantium; pugnaui enim pro te contra Aegyptum, quousque inde te eduxi in manu forti, & brachio extento. Tempus quoque erat idoneum, in quo gens cohortationibus prophetarum, & afflictionibus Aegyptiorum, relictis abominationibus suis, peccatrix Israël conuerti volebat ad virum suum, scilicet Deum benedictum.

Hieron. *R. Dauid.*

Et expandi amictum meum super te. Pro, amictu, Hebraice, & apud Septuaginta legitur, alas meas: quod sic enarrat Origenes. Consueuit Scriptura alas vocare vestium summitatem, &c. & merito id quidem, quia amictus, fimbriæ, & sinus extenduntur quasi alæ: ea phrasis est apud Zachariam. *Apprehendent fimbriam viri Iudæi*, Hebraice alam: & in Numerorum libro. *Vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum.* Hebraice alas palliorum. Porro expandere amictum, seu extremum amictus super feminam, idem valet, atque illam in vxorem sibi despondere, a consuetudine sumpta dicendi figura, cuius mentio extat in Ruth. *Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum.* Hebræus & Septuaginta alas tuas, *super famulam tuā, quia*

Origeni summitates vestium vocantur alæ. *Zac.8.℣.23* *Nu.15.℣.38* Expandere amictum super feminā, est illam sibi despondere. *Ruth 3.℣.9*

Hieron. *ante propinquus ex.* Quod Hieronymus ita confirmat: Deus amictum expandit pro alis, quo cooperta est Ruth ad pedes dormiens Booz, &c. Hanc phrasim Luc.1.℣.34 mutuasse credo diuum Lucam, immo Archangelum Gabrielem, cum ad purissimam Virginem rogantem: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* respondit: *Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* tametsi *obumbrabit* decentius, & significantius dixit, quam expandet alas super te. R. Dauid. Rabbi Dauid: Expandi alas meas super te; hoc est, desponsaui te mihi in vxorem, vt dicitur: Sum Ruth ancilla tua, expandesque alas tuas super me: & hoc feci, inquit, quando dixi: Accipiam vos mihi in populum, & ero vobis in Deum.

Et operui ignominiam tuam. Hieronymus. Inhonesta corporis sub hoc nomine intellige, quæ, teste Apo- 1.Cor.12. ℣.23. stolo, maiore honore circũdamus. Rabbi Dauid: Vestiui te, & operui vestibus honestissimis, vt superius dixi: vel: docui te signis, & prodigijs veram fidem, nihilque in te reliqui ignominiosum alieni cultus.

Et iurauí tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus. Scholiastes, & Theodoretus: Cum enim Scholiast. Theodor. conspexissem te in reliquum idoneam, quæ mecum per legem societatem coires, expandi quasi quasdam alas salutarium præceptorum doctrinam, & cooperui iniquitatis nuditatem, & hoc connubiũ etiam dotis libellus est consecutus: ingressus enim sum in testamento tecum, & quia opus erat, vt libello adhiberetur iusiurandum, ne hoc quidem facere recusaui. Sed quamuis fide dignus essem vel verbo tantum promittens, attamen iusiurandum quoque Pactum, & iusiurãdum exhibita populo Israel. verbis adiunxi, &c. Duo hic commemorantur a Deo præstita, pactum scilicet, & iusiurandum, quorum primũ extat in Exodo expressis verbis conceptum: Exo.19.℣.5 *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra: et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus: respondítque omnis populus simul: cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine, &c.* Quoniam vero pacta, & Iuramenti sollemnitates. fœdera solebant certis ritibus & sollemnibus quibusdam cærimonijs stabiliri, quarum mentio est in Genes.15. Ier.24. Genesi, & Ieremia (etenim pacisscentes solebant hostiam mactare, eius sanguine se aspergere, atque inter illius partes medij transire: hoc facto transgressori fœderis imprecantes talem mortem, & dissectionem) simili sollemnitate peractum est pactum Exod.24. Dei cum Israële, quod in Exodo testatum reliquit Moses, coniugum fœderatorum intermedius, & sequester. Nam mane consurgens ad radices montis Sinai, aram cum erexisset, duodecim titulos, siue columnas in circuitu eius excitauit, quæ duodecim tribus Israël referrent: electisque duodecim iuuenibus hæredibus domorum totidem mandauit, vt singuli vitulos singulos mactarent: sanguinem vero hostiarum cum duabus crateris excipi fecisset, alteram fudit super altare, quod Deum repræsentabat; alteram vero, spargendo populum, exhausit, postquam volumen fœderis repetisset: ea cærimonia contestans violatorẽ pacti morte plectendum iri, siue homo esset, qui in titulis repræsentabatur, siue Dei filius hominum vadimonium suscipiens in altari significatus: atque sic se habuit fœdus coniugij inter Deum & Rempublicam Israëliticam stabilitum. Porro iusiurandum, cuius hîc meminit Vates, De iure iurando. Theodor. non facile in sacris reperias. Theodoretus putauit A de illo iureiurando sermonem esse, quod in Deuteronomio extat. *Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum, etc.* Ceterum antiquius multo est coniugium hoc illo iuramento: nam post quinquaginta dies ab Exitu celebrata sunt pacta, quæ diximus. Canticum vero illud cecinit Moses post quadraginta annos errorum per desertum. Præterea illo iureiurando Deus non astringit sponsæ fidem, sed potius comminatur sumpturum se de legis transgressoribus vindictam: *Leuabo*, inquit, *ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum*, si *arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, &c.* Non loquitur ergo Vates de illo iureiurando. Alij, ex quibus Rabbi Dauid, existimarunt pactum & iuramentum factum esse, cum Dominus misit Mosem ad filios Israël cum hisce mandatis, vt in B Exodo refertur: *Ideo dic filijs Israel: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, &c. Et assumam vos mihi in populũ, & ero vester Deus: & scietis quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum, & induxerim vos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: daboque illam vobis possidendam, &c.* nam iusiurandum quod fecerat Patribus, repetens, iterasse & ratificasse creditur Deus: tametsi id non sit a Mose expressum. Verum illud neque pactum fuit, neque iusiurandum, sed stipulatio, quasi spõsalitia de futuro coniugio, atque confirmatio promissionis factæ Patriarchis de terra Chanaan posteris tradenda. Ergo videtur asserendum, quo loco & tempore pactum initium est in Exodo, sicut diximus, eodem C Exod.24. iusiurandum factum, non quidem verbis, sed factis: nam illæ cærimoniæ fœderis nihil aliud erant, quã iuramentum execratorium, quod ijs verbis exprimi posset, si res deessent. Dispeream & in partes corpus meum dilanietur, si fidem datam violauero. Cum igitur Deus pactum inierit cum Israëlitica Republica ad radices montis Sinai, vt diximus, & hostijs immolatis, sanguineque earum Dei altare, & populus aspersus fuerit; consequens est, pacto, & execratorio simul iuramento nuptiarum contractum esse sancitum.

R. Dauid. Sponsalitia.

Et facta es mihi. Hieronymus. Iuxta consuetudinem prophetarum *facta es mihi*, ait, pro eo quod est, meo coniugio copulata es. Idem Theodoretus: Coniuncta, inquit, es mihi, & nuptiæ perfectæ sunt, &c. est eadem phrasis paulo inferius. *Exposuisti fornicationem omni transeunti, vt eius fieres.* Et in libro Ruth. *Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem.* Hebraice. Accepit Ruth, & facta est illi, vel eius: & in Osea. *Non fornicaberis, & non eris viro.* Eandem imitatus est Paulus. *Si fuerit cum alio viro.* Græce: Si fuerit alij viro. & inferius. *Vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Græce: vt sitis alteri viro illi, qui ex mortuis surrexit, &c. Significat autem hæc dicendi figura non solum nubere viro, sed illius esse vxorem; & possessionem, atque adeo dici: nam cognomen vxoris erat viri appellatio, vt apud Matthæum. *Exea, quæ fuit Vriæ.* Rabbi Dauid: Quod factum est, cum Moyses dixit: *Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, &c.*

Hieron. Theodor. His verbis coniugij fœdera continentur. Infr.℣.15. Ruth 4.℣.13. Osea 3.℣.3 Rom.7.℣.3.& 4.

Matth. 1.℣.6. R. Dauid. Deut. 26.℣.18. Dei nostri connubium cum Israel, varia phrasi exprimitur: prima est adhærere, id indicans, quod ex binis cordibus vnum fiat. Deu.7.℣.7

Declarant & sacræ literæ alijs verbis honorificum istud connubium Reipublicæ Israëliticæ cum Deo legislatore, sed potissimum verbo דבק, chasach, quod significat adhærere sponsæ, agglutinari cum illa, ita vt ex binis cordibus, & animis vnum fiat, in Deuteronomio. *Non quia cunctas gentes numero uincebatis, uobis iunctus est Dominus, &c.* agglutinatus est sicut sponsus sponsæ; *sed quia dilexit uos.* Non itaque elegit dignos, quos diligeret, sed di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibid. 10. ℣. 14. ligendo idoneos fecit, quos eligeret. Et iterum. *Ecce Domini Dei tui cælum est, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in ea sunt; & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, &c. Circuncidite igitur præputium cordis vestri.* Quibus verbis aperte, meo *Gen.* 34. ℣. 3 iudicio, alluſit ad factum Sichem, cuius mentio habetur in Geneſi, qui cum toto populo ſuo circuncisus est, eo quod *conglutinata* esset *anima eius* cum Dina filia Iacob. Quod si gentilis homo, inquit tacite Dominus, ob amorem vxoris ardentem, se cum populo vniuerſo circuncidi paſſus est; cur non potius vos circumcidetis ſtultitiam cordis veſtri, vt Deo veſtro fruamini, cuius animam cum veſtra ſcitis esse conglutinatam? Vide & aliud amo- *Ier.* 13. ℣. 11 ris huius coniugalis teſtimonium apud Ieremiam. *Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, &c. vt essent mihi in laudem, & gloriam,* id est, *1. Cor.* 11. ℣. 7. in ſponſam: nam, teſte Paulo, *mulier autem gloria viri est.* Egent verba hæc omnia magno examine, magnaque meditatione.

IX. De tranſitu maris ſermo fortaſſe eſt. *1. Cor.* 10. ℣. 1.

Et lauit te aqua. Fortaſſe ad tranſitum rubri maris reſpexit: ex quo quaſi e balneo exierunt hilares, & alacres, hoſtibus videlicet ſuffocatis. quo modo etiam loquitur Apoſtolus. *Omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari*, hoc eſt: Moſis ductu, & nubis protectione omnes mare quaſi lauacrum intrarunt, & exierunt incolumes. Vel ex Origene, Theodoreto, & Apollinare, aquam doctrinæ diuinæ intellexit, qua ſanguines, & ſcelera eorum mundata ſunt: non eſt enim nouum aquæ nomine legem ſignificari in Deuteronomio, & Iſaia. Vero ſimilius autem apparet, Vatem loqui de *varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis*, vt loquitur Apoſtolus, in lege Moſaica *vſque ad tempus correctionis impoſitis*, quibus luſtrabantur, qui immunditiam contraxerant, quomodo etiam interpretatur Theodoretus.

Origenes. Theodor. Apollin. Aqua doctrinæ. *Deut.* 32. *Iſa.* 55. *Hebr.* 9. ℣. 10. *Theodor.*

Lauacrum conſequebatur vnctio. *Ruth* 3. ℣. 3 *Iudith* 10. ℣. 3. *Eſther* 2. ℣. 12. *Lucæ* 7. ℣. 44. *Homer. l.* 4. *Odyſſeæ, & l.* 10. *Iliad. Euſtath. Plutarch. in vita Pomp.*

Et vnxi te oleo. Lauacrum conſequebatur vnctio veteri more, quem legimus obſeruatum in libro Ruth. *Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis, &c.* Et in libro Iudith. *Lauit corpus ſuum, et vnxit ſe myro optimo*, oleo ſcilicet myrrhino electo, cuius mentio eſt apud Eſther, & Lucam. *Aquam pedibus meis non dediſti, &c. oleo caput meum non vnxiſti, &c.* Meminit & eius conſuetudinis Homerus. Poſtquam hos igitur ancillæ lauerunt, & vnxerunt oleo, circa ipſos veſtes pulchras miſerunt & tunicas. atque iterum. Lotos autem, & vnctos reliquit oleo: vbi Euſtathius: Oleo vero vtebantur, qui lauiſſent. Plutarchus item de Pompeio: Seruus, inquit, accurrit, & lauit, & vnxit. Quamuis interdum poſt exercitationem vngerentur prius, quam lauarentur: quod de Alexandro Seuero refert Lampridius. Operam palæſtræ dabat, atque inde vnctus lauabatur: &c. Videtur autem Propheta loqui de vnctione ſacerdotum ex lege inſtituta in Republica Hebræorum. Quæ res magnum illi ſplendorem, & dignitatem addebat, vt merito toti Reipublicæ collatum dicatur, quod eius primatibus, ſacerdotibus, inquã, ſolis conceſſum ſit. Theodoretus ſacerdotij genera recenſet: ſacerdotes enim oleo ſancto vngebantur. Origenes vero: Vnctio, ait, eſt habitatio Spiritus ſancti in cognitione veritatis. Sed magis ad rem Polychronius. Vnxi te, hoc eſt, recreaui te ex laboribus: velut dicat: vnguentis te imbui: nam tamquam de coniuge fingit orationem, &c. Quoniam igitur nouæ nuptæ ſolebant lauari, & vngi, atque pretioſis veſtibus ornatæ ad thalamum deduci, vt in libro Eſther de virginibus tradendis Aſſuero regi ſcriptum legimus; ideo balnei, & vnctionis meminit, atque veſtium cultiorum: tametſi hæc ad parabolæ potius decorum, quam ad veritatem hiſtoriæ pertinere videantur. Nihilominus ſingula accommodare Reipublicæ Hebræorum ſtudebimus.

Loquitur hic Vates, de vnctione ſacerdotali. *Theodor.* *Origenes.* Polychron. vnctione recreationem ex laboribus ſignificari putat. *Eſther.* 2.

Et veſtiui te diſcoloribus. Multismodis fieri poteſt, & dici veſtis diſcolor, quorum meminit Plinius in hæc verba. Pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe accipio: vnde triumphales natæ. Acu facere id Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus Rex: vnde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maxime celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis vero licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Scutulis diuidere Gallia, &c. Et paulo ante dixerat: quam ſola ars ſcutulato textu commendat, &c. Porro ſcutulata veſtis, vt ait Varro, dicta eſt quod ſit veluti quibuſdam ſcutulis diſtincta. Fiunt igitur textura ſcutulatæ veſtes. Cererum quo modo ſint effigiata illa ſcutula, nondum liquet: an videlicet colorum varietate, an liciorum permutatione nunc expreſſa, nunc depreſſa, vt in mappis fieri ſolet, an ex liciorum ſubductione, & exinanitate filamentorum maculis formatis, quemadmodum videmus ſindones, & mantilia in varias picturas foraminari: nam & Plinius de ſcutulatore Araneo diſſerens eius retis maculas appellat ſcutulatas: ſic enim habet. Texere a medio incipit circinato orbe ſubtegmina adnectens, maculaſque ſemper paribus interuallis, ſed ſubinde creſcentibus ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat: quanta arte cælat pedicas ſcutulato rete graſſantes? quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ? &c. Ijs præhabitis, ſine quibus ſequentia intelligi non poterant; obſeruandum eſt, loco vocis huius *diſcoloribus* Hebraice haberi רקמה, richmah; rechamatum conſona voce appellant vulgo Hiſpani, & Itali. Septuaginta vertere, varijs: verſu autem decimotertio, pro eadem voce poſuere, verſicoloribus: capite vero vigeſimoſeptimo, verſu decimoſexto reddunt, varia: at verſu vigeſimoquarto, polymita: capite vigeſimoſexto Exodi vertunt, variegata: atque eodem modo capite trigeſimoquinto. Hieronymus vero qui hoc verſu poſuit *diſcoloribus*, verſu tertiodecimo reddidit *multicoloribus*: capite autẽ vigeſimoſeptimo, verſu vigeſimoquarto tranſtulit, polymita: verſu autem decimoſexto *ſcutulata* legit: at in Exodo opus plumarium pro opere rechamato traduxit. Eſt autem opus plumarium idem, quod acupictum, ita appellatum, quod æmularetur picturas e plumis verſicoloribus auium factas: cuius antiquitatis veſtigia extant a Perſianis, & Mexicanis Indis ad nos allata. Nam illi indumenta, geſtamina, ſcuta, Diuorum imagines, & pleraque alia diuerſi generis vaſa, pſittacorum, & phœnicopterum, & aliarum pictarum auium plumulis intexunt opere tam venuſte variato, vt nihil delectabilius oculis occurrere poſſe videatur. Male ergo quidam pro plumario opere topiarium ſubſtituunt, antiquum nomen explodentes, fortaſſe quod non ſatis illud intelligant. Ezechielis vigeſimoſeptimo, vbi Hieronymus habet. *Byſſus uaria de Aegypto texta eſt tibi in uelum*; alij pro eadem Hebræa voce reddunt. E byſſo opere Phrygionico texta fuit cortina tua, vel velum tuum. Et in pſalmo Septuaginta habent *circumamicta varietatibus*, Hieronymus vero, in ſcutulatis. Et in alio pſalmo, vbi Septuaginta: *Et ſubſtantia mea in inferioribus terræ*; Hieronymus tranſtulit: Et imaginatus

X. Veſtis diſcolor, ſeu polymita. *Plin. lib.* 3. *cap.* 48.

Rechamata veſtis.

Plumarium opus.

Opus Phrygionicum. *Pſ.* 44. ℣. 15 *Pſal.* 138. ℣. 15.

ginatus sum (est enim verbum passiuum radix prædicti nominis) in nouissimis terræ, hoc est: quasi imago formatus sum in ventre matris, &c. vbi Rabbi Dauid: Assimilauit opus creationis in neruis, ossibus, carne, & cute operi Phrygionico, &c. Porro Iosephus aulæum Templi opere Babylonico elaborauit, depictamque in eo omnem cæli rationem præter signa scribit: cum tamen certum sit eodem opere a Salomone fabrefactum, atque illud alterum Tabernaculi, quod opere rechamatoris Deus fieri præcepit Exodi præallegato loco. Antonius Nebrissensis enarrans illa verba psalmi. *Circumamicta uarietatibus*, vbi Hieronymus in scutulatis vertit; contendit richmah Hebraicum, sonare inanitates, vel vacuitates; significareque opus reticulatum, plagis inanibus distinctum. Ceterum repugnat Nebrissensi quod velum Tabernaculi, & velum triremis Tyriæ hoc opere elaborata dicuntur, quorum neutrum patiebatur inanitates, seu ocellos illos: cum aulæum Tabernaculi appenderetur ante Sanctuarium, ne videretur a Leuitis; velum autem triremis, vt vento expositum promoueret nauim, vtrique autem vsui officiebant plagæ Nebrissensis. Sunt qui existiment רקמה, richmah, nomen esse genericum, atque sub se claudere vniuersas species telæ, seu vestis variegatæ, tam scilicet eas, quæ textura fiunt, quam quæ acu pinguntur: nimirum opus Alexandrinum ex liciorum versicolorum vniformi mistione conflatum: opus Babylonicum ex liciorum varij coloris permutatione depictum; *Zarzaban* vocant Mauri, Hispani *primauera*, nos vernans vocare possemus: opus Damascenum appellatum, quod depressis licijs maculas ostendit: opus Gallicum Plinio: in quo scutula, seu ocelli relinquuntur Nebrissensi, non permutatis modo, sed etiam subtractis filamentis: opus Attalicum, in quo staminibus sericis aurea subtegmina intexuntur, telam auream nos dicimus: opus ex Damasceno, & Attalico permistum, quod aureis subtegminibus ex arte mutatis depressas habet maculas aureas, vt Damascenum, aureosque flores expressos: denique ex Attalico, Babylonico, & Damasceno compositum, quod aureæ telæ licijs permutatis maculas depressas, & imagines extantes ostendit. Postremo opus acu pictum significare dicunt, cuius duæ sunt species: altera operis plumarij, quo lini telæ sericis filis versicoloribus variæ picturæ inducuntur, vt in ceruicalibus elegantioribus videmus: altera operis Phrygionici, cum aureæ telæ vel sericæ acu nectuntur segmenta auri: quod *rechamado* appellant Hispani, & Itali consona voce, Hebraice רקמה, richmah: atque ex hac multiplici significatione vocis ortas putant tot, ac tam diuersas versiones Chaldæi, Septuaginta, & Hieronymi diuersis locis Scripturæ accommodatas, in quibus vox ista vsurpata est. Nihilominus credimus Hebræam vocem רקמה, richmah, idem in omnibus linguis significare, videlicet, opus acu pictum, quod rechamatum appellamus Europæi, atque ex analogia eius significationis ceteras accommodatas illi fuisse: ad quod credendum inducimur primum quidem nominis huius *rechamado* significatione inter nos notissima. Præterea clarius hæc patent in psalmo in quo sponsæ vestis depingitur, ex tela aurea confecta, atque insuper rechamata (liceat enim sic loqui, vt rem explicemus) sic autem habet versus: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus*, id est, Ecclesiæ decor, & venustas spiritualis, & interior materialibus ornamentis declarata sic se habet. Vocat autem filiam regis eam, quæ est sponsa; quoniam olim sponsæ filiæ dicebantur a sponsis vsque ad connubialem torum, deinde vxores. Sequitur *in fimbrijs aureis circumamicta uarietatibus*. Hieronymus: In fascijs aureis vestita est. Hebraice לבושה לרקמות ממשבצות זהב, mimisbetsoth zahab lebusah lirqamoth: sonant autem verbum ex verbo: Ex telis auri vestita ad acu picturam: nam loco vocis primæ, ממשבצות, mimisbetsoth, telas, vel intexturas conuerto (etiamsi alij vertant ocellatis, alij tessellatis, alij aliter) secutus videlicet Septuaginta, qui fimbrias auri, & Chaldæum, qui texturam auri transtulerunt: immo vero coactus varijs acceptionibus huius vocis, quarum in sacris vsus est: quæ non possunt aliter ad analogiam reuocari, nisi verbum significet intexere. Vide Hebraicum codicem pluribus locis Exodi, in quibus ea vox repetita est. Quod si ita est, vt vero simile iudicamus, necesse est alteram vocem richmah significare, quod sonat: nam quod aliud opus superinduci potuit aureæ telæ nisi Phrygionicum, aut pictum? Cum ergo vestis reginæ ex tela aurea dicatur facta ad richmah, oportet vt richmah sit opus rechamatum, acu pictum, quod *bordado* etiam dicitur vulgo Hispanis, & Gallis *brodrie*; ex analogia vero huius operis, quod variegatur multiplicibus coloribus, & segmentis telæ aureæ, argenteæ, & sericæ, traducta sit vox ad significanda illa omnia, quæ supra diximus. Atque hæc de parabolica veste dicta sufficiant. Iam videamus quid illa significet in Hebræorum Republica.

Chaldæus Paraphrastes in psalmum citatum; aurea & variam vestem reginæ refert ad sacerdotum indumenta: sic enim vertit prædictam sententiam. Omne laudabile, & pulchrum, ac desiderabile in facultatibus regionum; thesaurique regum, qui repositi erant interius, offerentur sacerdotibus, quorum vestes auro optimo intextæ in vestibus varij coloris lætificabunt sacrificia &c. Theodoretus vniuersa hæc ornamenta ad Tabernaculi cortinas, & varium apparatum traducit. Vterque satis commode: nam in sacerdotis summi vestimento, atque Sanctuarij aulæis multus est sermo operis variegati aut picti, Phrygionij, & plumarij. Nobis autem ob oculos ponit sponsæ chlamys beneficia innumera, quibus Deus populum suum honestare, ditare, & clarum reddere inter gentes instituit: nam in auro & pretium est, & splendor. Hæc autem duplicia sunt, naturæ quædam, quædam vero gratiæ: illa significantur in tela, quæ tametsi ex varij coloris licijs constet, vniformis tota est, & sibi similis: sicut natura, quæ semper sibi constat, & eandem perpetuo legem seruat: ista vero significantur in acu pictura, quæ ad arbitrium artificis variatur: nec secus gratiæ opera, gratiarumque diuisiones se habent, quibus rerum omnium artifex digito spiritus sui, atque acu intelligentiæ perspicacis cycladem sponsæ carissimæ, hoc est, Ecclesiæ distinguit, exornat, & illustrat. Sed quid mirum est Deum acu pingere vestem sponsæ, cum ipsius imaginem super vtraque palma expresserit? apud Isaiam. *In manibus meis descripsi te*, vel sculpsi te, *muri tui coram oculis meis* sunt *semper*: nimirum bis delineati in vna, atque altera manu.

Sed quænam segmenta, quæ scutula, quas imagines credemus cycladi sponsæ acu pictas fuisse? *In ueste poderis* talari, *quam habebat* Aaron, *totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant insculpta*, &c. Vel Patriarcharum gloriæ duodecim stemmata, aut emblemata, signa scilicet sacra pro nominibus posita, vt diximus in Commentario de prima visione. Duo genera rerum ostendebat Pontificia vestis, alia intexta telæ,

R. Dauid. Ioseph. lib. 8 anti. c. 2. & lib. 6. de bel. cap. 6.

Opus Babylonicum.

Exodi 26.

Anton. Nebris quinquag. 3. cap. 33.

Psal. 44. ℣. 15.

Varia vestimentorum genera & nomina.

Psal. 44. ℣. 14.

Exod. 28. ℣. 4. 11. 14 20. & 38.

Quid significet hæc vestis in Hebræorum republica.

Chaldæ. in psal. 44.

Theod.

Hæc veste varia beneficiorum genera sponsæ collata significantur.

Auro naturæ & gratiæ dona innuuntur.

Isa. 49. ℣. 16

De ueste poderis.

Sup. 18. ℣. 24.

Comm. de prima visio. p. 2. sect. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

telæ, alia acu picta: intextus erat vniuersus orbis, cælum, mare, terra, & eorum plenitudo, aues, pisces, prata, arbores, animalia nimirum dos vxoris: nam omnia illi tradidit in obsequium, *aues & boues universas; insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris*: vnde apud Isaiam. *Vino ego dicit Dominus: quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa*. Alia vero acu picta visebantur, gloriæ parentum scilicet, quas æmularetur; atque hæc expressiora, vt illa conaretur ad viuum moribus exprimere; fidem Abrahæ, Isaaci obedientiam, Iacobi constantiam, &c. Nam illa veste Pontificis plebis Israëliticæ ornatum, & gloriam, ad quam Deo nubens euecta fuerat, repræsentatam fuisse notius est, quam vt explanatione indigeat. Sed & cortinæ tabernaculi depictæ imaginibus Cherubim, quid aliud innuebant, quam trophæa victoriæ, quæ e bello Aegyptiaco sponsæ liberandæ gratia suscepto sponsus reportauerat, in ipsius sponsæ cyclade acu picta? scilicet regnum, sacerdotium, & cetera, quæ recensuimus supra; vt redemptionis propriæ, & sponsi beneuolentiæ tam certa pignora ante eius oculos iugiter obuersarentur, quibus in admirationem tam strenui ducis, & amorem tam amantis coniugis prouocaretur, incenderetur, & ardesceret.

Ps. 8. ℣. 8. Is. 49. ℣. 18

Cortinæ tabernaculi depictæ Cherubinis.

Comment. de 1. visione par. 2. sect. 10.

Et calceauit te ianthino. Hieronymus, Aquyla, & Symmachus, ianthina, Septuaginta, & Theodotio hyacinthina transtulerunt: pro quo in Hebræo scriptum est תחש, thachas. Est autem thachas, vt multis placet, taxus, consona voce vulgo Hispanis dicitur *texon* & *texon*; Latini melom appellant, animal asperum, mordax, magnitudine vulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras, & canum collaria obtegere solent. Chaldæus vocat שׁשגונא, sasgona, quasi gaudentem coloribus: vel, vt alij Hebræi intelligunt, sexcolorem, quod sex dicatur coloribus distingui eius pellis: eius mentio est in Exodo: *pelles que ianthinas*. Hebraice taxorum. & in libro Numerorum. *Vel amine ianthinarum pellium*, vel hyacinthinarum, vt alij codices legunt, sed eodem sensu: nam ianthinus colorem violarum sonat, hyacinthinus colorem cælestem, quem æmulatur ille lapillus, atque eundem videtur imitari pellis taxi: propterea interpretes pro taxo reddiderunt hyacinthinum, vel ianthinum. Ex pelle itaque hyacinthina coloris cælestis, seu violacei Deus sponsæ aptasse sandalia, testatur Vates: neque ab re calceamentorum meminit inter alia feminei corporis indumenta, & ornamenta: quoniam calcei elegantes a feminis maximi haberi solent, præsertim Hebræis, quæ breuiorem gestabant cycladem, & vix ad summos talos demissam, quales videlicet amictas vidimus Granatenses Mauro-christianas: propterea tibialibus ex subtili tela sinuosis, atque sandalijs exquisito artificio elaboratis, auroque & gemmis grauibus delectabantur: quod apud Isaiam videre est: ait enim. *In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum*. Hebraice gloriam, vel ornatum compedum: nam נבע, gheces, compedem significat, seu laqueum pedum: & in Prouerbijs. *Ignorans quod ad vincula stultus trahatur*. Pagninus vertit ornamentum squamatum pedum: quod laqueis squamatis, id est, ad instar squamarum acu pictis erant ornata calceamenta. Chaldæus reddidit voce מרוך, margeuach, quæ irritamentum significat: atque Isaiæ locum sequentem: *Pedibus suis composito gradu incedebant*: quem sic vertit Pagninus: & pedibus suis ornabantur ornamento squamarum; ille sic transtulit: & in pedibus earum irritamenta:

Hier. Aqu. Symmach. Theodotio.

Exod. 25. ℣. 5. Num. 4. ℣. 14.

Ianthinus, & hyacinthinus color, idem.

Maximus sponsæ decor in calceamentis situs.

Is. 3. ℣. 18

Prouer. 7. ℣. 22.

Is. 3. ℣. 16

nimirum quibus iuuenes irritantur: & quibus prouocabant oculos maiestatis Dei, & eius iustitiam aduersum se irritabant. Rabbi autem Salomon עכס, gheces, significare vult virus serpentis, & verbum inde ortum venenum adhibere: itaque vertit: Pedibus suis, seu impudico incessu venenum exhibebant animis iuuenum. Addit Isaias: *& lunulas*. Hebraice שׁבישׁים, sebisim: inclusas gemmas vertere licet, vel circulos aureo, & argenteo filo superductos, & acu pictos. Hispani vocamus *capato a lazo*. Vtrumque nomen laqueum sonat, quod ornamentum ex laqueis aureis constaret, quodque illaqueret iuuenum animas malecautas. Eiusmodi laqueos pedibus suis indidit sagax illa, nec minus honesta femina Iudith, vt caperet sanguinariam feram Holophernem: quod ipsa testatur dicens: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me*: atque iterum: *Vnxit faciem suam unguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pulchritudo eius captiuam fecit animam eius*, &c.

R. Salomon ornamenta mulierum venena vocat.

Iudith. 9. ℣. 13. & cap. 16. ℣. 10.

Nunc videamus, quid significent calceamenta in sacris literis; quod hoc loco Origenes, & Hieronymus tractant, neque explicant. Ambrosio sunt signa coniugij. Bedæ significant timorem humanum. Gregorio vitam duram & asperam. Cyrillo Euangelium. Alijs apparatum itineris, vel expeditionis. Alijs sunt signa mortalitatis. Dionysio Angeli discalceati dicuntur, quod sint liberi, puri, sine affectu, labe, commistione, &c.

Quid significent calceamenta in sacra Scriptura. *Hieronym. Origen. Ambro. de fide. Beda in Exod. 3. Greg. Nyss. de vita Moysis Cyrill. Dion. Areo. cæles. Hier. cap. 15.*

Difficile videtur arcanam significationem calceamenti ex sacris eruere, quam tanti viri non exposuerunt. Ceterum vniuersis locis, in quibus eius vsus est, obseruatis studiose, non erit tam arduum negotium. Sic igitur statuimus: Discalceatum esse; vel nudis pedibus incedere, in sacris literis symbolum esse captiuitatis, quod sic incederent mancipia, vt videre est in Isaia dicente. *Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Aegyptum, & super Aethiopiam; sic minabit Rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiæ, iuuenum, & senum nudam, & discalceatam*, &c. & iterum: *Descende, sede in puluere, virgo filia Babylon*, &c. *tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina*. Hebraice. Nuda plantam, detege crura, &c. Vnde calceamenta portare e contrario signum erat libertatis, vt habetur in Exodo. *Calceamenta habebitis in pedibus* vestris, &c. id est, non iam nudis pedibus incedite, quemadmodum hucusque more mancipiorum, sed calceati ad instar ingenuorum, & liberorum.

Discalceatum esse, vel nudis pedibus incedere sunt signa captiuitatis & seruitutis. *Is. 20. ℣. 3. & 47. ℣. 1.*

Exod. 12. ℣. 11.

Secundo. Quoniam mancipia subiecta sunt dominis, illosque reuerentur & timent, nudare pedes est signum reuerentiæ, quam Moysi, & Iosue Dominus reuocabat in memoriam, cum dixit. *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est*. Oppositum huius, hoc est, dominatum significat calceus: in psalmo. *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt*, &c. Hinc Ioannes Baptista, vt Christi excellentiam, & maiestatem declararet, illum inducit calceatum, se vero quasi mancipium; qui nudis pedibus incedens, vix audet corrigiam eius calceamenti soluere.

Nudare pedes signum reuerentiæ. *Exod. 3. ℣. 5. Iosue. 5. ℣. 16. Psal. 59. ℣. 10. Ioan. 1.*

Tertio. Quia dominium acquiritur capiendo possessionem, calceus signum est vsucapionis, discalceatio vero cessionis iuris sibi debiti. Hoc extat in Deuteronomio. *Si autem noluerit accipere uxorem*

Calceus signum est vsucapionis. *Deut. 25. ℣. 7.*

fratris

fratrũ ſui, quæ ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei ſuſcitare nomen ſemen fratrũ ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere: ſtatimque accerſiri eum facient, & interrogabunt. Si reſponderit, nolo eam uxorem accipere, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius, & dicet: ſic fiet homini, qui non ædificat domum fratrũ ſui, & uocabitur nomen illius in Iſrael, domus diſcalceati, &c. Apertius vero in libro Ruth. *Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, ut ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat: ut eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo* propinquo *ſuo: hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum, quod ſtatim ſoluit de pede ſuo: at ille maioribus natu, & uniuerſo populo; Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quod poſſederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon,* &c. Sed quorſum ea cærimonia ceſſionem ſignificabat? altera illi adiuncta rationem exhibet vtriuſque: *Tollet,* inquit, *calceamentum de pede eius, ſpuetque in faciem illius*: ſpuere in faciem, eſt illum notare ſeruilis conditionis (nam vix mancipijs in faciem ſpuimus) Idem ergo indicabat calceamenti ſolutio, illum eſſe indignum qui calceos geſtaret inter ingenuos; quando nil liberale ſuſcipere, vel deſignare audebat; mereri potius nomen diſcalceati, vel ſerui, qui ſe poſſeſſione propria abdicaſſet. Atque hinc declaratur locus ille Matthæi alibi repetitus: etiam *excutite puluerem de pedibus veſtris*, hoc eſt, cedite omni iuri corum, quod ad vos quoquomodo pertinere poterat: quod ſcilicet apertius dixit Moſes in libro Numerorum. *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* Sequiturque tunc aptiſſime. *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum, quam illi ciuitati.*

Ruth. 4. ℣. 7

Matth. 10. ℣. 14. & Luc. 9. ℣. 5

Num. 16. ℣. 26.

Matth. 10. ℣. 15.

Soluere calceamenta ſignum luctus.

Quarto denique ex eadem ratione, ſoluere calceamenta, eſt ſignum luctus, ſicut & coronam de capite tollere. radere cæſariem, & cetera ingenui hominis ornamenta deponere: quod, qui graui aliquo mœrore tenebantur, illum ſignificabant, habitum exuentes feſtiuum, in quo numerabantur calcei, vt a propheta noſtro Ezechiel. *Corona tua circumligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis*: id eſt: ne luctuoſis cærimonijs proſequaris vxorem defunctam. Atque hæc fere ſunt ſymbola calceorum domi. togæque: nam aliud foris, & militiæ ſignificat calceus, nimirum conſtantiam, confidentiam, atque animum intrepidum, quod, qui nudis ingreditur pedibus, pedetentim, & timide incedit; contra calceatus audacter. Vnde eſt illud Pauli. *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* hoc eſt, in confirmationem, & defenſionem Euangelij, in quo pax, omnia ſcilicet bona cum Dei beneuolentia hominibus promittuntur: nam epitheton eſt Euangelij: præparare autem, roborare, ſtabilire, confirmare ſignificat apud Iſaiam. *Præparatus mons domus Domini in vertice montium.* & in pſalmo. Ipſe *ſuper flumina præparauit eum*, &c. eapropter apud Marcum prædicatoribus verbi dantur ſandalia, quo ſcilicet audenter ſuſcipiant munus ſibi iniunctum, & omni humano timore depoſito, illud exerceant, Euangelium *pacis* quouis terrarum importando. Fit ex ijs, ſponſæ datos eſſe calceos in ſignum non libertatis modo, ſed etiam dominatus, quod illis antea caruiſſet, vtpote captiua, & alieni iuris. Sed quare hyacinthinos fuiſſe dicemus? Origenes: Vult, inquit, calceamenta noſtra eſſe florentia, & bene

Ezech. 24. ℣. 17.

In militia calceus ſymbolum eſt conſtantiæ animique intrepidi.

Ephes. 6. ℣. 15.

Præparare ſignificat roborare ſeu ſtabilire.

Iſ. 2. ℣. 2. Pſ. 23. ℣. 2 Marci. 6. ℣. 9.

Quare dentur ſponſæ hyacinthino colore calcei.

Orig. homil. 6. in Ezech.

A tincta: alibi vero ait: Hyacintho pura inceſſum ornauit mortalitate ſublata: Eſt etiam totius vitæ ſymbolum. Hieronymus. Hyacintho calceantur qui diuinam habent protectionem, vt perfectius ambulent, aut prædicent. Item calceari hyacintho, eſt præparari, vt ad cæleſtia feſtinare valeamus. Gregorius. Hyacinthus ſignificat cæleſtem conuerſationem, contemplationem, & ſpem cæleſtium: Fauet huic expoſitioni, quod in Numerorum libro præceptum eſt *filijs Iſrael*, vt facerent *ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas*, vt cũ eas viderent, recordarentur *omnium mandatorum Domini, nec ſequerentur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes: ſed magis memores præceptorum Domini*, facerent ea, eſſentque *ſancti Deo ſuo*, &c.

Orig. in catena.

Hieron.

Greg. 30. mor. c. 10. Hyacinthinus color ſignificat cæleſtem contemplationem & conuerſationem.

Num. 15. ℣. 38. & ſeq.

B quæ omnia exacte quadrant in calceos hyacinthinos ſponſæ. Sed illud inſuper addendum, præter arcanam ſignificationem, quam diximus, dominationem, & opulentiam omnem ſub pedibus ſponſæ ſubieciſſe ſponſum Deum, cum calceos illi aptauit hyacinthinos: nam hyacinthus cum corona regibus tribuitur in Eccleſiaſtico. *Ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vſque ad eum, qui operitur lino crudo*, &c. Quod ſi hyacinthina toga regium eſt geſtamen, quale erit hyacinthinum calceamentum? Symbolum certe regni ſublimioris, cuius ſedes non eſt eburnea vel aurea, ſed animus excelſus, & vere regius, qui calcat omnẽ terrenum dominatum: namque pedes, quibus progredimur, affectus ſignificant, quibus animus fertur quocunque fertur, teſte Auguſtino: calceamentum vero libertatis, & dominationis eſt ſignum: hyacinthus autem cæleſtis regni imago. Pedes itaque calceati hyacintho indicant animum ingenuum, liberum, & regalem, qui ſpe cœleſtium bonorum terrena hæc omnia peſſundat, & proterit. Vide in Apocalypſi, mulierem amictam ſole, & lunam ſub pedibus eius, atque coronatam ſtellis duodecim, reginæ videlicet ſimulachrum, quam Vates deſcribit, lucida veſtitam cyclade, calceatamque hyacintho. & quam ſponſus commendat ab inceſſu decoro, & gratioſo ob calceamenta hyacinthina deſiderium cæleſtium ſpirantia: & in Cantico canticorum. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis?* vbi obſeruandum, tunc ſponſam filiam principis appellatam ab ſponſo, cum calceamentis (haud dubio hyacinthinis) pedes ornauerat; quod pedes calceati ſymbolum exhibent regiæ dignitatis, vt diximus. Sed de his hactenus.

Orig.

Auguſt.

Apoc. 12. ℣. 1. Mulier Apocalypſi hanc eandem reginam ſignificat.

Cant. 7. ℣. 1

Et cinxit te byſſo. Byſſus Plinio ſpecies eſt lini tenuiſſimi: ſic enim habet. Asbeſtino lino principatus in toto orbe, proximus byſſino, mulierum maxime delicijs: circa Elin in Achaia genito, quaternis denarijs ſtipula eius permutata quondam, vt auri. Pauſanias teſtatur byſſum non in alia Græciæ parte naſci, quam in Elide tanta tenuitate, vt ne Iudaicæ quidem byſſo cedat; etiamſi colore minus rufet, quam Iudaica, quæ colorem, & ſplendorem auri referebat: qua in re duo peccaſſe videtur Pauſanias, videlicet quod byſſum vocet Iudaicam, & quod eam rubram faciat: nam veterum nullus Iudaicæ byſſi meminit. Sed neque in emporium Tyri Iudæa portauit byſſum venalem, ſed Syria Damaſcena; cum Iudæa inuexerit frumentum, *balſamum, & mel, & oleum, & reſinam*, quippe fructus ſuos. Quod ſi per Iudaicam byſſum intellexit eam, qua Iudaicus populus in Eremo vſus eſt in tabernaculi apparatu conſtruendo, certe illa ex Aegypto comportata fuerat: neque enim in Arabia deſerta, vbi morabatur populus, cum erectum eſt tabernaculum,

Byſſus quid ſit. Plin. lib. 10. c. 1.

Pauſanias.

Inf. 27. ℣. 17

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum, prouenit byssus: neque publicis sumptibus ab alienigenis coëmpta fuit, sed a popularibus vltro oblata: populares vero eam apud se habebant, quam ex Aegypto compilauerant discedentes. Iam Aegyptia byssus candida est, non rubra, vel aurea; sic enim de ea scribit Iulius Pollux. Byssina quoque, & byssus lini quædam species apud Indos: nunc apud Aegyptios ex arbore quædam lana fit, ex qua vestem confectam lino maxime similem esse quispiam dixerit, sola densitate excepta: densior enim ex arbore fructus enascitur nuci similis, duplici munitus cortice, qua dirempta, postquam instar nucis fuerit, interius hoc, quod lanam refert, eximitur: vnde subtegmen conficitur, stamen autem illi subtenditur lineum. Consentanea Polluci tradidit Plinius. Superior, inquit, pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quam aliqui gossopion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina: paruulus est simillimus barbatæ nucis, defert fructum, cuius in exteriore bombyce lanugo netur, nec vlla sunt ei candore, mollitiaue præferenda. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimæ. Porro duos istos auctores de eadem lini specie loqui certum est, cum in eius notis conueniant, nisi quod Pollux arborem dixit pro arbusto, vel surculo, vt significaret quod hæc lini species non ex herba, vt ceteræ, sed ex frutice proueniat: nam fabulosum videtur, quod Philostratus audisse se dicit, byssum ex arbore nasci apud Indos, cuius truncus populo sit persimilis, folia vero salici: collatis autem vtriusque verbis constat, byssum descripsisse Plinium, cum gossopion delineat; atque Pollucem de gossopio loqui, cum de Aegyptia bysso verba facit: fit denique, Aegyptiam byssum candidissimam esse, non auream; atque adeo eam, ex qua cortinæ tabernaculi, & ceteræ vestes factæ sunt, albam fuisse: quibus bellissime respondet, quod in Apocalypsi scriptum est: *Et datum est ei, vt operiat se byssino splendenti, & candido*, &c. Postremo fit ex hac collatione testimoniorum Pollucis, & Plinij aberrasse eos, qui existimarunt byssum, sicut & sericum non extare amplius, nudaque supereſſe tantum eorum nomina: extat enim hodie sericum, vt versu sequenti videbimus, extat & byssus, nimirum nostrum gossopium, quod *bombace* Itali dicunt, Galli *coton*, Hispani *algodon* vocamus: quæ lanugo in Creta, in Sicilia, & in Hispania abunde prouenit: præsertim Astigi Bæticæ vrbe nobilissima, Fulgentij olim Episcopi sede, nunc auspicijs nobiliore: qua vel vna ex re soli eius feracitatem licet deprehendere; gossopion enim nonnisi in fœcundissima terra nasci compertum est. Adstipulatur & nostræ sententiæ Rondeletius dicens, esse alteram byssum marinam, hoc est, lanuginem quandam delicatissimam, & mollissimam, quæ ex pinna carpitur sericæ lanæ non inferiorem, colore fusco ad similitudinem byssi Græce sic nominatam. Atque hæc de Græco, & Latino byssi nomine. Restat examinemus Hebraicum.

Pro byssо in Hebraico codice habetur שש, ses, quod a candore nomen habet: quare vsurpatur aliquando pro candidissimo marmore, quod Parium vocant, vt in Esther. *Et columnis marmoreis fulciebantur*, & statim: *super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide*: & in Canticis. *Crura illius columnæ marmoreæ*: Frequentius autem pro byssо accipitur candida, vt in Genesi. *Vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit*: & in Prouerbijs: *byssus, & purpura indumentum eius*, & in Exodo: *Hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum*: & iterum. *Decem cortinas de bysso retorta*: & tertio. *Stringesque tunicam byssо* (vel, texi facies tunicam e byssо: est enim שבץ, sabats, de quo versu superiori) *& tiaram byssinam facies*. atque tandem: *Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron, & filijs eius: & mitras cum coronulis suis ex byssо, feminalia quoque linea, byssina*. Hebraice שש הבד, habad ses, ex lino byssо, vel ex lino byssi legitur hoc vltimo loco: in ceteris tantum שש, ses, id est, byssо: sic enim legunt Septuaginta pro ses βύσσου, byssy, Chaldæus vero vbique vertit בוץ, buts, vel בוצא, butsa, consona voce cum byssо nostra: hoc autem postremo loco eandem repetiuit דבוץ בוץ, debuts buts, ex byssо byssi, id est, ex byssо tenuissimo, candidissimo, &c. Ex ijs fit שש, ses, Hebraicum esse coloris candidi: id enim sonat eius etymon: alioqui ex nulla analogia daretur marmori Pario. Fit secundo esse lini speciem, quandoquidem feminalia facta dicuntur ex lino byssi, vel byssо: nam בד, bad, linum significat generice. Fit tertio ex capitibus vigesimoquinto, & vigesimosexto Exodi citatis, ses, atque adeo byssum non esse linum ex herba contusa factum, sed lanuginem mollissimam ex frutice decerptam: quod sic ostendo. Exodi vigesimoquinto & vigesimosexto præcipiuntur contexi cortinæ ex filis hyacinthinis, purpureis, coccineis, & byssinis retortis, vel filatis, vt vocant; at vero in Deuteronomio cautum est lege, ne tela fiat ex lana, & lino diuersisue materijs; ergo necesse est filamenta prædictis coloribus infecta: quæ byssо contexebantur, ex eadem materia byssi ducta fuisse: alioqui enim præterquam quod lex violabatur, tela non posset esse tersa & pura. At vero fila ex lino ducta non inficiuntur feliciter: neque enim possunt ita bibere succum hyacinthi, vel purpuræ, vt luceant. oportet igitur fuerint ex vellere, vel ex lanugine prædicta: at lanea esse non poterant, cum admiscerentur byssо, quæ lini species est, ergo necesse est fateamur, vniuersa fila tam infecta, quam pura ex languinosa byssо tracta fuisse: quæ scilicet & species lini esset, & colorum succo exsaturata splendesceret; atqueo adeo byssum, & ses Hebraicum significare nostrum gossopium, quod medium quid est inter linum, & lanam: cum enim origine linum sapiat, mollitie lanam æmulatur. Atque his subscribit libens Iosephus illis verbis. Tegebatur autem tabernaculum cortina ex byssino, & purpureo, & hyacinthino, & coccineo colore facta, &c. & mox: Quæ cortinæ extensæ Templum, & quod erat desuper, obtegebant, & parietes a lateribus, & a tergo stantes a terra vno pede suspensæ. Eiusdem vero latitudinis & aliæ cortinæ vna plus numero, id est, vndecim erant, longitudine tamen excellentes: erant enim istæ triginta pedum, textæ vero de pellibus, sicut illæ de lana, &c. de lana textas dicit cortinas priores, quas coloribus quattuor depictas esse narrauerat; non quidem intelligens vellus per lanam, cum illis adnumerauerit fila byssina, quæ ex lino ducta esse ignorasse non poterat Iosephus, sed languinosum gossopium nostrum, quod mollitia lanam æmulatur: textum vero linum refert, vt recte obseruauit Iulius Pollux. Fit itaque ex dictis byssum nihil aliud esse, quam gossopium.

Et cinxi te byssо. חבש chabas, significat fascia circumligare, vel constringere: apud Isaiam. *Plaga tumens non est circumligata*: & apud Ezechielem. *Brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & ecce non est obuolutum*. & iterum: *Corona tua circumligata sit tibi*, &c. Ergo sponsam circumligatam intelligimus fascia

Iulius Pollux.

Plin. citat.

Vestes ex gossopio gratissimæ erant Aegyptijs sacerdotibus.

Philostratus lib. 2.

Vestes & cortinæ sanctuarij ex byssо albi coloris factæ fuerunt. *Apoc. 19. ℣. 8.* *Lipsius in Tacitum.*

Gossopium, idem est cũ byssо,

Rondeletius lib. de cœlaceis.

De byssо Hebraica, quæ candida fuisse demonstratur. *Esth 1. ℣. 6.* *Can. 5. ℣. 15* *Gen. 41. ℣. 42.* *Prouer. 31. ℣. 22* *Exod. 25.*

℣. 4. & 26. ℣. 1 & 28. ℣. 39. et 39. ℣. 25

Deut. 22. ℣. 11.

Iosephus 3. antiq. cap. 7

Iulius Pollux.

Isa. 1. ℣. 6. *Ezech. 30. ℣. 21. & 24. ℣. 17*

Fascia bysina nimium feminæ ornamentum, vtpote virginis symbolum.

fascia ex tela gossopij molliſſimi,& candidiſſimi facta:quod genus indumenti non poſtremũ locum obtinet in femineo habitu: nam eius meminit Iſaias. *Et* erit *pro fascia pectorali cilicium*: atque Ieremias. *Numquid obliuiscetur*, &c. *fasciæ pectoralis suæ*. vbi pro deliciis virginum fasciam posuit,& merito,quia vt meretricis signa sunt vbera subacta apud Ezechielem. *In Aegypto in adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi subacta sunt vbera, &c. pubertatis earum*;sic papillæ studioſe reuinctæ sunt symbolum illibati floris virginei, in quo puellarum honos consistit. Hinc Athenis templum Dianæ soluizonæ structum legimus apud Pausaniam & alios, in quo suspendebant nouæ nuptæ zonas, quas soluerant sponsi ad illas ingressi: atque ad hoc alluſisse videtur Baruch: *Mulieres autem circundatæ funibus in uijs sedent*,&c.id est, vt ex Herodoto interpretamur,feminæ ad ædes Veneris zonis præcinctæ, quibus virginitatem professæ, hospitibus ad Deæ fanum aduentantibus pudorem prostituunt,Deaque sic expiata,domum reuertuntur.Apud exteros itaque,& apud sacros scriptores fasciam pudoris virginei signum fuisse reperimus: quandoque etiam castitatis coniugalis, hoc est, fidei integeratæ erga virum, ait enim Psaltes: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate*: & iterum: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis*: hoc est, vt multi interpretantur, in fascijs aureis, quasi significare velit Dauid id ipsum,quod nunc asserebamus, omnem gloriam castæ sponsæ non esse in externo cultu sitam, sed intus in pectorali fascia religata, hoc est, in fidelitate coniugali, quam fascia repræsentat. Quod autem in feminis fascia,idem in viris lumbare valebat apud Hebræos,quibus,sicut & hodie Mauris, & Granatensibus,olim antiquus mos erat,fasciam latam ad lumbos religare, quam ideo lumbare vocat Ieremias. *Sicut enim adhæret lumbare*, ait Dominus, *ad lumbos viri, sic agglutinaui*, coniugio copulaui, *mihi domum Israel*,&c. *vt* essent *mihi* &c. *in laudem, & in gloriam. State ergo*,ait Paulus, *succincti lumbos vestros in ueritate*,hoc est,in fidelitate(nã sorores sunt voces אמת, emeth, veritas, & אמונה, emunah, fides ab eodem verbo אמן,aman,genitæ) ne fidem adstrictam Deo violetis. Idem Dominus admonet apud Lucam: *sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris*: quod diuus Petrus declarauit: *Sobrii estote, & uigilate*: quamuis accingere lumbos possit etiam significare promptum esse, & expeditum ad opus: ceterum ea significatio ex alio manat fonte: nam aliud est lumbari interius religari,aliud baltheo exterius: illud symbolum est puritatis, & fidelitatis; hoc vero apparatus ad omne opus: sed de hoc alibi commodius agemus. Porro sponsæ fascia pectoralis byssina a sponso dono accepta, ipsam admonebat fidei coniugalis, atque puritatis cordis; vt scilicet mammillas, quæ cordis sunt diuerticula, hoc est, affectus suos continentia coërceret, seque mundam sponsi toro conseruaret, illud Canticorum identidem repetens: *Dilectus meus mihi & ego illi*. Et. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur*: *Botrus Cypri*, &c.

Fascia etiam pectoralis significat castitatem, & fidem coniugalem.

Lumbare viris idem significat, atque feminis fascia.

Et indues te subtilibus. Hebraice ואכסך משי, va achasech mesi,quod est operui, texi,velaui, celaui, vt in Ezechiele. *Duæ tegebant corpora eorum*, & in Numerorum libro. *Operuit illud nubes* tabernaculum: & in Leuitico. *Et operuerit* lepra *omnem cutem*. & in Prouerbijs, & Petrus ait: *Caritas operit multitudinẽ peccatorum*. & Michæas. Operiet eum pudor. Ex quo verbo est nomen כסוי,chesui,operimentum, quod superne tegit,vt in Numerorum libro. *Et extendent desuper operimentum ianthinarum pellium*, & eius cognatum מסוה, chesuth, operimentum, velamen, prætextus: in Genesi. *Hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes, qui tecum sunt*, hoc est, hoc donarium esto pro commodis velaminibus tibi,& ancillis tuis:extenuat enim rex liberalis munusculum Saræ donatum:quæ dicendi ratio Hispanis consueta est, cum feminæ alicui princeps largitur donarium non pro dignitate donantis, ait: *tomad señora para tocas*. Hæc eo dixerimus, vt intelligatur, hunc amictum non esse indumentum interius, sed velamen, linteum, vel prætextum capiti sponsæ obtentum, vt ex allatis locis colligi potest. Fauet nobis versio Septuaginta, qui paulo inferius pro eadem voce מסי, mesi, ponunt περιβόλαια, peribolæa, hoc est, velamina,pallia, quæ scilicet operiunt feminas potius, quam vestiunt. Gestabant enim Hebrææ mulieres, sicut & Italicæ, peplum pretiosum,& subtile a capite ad talos fere demissum, quo virgines faciem, corpusque totum tegebant; vxoratæ cetera præter faciem; meretrices vero habitum virginum mentitæ peplo se totas operiebant. Vnde illud Canticorum: *Ne* forte *uagari incipiam*. Hebraice: cur ero quasi desuper amicta, id est, velut scortum huc illuc aberrans, meum pastorem inter caulas quæritando;atque in Genesi: *Assumpsit* Thamar *theristrum*, quod Suidæ est velum æstiuum;Hebraice,obtexit, atque obduxit se peplo: cuius rei gratia paulo post de ea rogatur: vbi est illa meretrix? De virgine vero exemplum habemus in Genesi. *At illa* Rebecca *tollens cito pallium operuit se*, prospecto scilicet Isaac sponso veniente sibi obuiam. De vxoratis vero apud Paulum. *Debet mulier (uelamen) habere*. &c. De viduis autem ad Ruth ait Booz. *Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris*, &c. Ergo, *indui te*, est operui, velaui te. Quod vero Hieronymus vertit, *subtilibus*, Hebraice est, משי, mesi, ortum a verbo משה, masah, quod valet attrectando attraxit, extraxit ex aqua: vt in Exodo. *Vocauitque nomen eius* Mose, *dicens: quia de aqua tuli* attraxi *eum*. & in psalmo. *Et assumpsit* attraxit *me de aquis multis*: inde nomen משה, Mose,id est,attractus atque mesi,quod hic legimus: pro quo Septuaginta vertunt ζιχάπτον, trichapton, quod Suidas interpretatur pannum bombycinum, vel pretiosam vestem, Theodoretus rete e capillis confectum, quod mulierum capitibus circumponebatur. Scholiastes. Græce est autem trichapton, quod ex auro fabrefactum est, quasi dixerit, ex auro texto: dicit autem vestem ex auro διαζώδιον, diazodion, quasi animalium figuris intertextam. Origenes trichapta esse dicit subtilem nimis amictum, & quasi ad capillorum similitudinem attenuatam vestem,nam ζίχας, trichas, capillos,vel pilos Græci dicunt. Alij sericum, quo crines capitis constringuntur. Hieronymus: *Indui te subtilibus*: pro quo Aquyla: floridо, siue palpabili, Symmachus, indumento,Theodotio ipsum verbum Hebraicum משי, mesi, posuit: Cumque diligenter inquirerem,quid sibi vellet vocabulum trichapti, quod Septuaginta trãstulerunt, & a nullo Græcorum nec vsum, nec etymologiam possem inuenire sermonis;tandem didici a Septuaginta esse compositum (rebus enim nouis noua fingenda sunt nomina) quod tantæ subtilitatis fuerit vestimentum,vt pilorum,& capillorum tenuitatem habere credatur. Vnde & ego volens tenuitatem exprimere vestimenti pro trichapto, *subtilibus*,transtuli,quod tenui stamine,atque subtegmine textum erat. Hæc ipse. Rabbi Dauid pro,mesi, vertit pannum sericum.Chaldæus צבעונין,tsibghonin,discoloribus.

Apud Hebræos,virgines faciem & totum corpus velabant; vxoratæ cætera præter faciem; meretrices nonnunquam virginum gestamina furabantur.

Ier. 13. ỳ. 11.

Ephes. 6. ỳ. 14.

Luc. 12. ỳ. 35. 1. Petr. 5. ỳ. 8.

Accingere lumbos, hoc est,promptum esse,& expeditum.

Cant. 2. ỳ. 16. & 1. ỳ. 12.

Ez. 1. ỳ. 11 Nu. 9. ỳ. 15 Leuit. 13. ỳ. 12. Prouer. 10. ỳ. 12. 1. Pet. 4. ỳ. 8 Mich. 7. ỳ. 10.

Iuxta Heb. Nu. 4. ỳ. 12

Gen. 20. ỳ. 16

Bar. 6. ỳ. 42 Herodot. lib. 1.

Cant. 1. ỳ. 6 Gen. 38. ỳ. 14. Ibid. 24. ỳ. 65. 1. Cor. 11. ỳ. 10. iux. vulg. antiq. Ruth. 3. ỳ. 15.

Exod. 2. ỳ. 10. Ps. 17. ỳ. 17.

Theodor. Scholiast.

Origen. homil. 6. in Ezech.

Hieron. Aquyla. Theodot.

R. Dauid. lib. radic. Chald.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hieronym. ribus. Hieronymus hîc, *subtilibus*, infra verſu decimotertio *polymito* interpretatur. Alij vertunt ſerico, quibus ego libens ſubſcribo: Exiſtimo enim משי, meſi, ſignificare ex ratione ſuæ etymologiæ ſericum filum, quod a bombycino lanificio aqua feruenti immerſo attrectando trahitur; neque enim aliter redordiri poteſt: falſosque eſſe, qui putarunt ſignificare pretioſam veſtium materiam, quæ ex conchis marinis tracta ſit: nam etiamſi fila traherentur ex conchis marinis, non propterea dici poſſent attrectando tracta, vel ducta ex aquis: Itaque modus nendi bombycinos caliculos exactiſſime declaratur etymologia nominis, meſi, vt pro comperto nobis videatur, non aliam materiam pretioſam, quam bombycinam hac voce indicari. Sed quoniam de ſericis, & bombycibus incidit ſermo, admonitos velim antiquitatis ſtudioſos, qui ſericum diſtinguunt a vermium lanificio, illudque apud Seras Scytharum, vel Indorum populos olim inuentum, nunc omnino exoletum eſſe credunt; aduertant vocem eſſe Hebræam, & in Iſaia ſcriptum eſſe: *Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texentes ſubtilia*, vbi Septuaginta linum depuratum. Hebraicevero פשתים שריקות, piſthim ſeriqoth, lina ſericorũ vel ſerica; Arabesque hodie vocare vermium opus שרק, ſeraq, voce reſpondente Latinæ: eius autem etymon videtur eſſe, quaſi dicat, coloris ſpadicei, flaui, qualem ſcilicet habent fila bombycina: atque ita cohæret analogia ſignificatus huius cum alio eiuſdem vocis, quod extat in Zacharia, *equi ruſſi uarii*, Hebraice שרקים, ſeruqim, hoc eſt, flaui, ſpadicei, Hiſpanice vocamus *alazanes*; atque cum alijs locis Iſaiæ & Ieremiæ, cum plantauit vineam electam. Hebraice שורק, ſoreq, quod videtur fuiſſe genus quoddam vitis, quæ vuas proferebat ſubflauas, quales dant vites Cretenſes: vnde vinum fit laudatiſſimum, *maluaſia* vocant Itali. Ergo quantum ex his locis coniectura ducere fas eſt, ſerica fila ſunt dicta non a populis, qui Seres dicerentur, ſed a colore flauo: quod nonnulli Græci, atque Latini ignorantes, vt pleraque alia, immo in vniuerſum omnia Hebræorum vocabula, ad populos Seres retulerunt vocis etymon, atque etiam materiæ pretioſæ inuentionem. Nihil ergo prohibet quo minus aſſeramus eandem eſſe materiam ſignificatam voce משי, meſi, de qua modo dicebamus, atque voce שריקה, ſeriqah: eamque appellatam meſi, quaſi attractam, quod eius fila ducantur attrectando lanificium vermium ſaliens in aqua: ſerica vero, quod colore fiat ſubflauo. Sed de ſericis, & bombycibus ſatis.

Sericum proprie ſignificat vox Hebræa, meſi.

De ſerico.

Iſ. 19. ℣. 9.

Zac. 1. ℣. 8.

Iſa. 5. ℣. 1. Ier. 2. ℣. 21

Quare & ſeriqa & meſi dicantur fila bombycina.

Velamen ergo ſericum, ſubtile, pretioſum ad velandum caput, corpusque tegendum ſponſæ datum hoc verſu ſignificatur. Porro velamen capitis ſignum eſſe ſubiectionis, auctor eſt Paulus. *Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria viri eſt: non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum: Ideo debet mulier (uelamen) habere ſupra caput propter Angelos.* pro certo enim ſtatuit Apoſtolus *caput* ſignificare principatum; contra capitis operimentum indicare ceſſionem dominij. Vnde infert: vir qui caput eſt, & dominus mundi huius, Dei vicem gerens, eiuſque repræſentans dominatum in terris non debet velare caput, ne poteſtatem ſibi traditam, cuius imago eſt caput, depoſuiſſe videatur; Mulier vero, quæ creata eſt, vt viro pareret, & ſub eius eſſet poteſtate, debet caput velare, quo principatum omnem marito ſe deferre teſtetur: alioqui Angelos Eccleſiæ cuſtodes aduerſum ſe irritabit; quippe ſuperba, & velamen ſignum debitæ ſubiectionis faſtidiens: Sed in loco Pauli obſeruandum eſt, vbi legimus, *debet mulier (uelamen) habere ſupra caput*, Græce legi, ἐξουσίαν, exuſian, id eſt, poteſtatem, libertatem, licentiam, facultatem, potentiam, auctoritatem, & ius, vt apud Marcum. *Dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.* & apud Ioannem. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, hoc eſt, auctoritatem, ius, immunitatem, libertatem: nam Plato, ἐξουσίας δύναμις, exuſias dynamis, dixit, dominij poteſtas, vel principatus ius: verbumque ἐξουσιάζω, exuſiazo, valet poteſtatem habeo, dominor, ius habeo, vt videre eſt in Luca. *Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici uocantur*, id eſt, principes, qui iura illis dicunt, appellari ſolent magnificentiſſimi honoris ergo. Velamen itaque intellexit Apoſtolus, cum dixit: *Debet mulier poteſtatem habere ſupra caput*: idque propterea quod velamen potentiam in altero reuerentis geſtamen eſt, quaſi dicat: Debet habere in capite velamen teſtem principatus mariti: Vt iam velamen ſignificet ſponſam, plebem ſcilicet Iſraëliticam, non eſſe ſui iuris, ſed eius, qui ipſam redemit in brachio extento, & ſibi in coniugium fidei copulauit. Velamen autem hoc ex eo, quod eſt ſericum, pretioſum, tenuiſſimum, repræſentat iugum Dei non tantum ſuaue, & leue; ſed etiam ipſi ſponſæ honorificum, atque decorum: mandata ſcilicet diuina, quibus agnoſcimus, & profitemur Dei noſtri dominationem eſſe nobis honori, ornamento, & commodo: neque grauare quidquam, ſed potius tueri, & protegere fideles. Quod ſi velamen ad faciem referamus, notum eſt, vel ipſa natura dictante, faciem velatam ſignum eſſe pudoris: nam ideo verecundatis facies operitur rubore, natura ſcilicet ſanguinem pro velamine ſuggerente ad ignominiam tegendam: ita peplum ſponſæ non ſolum erit ſymbolum ſubiectionis erga virum, dum capiti obtenditur, ſed etiam, cum faciem velat, indicium caſti pudoris, & decentis verecundiæ.

Mar. 6. ℣. 7. Ioan. 1. ℣. 12. Plato ep. 3. Luc. 22. ℣. 25.

Velamen capitis ſubiectionis eſt ſignum. 1. Cor. 11. ℣. 7.

Iuxt. vulg. antiq. ante nouam Sixt.

Gen. 3.

Velamen hoc ſerici, tenuiſſimũ, pretioſum repræſentat ſuaue, leue, ac honorificum Dei iugum.

Velamen eris pudoris ſignum.

XI. De ornamento aureo veſtibus ſuperimpoſito.

Et ornaui te ornamento. Duplex genus ornamenti commemorat Vates. Alterum eſt in veſtitu artificioſe compoſito, quod Hebræi efferunt nomine, שית, ſith. Alterum in auro, & gemmis, quæ veſtimento ſuperadduntur: quod dicitur עדי, ghadi. Hucuſque de primo actum eſt; iam de ſecundo tractat Propheta: nam vocem עדי, ghadi vſurpat hoc verſu: pro qua Hieronymus vertit ornamentum, ſicque interpretatur: Generaliter ornamenta nunc ponit, de quibus in conſequentibus per partes enumerat armillas, & torquem, inaures, & coronam, & reliqua. Fauet Hieronymo locus Regum. *Qui præbebat ornamenta aurea cultui uestro*: vbi pro ornamentis poſita eſt in Hebræo prædicta vox ghadi. Apollinaris: Per hæc oſtendit quod ex gloria, & victorijs illi obuenerat. Theodoretus: Illud quidem dicit vt de muliere: verum populi gloriam, dignitatemque ſignificat, iuxta illud: *Domine: in uoluntate tua præſtitiſti decori meo*, gloriam, *uirtutem*.

Hieron.

2. Reg. 1. ℣. 24. Apoll.

Theod.

Pſ. 29. ℣. 8.

Et dedi armillas in manibus tuis. Armillæ ornamenta ſunt manuum, ſignificantque Origeni nihil indecorum eſſe agendum. Theodoreto autem virtutem Spiritus ſancti, quæ ad agendum nos excitat: quod etiam probat Origenes. Adde Armillas eſſe pignora mutuæ fidei, in cuius ſignum datæ ſunt Rebeccæ.

Variaarmillarum ſignificatio. Origenes. Theod.

Gen. 24. ℣. 22.

Et torquem circa collum tuum. Hieronymus: pro torque, quem nos iuxta Aquylæ ſecundam editionem, & Symmachum interpretati ſumus, Septuaginta & Theodotio κάθημα, cathema, tranſtulerunt, quod

Hieron.

Isa.3.v.18. iuxta nostram editionem. Hieronymi. quod non solum hîc, sed in Isaia scriptum est: Auferet Dominus gloriam vestimenti earum, & murenulas, & corymbos, & circulos, & καθίσμα, cathema. Puto autem καθίσμα, cathema, ab eis dictum ex varijs gemmis in pectus mulierum monile descendens: qui & in se ornatus pulcherrimus mulierum est. Idem sensit Origenes, atque interpretatur torquem, in honestate libertatem, per catenam colli, intellectum veritatis accipit. Theodoretus, legis iugum.

Torques quid significet. *Orig. homil. 6. in Ezech.*

XII. Ornamenta in frontis medio pendentia significantur. *Hieron.*

Et dedi inaurem super os tuum. Septuaginta: circa nares tuas. Hieronymus: Verbum Hebraicum נום, nezem, excepto Symmacho, qui interpretatus est ἐπιῤῥίνιον, epirrinion, super nasum: omnes, inaures, transtulerunt: non quod inaures ponantur in naribus, quæ ex eo quod de auribus pendeant, inaures vocantur: sed quod circulus in similitudinem factus inaurium eodem vocabulo nuncupetur: & vsque hodie inter cetera ornamenta mulierum solent aurei circuli in os ex fronte pendere, & imminere naribus, &c. Est eadem vox vsurpata in Genesi. *Gen. 24. ℣. 47.* Et posui inaures super nasum eius: quam orationem sapienter conuertit Hieronymus. *Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, &c.* *Ibid 38.℣.4* In alio vero capite eiusdem libri pro monili aurium, non frontis accipitur: *Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum, &c.* Hoc autem loco necesse est de ornamento frontis interpretari cum Hieronymo: nam de aurium ornatu subditur statim: *Et circulos in auribus tuis.* Polychronius sic habet: Aliud genus, quod circa caput ponitur pretiosum quidem, sed habens margaritam ad nasum vsque pertinentem, &c. Origenes: Inauris circa nasum est fragrantissima mysteriorum cognitio. *Polychr.* *Origenes.* Theodoretus vero: Inauris naso iniecta a vitijs dehortationem significat, quæ per mandata freni instar adhibetur, a transflatione taurorum, qui ferreum annulum naribus excipiunt, quo huc atque illuc circumducuntur, vt videre est in libro Iob. *Theodor.*

Iob 40.℣.21 Inauris quid significet. *Origen.* *Et circulos in auribus tuis.* Inauris, inquit Origenes, legis obedientia est. Idem: Inauris magna indicat diuina eloquia, ex quibus mens conciliat sibi veritatis cognitionem. Theodoretus: Inauris significat doctrinam imponentem ornamentum animæ, atque vim, quæ ad obediendum adducit. Hæc omnia fundamentum habent in illo psalmi. *Theodor.* *Ps.39.℣.7.* *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti* aptasti *mihi.* Hebraice, perforasti, vel terebrasti, vi scilicet verbi tui: nam aurem perforare dicunt Hebræi pro imponere præceptum graue. atque ideo seruis, qui in anno Iubilæi cedebant iuri libertatis, decreuerantque in domo dominorum permanere, perforabatur auris subula, circulusque inserebatur foramini, vt nossent teneri se, imperia multa herorum audire, quæ non secus ac subula terebrarent eorum aures, hoc est grauia & molesta. Vide in Exodo, & Deuteronomio. Ex quibus locis cognoscitur quid sit perforare aurem, quidque significet ea phrasis: atque simul colligitur, quam graue præceptum Deus Pater, nostri gratia, Filio imposuerit, cum illi iniunxit, vt homines institueret, & redimeret. nimirum quod per se tam seuerum erat, vt cuiusque excipientis aurem perforare, & quasi subula ferrea terebrare posset: tametsi Filius Patri obedientissimus, nostrique amantissimus, non solum illud gratis auribus hauserit, sed in cordis intimum retruserit, ne dum exceperit moleste. *Deus meus,* inquit, *volui, & legem tuam in medio cordis mei,* &c. Itaque sponsæ aures perforantur, vt ornentur, quoniam mandata diuina, quæ auribus excipiuntur, quandoque eas aperiendo feriunt, cum id, quod iniungitur, carni & sanguini aduersatur. Verum talium præceptorum, quæ perforant aurem, obedientia caput sponsæ decorat, & exornat. *Ps. 39.℣.9.* Præcepta gratiâ aures perterebrant, verum eorum obedientia totum caput exornat.

Aures perforare significat Hebræis graue præceptum iniungere. *Exod. 21. Deut. 15.*

Et coronam decoris in capite tuo. Hieronymus: Decorem iuxta Symmachum ob sensus elegantiam interpretati sumus: alioquin & in Hebræo תפארת, thiphereth, & in reliquis translatoribus καύχησις, cauchesis, gloriatio dicitur: ornamenta cetera membrorum sunt singulorum: capitis ornatus totius corporis dignitas est: coronam autem vocat diadema feminarum, quo capillorum stringitur, & ornatur ambitio, &c. Dicitur autem corona Hebraice עטרת, ghatereth, a עטר, ghatar, quod est cinxit, circundedit, coronauit, vt in psalmo. *Psal. 8.℣.6* *Gloria & honore coronasti eum.* Inde nomen significat coronam, hoc est, fasciam lineam, sericam, auream, vel etiam ex floribus contextam, qua decorari solebant primum sponsæ, deinde etiam sponsi, postremo reges: nam antiquiores sunt regibus nuptiæ. Et de sponsa quidem habemus testimonium in Canticis. *Veni de Libano sponsa mea, &c. veni coronaberis:* de sponso in Isaia. *Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Et in Canticis iterum. *Videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius.* de regibus apud Ezechielem. *Tolle coronam.* Et in Paralipomenis. *Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema, &c.* Datur etiam sacerdotibus corona ab Ezechiele, dicente ei Domino. *Corona tua circumligata sit tibi:* Erat enim Ezechiel sacerdos: & in Exodo. *Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis, & baltheos, ac tiaras in gloriam, & decorem.* Verum sacerdotum tiaræ diuersæ erant a regum coronis, vt dicemus capite vigesimoprimo de vtriusque dispositione differentes. Nunc coronari nouam nuptam diademate decoris, est tam honorifico connubio, atque regno, quod nuptias consecutum est, honestari: vt si dicat: Sponsæ honorem regni detuli: vt apud omnes in admiratione esset, ait Polychronius. quod tum adepta est plebs Israëlitica, cum leges diuinas accepit. Vnde Theodoretus: Corona super caput impositam eam gloriam, quæ a pietate & cultu legis, atque adeo ex omnibus bonis comparata sit &c. Fauet Theodoreti sententiæ Thargum Hierosolymitanum: nam ea verba Exodi. *Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus; spoliauerat enim eum Aaron:* Sic vertit. Denudati enim erant corona aurea, quæ fuerat in capitibus eorum cum nomine quadrilitero, &c. Videntur enim Israëlitæ post legem acceptam in signum fidei, & obedientiæ, quam percusso fœdere Deo promiserant, ornasse capita coronis decoris cum nomine Dei ineffabili in illis inscripto: quod scilicet anno sequenti, cum tabernaculum erigi cœpit, soli Aaron concessum legimus in Exodo, atque Ecclesiastico. *Corona aurea super mitram* caput *eius, &c.* In qua sententia est etiam Lyranus ex mente Rabbi Salomonis; quam etiam videntur confirmare illa verba alterius capitis in Exodo. *Iam nunc depone ornatum* *Hieron.* Quid corona significet, & quomodo totius corporis sit dignitas & ornamentum. Corona sponsæ, sponsi, ac regis, necnò sacerdotis ornamentum fuit. *Can. 4. ℣. 8.* *Isa. 61. ℣. 10* *Can. 3. ℣. 11* *Ezech. 21. ℣. 26.* *1. Para. 20. ℣. 2.* *Ezech. 24. ℣. 17.* *Exod. 28. ℣. 40.* Corona sponsæ gloriæ & regni, sponsi societate potiri. *Polychr.* *Theodor.* *Thargum Hierosol.* *Exod. 32. ℣. 25.* Quando deposuerit coronâ sponsa. *Exod. 28. ℣. 39.* *Eccles. 45. ℣. 14.* *Lyranus.* *R. Salomon.* *Exod. 33. ℣. 5. & 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

natum tuum, vt sciam videam *quid faciam tibi*. Et statim sequitur. *Deposuerunt filij Israel ornatum suum a monte Oreb*. nam vtrobique legitur Hebraice pro ornatu עדי, ghadi, quod significat aurea monilia, & cetera, quæ ad ornatum potius, quam ad vestitum pertinent, vt supra diximus. quare Chaldæus vertit: tolle ornatū cultus tui: non igitur vestes festiuas deponere præcipiuntur Israëlitæ, vt multis placuit, sed neque arma, quod alij fingunt, sed aureas corollas symbolum desponsationis plebis cum Deo: atque eiusmodi corona caput sponsæ exornatum videtur hîc referre Vates: ad quam fortasse allusit & Ieremias dicens. *Versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri: va nobis, quia peccauimus*. Enimvero, etiamsi magni momenti sit hoc sponsæ diadema, illud multo est pretiosius, quo Christi Ecclesia nobilitatur. Nam de ea scriptum est ab Isaia, sub nomine Sion, & Ierusalem, ne parabola mutata videatur. *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui*. Magnum quippe erat de Deo sponso gloriari, sed quanto honoratius Deum ipsum de sponsa se iactare? illud erat, Deum esse coronam in capite sponsæ; hoc vero, sponsam esse coronam ipsius Dei: illa corona denominationem dabat sponsæ a Deo; hæc vero ipsi Deo nomen a sponsa: nam nihil aliud est, esse coronam gloriæ in manu Domini, quam esse sponsam, quam ille apprehensa manu sibi associauerit: nam vxor *gloria viri est*, testante Apostolo. *Et diadema regni in manu Dei*; quam in eius scuto depictam esse Ierusalem pro regis insignibus, & quasi trophæis cum scripto versu: Rex Hierosolymorum. Merito enim diadema regni vocatur ea ciuitas, a qua cognomen sortitur rex, cum primum coronatur. Ipse autem Christus *constitutus* est *rex* a Patre *super Sion montem sanctum eius*. Atque ad ipsum refert Paulus illud psalmi. *Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas* reputas *eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis; gloria, & honore coronasti eum, et constituisti eum, super opera manuum tuarum. Videmus*, inquit, *Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum*. Sed qua gloria, nisi Ecclesia, quam sibi despondit in passione? & de eius emptione (nam emebantur a viris vxores olim) atque possessione gloriatur, tanquam de comparato regno?

Chaldæus. — *Thr.5.℣.15* — *Isa.62.℣.3* — *1.Cor.11. ℣.7.* — *Psal.2.℣.6* — *Psal.8.℣.5* — *Hebr.2.℣.9*

Quanto sit maioris pretij, & dignitatis Ecclesiæ Christi corona, quam fuerit Israelitica.

XIII. *Et ornata es auro, & argento*. Repetitio videretur prædictorum, nisi argentum memorasset, quæ, vt notauit Hieronymus, vilior materia est, & ad pauperum, rusticarumque ornatum potius pertinet, quam reginæ tanto sponso nuptæ mulierem mundum. Quare ipse Hieronymus mystice interpretari conatur, quod secundum literam non cohæret. Theodoretus vero hæc non ad corporis cultum, sed ad diuitiarum cumulum pertinere credit, dum ait: Statim enim ab Aegypto egressi ab Aegyptijs vasa argentea, & aurea muruati eos spoliarunt, iustam violenti operis repetentes mercedem: & tamen earum quoque gentium, quæ terram Chanaan incolebant, omnes facultates deprædati sunt. Significat itaque præter spiritualia bona, eorum quoque, quæ ad corpus pertinent, abundantiam, &c. Nihilominus existimo, sicut verbis sequentibus, scilicet: *Et vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus* iterantur, quæ præhabita fuerant vestimenta, & pallia pretiosa; sic præsenti versu repeti, quæ prædicta sunt ornamenta, & monilia: Neque argenti vilior materia obstat: nam eiusmodi pretiosa ornamenta olim non minus ex argento, quam ex auro elaborari solita colligimus ex Canticis. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*. Hoc est, vt Hieronymus interpretatur, catenam colli flexuosam ad instar murenarum ex auro factam, varijs argenti punctis, seu micis distinctam. Ergo illa coniunctio (*&*) initio versus posita valet, inquam, vt alijs innumeris sacræ Scripturæ locis a Hieronymo reddi solet. Exempli gratia sufficiat explicatus locus. *Dixi tibi, &c. viue: dixi, inquam, tibi viue*. Et ille alter: *Diem, inquam, pro anno dedi tibi*. In quibus locis Hebraice loco *inquam* est prædicta coniunctio ו, vau, quæ sonat, &.

Cant.1.℣.10 — *Hieron. ad Marcell.* — Coniunctio (&) significat idem quod (inquam) *Supr. ℣.6.* *Sup. cap.4. ℣.6.*

Et vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus. Hebraice byssо, & ferico, & auro texto. nam eadem nomina versus decimi repetuntur, licet ordine inuerso, שש, ses, & משי, mesi, & רקמה, riqmah.

Similam, & mel, & oleum comedisti. Similа Hebraice dicitur סלת, soleht, significatque, testantibus Rabbi Dauid, & Rabbi Salomone, farinam mundissimam, tritici florem, delicias triticeæ farinæ, similam, vel similaginem vocamus: differt a farina vulgari, quod illa ex omni frumento conficitur; simila ex solo tritico: illa, vescebantur populares omnes; ista, diuites & magnates: illa, in omnem vsum adhibebatur; ista, in sacra libamina, vt in Exodo, & Leuitico legimus. Hoc loco simila significat panes lectissimos, & delicatissimos, quibus non principes tantum, sed in vniuersum Israëliticum populum vesci solitum testatur Vates: quæ res magnam tritici abundantiam in terra promissa indicat.

De significatione similæ vbi fuse tractatur de Palæstinæ vbertate. *R. Dauid.* *R. Salomon.*

Mel. Hebraice est דבש, debas, significatque apum opificium suauissimum. Dixerunt enim Philisthæi ad Sampsonem. *Quid dulcius melle?* Quoniam vero fructus palmæ, fici, vuæ, prunæ, mali, & in vniuersum omnes alij, cum maturi sunt & tempestiui, dulces & melliti sunt; solent etiam nomine mellis significari, vt in libro Paralipomenon. *Obtulere primitias filij Israel frumenti vini, & olei, mellis quoque*. Id est, dactyli, vt sentit Rabbi Dauid, vel fructuum reliquorum, quod videtur probabilius: nam mel eo loco non significat sanè liquorem, qui nulla ratione offerri poterat Deo, lege id vetante in Leuitico. Cum ergo mellis primitiæ sacerdotibus allatæ dicantur, necesse est mellis nomine fructuum mellitorum oblationes intelligere: quo modo etiam exponunt Doctores Hebræorum illud Exodi. *Terram, quæ fluit lacte, & melle*, hoc est, lacticinijs pecorum, & fructibus mellitis stirpium abundantem. Nam & Martialis.

Mel pro fructibus maturis & dulcibus. *2.Par.31. ℣.5.* *R. Dauid.* *Leu.2.℣.11* *Exo.3.℣.8. & 13.℣.5.* *Mar. l.7. in malum potam.*

Infanti melimela dato ——— ait de dulcibus fructibus. Simile est illud Deuteronomij. *Vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo*: nam *oleum* eo loco non significat succum baccarum oliuæ, neque *mel* opificium apum: neutrum enim fugitur, vel lambitur de rupibus, aut silicibus; sed *oleum* valet pinguia quæque, *mel* autem fructus dulces arborum, nimirum quod versu proximo dixerat: *Vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, &c.* Eodem modo interpretamur illud psalmi. *Cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos*. Hoc est, panibus confectis ex tritici flore (nam adeps valet optimum, selectum, florem cuiusque rei) atque

Deut. 32. ℣.13. *Psal.80.℣.17*

atque fructibus dulciſſimis. Addit vero *de petra*, vt notet ſoli Palæſtinæ felicitatem: nam oportet terram eſſe feraciſſimam, in cuius rupibus prouenirent fructus non ſolum mites, ſed melliti, qui ſcilicet vix alibi in conuallibus prouenire ſolent. Idem ergo valet hoc loco *mel* ſcilicet omnis generis fructus mellitos.

Olei ſignificatio latius patet.

Et oleum. שמן, ſemen, ſignificat omnem pinguedinem, ſiue naturalem, ſiue arte confectam, amplectiturque oleum, vnguentum, atque adipem. Primo oleum ſignificat in Exodo. *Oleum ad luminaria concinnanda*. Et in libro Regum. *Lecythus olei non eſt imminutus*. Secundo, ſignificat vnguentum ex oleo, & ſpeciebus aromaticis conditum, vt patet in libris Regum. Aromata & oleum optimum, id eſt, vnguentum. Sic ſumitur in Cantici. *Curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Et in Iſaia. *Oleum gaudij pro luctu*. Et in pſalmo. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*. Quibus locis alluſio fit ad vnguentum, quo tempore lætitiæ conuiuæ inungebantur, vt videre eſt in hiſtoria Regum. *Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo*. Et ex verbis Chriſti apud Matthæum. *Vnge caput tuum & faciem tuam laua, &c.* Atque in Ioanne, & Marco, vbi legitur mulier pedes, & caput Chriſti vnxiſſe vnguento *nardi piſtici pretioſi*. Tertio carnes pingues ſignificat apud Iſaiam. *Conuiuium pinguium*, vel pinguedinum. Et iterum. *Vallis pinguiſſimæ*, vel pinguedinis, in qua ſcilicet erant paſcua pinguia ſaginantia. Idem in Geneſi. *In pinguedine terræ, &c. erit benedictio tua*. Ergo hoc loco *oleum* lacticinia omnia ſignificare videtur; quemadmodum & *mel* omnia poma mellita. Vtriuſque autem meminiſſe ſolet ſacra Scriptura, quoties ſoli feracitatem commendare vult, vt in Geneſi. *Benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum, & vuluæ*. Hoc eſt: Ditauit te omnipotens, o Ioſeph, abundantia pluuiarum de cælo, affluentia pomorum e terra naſcentium, & numeroſitate gregum, & filiorum, atque hoc ipſum indicatur illa figurata dictione toties repetita; in terram fluentem lacte, & melle, ſcilicet lacticinijs pinguiſſimis, atque dulciſſimis pomis affluentem: nam idem valet *oleum*, atque lac in hac dicendi forma, nimirum quod Pſaltes fere expreſſit dicens. *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt*: nam oleum pro omni pinguedine accipit, vinum pro dulci fructu terræ naſcentium. Vt ijs tribus vocibus ſimila, melle, & oleo Ezechiel amplexus fuerit, vniuerſum prouentum terræ ſanctæ fuiſſe lætiſsimum, feliciſſimum, & exundantiſſimum: nam in eandem rationem eadem tria genera prouentus coniunxit Moſes in Deuteronomio. *Conſtituit eam ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra*, mellitos ſcilicet fructus, quos dixerat, *oleumque de ſaxo duriſſimo*, nimirum, *butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan*, id eſt, pinguium in paſcuis Baſan vltra Iordanem paſcentium, *& hircos cum medulla tritici*, adipe, flore lectiſſimi tritici, *& ſanguinem* liquorem rubeum *vuæ biberet meraciſsimum*, purum, virginem, non dilutum. Atque hæc ſibi conſtant, ſi verba Prophetæ referamus ad tempora Ioſue, & Iudicum, atque Regum. Si autem ea extendamus ad quadraginta annos peregrinationis in deſerto per *ſimilam, & mel, & oleum* intelligere debemus manna de cælo, quod merito dici potuit ſimila, mel, & oleum; quaſi ſimila mellita, & oleata, per figuram endiadim, qualis illa eſt Virgilij.

Virg. 2. Georg.

—— *pateris libamus, & auro*.

id eſt, aureis patinis: & in actis Apoſtolorum. *Actor. 10.* *Spiritu ſancto, & virtute*. id eſt, vi Spiritus ſancti. *℣.38.* nam in Exodo habetur; *guſtusque eius quaſi ſimilæ cum melle*: & in libro Numerorum. Faciebat ex manna populus *tortulas ſaporis quaſi panis oleati*. Manna itaque deſcribit Vates; quod ſponſæ ſuæ Deus e cælo largiebatur, non pro cibo ſolum, ſed etiam pro bellarijs, ne vel neceſsitati deeſſet, vel delitijs adoleſcentulæ. Vbi obſeruandum eſt, Ezechielem non meminiſſe vini, ſed ſimilæ, mellis, & olei, quod de plebe Iſraëlitica ſub parabola feminæ recens nuptæ loquebatur, quam omnino dedecebat vel modicus vini hauſtus, quippe hoſtis pudicitiæ: nam *luxurioſa res eſt vinum*, vt videre eſt in Prouerbijs, ideoque vetitum eſt matri Sampſonis, qui futurus erat olim Nazaræus: quanto maiori iure ſponſæ Dei? niſi forte ſub mellitis vinum quoque intellexit: nam in Oſeæ prophetia cum pane vinum ſponſæ donatum legimus.

Exod. 16. ℣.31. Nu.11.℣.8

Vinum feminis prohibitum, vtpote libidinis fomes.

Prouer. 20. Iud.13.℣.4

Oſeæ 2.℣.22

Sed ſub prædictis bonis Synagogæ abundanter communicatis, quis non videat Eccleſiæ Chriſti delitias adumbratas? de ipſaque germanius accipi poſſe ſuperiora verba, *ſimilam, & mel, & oleum comediſti*, o Virgo Deo ſponſata, *& decora facta es vehementer nimis*: nam ſimila a panis eſt Angelorum, a cæleſte manna, *frumentum* electum *electorum* cibus, vt ait Zacharias, *& vinum germinans virgines*, hoc eſt, maxime bonum, & pulchrum, quod Deus habet, eodem propheta teſtante, quod ſcilicet edentes reddit & bonos, & pulchros iuuenes ad bellum robuſtos (ij enim dicuntur electi) & virgines æternum florentes, nunquam corrugata fronte ſeneſcentes, nitentes perpetuo, id eſt, immortales. Hoc idem edulium eſt mel de petra, & mellitus fructus arboris vitæ: dactylus palmæ Delboræ (quæ eſt apis) ſub qua ſedet ſponſa tam dulci ſaginata paſtu, illud ſilentio ſubmurmurans: *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Sed & *oleum* eſt Chriſti corpus quando caro eſt pinguiſsimi vituli parentis micis ſaginati, quem ſcilicet Pater ſinu ſuo fouet, & quaſi lactat. *Oleum* eſt item vnguentum effuſum, quo fideles inuncti exhilarantur corde, & facie, pſallente propheta. *Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet*. Neque exhilarantur modo, ſed iuuenescunt, vt alibi canit idem. *Et ſenectus mea in miſericordia vberi*, vel in oleo viridi, vel pingui: Habitum, inquit, animi ſucculentum, & vegetum hoc oleo delibutus nanciſcar, quantumuis ſim ſenio male ante actæ vitæ corrugatus & confectus. Denique vt ſenes floreſcunt, ſic iuuenes ad pugnam hoc oleo confirmantur, dicente propheta: *Nam, etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, &c.* Factus ſcilicet mihi ſodalis in communi menſa. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes, qui tribulant me: Impinguaſti in oleo caput meum, &c.* non ſolum me cibaſti, ſed vnxiſti, vnctumque corroboraſti: nam vnctio, hoc eſt, ſuauitas & blanditiæ, quas digne participantes ſacram Euchariſtiam ſolent percipere, ipſos quaſi athletas ad pugnam vegetiores, & robuſtiores reddit.

Exo.25.℣.6 3. Reg.17. ℣.16. *Oleum pro vnguento. 4.Reg.20. ℣.13. iuxt. Hebr. Can.1.℣.3. Iſa.61.℣.3. Pſ.44.℣.8.* *2.Reg.14. ℣.2. Matth. 6. ℣.17. Io.12.℣.3. Mar.14.℣.3* *Oleum pro carnibus pinguium animalium. Iſa.25.℣.6 & 28.℣.1.* *Geneſ. 27. ℣.39.* *Geneſ.49. ℣.25.* *Pſal.4.℣.8* *Deut. 34. ℣.13.*

De ſponſæ Chriſti, hoc eſt, Eccleſiæ cibis, vbi plures Euchariſtiæ inuenies ſimilitudines.

a *Pſ.77.℣. 24.& 25. Zachar.9. ℣.17.*

Et decora facta es vehementer nimis. Hebraice. Valde, valde: duplicatum enim aduerbium, vt Hie- *Hieron.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ronymus notauit, pondus facit orationis, quo ad pulchritudinis magnitudinem addi vltra non possit. Decora eras nitore oris ex delicatis cibis contracto; decora valde vestibus amicta versicoloribus; sed decora valde valde superaddito mundo muliebri ex auro, & argento conflato. Solent facies ex fame pallescere, & denigrari, vt in Threnis scribit Ieremias: *Denigrata est super carbones facies eorum*. E conuerso autem ex delicatioribus epulis viuidus oris color florescere: nam propterea pueros regios, quos ex Iudæa abduxerat, cibis regijs nutriri præcepit Nabuchodonosor, quo succulenti, & speciosi starent coram facie ipsius. Itaque fructus delicati terræ promissæ non vulgarem decorem præstiterunt Israëliticæ plebi, vt ad hanc pulchritudinem Vatem allusisse vero simile videatur; re autem vera significasse populi potentiam, & Reipublicæ splendorem ex omnium rerum abundantia profectam; atque sub ea temporali gloria spiritualem etiam speciem animorum ex legis diuinæ custodia per mundum muliebrem significata, radiantem. De qua Psaltes. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua, præstiti decori meo virtutem*: hoc est, custodia legis, quæ tuæ voluntatis est testimonium, meam Rempublicam bonis omnibus ditauit, decorauit, ac stabiliuit. *Decori meo*, regno scilicet meo decoro, florenti, & præclaro robur, firmitatem contulit, non secus ac si speciosam feminam ornamentis omnibus excoleret, atque epulis insuper delitiosis saginaret, quo exteriori ornatui accederet oris nitor, & viuacitas.

Idem persequitur Dauid dicens. *Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo*. Delirant isti Politici, inquit, ignorantes ex obedientia legum tuarum oriri regnorum stabilitatem, & prosperitatem; nos vero certi sumus & bona omnia, & regni florentem faciem, & cordis lætitiam ex vultu tuo in nobis signato prouenire, hoc est, ex custodia legis, quam veluti sigillum voluntatis tuæ impressum gerimus in tabulis cordis nostri: ex eo scilicet quod actiones nostras omnes ad legem tuam exigimus, immo nos totos sigillo tuæ voluntatis quasi tractabilem ceram faciles exhibemus. Hæc itaque est plebis Dei species, decor, decus, & gloria; vt sensus versus huius sit, quem ex Græcis notauit Theodoretus: Obseruans legem adepta es decorem ex ipsius legis cultu profectum.

Et profecisti in regnum. Vel promouisti, aucta es ex Republica libera per Iudices administrata in regnum potentissimum: nam & multos filios tuos reges vidisti Saulem, Dauidem, & eius posteros innumeros. sic interpretantur versum Græci, atque Hebræi Rabbini, Dauid Chimhi, & Salomon. Verum fortasse aptius erit. Euecta es in regni sedem, regnique caput: nam de Ierusalem loquitur Vates nomine totius regni: quam Dauid vbi expugnauit a Iebusæo in regiam vrbem destinauit: atque hoc videntur sensisse Septuaginta, cum dicunt: Directa es in regnum; si tamen ea versio est Septuaginta: nam, vt aduertit Hieronymus, hæc verba non habentur in editione ipsorum, ea tamen agnoscit, & interpretatur Theodoretus, quod eius codex non fuerit, vt videtur, purus, sed ex alijs interpretationibus auctus.

XIV. *Et egressum est nomen tuum in Gentes, propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus*. Hieronymus: Meis, inquit, beneficijs, meaque incredibili largitate ad reginæ vocabulum peruenisti; ita vt de te omnium gentium sermo loqueretur, & esses non tuis meritis, atque virtutibus, sed mea liberalitate perfecta, &c. quibus verbis non obscure indicat Hieronymus se vertisse, *perfecta eras*, sensum potius secutum, quam verba, quæ in Hebræo codice sic habent, quemadmodum Symmachus transtulit, & quidem manifestius, auctore eodem Hieronymo, scilicet: Egressum est nomen tuum in gentes, quod perfectum erat ob dignitatem meam, &c. Septuaginta Sixti legunt: Quia completum erat in decore, in pulchritudine: tametsi Complutensis codex habeat; in decore pulchritudinis; Hieronymi autem, atque Theodoreti codices, in pulchritudine, tantum legant, quod rectius videretur: nam quæ hodie in Septuaginta extant verba, duæ lectiones videri possunt. Scholiastes sic versum elucidat: Celebre, inquit, nomen tuum reddidi apud omnes, quia consummatum vel perfectum erat: ac si dicat venustate plenam & gloria reddidi pulchritudinem tuam. Theodoretus vero: Illustris enim & celebris facta es vbique: ego enim tibi decoris istius auctor eram, qui præceptis, & legibus te proprijs instruxeram. Merito Scholiastes alter ait: Eius pulchritudinem confirmabat virtus, ex qua nomen ortum est; videlicet, qua Mare rubrum, & Iordanem sicco pede traiecit, qua perstrepens iubilo mœnia Hiericho disturbauit. Vide in libro Iosue famam ex hac virtute profectam: *Audiuimus*, ait Rahab, *quod siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Aegypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, &c. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum*. Et alio sequenti capite, quidpiam simile habetur. Obserua Ecclesiæ gloriam non esse fucatam, neque famam commentitiam, sed veram, & ex illius virtutibus, & pulchritudine exortam: quam scilicet regina Saba a longe auditam iure admiretur, sed præsens obstupescat, & victam fateatur a decore famam, gloriam a virtute, a re ipsa nomen. Vide caput nonum secundi libri Paralipomenon, pro decore, pulchritudine, & fama Ecclesiæ sub typo palatij Salomonis. *Odor filij mei*, dixit Isaac, *sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, odoremque vocare solent sacræ literæ nomen bonum: *Oleum effusum nomen tuum*. Et iterum. *Christi bonus odor sumus*. odor autem ex salutaribus herbis, vel pretiosis aromatibus exhalatur. Talis est Ecclesiæ gloria, & decus ex virtutibus ipsis ortum, & meritis suis debitum: propterea in Canticis seipsam comparat areolis *aromatum*, in quibus videre est venustatem, amœnitatem, dispositionem artificiosam vernantium herbarum, & odoratorum florum, ex quibus fragrantes spiritus exhalantur. Et Christus apud Matthæum ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum*. Vbi gloriam & bonam famam appellat splendorem ex bonorum operum luce circumfusum.

Et habens fiduciam in pulchritudine tua. Verbum בטח, batach, valet confidere, confidentem esse; atque per metalepsim audacem, & securum esse, quod

Venustas & decor ex ciborum abundantia, & fraunitate.
Thr.4.℣.8.
Dan.1.
Ps.29.℣.7 Custodia legis Rempublicam bonis omnibus ditat, decorat, & munit.
Ps.4.℣.6
Theodor.
R. Chimi.
R. Salomon.
Hieron.
Theodor.
Hieron.
Theodor.
Hieron.
Alius Scho.
Iosue.2.℣.10.
Iosu.5.℣.1 Ecclesiæ pulchritudo non fucata, sed vera.
Genes. 27. ℣.27. Odor, hoc est, bonum nomen.
Cant.1.℣.2
2.Cor.2.℣.15.
Cant. 6.
Matth. 5. ℣.16.

XV. Confidere, audacem esse etiam significat.

quod ex confidentia naſcatur ſecuritas, & audacia. Itaque hoc loco *fiduciam* habere, inuoluit etiam ſecuram eſſe, atque ex ſecura audacem: quaſi dicat: Secura de bonorum, quæ acceperas, poſſeſſione auſa es fidem mihi datam violare, &c. Vel confidere eſt ſuperbire, efferri: nam ex ſuperbia naſcitur confidentia, quod videtur aptius contextui: atque ita intellexiſſe videntur Græci: nam Apollinaris ſic habet. Celeberrima, inquit, effecta, & propterea te efferens a me defeciſti, & in extremam intemperantiam incidiſti. Idem & Theodoretus: Hoc eſt malorum omnium initium, ſpem diuinam abieciſſe, ſuiſque proſperis gloriari ſucceſſibus, vel ſuis recte factis gloriari. Hieronymus vero priorem ſequitur acceptionem verbi: ſic enim locum elucidat: Grande diſcrimen non in Dei clementia, ſed in ſuo decore confidere, & quanto quis ſublimior fuerit, debet timere ne corruat: aduerſariæ ſiquidem poteſtates ſolitos contemnunt cibos, & peregrina alimenta deſiderant: vnde de Diabolo dicitur. Eſca eius electa: non ergo confidamus in propria pulchritudine, nec Dei liberalitatem noſtram putemus eſſe virtutem. Obſerua quam magnam litem gerat modeſtia cum gloria, & nominis celebritate: quod ſcilicet de corporali ſpecie dixit Ouidius.

Confidere eſt ſuperbire

Apollin.

Theodor.

Hieronym. quanto quis ſublimior fuerit, tanto minus in ſuo decore confidere debet.

Habac. 1. ℣. 16. iuxta Septuag.

Ouid. epiſt. Paridis ad Helenam.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Et alibi:

Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam.

Lib. 1. Faſt.

Fornicata es in nomine tuo. Scholiaſtes. Abuſa es, inquit, decore, & honore ad idololatriam. Sed quis vnquam talia admiſſuram diuinaſſet ſponſam aduerſus ſponſum, a quo ſic fuerat dilecta, enutrita, decorata, ditata, & exaltata? Sed hoc eſt ſtoliditati humanæ antiquum, & conſuetum, efferri alienis donis, & beneficiorum magnitudinem ingratitudinis menſura compenſare, vt videre eſt in Deuteronomio. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, &c.* videlicet belluinos mores æmulatus. Iſaias. *Repleta eſt terra argento & auro, &c.* & quid tum poſtea? *Et repleta eſt terra eius idolis.* Oſeas. *Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria.* Septuaginta: fructus abundans in ea, &c. & quo his abundantior, eo idolorum erat appetentior Iſraël, quo proſperior, eo profuſior in idololatriam: Eandem querimoniam continet præſens oratio.

Scholiaſt.

Ingrati animi eſt, donis efferri, & donantem non amare.

Deut. 32. ℣. 15.

Iſa. 2. ℣. 7.

Oſea 10.

Fornicata es. זנה, zon, Hebræum verbum, quo vtitur Propheta ſignificat proſtrare, proſtituere ſe, vel ſua merendi, gratia; commune, publicum facere aliquid mercedis ergo; mereri, vel opera ſua, vt lotrices, vel paratis obſonijs, vt cauponæ, vel mercibus expoſitis, vt inſtitores; vel corpore, vt ſcorta, quæ meretrices dici ſolent antonomaticῶς: tametſi nomen commune ſit omnibus prædictis: Nam lotricibus tribuitur in libro Regum. *Et linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt*: Hebraice רחצו, zonoth, lotrices lauerunt. Cauponis vero tribuitur in libro Ioſue. *Ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis nomine Rahab*, hoc eſt, hoſpitæ, vt interpretatur Chaldæus paraphraſtes, immo diuus Paulus, qui pro Hebræa voce זונה, zonah, reddidit Græcam, πόρνη, porne, quæ a πέρνω, perno, id eſt, diuendo, orta eſt. Idem ſignificat apud Iſaiam. *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis?* nam ſubditur: *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum miſtum eſt aqua.* quæ notatio eſt cauponæ, non vero ſcorti. Item in hiſtoria Regum. *Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem* Salomonem, hoc eſt, cauponæ, vt Chaldæus interpretatur, & merito, nam meretrices vix ſuſcipiunt filios. Hinc patet locus ille Ioëlis. *Poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent*: nam ſecunda pars verſus arguit quid in prima ſignificet proſtibulum, vel Hebraicum זונה, zonah, videlicet, edulia in caupona proſtituta, vt væneant hoſpitibus, hoc ſenſu: Dederunt in pretium eſculentorum puerum Iudæum captiuum, & pro vino puellam, quod ita eſſe conſtat ex ſequentibus: *Filios Iuda, & filios Ieruſalem vendidiſtis filijs Græcorum.* Datur etiam hoc verbum inſtitoribus ab Iſaia. *Erit Tyro quaſi canticum meretricis.* Et ſubdit. *Viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces ſuas: & rurſum fornicabitur cum vniuerſis regnis terræ.* Vbi vides Prophetam ab vno ſignificatu in alterum, id eſt, a meretrice ad mercatricem, & rurſum a mercatrice ad meretricem tranſijſſe cum eleganti alluſione, ob communem vtriuſque ſignificatus analogiam: & in libro Paralipomenon. *Poſuerunt eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta.* Vbi ſecunda pars verſus paraphraſticῶς addita ſatis indicat, quid ſibi velit רקחים, zenim, ſcilicet omnem ſpeciem pigmenti facti ab vnguentarijs: nam Hebraice ſic legimus: vnguentis & pigmentis, &c. Denique eadem voce, & quidem frequentius, atque antonomaſticῶς, ſignificantur ſcorta, vt in Geneſi. *Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?* Et in Prouerbijs. *Fouea enim profunda eſt meretrix.* atque alibi ſæpe. Qui quidem ſignificatus tametſi celebrior ſit, non eſt potior, neque prior: quinimmo ex primæua impoſitione nomen זונה, zonah, ſignificat feminam, quæ exteros homines excipit domi ad menſam, ad cubiculum, & quandoque, vt fit, ad cubile: quæ conſuetudinem habet & commercium cum hoſpitibus, quæ cum alienis comedit, bibit, ludit, & ſcortatur: nam commercium ſequitur conſuetudo, conſuetudinem laſciuia, & impudicitia. Vnde verbum natum exiſtimo זנה, zon, quod has omnes actiones cauponæ amplectitur, ſcilicet domum, & eſculenta proſtituere, domi excipere hoſpites, vendere illis obſonia, mercimonia tractare, conuiuari, cauponari, laſciuire, &c. Atque ex his elucidantur loca Apocalypſis, in quibus inducitur meretrix quædam nomine Babylon, auro & gemmis ornata, *habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, &c. Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati ſunt*, & in delicijs vixerunt: quæ habebat regnum ſuper reges terræ, quæque ebria erat *de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu*: ad quam conueniebant *mercatores* ex omnibus regnis, & mercatores eius erant principes terræ: & apud quam *diuites facti ſunt omnes, qui habebant naues in mari, &c.* Ex quibus verbis vix poteſt elici parabolica imago feminæ, qua ciuitatem illam magnam repræſentare voluit Ioannes. nam ſi perſonam ſcorti depictam eſſe dicas, quod nomen meretricis videtur ſonare Latinis; non cohæret, quod ſequitur, apud eam mercatores diuites factos eſſe: meretricum enim proprium eſt, ſubſtantiam adulterorum potius expilare, quam compilare: neque vero conuenit ſcorto poculũ aureum propinare

Meretrix quare dicta.

3. Reg. 22. ℣. 38.

Rahab meretrix, id eſt, caupona.

Ioſue 2. ℣. 1

Chaldæus.

Heb. 11. ℣. 31.

Iſa. 1. ℣. 21

3. Reg. 3. ℣. 16.

Ioel. 3. ℣. 3.

Mercari & meretricari pro eodem.

Iſa. 23. ℣. 15

2. Para. 16. ℣. 14.

Geneſ. 34. ℣. 31.

Prouer. 23. ℣. 27.

Commerciũ ſequitur conſuetudo, conſuetudinem laſciuia, laſciuiam impudicitia.

Apoca. 17. ℣. 3. & 18. ℣. 3.

Meretrices adulteros expilare ſolent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pinare amatoribus: quod si ideam concipias femi- A
næ mercantis, non quadrat cum ea fornicatos esse
reges terræ: neque enim feminæ, quæ merces expo-
sitas habent, continuo scorta sunt appellanda. Si
autem nomine meretricis accipias cauponam, &
hospitam, mirum est, quam expressam tuis obiece-
ris oculis imaginem ciuitatis populosæ, in qua fre-
quentes erant regum subditorum aduentus, ex-
terorum hominum conuentus, mercatorum con-
tractus, hospitum conuiuia, compotationes, le-
nocinia, & meretricia. Sub nomine itaque mere-
tricis cauponam intellexit Ioannes, & sub persona
cauponæ vrbem opulentissimam, & frequentissi-
mam mirifico symbolo repræsentauit.

Cauponæ vocantur idololatræ.

Quoniam vero caupona imago viua est cultus
idololatrici, atque eius origo, solet sacra Scriptu- B
ra eodem nomine idololatras, & verbo idolola-
triam significare. Et quidem nemo ignorat idolo-
rum cultum popinam esse, & fana gentium ganeas
potius esse, quam templa: quippe locos subterra-
neos, abditos, vinolentiæ, & libidini aptissimos, in
quibus nil aliud reperias, quam carnes hostiarum
coctas, assas, vel delicatius confectas; obsonia pu-
blice exposita vniuersis; sacrificos in medio nido-
re, & fumo conuiuantes, compotantes, vinum
turpissime eructantes, atque inter medias epulas,
ne non æmulentur Diuos, cum suis Veneribus col-
ludentes, lasciuientes, & scortantes: quibus illud
Phi. 3. ℣. 19 Pauli aptissime quadrat: *Quorum Deus venter est,*
& gloria in confusione ipsorum, id est, in spurcitijs,
de quibus debuissent potius confundi: Quæ om- C
Exo. 32. ℣. 6 nia paucis complexus est Moses dicens. *Sedit*
populus (inuitatus ad sacra noua vituli Apis)
manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, hoc est,
lasciuire, & scortari: nam id significat verbum He-
Gen. 39. ℣. 14. bræum: sicut in Genesi. *Vt illuderet*. Quod autem
popina, & ganea origo fuerit Israëlitis idola colen
Nu. 25. ℣. 1. di, declarauit Moses. *Fornicatus*, inquit, *est populus*
cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua.
At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum: initi-
atusque est Israel Beelphegor, &c. hoc est, relicto
Idolatria vocatur fornicatio. veri Dei cultu sese addixerunt Belo. Hinc itaque
ortum habuit illa translatio prophetis vsitatissima,
qua idolorum cultum appellant fornicationem, &
meretricium: ea voce intelligentes non solum scor
tationem, sed, vt diximus, cauponariam rationem
viuendi, impudentiamque cauponæ, quæ non so-
lum domum, & bona sua omnia, sed etiam pudo-
rem prostituit, & venalem exponit exteris, atque
ignotis omnibus sine delectu, graria tantum mer-
Isa. 1. ℣. 21 cedis. Eam vsurpat Isaias. *Quomodo facta est mere-*
Ierem. 2. ℣. 16. & 20. *trix, &c.* Et Ieremias. *Filij quoque Mempheos & Taph-*
nes constuprauerunt te. Et iterum. *Sub omni ligno fron-*
Osee 1. ℣. 2. *doso tu prosternebaris meretrix*. Et Oseas. *Sume tibi*
vxorem fornicationum: vel: Accipe mulierem fornica
riam, id est, hospitam, cauponam, impudicam
videlicet, & quæ elocare solet corpus suum; *& fac*
tibi filios fornicationum: non ex fornicatione na-
tos (quod absit) sed qui cauponæ dicantur filij, at-
que adeo fornicariæ olim, tametsi hodie coniugis
tuæ legitimæ; vt hoc facto portendas, *quia forni-*
cans fornicabitur terra a Domino, id est, plebs Israëli-
tica mihi coniugio copulata adulterium commisit
Apo. 14. ℣. 4. idola colendo. Item Ioannes. *Hi sunt, qui cum mu-*
lieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt; id
est, martyres, qui cultum exhibere idolis etiam
cum vitæ dispendio recusarunt, perstiteruntque in
fide illibata constantes. Eademque metaphora
vsus est Vates noster hoc capite, & vigesimotertio
sequenti: quam etiam in allegoriam producit, in

ipsa continenter persistens magno semper seruato
decore personæ cauponæ semel inductæ. Ad cuius
intellectum adhuc obseruanda est & alia dicendi
ratio diuo Paulo familiaris, qua scilicet solet vice
versa auaritiam nominare idololatriam: sic enim
habet. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut* Eph. 5. ℣. 3
auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut
turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad
rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc
enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut im-
mundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non
habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Quæ ea- Coloss. 3. ℣. 5
dem repetit alibi. *Fornicationem, immunditiam, libi-*
dinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est
simulacrorum seruitus, &c. Vbi auaritiæ nomine
non tantum intellexisse Paulum diuitiarum auidi-
tatem, sed etiam cupiditatem voluptatum, Hie- Hieronym.
ronymus auctor est, sic scribens. Dixeramus supra, super ad
operationem immunditiæ omnis in auaritiam, non Epheſ. 4.
ad auaritiam, vt sonat, simpliciter pertinere, sed ad
libidinem atque luxuriam; debemus hunc sensum
alterius loci testimonio comprobare, in quo scribi- 1. Thessal.
tur. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra,* 4. ℣. 3.
vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque
vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & hono-
re, non in libidine *desiderij, sicut & Gentes, quæ* non
nouerunt *Deum*, vt *ne quis supergrediatur*, & circum-
scribat *in negotio fratrem suum: quoniam vindex est*
Dominus de his omnibus, sicut & prædiximus vobis, &
testificati sumus: non enim vocauit nos Deus in immun-
ditiam, sed in sanctificationem. Diligenter obserua, C
quia ad castitatem nos prouocans, & volens vxo-
ribus tantum esse contentos, dixerit: *ne quis super-*
grediatur, & circumscribat *in negocio fratrem suum*,
id est, ne suam coniugem derelinquens alterius pol
luere quærat vxorem. Vbi nos habemus: & circum-
scribat *in negotio*, in Græco legitur ὑπερεκτεῖν ἐν
τῷ πράγματι, cæ pleonectein en to pragmati. πλεο-
νεξία, pleonexia, aut auaritia nuncupatur, quam
nos possumus vim verbi transferentes sic in præsen
ti loco exprimere, vt *ne quis supergrediatur*, & auarus
fraudet *in negotio fratrem suum*: quæ enim conse-
quentia vel in illo capitulo, quod nunc ad exem-
plum vocauimus, vel in hoc quod principaliter co-
namur ad Ephesios exponere, inter impudicitiam,
& immunditiam, castitatem quoque & affectum D
coniugalem extraordinarie repente auaritiam no-
minare? Hæc ipse. Et capite quinto sequenti in ci- Hieron.
tata verba Pauli sic habet. Si quis autem arbitratur
auaritiam non in illo sensu accipiendam esse, quo
diximus; reddat causas, quare inter fornicationem,
immunditiam, & turpitudinem, & stultiloquium,
& scurrilitatem mediam auaritiam extraordina-
rie posuerit. & inferius. Quia vero in superioribus
ex eo, quod alibi legeramus, *ne quis supergrediatur*, &
auarus fraudet *in negotio fratrem suum*, dixeramus
auaritiam pro adulterio positam; quærimus id,
quod nunc dicitur, aut auarus, quod est idolis ser-
uiens, vtrum cum illa, aut cum vulgata interpre-
tatione consentiat. Inuenimus in locis plurimis
prophetarum idololatriam fornicationem appel- E
latam. Fornicabantur, inquit, post idola sua. Et. Ezech. 23.
Spiritu fornicationis seducti sunt. potest itaque ℣. 37.
fornicatio, & super idololatria intelligi, &c. Præ- Osee 4. ℣. 12.
clare Hieronymus, cuius expositioni fauent & alij
loci sacræ Scripturæ, vtpote Isaiæ. *Propter iniquita-* Isa. 57. ℣. 17
tem auaritiæ eius iratus sum, &c. accersérat autem
plebem superius non quidem auaritiæ, sed fornica-
tionis cum Idolis, dicens: *Quia iuxta me discooperui-*
sti, & suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum, &

Auaritiam frequenter vocat Paulus idololatriam

pepi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal. 118. §. 36. *pepigisti cum eis fœdus* &c. Et in psalmo. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam*, id est, in libidinem: nam ab hac sibi timebat merito, non a cupiditate auri rex alioqui ditissimus, & magnanimus: & in Prouerbiorum libro. *Prouer. 1. §. 19.* *Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.* Vbi adulteri consortium vitrandum esse inueni suadebat, vt patet ex capite secundo, in quo texit parabolam, eumque appellat commessatorem, grassatorem, homicidam, & denique auarum. Hebraice ענב, bot seagh, a ענב, batsagh, quod secundum Rabbi Dauid significat cõcupiscere, desiderare, calumniari, opprimere, partiri, in frusta concidere, aptare, perficere, complere: quæ omnia belliſſime cõnectuntur, si dicamus eius significatum primarium esse, ex cupiditate quæstus se, domumque suam parare, aptareque hospitibus, atque obsonia exquisite confecta illis partiri: vt neque mercatori tribuatur primario, neque vero lenoni, sed hospiti, quæ in meritoria taberna lucrum conquirendo saragit hospitibus gratum facere: atque inde in alios riuos deflexerit vocis significatus: Idemque sentiendum uidetur de uerbo Græco πλεονεκτέω, pleonecteo, quo diuus Paulus exprimere uoluit vim verbi Hebraici prædicti: valet enim maiora lucra desiderare, inhiare quæstui, aliena inuadere, extorquere, circumuenire alterum, &c. Fit itaque ex prædictis omnibus, eadem prorsus ratione, qua diuus Paulus dixit, luxuriam esse idolorum seruitutem, Prophetas appellasse viceuersa idololatriam nomine luxuriæ ob communem vtrique analogiam, quam diximus; immo vero mercaturam dictam meretricium ab Isaia: at uero citatis locis Apocalypsis contraria ratione meretricium appellatum nomine mercaturæ. Atque hæ quidem rationes, & analogiæ reddi posse videntur, ob quas in sacris literis idolorum cultus vel a gentibus ipsis exercitus, dici possit, & soleat meretricatus. Cum vero Dei plebi tribuitur, multo maiori iure appellari debet fornicatio, & adulterium; videlicet quia quasi defectio est impudentissimæ feminæ, alias nobili viro collocatæ, ad sordidissimos, & spurcissimos amatores: quia violatio est fidei adstrictæ in sponsalitijs pactis, atque conuentis, quia pollutio tori maritalis, &c.

Isa. 23. Apocal 17. & 18.

Cur dicatur fornicata, & non adulteras mulier hæc, quæ coniugata dicitur. *2. Corinth. 11. §. 2. Ier. 2. §. 16 Ez. 23. §. 3*

Fornicata es in nomine tuo. Quandoquidem non libera femina, sed coniugata accersitur meretricatum; quid est quod fornicatio, & non potius adulterium dicitur tantum crimen? an quia nupta Deo virgo manet? vnde Ecclesia virgo dicitur sponsata a diuo Paulo, atque plebs Israëlitica, cum primum idola coluit, constuprata dicitur, Ieremia attestante, atque fractas eius mammas in Aegypto, vt prophetauit Ezechiel, quæ iniuria nonnisi virginibus fit: an potius quia omnibus idolis sese dabat polluendam, vt meretrices, quæ citra delectum omni introëunti sui copiam faciunt, cum contra vxoratæ quantumuis inuerecundæ, vni, vel alteri se prostituant? an vero vt profusa eius libido notetur, quæ nunquam est satiata, qua vel vna re scorta insignia sunt? an propterea quod, omni deposita verecundia, omni metu mariti, ac si sui iuris esset, lupanaria omnia, & prostibula idolorum frequentabat, quod adulteræ facere non audent? atque hoc sibi velit quod subditur, *in nomine tuo*, id est, quasi libera, quasi tui iuris, non amplius te gerebas quasi alterius vxor, quasi alteri subiecta, quem vereri, vel timere debuisses, non clanculum, & in noctis tenebris absente viro locum dabas procis, sed in media luce ipsum deferebas, & sequebaris amasios tuos: immo, quod horribilius est, *iuxta me discooperuisti*, & *suscepisti adulterum*, vt conqueritur apud Isaiam Dominus. Nisi forte, *in nomine tuo*, idem sit atque nomine illo tuo celebri, quod tua pulchritudine, & bonorum abundantia comparaueras. Nam Israëliticæ plebis nomen clarum, & celebris fama occasio fuit, vt ad ipsam ventitarent exteri, atque nouos recentesque conueherent Deos, *quos non coluerunt patres eorum*, vt Moses cecinit in Deuteronomio. *Isa. 57. §. 8* *Deut. 32. §. 17.*

Insatiabilis libido idololatriæ.

Et exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut eius fieres. Vel libidinem, aut lasciuiam tuam omnibus publicasti, vel effudisti, vt habent Hebræa, & Septuaginta: qua phrasi insatiabilis appetentia virorum indicatur. Rabbi Dauid. Sumit similitudinẽ a vase aqua pleno vsque ad summum, quod facile effundit contentum liquorem; sic Israëlitica plebs erat plena fornicationum, quas effudit super transeuntes, omnes docendo nationes nouis idolis seruire: velut meretrix, quæ non est satiata fornicando cum domesticis, & ciuibus, sed exponit se extraneis transeuntibus per vias secus ipsam; sic tu nunquam satiata es idolis, quæ noueras, cum tot essent, quot ciuitates possidebas; sed insuper ab exteris, quibus per te transire contingebat, exquirebas noua idola tibi ignota, nec cessabas, donec eorum cultum in tuam induceres regionem. Hæc inferius distinctius repetit Vates non semel. Sed ea sic tractat Scholiastes: Fornicationem idolorum cultum dicit: ait vero illam a quouis veniente pollutam, quia & Ammonitarum, & Moabitarum, & Assyriorum idololatriam æmulata est, &c. De varijs autem idolis ab Israëlitica plebe cultis egimus capite octauo. Origenes vero sic philosophatur. Varia potestas aduersaria transit per animam nostram, & in eam ingrediendi aditum quærit, vt cum illa fornicetur, vt Dæmon iracundiæ, Dæmon vanagloriæ, Dæmon tristitiæ, & omnino cuiuscumque passionis vis animam pertransit, & fornicari cum illa vult, eius libero consensu implicita. Tale quippiam Nathan ad Dauid, appellans Dæmonem fornicationis peregrinum, dicens: *Peregrino illi, qui uenerat ad te.* Quod vero additur, *ut eius fieres*, idem est, atque, vt eius esses vxor, vt ad illum pertineres: quasi dicat non tantum exstimulante libidine alienum quærebas, eique miscebaris, vt satisfaceres concupiscentiæ, sed illi ex animo adhærescebas, atque vxorio affectu eum complectebaris in dedecus nominis mei, quasi mei pertæsa amorem tuum in alterum impendebas amantem. Theodoretus: Cum alienis coniuncta es, ad quos nihil attinebas, mihi quippe a principio te ipsam dedicasti. Hodie sic legimus in Hebræo codice: cui erat: & subaudiendum videtur, desiderium tui, quasi se prostituerit omni transeunti, non alio nomine, quam quod illam expeteret. Chaldæus vero sic transtulit: Et non decet te sic facere. Sed friget versio ista. *Scbol.* *Orig.* *2. Reg. 12. §. 4.* *Theodor.* *Chald.*

XVI. De vario idolorum cultu. *R. Dauid.* *R. Salomon.*

Et sumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta; & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est. Septuaginta: Et fecisti tibi idola consuta. Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon conuertunt: Fecisti tibi altaria pannis diuersorum colorum ornata, quorum alij alijs essent suppositi, vt ex colorum varietate pulchriora apparerent altaria. Sub qua similitudine indicat varios cultus, & sacra, quæ Israëlitæ diuersis idolis exhibebant. Hieronymus. Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Cumque tulisses de vestibus tuis fecisti tibi excelsa multicoloria, & fornicata es in eis non facta, neque futura. Pro, consutis, & versicoloribus, & excelsis, siue idolis, Aquyla, & Theodotio ἐμβολίσματα, emboliſmata, transtulerũt, quod significat diuersos *Hier. refert Symmach.* *Aquyla. Theodot.*

Universidad de Deusto Biblioteca

diuersos pannos hinc inde consutos, & instar emplastri factum idolum, quasi πολύῤῥαπτον, polyrrhaphon, varie sutum, vestimentum, &c. eodem fere modo interpretatus est locum Theodoretus: Noua, inquit, & incredibilia tuæ idololatriæ instituta: non enim aliorum tantum æmulata es mala, sed ipsa etiam alia excogitasti, idolorum imaginibus e vestimentis confectis, dijsque nuncupatis, me præsertim omnia tibi istiusmodi per legem interdicente. Vterque auctor secutus Septuaginta per במות, bamoth, quod sonat excelsa, accepit idola ipsa: atque adeo per pannos consutos idolorum vestimenta. Verum במות, bamoth, fana idolis erecta significat, non idola, vt diximus supra, atque iterum sumus dicturi. Nomen autem טלאות, telnoth, pro quo Septuaginta vertére, consuta, Aquyla vero & Theodotio ἐμβολίσματα, emboliſmata; significat peripetasmata, aulæa, vel cortinas ex varijs coloribus consutas: nam maculosæ gregis pelli datur in Genesi. Idemque valet nomen ἐμβολίσματα, embolismata, scilicet intercalata, insititia peristromata. Sic enim intellexit Scholiastes Græcus dicens. Ex peripetasmatis acu confiatis, subaudi, feciſti tibi lupanaria, vel lectulos versicoloribus stratos tapetis, quod meretrix altera dicebat in Prouerbijs. *Lectulum meum straui tapetibus pictis ex Aegypto*, vt ex versicoloribus pannis lupanar potius ædificasse credatur meretrix, quam idola compegisse: præsertim cum versu sequenti dicatur ex auro & argento, imagines idolorum conflasse, easque vestimentis proprijs induisse: præterea quia quod sequitur non quadrat idolis, scilicet, *& fornicata es super eis*, nam sub eis potius dicere debuisset: nisi papiliones intellexisset, vel potius lectulos, super quibus fornicabatur, hoc est, discumbebat petulans caupona cum adulteris. Quod vero additur: *Quod non est factum, neque futurum est*. Septuaginta conuertunt: & non ingredieris, neque fiet: quod sic interpretatur Scholiastes: Hoc est, & tuis commentis, ac studijs non fruéris, ac si dicat, fieri non potest, vt manufactus Deus, Deus inueniatur: & Hieronymus: Cum tibi idola feceris peruersorum dogmatum, quæ arbitraris excelsa, & fornicata sis super eis, credens in ijs, quæ ipsa finxisti, Templum Dei intrare non poteris, & simulachra tua substantiam non habebunt; neque erunt in perpetuum, dicente Apostolo: *Scimus quia nihil est idolum in mundo*: ad verbum Hebræa sic habent: Non sunt futura, neque erit: hoc est: non erunt similia altaria, vt Rabbi Dauid interpretatur. vel: Non euenient similia portenta, vt femina transferat in ornatum amatorum suum cultum muliebrem: neque erit alia tui similis in futuris generationibus. Sed hæc inferius repetit Vates. Hieronymus tamen participium באות, baoth, venientia, interpretatur per præteritum, non fuerunt, non acciderunt: in quo sensu vrget in contrarium obiectio: nam tantundem feciſſe Israëlitam meretricem scribit Oseas. *Et argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal*: quomodo ergo verum est tale quid nunquam factum esse? Ceterum respondemus, nihil tale inter gentes accidisse, vt feminæ impudicæ cultum suum offerrent in ornamentum lupanarium: atque ita hæc idolorum appetentia Hierosolymitanæ puellæ singularis est, & sine exemplo: neque enim comparatur nunc cum sorore sua Israëlitide: nam earum communis est causa, vt videbimus infra.

Theodor. *Genes.* 30. *Scholiast.* *Prouer.* 7. ℣. 16. *Scholiast.* *Hieron.* 1. *Cor.* 8. ℣. 4. *R. Dauid.* *Osee.* 2. ℣. 8. *Isa.* cap. 23.

XVII. *Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis.* Hieronymus: vasa intellexit sacra ministerialia Templi, vt thuribula, phyalas, canthelabrum, &c. quæ Ierusalem conuerterit in cultum Baal, Chamos, &c. Idem sensit Scholiastes: Vasa ministerij, inquit, ad honorem Dæmonum transtulisti. Ceterum alijs hoc videtur durius, quod Israëlitæ simul cum idolis coluerint Deum, & festa eius celebrauerint, atque sacrificia vasis consecratis peregerint: neque vsquam in libris Regum vel Paralipomenon huius criminis sint accersiti, quod vasa sacra conuerterint in cultum idolorum: quare *uasa decoris*, seu decora intelligunt priuata suppellectilia aurea, vel argentea, ex quibus conflauerint Deorum simulachra. Quomodo intellexit Polychronius, qui pro vasis decoris interpretatur mundum muliebrem. Verum vt hoc secundum illos feciſſe non dubitamus; ita primum illud quoque designasse credimus, maxime tempore Achaz, cuius imperio clausis portis sanctuarij, & altari æneo e loco suo moto, vniuersus ministerij apparatus translatus est in cultum Deorum Syriæ, vt legimus in libris Regum, atque distinctius in libro Paralipomenon in hunc modum: *Direptis itaque Achaz omnibus uasis domus Dei, atque confractis clausit ianuas Templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem*, &c. Quid ergo inconueniens dicemus, si asseramus, ex vasis Templi conflasse Achaz imagines Deorum Syriæ?

Scholiast. *Polychr.* 4. *Reg.* 16. 2. *Par.* 28. ℣. 24.

Imagines masculinas. hoc est, idolorum, aut Deorum, quos gentes masculos esse fingebant, vtpote Baal, Melchom, Beelphegor, Chamos, &c. erant enim & simulachra Dearum feminina, vt Astarthes, &c. Et *masculinas* quidem dixit, quod orationem ducat ex rebus, quæ in sensus cadunt: induxerat autem plebem Israëliticam sub specie feminæ petulantis, cui nil gratum esse potest, nisi virorum aspectus, & consuetudo: & ijs quidem verbis detegit veritatem metaphoræ: deinde redit ad allegoriam dicens: *Et fornicata es in eis*, hoc est, cum eis: diuinum scilicet illis impendisti honorem, quem mihi soli deberi cognoueras.

XVIII. *Et sumpsisti uestimenta tua multicoloria, & operuisti illas*. Imagines scilicet Deorum: sic enim habet Hieronymus. Subauditur *imagines masculinas*. quibus verbis satis aperte profitetur se conuertisse: *Operuisti illas*. sicut hodie in omnibus fere libris impressis legitur: non vero: & vestita es eis, quod multi manuscripti retinent. Porro Septuaginta transferunt: *& operuisti illas*: quomodo legit, & interpretatur Theodoretus dicens: Quæ a me, inquit, bona accepisti, hæc adulteris illis insanis offerebas, alijs eos instruens & adornans, alijs libamina & sacrificia peragens. Item Polychronius, qui sic habet: Atque illa quidem ad idolorum apparatum efficiebas: hæc vero ad cultum. Hebræum verbum, ותכסים, vathecasis, vtroque potest conuerti modo, & induisti, vel induta es, vt Rabbi Dauid admonet, alibi vero sic scribit: Prosequitur metaphoram cœptam: nam quomodo meretrices solent suos amatores induere vestibus diuersorum colorum, vt sibi pulchriores, & elegantiores appareant, sic Israël faciebat imaginibus idolorum, &c. neque aliud patitur contextus, & sententia concepta superioribus verbis. Itaque hanc lectionem: *& operuisti illas*, germanam esse putamus textui, & a diuo Hieronymo recognitam: manuscriptos autem codices ex antiqua versione mutuasse ea verba: Vestita es eis.

Hieron. *Theodor.* *Polychr.* *R. Dauid. in lib. rad. & in comment. huius loci.*

Et oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis. Oleum hoc loci vnguentum significat. Thymiama Græcum nomen valet suffitum, vaporationem, & omnem speciem aromaticam, quæ euaporatur

Thymiama suffitum significat.

ratur: in sacris autem literis appropriatum est cuidam compositioni ex certis speciebus odoratis, quarum mentio est in Exodo, vbi olei quoque vnctionis compositio monstratur facienda ex myrrha, cinnamomo, calamo odorato, & casia oleo mistis. Thymiamatis vero ex pulueribus stactis, onychis, galbani, & thuris commistis opere vnguentarij: atque oleo quidem illo sacro vngebantur vasa sacra, vestesque, & ministri Dei. Thymiama vero in altari incensi aureo (quod propterea vocatum est Thymiamatis) cremabatur tempore vtriusque sacrificij matutini, & vespertini in odorem suauitatis, vt latius dicemus in Cõmentario de sacrificijs. Vtramque compositionem sanctam esse voluit Dominus, vetuitque profanis vsibus adhiberi in eodem Exodi capite: vnde nũc suum appellat: *Oleum*, inquit, *meum, & Thymiama meum*, quod scilicet ego instituerim, atque in nominis mei solius honorem componi mandauerim, *posuisti coram eis*, vel dedisti, aut intulisti in eorum fana, vt scilicet oleo vasa ministerij inungeres; Thymiama vero in aris eorum adoleres, non sine ingenti dedecore nominis mei. Vel oleum ponere hoc loco, est lucernis infundere, vt arderent coram idolorum simulachris.

Exod. 30. ℣. 23.

XIX. Et *panem meum*, Septuaginta panes meos, *quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.* Nomine panis omne cibi genus intelligendum esse admonet Rabbi Dauid Chimhi, & merito; nam esculenta omnia significare solet in sacris literis, vt in Genesi. *Nec quidquam aliud nouerat* Putiphar *nisi panem, quo vescebatur*, id est, cibos suæ mensæ illatos: neque enim solus panis principi exercitus apponebatur: & in Prouerbijs Sapientia inuitans ad suauissimas epulas sic habet: *Venite, comedite panem meum*: & apud Lucam ingressus est Iesus in domo Pharisæi, alioqui inuitatus, *sabbatho manducare panem*: hoc est pransurus: Eodem modo in præsenti sumitur panis pro omnibus cibis, atque delicijs, vt sequentia testantur, in quibus singillatim enumerantur panis species variæ, scilicet simila, oleum, & mel: de quibus supra satis consideratum est. Nunc illud explanandum restat. *Posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis*: nam indicatur ea oratione moris fuisse idololatris adolere similam, oleum, & mel in sacris Deorum suorum: Et quidem in omni sacrificio prælibari solitum panem atque vinum, auctor est Fabius Pictor de Iano loquens, atque Virgilius testatur sic canens:

Illi ad surgentis conuersi lumina solis,
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.

Et Numa Pompilius Deos fruge coli, & mola salsa supplicari instituit; vnde & immolo verbum pro sacrifico deductum creditur, quæ quidem mola ex farre, sale, & aqua componebatur: sine qua mola nullum sacrificium ratum fieri censebatur: adhibebatur autem id far tostum, dicebaturque ador, & adoreum, & vulgo semen, vt Isidorus ait, etiam dictum, atque edor quondam appellatum ab edendo, quia eo primo vsi sunt homines, siue quia in sacrificijs eius generis panes ad aras offerebantur, vnde & adorea dicta idem Isidorus testatur. Porro Græci non farris, sed hordei primitias, id est, molas, seu liba, aut placentas ex hordeo, & sale confectas sacrificijs adhibebant, quas Homerus ἀλφίτους, vlochytas, propterea appellat, ab ἅλη, ole, hordeum, & χέω, cheo, inspergo, quasi hordeum aspersum, sale videlicet. Sed de varijs generibus panum diuersis Dijs, & Deabus dicatorum abunde satis agunt Pollux, & Athenæus.

Panis omnia esculenta significare solet. *R. Chimbi.* *Genes. 39. ℣. 6.* *Prouer. 9. ℣. 5.* *Luc. 14. ℣. 1* *Fabius Pict. lib. 1.* *Virgil. 12. Aeneid.* Idola pane oblato colebantur. *Isidorus.* *Iliad. lib. 1.*

Oleum sane Deorum sacris duplici modo inferebatur, vel super infusum extis, vel mistum cum similaginea farina in libis: prioris ritus meminit Virgilius. *Pollux. l. 6.* *Athe. l. 12.* Oleum etiã libabatur idolis. *Virgil. 6. Aenei.*

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

Idem iterum. *Virgil. Eclog. 5.*

Pocula bina noua spumantia lacte quotannis,
Craterasque duos statuam tibi pinguis oliui.

Olei vero libis insperси eundem Vergilium mentionem fecisse alibi, testatur Seruius. *Lib. 7. Aenei.*

Instituuntque dapes, & adorea liba per herbas
Subiciunt epulis: sic Iuppiter ipse monebat.

quo loco Seruius: ador proprie genus farris; liba autem sunt placentæ de farre, melle, & oleo sacris aptæ. *Seruius.*

Mel denique admisceri solebat libis, vt diximus modo ex eodem Seruio, atque vt Tibullus testatur, cum ait: Mel libis superadditum. *Tibullus*

Sic venias hodierne tibi dum thuris honores,
Libaque Mopsopio dulcia melle feras.

tum etiam in odoratam suffumigationem coqui solitum est: nam Suidas, Dioscorides, Plutarchus, & Galenus antidoti meminerunt odorati suffimenti ex varijs speciebus compositi, mistione mellis cocti vsque ad crassitudinem glutinis: atque id suffimentum existimo lege Domini prohibitum in Leuitico. Mel non *adolebitur in sacrificio Domino*. fortasse enim Aegyptijs iam olim moris erat id thymiama cum melle coctum Dijs suis incendere: cum quibus nulla ratione voluit Deus, vt fideles communicarent in sacris ritibus, vt alibi dicemus latius. *Suid. lib. 12* *Dioscor. lib. 1. cap. 24.* *Plut. lib. de Iside & Osiride.* *Galen. lib. 2* *Leuit. 2. ℣. 11.*

Et factum est, ait Dominus Deus.

Et tulisti filios, & filias tuas. Possunt hæc verba: *Et factum est*, præcedentibus adiungi: quomodo nectuntur in Hebraicis codicibus punctatis, quos habemus, atque in multis vulgatæ nostræ editionis voluminibus. Sic legit Rabbi Dauid, & interpretatur hoc sensu: Supradicta abominatio ita fuit, neque negabis a te fuisse perpetratam. Similiter Chaldæus, qui tamen per interrogationem conuertit sententiam: Fuerunt ne vere hæc omnia, quæ supra retuli? licet diuus Hieronymus abunde monstret, se ab ea oratione incœpisse versum sequentem, quando ab eadem quintum commentariorum librum in Ezechielem auspicatur: qua in re imitatus videtur Septuaginta, qui sic legerunt, vt in multis codicibus, & Hieronymiano habetur. Et factum est post hæc: quæ dicendi ratio non solum initium facere solet sententiæ distinctæ, sed exordium dare capiti, & libro, vt diximus initio capitis primi, & appareret initio capitis octaui. *Et factum est in anno sexto.* Item apud Lucam. *Factum est autem cum sacerdotio fungeretur* Zacharias: atque hoc eodem capite paulo inferius dicitur: *Et accidit post omnem malitiam tuam*: vbi Hieronymus explicatius conuertit Hebræam phrasim. Idem ergo hic valet: *Et factum est*: atque si diceret: ac insuper *tulisti filios*, &c. vel: Et adiecisti superioribus flagitium horribilius, scilicet: XX. *R. Dauid.* *Chald.* *D. Hieron.* *Luc. 1. ℣. 8.*

Tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi. id est, infantes qui in te nascebantur: quorum matrem appellat Ierusalem ex proposita allegoria coniugij, & se ipsum patrem. Dicit autem *tuos*, non meos, vt facti atrocitatem exaggeret. Vnde Scholiastes. Esto, inquit, fueris erga numen sceleста, quid naturæ quoque leges violasti? Apollinaris: Dæmonum cibum filios fecisti tuos, quos ad ipsorum voluptatem De nefaria filiorum immolatione multa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

luptatem immolabas: præterea oſtendit, id quod reuera Hieroſolymis accidit, a patribus ſcilicet, & matribus proprijs filios teneros immolari ſolitos Dæmonibus, vt habetur in pſalmo. *Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs*: & ſtatim: *Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quos ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan*. Idem ſignificant hæc ſequentia verba.

Pſal. 105. ℣. 37.

Et immolaſti eis ad deuorandum. Id eſt, tradens illos igni abſumendos: nam actus deuorandi, os, & lingua ſolent igni adſcribi in ſacris figurate, vt ſupra diximus ex illo Iſaiæ. *Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis*, &c. Vnde Septuaginta verterunt, in conſumptionem; hoc eſt, vt abſumerentur toti quaſi holocauſtum: extat eadem querimonia apud Ieremiam. *Et ædificauerunt excelſa Thopheth, quæ eſt in valle filij Hennom, ut incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni*: & iterum explicatius: *Aedificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtum Baalim*. Exemplum autem eius ſanguinariæ oblationis ſuppeditauit Achaz, de quo in libris Regum ſcriptum eſt. *Et filium ſuum conſecrauit transferens per ignem ſecundum idola gentium*: atque Manaſſes, de quo memoriæ proditum eſt in eodem libro. *Et traduxit filium ſuum per ignem*. Quid ſit autem traducere per ignem, interpretatur Ioſephus de Achaz loquens. Quibus etiam proprium filium holocauſtoma obtulit ritu Chananæorum. Offerebantur vero infantes per ignem traducti Idolo Moloch, vt in eodem libro Regum teſtatur hiſtoricus ſacer, de Ioſia loquens: *Contaminauit quoque Thopheth, quod eſt in conualle filij Hennon, vt nemo conſecraret filium ſuum, aut filiam per ignem Moloch*. Idolum Moloch, vel eius ſacrificium vocabatur, תפת, Thopheth, quaſi dicas portentum, ſpectaculum, viſu horrendum, quod combuſtis infantibus exhibebatur: tametſi alij malint dictum Thopheth quaſi tympanum, quod nefarij ſacrifici, dum adurebantur pueri in manibus ſtatuæ ignitæ, tympano ſonitum excitabant; ne innocentum voces audirentur: erat autem hoc excelſum, ſeu fanum prunarium potius in valle Ioſaphath, vel regis dicta, quæ adiacet vrbi Ieruſalem ad Orientem dicta Geennom, quaſi vallis Hinnon, vel filiorum Hinnon, a qua tractum eſt nomen Gehenna in Euangelijs frequenter vſurpatum pro loco æterni incendij apud inferos: cui translationi occaſionem dederat Iſaias dicens: *Præparata eſt ab heri*, iampridem, *Thopheth, a rege* regum, qui eam ad inſtar Ioſiæ dicauit in prunarium damnatorum, *præparata, profunda, & dilatata*, talis enim erat conuallis Hinnon: *nutrimenta eius ignis, & ligna multa*, vt olim ſolebant admoueri infantibus concremandis, *flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam*: ac ſi dixiſſet: Neque deerunt folles, qui ignem excitent: nam flatus naſi, ſeu indignationis diuinæ eam inflammabit pyram, non ſecus atque iniecto ſulphure ardere ſolet, & ali ignis.

Ier. 7. ℣. 31 & 19. ℣. 5.

4. Reg. 16. ℣. 3.

Ibid. 21. ℣. 6.

Quid ſit transferre filios per ignem.

Ioſeph. l. 9. ant. cap. 12.

4. Reg. 23. ℣. 10.

Idolum vel ſacrificium Moloch, vocabatur Thopheth.

Ioſ. 15. ℣. 8.

De valle Hennon; & quare vocetur infernus gehenna.

Iſ. 30. ℣. 33

Nunquid parua eſt fornicatio tua?

XXI. *Immolaſti filios meos, & dedisti, illos conſecrans, eis.*

Septuaginta: Quaſi parum fornicata ſis, & interfeciſti filios tuos ad expiandum. Scholiaſtes. Non ſatis, inquit, tibi fuit in me peccaſſe, niſi etiam adulterio cariſſimorum mihi pignorum cædem addidiſſes? vt impietatis ſimul, & parricidij facinore te contaminares? Seuerus: Quale hoc? etiam filios interemiſſe? hoc vnum deerat ad ſcelerum inuentionem: præterquam quod idola colebas, inimi eam fuiſſe naturæ? pudorem depoſuiſſe & fidem, ſia gitium erat, ſed femineum: parricidam autem eſſe, pluſquam ferinum. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto*. Hieronymus: Vbi nos poſuimus: *Et dediſti, illos conſecrans, eis*, pro quo Septuaginta tranſtulerunt: Et dediſti eos ad placandum ſiue expiandum, Aquyla, Symmachus, & Theodotio poſuerunt: Tranſtuliſti, & transduxiſti eos: quia Ethnici per ignem filios ſuos vel tranſferunt paruulos, vel adultos tranſire compellunt. Polychronius: Conſecratio vel expiatio dicitur ſacrificium, quod fiebat ad aliquod malum deprecandum, & auertendum, quod lex ἀποπομπαῖον, apopompaeon, depulſorium appellat, iubens hircum quam longiſſime abduci, & in ſolitudinem dimitti. Seuerus: Qui ſcholion appoſuit verbo, ſcripſit vt intellexit; ego vero ἀποτροπιάζεσθαι, apotropiazeſthæ, conſecrare, intelligo, quod patres in ignem filios conijcerent: id quod in Regum libro citato narratur & Achaz & Manaſſes indigniſſime perpetraſſe: ac de vniuerſo quoque Iſraële ſimiliter ſcriptum eſt, qui filios ſuos, & filias ſuas per ignem traducebat. Vtrumque enim dicebatur ſacrificare filios Dæmonijs, ſcilicet per ignem viuos traducere: atque in expiatricem victimam offerre: quare vtrumque coniunxit Propheta, & mactare filios, & conſecrare in piacularem victimam. Obſcure ſatis elucidaſſe videntur prædicti auctores hos verſus. Vtriuſque ſententiam breuiter accipe. Vt Deo vero fideles offerre ſolebant holocauſtomata, id eſt ſacrificia omnino conſumenda in igne, atque alia votiua, vel piacularia, aut deprecatoria (de quibus abunde diſſeretur in Commentario ſacrificiorum) quorum pars minima igni dabatur, reliquum cedebat in partes miniſtri, vel offerentis; ita prorſus Dæmon ſibi duplici ritu filios a patribus offerri ſanxerat, vel omnino inflammandos in holocauſtum, vel initiandos ad odorem ignis. De prima oblatione agitur verſu vigeſimo; de altera hoc præſenti verſu. De prima tractat [a] Ieremias, & Ioſephus; de ſecunda liber [b] Regum, & Ieremias.

Thr. 4. ℣. 3.

Hieronym.

Aquyla. Symmach. Theodot.

Polychr.

Seuerus.

4. Reg. 16. & 21.

Filios meos. Dulciſſimum verbum, & nectare ipſo ſuauius: dolor amoris index, & teſtis, Dei in homines beneuolentiam, & gratiam detexit: *filios*, inquit, *meos*, quos indulgentius enutriebam, & exaltare decreueram. O vere paterna viſcera, immo vero materna dixerim, non hæc ſine cordis intrinſeco dolore protuliſſet carnalis pater, neque mater ſine lacrymis & lamentis: neque Deus, ſi ſenſu tangeretur, minus doluiſſet cariſſimorum pignorum oblationem execrandam, & cædem indignam. Sed iam mihi a Theologis obijcitur: Quid eſt quod Ioannes Eccleſiæ prærogatiuam facit, [c] *filios Dei fieri*; & Paulus fideles accepiſſe teſtatur [d] *ſpiritum adoptionis filiorum*; Iſraëlitas vero contra *ſpiritum ſeruitutis*, quandoquidem Synagogæ alioqui adulteræ prolem filios ſuos hîc Deus appellat? [e] Quia Apoſtolus de lege loquebatur Moſaica, vt legi gratiæ opponitur, quæ nunquam ingenerauit eum ſpiritum adoptionis, ſed potius timoris, oſtenſis portentis, quæ timorem incutiebant: aliud eſt autem loqui de ſtatu legis, aliud de ipſo Deo auctore legis. Deus enim eundem ſemper animum in homines habuit, id eſt paternum, non ſemper tamen eundem oſtendit ob duritiam cordis eorum, & quia ſic expediebat Eccleſiæ, vt per interualla temporum ſtatus ſui incrementa ſuſciperet vſque ad menſuram ætatis pleniſſimæ, quam aſſecuta eſt cum per Chriſtum accepto Spiritu ſancto euecta eſt ad filialem adoptionem, vt Paulus tradit. Quid quod hoc

Gal. 4. ℣. 5.

loco

[a] *Iere.* 19.
Ioſeph. cit. tus.
[b] 4. *Reg.* 16. *Ier. citati.*
Quaſi doleat Deus de nece filiorum Iſrael filios ſuos compellat, & benignitate plena oratione. Quæſtio quo modo ſit peculiare filiorum Eccleſiæ accepiſſe poteſtatem, vt filij Dei fiant, ſi etiam ſynagogæ filij vocantur Dei filij.
[c] Io. 1. ℣. 12
[d] *Rom.* 8. ℣. 15.
[e] *Reſpondet*

loco filij Dei nominantur infantes, secundum propositam parabolam, & translatitie. Fideles autem
1. Ioan. 3. vere sunt filij adoptiui, testante Ioanne: *Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.*

XXII. *Et post omnes abominationes tuas, & fornicationes non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.*

Obliuio acceptorum a Deo beneficiorum auget maxime scelerum grauitatem.

Septuaginta: Hoc est, super omnem fornicationem tuam, & non es recordata: ac si dicat: Adulteria commisisse humanæ fragilitatis erat, filios immolasse insaniæ, quæ fructus est impudicitiæ: esto hæc perpetraueris lymphatico furore correpta: quale est, postquam deferbuit libidinis æstus, ne tui ipsius quidem, non dico mei esse recordatam? nunquam ad te ipsam redijsse? neque memoria versasse, qualis tua fuerit infantia, pueritia, adolescentia? nam si pristina in memoriam reuocasses; inuenisses, vt ego te nudam, & omni prouidentia orbatam, atque secundinarum sanguine pollutam excipiens ablui, auctorque fui, vt & viueres, & omnium rerum abundantia, atque gloria fruereris.

Dei, & sui ipsius obliuiosus homo vocatur Enos.

Nota primo, quam sit antiquum homini, obliuisci sui, tum Dei: non frustra appellatus est אנוש, Enos, post lapsum, qui a conditione vocabatur אדם, Adam, id est terrenus. Valet autem Enos obliuiscentem, vel obliuiosum actiue, vt dicunt, & passiue, stupidum potius, qui nec sui recordatur, neque amplius in memoria est medicorum vel hominum. Eum scilicet qui obliuiscitur, atque dignus est, cuius omnes obliuiscantur: nimirum qui cum in extrema versetur miseria, sitque omnino stupidus, incurabilis, & desperatus, & plane indignus Dei, & hominum memoria; nihilominus ipse & suæ infelicitatis, & Dei, qui vnus vicem eius doluit, misericordiæ obliuiscatur. *Quid est homo*, Enos, ait Dauid, *quod memor es eius?* hoc est: Quis est ille obliuiscens, stupidus, vt eius recorderis? Vel ille ærumnosus, desperatus, memoria indignus, cuius recorderis? & iterum: *Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum.* homines ingenio obliuiosi, obliuiscentes Deum, &c.

Psal. 8. ℣. 5.

Psal. 49. ℣. 22.

Memoria propriæ miseriæ & delictorum vnicum aduersus superbiam medicamentum. 2. Pet. 1. ℣. 9.

Nota secundo, contra venenum, quod superbia infundit, vnicum antidotum esse, memoriam propriæ miseriæ, & delictorum: immo non solum theriacam esse contra insolentiam; sed etiam vitæ laxioris correctionem: ait enim Petrus. *Cui enim non præsto sunt hæc* (loquebatur de patientia, pietate, caritate) *cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens*, oblitus, *purgationis ueterum suorum delictorum*: ac si dicat: Qui ijs vacat virtutibus, plane profitetur se oblitum, quanta crimina admiserit, & quam liberaliter sibi condonata fuerint: hæc enim si mente tractasset, non esset tam nudus ornamentis pietatis: Iacobus item ait. *Si quis auditor est uerbi, & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* id est, qui verba Dei audita non exequitur opere, aperte testatur, se leuiter, perfunctorie, & quasi in speculo, quod imaginem refert fugacem, considerasse natalitia sua, & ante actæ vitæ errores: nam qui iusto examine seipsum expendit, & propriæ turpitudinis deformes intuetur vultu, non potest non inflammari in amorem eius, qui dignatus est aspicere, decorare, & amare diuinis oculis indignissimum.

Iacob. 1. ℣. 23.

a Cur Deus improperet sponsæ collata beneficia, cum magnificentiæ sit obliuio eorum, quæ quis contulit. *Cic. in Læl.*

Sed hîc se nobis offert quæstio non facilis: a Quid est quod Deus de sponsa conqueritur, oblitam esse suæ miseriæ, atque diuinæ misericordiæ, cum proprium sit magnificentiæ, obliuisci, quæ donauit? nam, vt Cicero testatur: Odiosum sane genus hominum est beneficia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit: & Seneca: Qui beneficium dedit, meminisse non debet. & rursus: Nunquam neque querens dicam:

Senec. lib. 7. de benefic.

Virg. 4. Aeneid.

——— *ejectam litore egentem*
Excepi, & regni demens in parte locaui.

non est ista admonitio, sed conuitium: in odium beneficia perducit exprobratrix eorum memoria. Triũ Charitum, quas finxere Græci, duæ aspiciebant intuentem, tertia auersa erat; vt docerentur, qui accipiunt, debere æterna memoria intueri donaria; qui largiuntur vero nunquam ea amplius in mentem reuocare. Huic quæstioni respondemus, Deum hoc facto nomini suo parcere, vt nostræ consulat vtilitati: atque æquius ferre, se iudicari exactorem, quam nos esse immemores, & ingratos: tanti interest nostram vilem conditionem, & Dei in nos beneficentiam perpetuo recordari; vt eam memoriam nobis omnino necessariam vel cum suæ existimationis discrimine exigat, & expostulet.

Suo nomini parcit Deus nostræ consulens vtilitati.

XXIII. *Et accidit post omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus)*

XXIV. *Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.* Hieronymus. Hoc, quod secundo dicitur; *væ, væ tibi*, vulgata (intellige, vetus ex Septuaginta conuersa) editio non habet; sed de Theodotionis editione additum est: rursumque vbi nos diximus: *Et ædificasti tibi lupanar*, pro quo Septuaginta transtulerunt: Et ædificasti tibi habitaculum fornicationis, Symmachus, & Theodotio πορνεῖον, porneion, interpretati sunt: Aquyla volens exprimere etymologiam sermonis Hebraici גב, gab, posuit βόθυνον, bothynon, quod nos dicere possumus foueam, vt significet ganeam, ac defossum specum atque tenebrosum, in quo prostitutarum libido versatur, quodque sequitur: *Et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis*, pro quo Septuaginta transtulerunt, ἔκθεμα, ecthema, id est prostibulum, domum meretriciam, in Hebraico habet רמה, ramah: & tam Aquyla, quam Symmachus, & Theodotio excelsum, & sublime interpretati sunt. Denique & in consequentibus, vbi scriptum est. *Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ*: Pro signo, & prostitutione rursum in Hebræo habetur, רמה, ramah: quod nos vel *prostibulum*, vel *signum*, interpretati sumus, cum apud Hebræos vnum vocabulum sit, &c. Hæc Hieronymus.

XXIV. *Hieronym.*

Symmach. Theodot. Aquyla.

Porro quod initio versus legimus: *Et accidit post omnem malitiam tuam.* Hebraice dicitur: Et factum est: vt supra notauimus. Vertiturque a Hieronymo ad amussim. Sed quidnam illi accidisse significetur, varie interpretantur auctores. Rabbi Dauid nectit ea verba cum superioribus hoc sensu: Accidit hoc, quod dixi, scilicet, vt ad pristinam miseriam ob tua flagitia redires, & iterum in sanguine volutareris. Ceterum hic sensus non texit probe allegoriam, cui repugnat adultam redire ad secundinas, sub auditque non necessaria. Theodoretus cum Græcis ceteris, ea verba refert ad duplex, *væ*, quod sequitur. Sic enim habet: fructum enim ingratæ tuæ mentis lamentationem percipis, & luctum. Scholiastes: Finis, inquit, impietatis tuæ erunt aliæ alijs succedentes calamitates. Ceterum conuenientius nectitur hoc initium orationis: Et factum est, vel, *Et accidit*, cum ea, quæ sequitur, periodo: *Et ædificasti tibi lupanar*, &c. cetera per parenthesim interserenda (*væ, væ tibi, dicit Dominus Deus*) qua figura significatur animus sponsi vehementi dolore exulceratus, & iudicis pectus magna miseratione

R. Dauid.

Theodor.

Scholiast.

commo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

commotum, quod tam audax facinus, & tam detestabile scelus femina designasset: Non satis, inquit, erat tam fœda admisisse flagitia, nisi lupanar etiam tibi ædificares, vt te profitereris non iam adulteram a proco seductam, sed meretricem potius impudentem? *Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Agnitio* aspectus *vultus* tui *respondet* de te, quod peccatum tuum quasi Sodoma prædicaueris, neque absconderis: væ animæ tuæ quoniam reddita sunt tibi mala. Duplex *væ*, temporalis, & æternæ mortis merces erit digna tam insignis impudentiæ. Hæc verba cum ingenti animi sensu, quē interiectio dolentis repetita testatur, prolata sunt: Origenes: Si consideres animam expositam amatoribus suis, videbis quomodo faciat sibi domum meretriciam, & suscipiat omnes, qui cum ea velint fornicari. Anima humana valde speciosa est, & mirabilem habet pulchritudinem: artifex quippe eius cum eam primum cōderet, dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. quid hac specie, & similitudine pulchrius? quidam ergo adulteri, & sordidi amatores decore eius illecti desiderant eam corrumpere, & fornicari super eam: quam ob rem sapiens vir Paulus dicit: *Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua; ita corrumpantur sensus uestri*. Sensus nostri in fornicatione carnali corrumpuntur: in spiritualibus vero stupris animæ sensus corrumpitur, & ipsa anima vulneratur ab amatoribus suis, hoc est ab immundis potestatibus, quarum doctrinæ, vel voluntati acquiescit: Hæc ipse. Ex quibus verbis interpretamur quoque versum, qui sequitur.

Ier. 3. ℣. 3. Isa. 3. ℣. 9.

Duplex, væ, temporalem & æternam iudicat mortem. Origen.

Animæ pulchritudo. Genes. 1. ℣. 26.

2. Cor. 11. ℣. 3.

XXV. *Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ*. Hebraice. Aedificasti tibi excelsum, vt supra notauimus ex Hieronymo. Septuaginta: fornicationes tuas: texit enim Propheta allegoriæ subtegmina licijs veritatis: excelsum ad historiam pertinet, nam in excelsis immolabant falsis Dijs Israëlitæ: lupanar, vel prostibulum, seu fornicatio translatitie dictum est ipsum excelsum, & fanum idolorum, quæ quidem excelsa, aut altaria in capitibus viarum, seu compitis construxisse dicitur Ierusalem; vt meretricem libri Prouerbiorum videatur imitata, quæ in plateis, & in angulis platearum prætereuntes stultos iuuenes ad suos incitet amplexus. Secundum historiam vero, quoniam, vt videre est in Iudicum atque Regum libris, non solum excelsos montes, & colles, Templumque ipsum Deo sacrum; sed vrbem totam Ierusalem, vias, plateas, fora, compita, domosque priuatas idolorum aris, atque simulachris erectis compleuerunt. Polychronius. In capite omnis viæ, interpretatur, iuxta vias, quæ ducunt ad gentes, vt ex loco incolas indicet: ac si dicat. Omnium gentium impietatem sunt imitati, singularum idola figentes in capite viarum, quæ ad ipsas nationes ducebant.

Prouer. 7.

Iud. 2. & 3. 4. Reg. 16. & 21. Polychr.

Et abominabilem fecisti decorem tuum. Populi Israëlitici pulchritudo in vnius Dei cultu sita erat, vt Balaam cecinit. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui*, &c. Et vnde nam tantam pulchritudinem habet Israël? *Non est idolum*, inquit, *in Iacob, neque videtur simulachrum in Israel; Dominus Deus eius cum eo est*, &c. quod si ita est, cum in omnibus compitis visuntur altaria, & simulachra Dei non sui; manifestum est, adulteram plebem vniuersam pulchritudinem amisisse. Vide in Threnis feminam olim reginam, diuitem, speciosam, iam viduam, fœdata facie atratam, desertam a subditis, & ancillis, seruam ex principe, turpem ex formosa, inopem ex diuite; & agnosce plebis Israëliticæ viuam imaginem, cum, Deo relicto, idola colere cœpit. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus &c. Filij sion inclyti, amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli, &c. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores: denigrata est super carbones facies eorum; & non sunt cogniti in plateis*.

Num. 24. ℣. 5.

Ibid. 13. ℣. 21.

Threuor. 1.

Threnor. 4.

Et diuisisti pedes tuos omni transeunti. Habitum notat meretricis se sponte comparantis ad fornicandum, diuaricans crura, vt legunt Septuaginta: atque innuit illam facilem ad deceptionem fuisse, vt placet Polychronio: vel, cogitationibus, quæ vitiorum incentiua suppeditant, cor suum aperuisse, vt Hieronymus sentit.

Polychr.

Hieron.

Et multiplicasti fornicationes tuas: putans quod posses te satiare libidine.

Et fornicata es cum filijs Aegypti vicinis tuis magnarum carnium. Filios vocat Aegypti, Deos, qui in Aegypto colebantur, quasi iuuenes dixisset Aegypti: nam id significat filius frequenter: per carnes vero libidinosa corpora intelligit, de quibus infra. *Quorum carnes sunt ut carnes asinorum, &c.* Huiusmodi autem homines, ait Rabbi Dauid, impudicæ feminæ ardenter expetunt. Per translationem autem, ait Theodoretus, magnos carne eos, qui supra modum idolorum cultui addicti erant, nominauit: qui hircos, & boues, & oues, canesque, & simias, & crocodilos, & ibes, & accipitres adorarunt. Scholiastes: Qui nihil spirituale, nihil diuinum cogitant, sed omnia carnalia, quique insectis etiam tribuunt honorem. Vterque interpres historiam narrat, sed discedit a proposita translatione: neque enim exprobrat meretrici Vates, quod mista sit meretricibus, sed adulteris: in allegoria autem instituta omnes idololatræ meretrices sunt, non adulteri. Ergo filij Aegypti sunt, vt diximus, Dij, quos illi colebant: *magnarumque* dicuntur *carnium*, quod homines fuerint libidinosissimi: atque tum vitæ anteactæ exemplis, tum turpissimis excogitatis sacrorum ritibus ad omnem spurcitiam cultores irritarent. In ipsis autem idolis Origenes merito intelligit Dæmones, qui carnalibus peccatis gaudent, inhiantque carnis sensibus, etiamsi carnes non gerant.

XXVI.

Inf. 23. ℣. 20. R. Dauid. Theodor.

Scholiast.

Origen.

Et multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me: Septuaginta: Multipliciter fornicata es, vt me ad iracundiam prouocares. Scholiastes: Ostendit illos omnium gentium idololatriam imitatos. Origenes: Mea, inquit, indulgentia ad omnia scelera abusa es, quasi impudens scortum non contentum legibus naturæ, noua alia, & nefanda excogitauerit libidinis incitamenta: idque non tam, vt concupiscentiæ satisfaceret, quam vt dulcissimi sponsi bilem excitaret, atque os eius amaritudine repleret; sed non impune: nam opportune consequitur.

Sunt qui peccant non vt suis satisfaciant passionibus, sed vt diuinam prouocent maiestatem. Scholiast. Origen.

XXVII.

Ecce ego extendam manum meam super te. In aliquot codicibus legimus, extendi, vt referatur ad supplicium de illa sumptum per Philisthæos, de quibus statim mentio est: quæ lectio, vel sensus nobis admodum placet, vt pote historiæ conueniens. Si autem leganius, vt fere vulgari codices habent, *extendam*, in prædicto sensu accipiemus, futurum pro præterito vsurpatum a Vate dicentes: idemque de futuris, quæ sequuntur, faciendum credimus. Porro extendere manum, punire significat Hebræis, quod is sit gestus castigantis, vt supra diximus ex illo Isaiæ. *Adhuc manus eius extenta*, in altum scilicet: nam cum extenditur manus demissa, & aperta, vi-

Extendere manum id est quod punire. Isa. 9. ℣. 17

Isa. 65. ℣. 2. ta, vltro ferentis opem propria est. Isaias. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.* Et in Pro. 1. ℣. 24 Prouerbijs. *Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret.*

Et auferam iustificationem tuam. Septuaginta: legitima tua. Decem codices manuscripti vulgatæ editionis, ius tuum, legebant, vt notant Louanienses: Hebraice legimus פן, choq, id est statutum, quod vocabulum hæc omnia amplectitur, atque alia plura: nam eius radix פקק, chaqaq, significat statuere, definire, determinare, delineare, describere, perscribere, omnia scilicet munia legislatoris exequi: quare verbale פן, choq, valet statutum, constitutionem, ordinationem, legem, formam viuendi, cultum, cæremoniam, atque id omne, quod manat a legislatore, certis & exaratis decretis formam viuendi præscribens. Vnde vsurpatur pro lege diuina in psalmis non semel, & in Deuteronomio. *Et nunc Israel audi præcepta, & iudicia:* Vel statuta Ecclesiastica, & leges politicas: Pro ritu in Exodo. *Hæc est religio Phasc.* Pro demenso vel mensura iterum ibidem: *Quare non impletis mensuram laterum, sicut prius?* Pro annona constituta, vt in Prouerbijs. *Dedit que prædam,* cibum, *domesticis suis, & cibaria,* statutum, portionem, *ancillis suis.* Pro definitione, termino, in eisdem Prouerbijs. *Quando circundabat mari terminum suum.* Pro dimensione in Ezechiele. *Hæc est ergo lex domus,* id est, dimensiones, mensuræ. Quid autem hoc loco significet, non est facile diuinare. Hieronymus de legis cæremonijs, sabbathis, & festiuitatibus interpretatur. Theodoretus de lege ipsa: Mouebo, inquit, ad disciplinam manum meam, & spoliabo te splendore legis, & te hostibus tuis constituam ludibrium. Rabbi Dauid, & alij pro annona accipiunt, quasi comminetur Deus, se ablaturum annonam solitam, quo caritate victus laborans resipisceret. Sic Oseas. Auferam *lanam meam, & linum meum.* Est autem magnum Dei beneficium hæc punitio contra seuerum illud iudicium quod minitatur idē Oseas. *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus, quasi agnum,* in latitudine scilicet saginandum ad carnificinam: & iterum. *Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum.* Sed de hac re alibi fusius. Crediderim in præsenti loco (choq) siue *iustificationem* vsurpari pro oris specie, seu forma, venustate, splendoreque faciei: quomodo sumitur infra: *Imagines Chaldæorum expressas coloribus,* vel depictas, constitutas minio: per speciem autem oris puellæ constat significatam esse speciosam reipublicæ Israëliticæ politiam, quæ in libertate & pace maxime lucebat: contra bello, & oppressione Tyrannorum deformabatur. Dici autem potest iustificatio, quoniam sita erat in iustitiæ executione: quasi Vates hoc loco narret, Deum prouocatum plebis Israëliticæ idololatria abstuliisse (nam futurum pro præterito stat, vt supra diximus) iustificationem eius, hoc est, libertatem, florentem reipublicæ statum, regimen consulum, & ducum, quo libere administrari solebat, atque illam subiecisse Philisthæis, vt ab hostibus iura peteret, quæ Dei sui leges violauerat: nam hoc est, quod subditur.

Et dabo te in animas odientium te filiarum Palæsthinarum. Anima teste Rabbi Dauid, hoc loco est vis animalis, appetitus, appetentia, desiderium, vota, ea scilicet facultas, qua appetimus corpori consentanea, & qua communicamus cum belluis. Vnde dicimur animales a diuo Paulo. 1. Cor. 2. ℣. 14 *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Sic vsurpari dicit Ps. 26. ℣. 12 in psalmo. *Ne tradideris me in animas tribulantium me,* id est, in desideria, voluntatem: Eodem modo vsurpatur apud Matthæum. *Ne solliciti sitis animæ nostræ, quid manducabimus* Et in Exodo. *Diuidam spolia, implebitur anima mea.* Et in psalmo. *Et non tradat eum in animam inimicorum eius.* Hoc est, in desideria. Idem omnino significat in præsenti. Tradam te desiderio odientium te. Filias vero appellat secundum Rabbi Dauid, & Chaldæum, oppida, & respublicas, quæ a metropoli natæ sunt, illique parent, atque ab ea reguntur, & proteguntur, non secus quam a matre filia; tum etiam ciues, & oppidanos ipsos, vt in psalmo. *Filiæ Tyri:* & iterum. Filiæ *Sion:* & tertio. *Filiæ Ierusalem,* in Canticis. Sic filiæ Palæsthinarum, aut Palæsthinæ sunt vrbes, oppida, vel potius ciues, & oppidani Philisthææ, scilicet Accaron, Gazæ, &c. Seruatque Vates decorum parabolæ in eo, quod Philisthææ incolas facit filias, sicut Hierosolymitanam plebem puellam induxerat.

Palæstinarum. In genere femineo legunt nostra exemplaria. Ceterum Hebræa, Septuaginta, & Chaldæus habent Palæstinorum, sicut & alibi dicitur. *Ne forte lætentur, &c. filiæ incircuncisorum;* sed sensus non variatur. Sunt autem Palæsthini, seu Philisthæi, qui ex antiquis Palæsthinæ incolis ad oram maris relicti sunt, Deo ita prouidente, vt per eos tentaret Israël, an in mandatis eius ambularet: vt in libro Iudicum videre est, qui quidem initio vectigales erant Israëlis, postea hostes, quandoque etiam minatores. Illis enim traditi sunt Israëlitæ multoties puniendi, vt in libro Iudicum legimus. atque ex hac perpetua contentione, tum etiam vicissitudine dominationis implacabile odium inter vtranque gentem exarsit: quapropter vt epitheton perpetuum Philisthinorum apponitur, *odientium te.*

Quæ erubescunt in via tua scelerata. Si *in* significet quod sonat, sensus erit: Quæ feminæ quantumuis impiæ, & exleges erubescunt talia patrare, qualia tu ausa es: fornicantur quidem, sed non palam; hoc est, colunt idola quandoque aliena, sed elanculum; neque audent, quod tu fecisti, inuerecunde profiteri se Deorum alterius gentis cultrices. Huiusmodi querimonia habetur in Ieremia. *Transite ad insulas* Ier. 2. ℣. 10 *Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos?* quasi dicat, minime: immo erubescerent talia de se iactari; tu vero non erubescis? *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius,* arces, turres, *desolamini,* concutimini, tempestatem excitate, &c. Si autem *in* sumatur pro, propter, vt solet; talis est versus sententia: Quæ feminæ Palæsthinæ, alioqui meretrices, tui similes, verecundantur tamen, cum audiunt tuam vel in scortando procacitatem, libidinem, appetētiam, & turpitudinem. hoc est. Quam impudenter, posthabito Deo tuo, in media luce idolorum erexeris statuas, & aras struxeris, &c. Rabbi Dauid ipsas quoque, quæ te oderunt, pudet viarum tuarum, eo quod sint sceleratissimæ. Obserua, peccatum per se esse turpissimum, adeo vt ipsis peccatoribus deforme videatur. cum tamen affectu vehementi excæcantur mentis oculi, non possunt illius fœditatem animaduertere. propterea eiusmodi hominibus offerenda est sua ipsorum facies in altero, quasi in speculo relucens, qua visa haud dubio erubescent: En Philisthæi ob turpitudinem Iudæorum verecundantur, cum ipsi potius glorientur: ea propter Nathan Propheta adulterum hominem persona Dauidis induit, ipsique simulachrum sui ipsius obiecit, quo viso repente inhorruit, erubuit, & pœnitere illum cœpit. Stateræ dolosæ bilances permutamus, ne nobis imponat. *Chanaan in manu eius* ℣. 7.

Statutum varia significat, nempe legē, ritū, demensum, annonam, terminum, seu dimensionem.

Iustificatio pro oris specie.

Anima pro desiderio. R. Dauid.

R. Dauid. Punitio magnum Dei beneficium, ne sequatur peccata derelictio. Oseæ 2. ℣. 9. & 4. ℣. 16.

Superat Iudæa sceleribus Philisthæam.

R. Dauid.

Peccati deformitas & turpitudo ipsos deterret peccantes quantumuis in illud exardescant.

Vt facta nostra videre possimus, alios eisdem induamus. Oseæ 12.

statera dolosa. Mercator scilicet animarum Sathan nostra extenuat, aliena exaggerat; at, si lances commutaueris, deprehendes fratrem venia dignum, te vero grauiora peccasse; vnde merito erubescere debeas. Septuaginta aliter conuertunt hæc verba: *Quæ erubescunt in via tua*. legunt
Theodor. enim: declinantes de via tua, vt in Theodoreto, Complutensi, & alijs codicibus legimus. Codex vero Vaticanus habet: declinantes te de via tua.
Hieron. Hieronymus, in antiqua eodem modo se legisse indicat. Si intransitiue, quod dicunt, accipias verbum, eundem fere sensum reddit, quem vulgata lectio: nam declinare de via eius meretrices Palæsthinas, est præ pudore nolle comitari procacissimum Iudææ scortum per vias, & compita in media luce amatores quæritans. Si autem transitiue accipias verbum, vel pronomen (te) addas pro apposito, sensus erit: Ipsemet meretrices, quæ te sollicitarunt ad fornicandum exigent a te delicti pœnas: hoc est Philisthæis, quorum mores imitata es, te tradam illudendam.

XXVIII. *Et fornicata es in filijs Assyriorum, eo quod necdum fueris expleta. Et postquam fornicata es nec sic es satiata*. Hebraice, cum filijs: vel ad filios. est enim eadem præpositio את, el, quæ versu superiori: pro qua Hieronymus vertit: *cum filijs Aegy-*
R. Dauid. *pti*. Rabbi Dauid: Non contenta abominationibus Aegyptiorum vicinorum tuorum, quinetiam fornicata es cum filijs Assur a te longinquis, eorum idola colendo. Quod vero additur: *Eo quod*
R. Ioanath. *necdum fueris expleta*, Rabbi Ioanathas sic interpretatus est: Eo quod non cognoueris legem. & postquam fornicata es, nec sic es satiata.
R. Dauid. Theodor. Sic autem vertit apud Rabbi Dauid: Neque cognouisti pœnitentiam. Theodoretus: Vnaquæque natio, inquit, proprijs seruiuit idolis, tu vero cum adoraueris Deos omnes, & omnium idolorum, quæ sunt vbique terrarum, cultum complexa sis; nondum tamen ne hodie quidem vlla te impietatis satietas cepit, &c. Inexplebilem
Peccandi cupiditas insatiabilis. idololatriæ libidinem aptissime declarat Vates meretricis insatiabili appetentia, de qua scriptum
Prou. 30. ℣. 15. est in Prouerbijs. *Sanguisugæ*, hirudini, *duæ sunt filiæ*, duo ora, *dicentes: affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum nunquam dicit: sufficit. Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ non satiatur aqua; ignis vero nunquam dicit: sufficit*. Hoc est, quat-
Quadruplex insatiabilis cupiditas, vindictæ, libidinis, diuitiarum, & gloriæ. tuor sunt vitia capitalia insatiabilia: vel, quadruplex cupiditas, quæ nunquam expletur. Prima, sanguinis & vindictæ appetitus in hyrudine sitibunda, duplici ore sugente sanguinem apprime significatus: quod iste carnifex ore famam proximi semper corrodat, & ore gladij corpus dilaceret: vel quod duplici capite est, ira scilicet, & inuidia eius sanguinem sugat. Secunda est libido, & concupiscentia carnis per os vuluæ designata, quod in eo maxime vigeat: etenim mulieris concupiscentia insatiabilis est. Tertia est auaritia, diuitiarum appetentia, terræ similis, quæ nunquam aquis satiatur: ideo dicta Pluto, subterraneus Deus; & hydropisis, de qua egregie
Lib. 1. Fastor. dici potest illud Ouidij.

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Quarta est gloriæ auiditas. Ecce ignis alta petens, & omnia in se conuertens, atque subijciens: nam superbus semper anhelat ad honores, omniaque in suam conuertit gloriam, & omnibus dominari cupit. Verum inter hæc quattuor insignis est feminæ libido, quæ nunquam expleri potest, rectèque eam prædictis capitibus significari posse dixerim: est enim tanquam sanguisuga perpetuo sitiens, & quasi terra sabulosa humorem trahens, atque quasi ignis vorans fornicarij substantiam, & medullas: nam his omnibus confertur a Spiritu sancto. *Nouissima eius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps*. Et infe- *Vide cap. 5. Prouerb.*
rius. *Bibe aquam de cisterna tua*, id est, contentus esto cum vxore tua, atque apud Iob. *Ignis est vsque ad perditionem deuorans*. Sed vt ex thesi descendamus ad hypothesim, Israëlitici scorti appetentiam insatiabilem Ieremias eleganter significat vna atque altera similitudine: *Onager*, inquit, *assuetus in solitudine, &c. attraxit ventum amoris sui; nullus auertet eam, omnes qui quærunt eam, non deficient*, *Iob 31. ℣. 12.* *Ier. 2. ℣. 24.* defatigabuntur, *in mensibus eius inuenient eam*. Hoc est: Onagra, asina syluestris, cum semel naribus hausit odorem masculi, quem amat perdite, illum insequitur, nullis viribus detineri potest, aut retardari a cursu: qui eam insequuntur venatores frustra laborant: si lassari nolunt, inuestigent caucam, qua cum masculo quiescit: nam nisi prægnans capi non potest. Deinde ad adulteram conuertit sermonem, quam inducit per nemora & saltus velocissime currentem post amatores suos: se vero quasi maritum, qui vxorem insequitur, vt ab errore reuocet: quo te is perditum, inquit, quo properas? quem quæris misera? quis te agit æstus? Lacerasti pallam meam auro textam inter vepres, & condensas syluas, calceos attriuisti hyacinthinos, pedes nudos cruentasti, & adhuc curris anhela, sitibunda. *Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti*. (vel tui miserere, quæ in via aspera pedes nudos gestas, gutturque siti aridum.) *Et dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo*: Hoc est: quiescam ne? desistam? minime, &c. interrogationem addidi coactus Isaiæ testimonio, vbi eadem dictio Hebræa נואש, nos, repetitur in idem argumentum. Sic enim habet. *In multi-* *Isa. 57. ℣. 10.*
tudine viæ tuæ laborasti: non dixisti: quiescam? Ergo ne sibi aduersetur oratio ab eadem persona feminæ eodem instituto prolata, necesse est, vt affirmatio Ieremiæ per interrogationem proferatur, æquiualeatque Isaiæ negationi. Procedit Isaias: *Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti: pro quo sollicita timuisti*. Hoc est. Iter susceptisti ad tuam voluntatem, libidine vrgente ageris; propterea infelix non conuerteris, supplex veniam deprecans a viro tuo, quem timens præterita es, vel quem verita fugis. Idem argumentum tractat Oseas, dicens. *Vadam post amatores meos, &c.* Et iterum. *Sicut vacca*, inquit, *Ose. 2. ℣. 5. & 4. ℣. 16.*
lasciuiens declinauit Israel. Et tandem. *Ligauit eum spiritus in alis suis*. Id est, ac si superueheretur pennis venti, tam pernici non cursu, sed volatu insequitur falsos Deos. *& ℣. 19.*

XXIX. *Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis, & nec sic satiata es*. Hieronymus. Ingredientesque Chaldæam, quæ est terra Chanaan, imitati sunt eorum errores. quod interpretibus non placet; quia Chaldæa non pertinet ad terram Chanaan, immo multis passuum millibus ab ea dissita est; interiecta inter vtramque vastissima regione Mesopotamiæ. quomodo igitur scortari dicuntur Israëlitæ in terra Chanaan cum Chaldæis? Hebræa sic habent ad verbum: Meretricata es ad terram Chanaan, Chaldæos vsque: quorum is potest esse sensus

ex

R. Dauid. ex Rabbi Dauid: Non solum cum Aegyptijs, & cum Assyrijs, neque tantum cum omnibus Chananæis, sed etiam cum Chaldæis, qui longe habitabant, fornicata es, atque ita intellexisse Septuaginta existimo, quando verterunt. Et multiplicasti adulteria, vel lupanaria ad terram Chanaan, & Chaldæorum, &c. Ceterum Rabbi Salomon collimauit scopum, qui nomen Chanaan hoc loco appellatiuum facit, non proprium, quod appellari dicit terram Chaldææ, quasi dicat, negotiatorum, quod ex capite decimo septimo sequenti euidenti conuincit argumento. *Transpertauit*, inquit Ezechiel, *eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam*: vbi sub metaphora medullæ cedri de rege Iuda loquebatur translato in Babylonem. Ita sumitur etiam in Prouerbijs. *Cingulum tradidit Chananæo*, id est, negotiatori. Sensus itaque est simplex, & facilis: Et fornicata es in terra mercatorum cum Chaldæis. Porro quod ad geographiam attinet, Aegyptus meridiana est respectu terræ Chanaan, vel promissionis; Assyria & Chaldæa orientales. Verum earum Chaldæa meridiana est, Assyria septentrionalis, vt demonstrat tabula Asiæ, quam ad caput quadragesimum octauum apponemus.

R. Salomon.

℣. 4.

Prou. 31. ℣. 24.

Aegypti, Chanaan, Assyriæ, & Chaldææ regionũ descriptio.

XXX. *In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus; cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis?* Septuaginta apud Theodoretum: Quo mundabo cor tuum, cum facias hæc omnia opera mulieris adulteræ licentia abutentis? Apud Sanctum Hieronymum: Quid faciam cordi tuo, cum feceris hæc omnia opera mulieris fornicariæ, & impudentis? Chaldæus: Quam fortis fuit malitia cordis tui? Pro, *procacis*, Hebraice est, imperiosæ, liberæ. Chaldaice, sui iuris, &c. Quæ verba sic tractat Theodoretus: Quam, inquit, tua impietate dignam tibi pœnam infligam? quo adhibito remedio vlcera tua putrida expurgabo? ausa es enim opera mulieris, quæ a fronte pudorem absterserit, impudenterque, & propalam intemperantiam profiteatur. Scholiastes. Quanam re cor tuum expiabo? Videntur Septuaginta, & Hieronymus vocem אמלה, amulah, fecisse futurum verbi, מול, mol, quod valet circuncidere, & consequenter mundare. Alij putantes esse participium, seu nomen a radice אמל, amal insueta, interpretantur infirmum, vel impotens, vel excisum. Rabbi Dauid: Quam debile, & abscissum est cor tuum? eo nomine (tametsi duplicata postrema radicali ל, lamed) vsus est Ieremias. *Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt.* Et in Threnis. *Antemurale, & murus pariter dissipatus est.* Et Nehemias. *Quid Iudæi faciunt imbecilles?* Ex quibus & similibus locis, quos prætereo, infero vocem hanc significare excisum, dissipatum, perditum, corruptum, peruersum; vt sensus sit: Quam peruersum, deprauatum, atque corruptum est cor tuum? cum talia facinora designaueris; quæ aperte produnt, te non solum Dei timorem a corde prorsus ablegasse, sed etiam pudorem omnem ex ore deposuisse. Qui quidem sensus verbis alijs enuntiatur a Neotericis; sed idem est cum sententia Hieronymi: In quo mundabo, expiabo, vel saliam cor tuum, putridum scilicet & corruptum? Porro hæc interrogatio difficultatem rei exaggerat. Ecclesiastes. *Peruersi difficile corriguntur.* Et iterum. *Nemo possit corrigere, quem ille dispexerit.* Et Paulus. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam*, id est, admodum difficile. Idem repetit Paulus alibi. *Voluntarie enim peccantibus, &c. non relinquitur pro peccatis hostia*, id est, vix. & Petrus. *Sus lota in uolutabro luti, &c.* Vide de hac re locum infra. *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, &c.*

Quam difficile est mundare cor peccatoris procacis, qui nescit erubescere. Theodor. Hieron. Chaldæus. Theodor. Scholiast. R. Dauid. Ier. 14. ℣. 2. Thr. 2. ℣. 8. Neh. 4. ℣. 2. Eccl. 1. ℣. 15 & 7. ℣. 14. Heb. 6. ℣. 4. Ibid. 10. ℣. 26. 2. Petr. 2. ℣. 22. Inf. 24. ℣. 12.

XXXI. *Quia fabricasti lupanar tuum, &c.* repetit quæ supra dicta sunt, & explanata.

Nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium.

XXXII. *Sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum induxit alienos.* Theodoretus. Neque enim rerum necessariarum inopia ad istam te lasciuiam redegit: omnibus quippe bonis perfrueris, meisque delicate abutens muneribus, quæ a me acceperas, illis offerebas. Idcirco similis es mulieri vxoratæ adulteris formam suam prostituenti, &c. Ceterum acriorem existimo latere expostulationem in his verbis. Solent, inquit, meretrices speciosæ, quæ suam pulchritudinem probe norunt, sciuntque ab amatoribus magnifieri, & ardenter amari, quantumuis magnam mercedem oblatam aspernari, & fastidire: quo facto tametsi turpi, si non honori, saltem existimationi & vtilitati suæ prospiciunt: nam eo pretiosior merces habetur, quo emitur carius. Tu vero, vt quæ incredibilem tuam pulchritudinem nihili faceres, eam nihili vendebas, immo ne vendebas quidem, sed gratis offerebas: nam si magni eam iudicasses, tuæ saltem æstimationis rationem habuisses, & ex parte meo quoque consuluisses honori: nec de te merito dici posset, in viri ignominiam, & vilipendium te teipsam adulteris gratis prostituisse. Obserua quanti Deus animam faciat: & quanti a se ipsa proprium decorem velit æstimari, cum a licitatoribus malignis sollicitatur: *Quam*, inquit Dominus apud Matthæum, *dabit homo commutationem pro anima sua?* Diabolus pro ea offert quidquid est. *Hæc* inquit apud eundem Matthæum, *omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*: sed maioris eam licetur Deus, qui filij sui vnigeniti sanguine redemit. *Empti enim estis pretio magno: Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Id est, æstimate, & iudicate vestra corpora magni, cum ea licetur Dæmon turpi & breui carnis voluptate; ne vos gratis vendite, immo maximi ducite: hæc est enim gloria Dei, si magni fiant, quæ ille tanto pretio comparauit. Sicut e contrario, in Dei ignominiam cedit, cum homo se ipsum vilipendens pro vanitate commutat: propterea Psaltes ait. *Fili hominum vsquequo graui corde?* (Hebraice. Vsquequo gloriam meam ad ignominiam?) *ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium?* Et apud prophetam Ioëlem vindicaturum se minatur Deus de finitimis nationibus Israëlis, quod Iudaicum seruitium dederint pro symbolo compotationis. *Posuerunt*, inquit, *puerum in prostibulo* cauponam, *& puellam uendiderunt pro uino.* Et quam sumpturum putas vltionem de homine libero, qui se ipsum diuendit pro edulio dulci voluptatis, aut vino iracundiæ? Exemplo sit Esau, *qui propter unam escam*, vt Apostolus ait, *uendidit primitiua* primogenita *sua*, & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: *non enim inuenit pœnitentiæ locum* (vt scilicet patrem facti pœniteat) *quamquam cum lacrymis inquisisset eam.* Est autem Esau imago fornicarij, eodem Paulo testante: *Ne quis*, inquit, *fornicator, aut profanus, ut Esau, &c.* Vbi *prophanus*

Obserua quanti Deus hominis animam faciat, & quanti velit ab eadem proprium æstimari decorem. Matth. 16. ℣. 26. & 4. ℣. 9. 1. Cor. 6. ℣. 20.

Quam inferat Deo offensam, qui se ipsum vili voluptatis pretio diuendit libidini. Psal. 4. ℣. 3

Ioel. 3. ℣. 3.

Heb. 12. ℣. 16.

Fornicarius dicitur prophanus, & quare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus Epitheton est fornicarij, ita appellati, quod res adeo sacras, corpus scilicet, & animam propriam, quam Christus sibi in baptismo sanctificauit, profanat, violat, & quasi vulgare quid esset, pro nihilo ducit, gratisque vendit.

Hoc autem quid aliud est, quam Dei filium conculcare, vt dixerat Apostolus, *& sanguinem testamenti pollutum* (vulgarem) ducere, *in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam* facere? Sed libet hanc theoriam claudere testimonio Trismegisti: Deus, is ait, in verbo sancto clamauit: Vos, quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite vestrum, vestramque naturam immortalem considerate: qua de causa qui se ipsum cognoscit vita, & luce compositum, transit in Deum, quoniam vita & lux est omnium pater, ex quo natus est homo, &c. Nota vnde manauerit illud Apollinis: Nosce te ipsum: neque enim eo axiomate admonebantur homines modestiam seruare, suam agnoscentes vilitatem; sed generosas & sublimes cogitationes suscipere, suam immortalem naturam contemplantes.

Heb.10.℣. 29.

Trismegistus in Pimandro.

XXXIII. *Omnibus meretricibus dantur mercedes*. Nam propterea meretrices dictæ sunt, quia mercedis gratia pudorem prostituunt. Ceteræ, inquit, gentes idola colunt muta, sed non sine mercede: nam Dæmonum auxilio, & præstigijs sacrificorum, votorum compotes euadunt, & desideria libidinosa explent, interdumque rerum publicarum prosperitatem ab illis se accepisse putant; tibi autem quid commodi attulerunt Dij, quos fecisti tibi? nonne excidium & vastitatem?

Tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. Exaggerat adhuc ardens stupidium idololatriæ Israeliticæ plebis, orationemque exornat per incrementa. Dixerat, illam ad instar meretricis lupanaria in compitis aperuisse; mox adiecit: quid te meretricem appellem? cum meretrices respuere soleant munera amatorum, illosque vilipendere, quo pretiosiora donaria obtineant; tu vero propriæ dignitatis, & honoris viri tui oblita gratis te procis obtuleris? Similiorem itaque te esse dicam vxoratæ adulteræ, quam quæstuariæ meretrici. Nunc vero adiungit: Aio te meretrice, & adultera libidinosiorem: nam meretrici datur merces pro pudore: adultera licet gratis se permittat amatori, at donarijs, vel amatorijs verbis, & cantilenis sollicitata, & rogata, diu vix tandem acquiescit vni, vel alteri, idque cum pudore, & metu viri; tu autem neque mercedis spe illecta, neque munusculis, & precibus, aut blanditijs attracta es ad fornicandum. quinimmo, vt omnes feminas vinceres incontinentia, ipsamet adulteros etiam longe diffitos muneribus inuitabas, atque blanditijs alliciebas ad fruendum te. Scholiastes. Criminatur autem, quia Dei relinquentes societatem, & auxilium, hominum præsidia habere volebant. Alius: Nam illæ ab amatoribus capiunt; hæc vero, quæ accepit a Deo, Dæmonibus dilargita est. Historia huius parabolæ extat in libris Regum, cum Achaz in Syriam pergens obuiam Regi Assyriorum multa auri, & argenti talenta illi donauit, atque eius Deos, ritusque, & religionem in Templum Hierosolymitanum traduxit. Vnde Oseas ait: *Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal*. Origenes: Meretrix mercedem prodigens, est anima, quæ voluptatibus prostituitur inter immundos spiritus; ac suas facultates, & potentias eorum voluntati subministrat: sed de his superius actum.

Exaggerat libidinem, desiderium que nociuum pecandi.

Scholiast.

Alius Scho.

4. Reg. 16.

Oseæ 2. ℣. 8

Origenes.

Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Hebraice. Et accidit in te contrarium a feminis in fornicationibus tuis; & post te non (erit) fornicatio (similis) cum dederis mercedem, & merces non sit tibi data, facta es in contrarium (hoc est, diuersa a ceteris meretricibus.) Theodoretus. Similis, inquit, facta es lasciuis mulieribus, quæ omnibus prostitutæ sunt, multorum admittens consuetudinem: quod vero non accipias, sed præbeas mercedem, contraria rursus illis facere perseueras: quapropter & eas, quæ antea fuerunt, & quæ postea futuræ sunt, istiusmodi lasciuiæ genere vicisti, &c. Hoc est illud Ieremiæ. *Interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel*? Horrendum enim & inauditum monstrum est hoc adulterij genus: quod neque Africa tulit, neque exlèges, & barbaræ gentes nouerunt vsquam. Huius igitur comparatione meretricatus, ceteræ fornicationes non videntur flagitia, immo nec fornicationes, quantumuis grauia sint crimina: euanescunt enim omnino, si cum ista tua componantur procacitate.

XXXIV.

Theodor.

Ier.18.℣.13

Propterea meretrix, audi verbum Domini. A re ipsa, & factis petitum nomen, & meritis eius debitum illi imponit, alioqui contumeliosum quantum esse potest maxime. Huic autem vni solet respondere in sacris literis nomen peccatricis: Lucas enim ait. *Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*. per antonomasiam enim sic appellabatur meretrix quædam, quod æstimaretur feminarum sceleratissima, quippe antrum septem Dæmoniorum; vt vel hinc coniectemur quam turpe, & ignominiosum nomen sit peccatoris, quamque fœdum a Deo per peccatum fornicari. Sed nouum videtur in ore iudicis verbum contumeliæ, qui alioqui ipsos, quos sententia damnat, honestis, & quandoque blandis verbis solet affari. *Fili recordare*, inquit Abraham Dei nomine ad diuitem epulonem; *quia recepisti bona*. Et rex ille ad inuitatum. *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem*? Verum aliud est alloqui delinquentes, aliud vero impudentes: illi accersuntur humaniter, isti compellantur seuerius. *Audite verbum Domini*, ait Isaias, *principes Sodomorum*. Et cur ita? quia *peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt*. *Cum sanctis sanctus eris, &c.* inquit Dauid, *& cum peruerso peruerteris*: id est, cum mansueto mansuetus, cum impudente & audaci audax & iniurioſus.

XXXV. Meretrici imponitur peccatricis nomen.

Luc.7.℣.37

Peccatoris nomē quam fœdum, siquidem meretricem dehonestat.

Lucæ 16. ℣.25.

Matth.22. ℣.12.

Impudentes ignominijs lacessit Deus vt erubescat.

Isa.1.℣.10.

Ibid.3.℣.9.

Ps.17.ℑ.26

Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis. Rabbi Dauid. Per æs secretiora mulieris intellige: idem enim omnino significat atque ערותך, gheruathech, verenda tua, vt sequitur in ipso textu, cui illud simile est: *Liquefiat æs eius*. Parabola significatur, quod reuelata fuerint opera eius turpia in oculis omnium populorum, quando recepit pœnam suorum scelerum. Et idem valent hæc verba, quod Oseas illis significauit. *Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius*. Hæc ipse, & bene, sed non exacte. Oportebat enim illum rationem reddere, cur æris nomine infima mulieris pars significata fuerit. Cuius appellationis ea posset reddi non inconueniens analogia, quod æs

XXXVI.

R. Dauid.

Ezech. 24 ℣. 11.

Oseæ 2.℣.10

propter

Universidad de Deusto Biblioteca

Argentum sordidum propter rubiginem, quam contrahit, sit vsurpatum in symbolum rei sordidæ; sicut e contrario argentum signum est puritatis. Vnde in psalmo dicuntur *eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*. Quo fortasse alluſit Isaias, cum nostram meretricem redarguens dixit. *Argentum tuum versum est in scoriam*: id est: Tua castitas, & puritas conuersa est in intemperantiam: nam idem est, ac si dixisset: Argentum tuum versum est in æs rubiginosum. Nihilominus verbum illud, effundo, Hebraice שפך, saphach, in aliam nos cogitationem secretioris analogiæ manuducit. Cum enim effusio liquidorum sit, liquidisque fere tribuatur in sacris, videtur nomine æris non iam vas, sed semen potius significatum fuisse: quod vero similius ex eo fit, quod ab eodem verbo nascitur nomen שפכה, saphechah, quasi effusorium: arteſtantibus Rabbinis Dauid, Salomone, & Abraham. Eius est mentio in Deuteronomio. *Non intrabit eunuchus, &c. abscisso veretro, Ecclesiam Domini*. Tum etiam quoniam infra semen vocatur *fluxus*. Eadem ergo translatione semen vocatur *æs*, quod ad instar æris calore libidinis liquefactum in matrice, quasi in vase chymico receptum, admirando diuinæ sapientiæ artificio conformatur, non in simulachrum hominis mutum, sed in hominem potius viuentem. Idemque confirmatur ex eo quod sequitur: *Super amatores tuos*. Neque enim verenda dicuntur reuelari super amatores, sed potius semen effundi. Atque hoc quidem secundum metaphoram. Illud vero subiungitur secundum proprietatem:

Argentum sordidum in symbolum, argenti puritatis. Psal. 11. ℣. 7. Isa. 1. ℣. 22. R. Dauid. R. Salomon. R. Abrah. Deut. 23. Inf. 23. ℣. 20.

Et super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis. Ac si dicat: Duplici ratione te detexisti meretricem: prima quod ardenter idola colebas: altera quod illis immolabas filiorum tuorum sanguinem. Theodoretus vero alteram videtur innuere translationem nominis æris cum allusione, & alteram ad nomen meretricis, hoc est, cauponæ. Subæratum, inquit, vocatur adulterium numisma, in quo alia commista sit materia. Effundere vero æs erit Dei legibus quandam iniquitatem admiscere, ita vt in reliquum ne auri quidem appareat materia, sed totum numisma æneum conspiciatur. Ceterum nostra expositio germana est, & contextui gratissima.

Theodor.

Et reuelata est ignominia tua. Hebraice ערות, gheruah, a verbo ערה, gharah, quod est effundere, euacuare, &, vt alijs placet, nudare, vt in Genesi. *Effundensque hydriam*. Et in Paralipomenis, veniebat scriba Regis, & euacuabat arcam. Et in Leuitico. *Vir, qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui*, vel effuderit, &c. Vbi pro *turpitudinem* Hebraice legitur nomen prædictum: ערות, gheruah, & pro *aperuerit*, vel effuderit, verbum הערה, hegharah, a quo nascitur. Significat ergo nomen hoc pudenda tum viri tum feminæ, quod ea natura, & publica honestas doceat esse velanda. Vel quia sunt vasa effusionis seminalis, vt iam diximus initio huius versus.

Genes. 24. ℣. 20. 2. Par. 24. ℣. 11. Leuit. 20. ℣. 18.

XXXVII. *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & omnes, quos dilexisti cum vniuersis, quos oderas, & congregabo eos super te vndique*. Apertis verbis comminatur Vrbis obsidionem factam a Chaldæis Asiæ dominantibus, atque adeo a ceteris nationibus finitimis, quæ Nabuchodonosori militabant, de quibus prophetauerat Ieremias. *Ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem*. Et Ezechiel. Vnde Theodoretus, & Græci Scholiastes: Per ipsos, inquit, amatores tuos vlciscar te: Aemulata es Chaldæorum, Assyriorum, Chananæorum, Aegyptiorum impietatem; his contra te instrumentis vsus debita tibi infligam supplicia, & cum amatoribus tuis eos quoque, quos oderas, coniungam, vt & isti, & illi ingentem tuam conspiciant iniquitatem. Hoc est quod subditur.

Ier. 1. ℣. 15. Ezech. 23. Theodor.

Et nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnes turpitudinem tuam. Idem nomen ערות, gheruah, id est, effusio, nuditas, turpitudo, de quo supra, bis repetitur, vbi sic habet Hieronymus: Adulterarum te lege nudabo, vt omnes videant turpitudinem tuam, & genitalia, propter quæ prius amoris amentia ferebantur, &c. Dignum eius impudentia supplicium; vt quando adultera detexerat, quæ occultare debuisset, coram adulteris omnibus nudentur, quæ reuelari palam non decebat; legemque naturæ in suam ignominiam violatam experiatur, quæ in dedecus viri fidem coniugalem temerauit. Quam sit autem ignominiosum feminis, nudari coram hominibus; ex eo, quod Plutarchus refert, conijci potest. Milesias, inquit ille, virgines quondam atrox animi incessit perturbatio, & furiosus impetus egit ad vitam suspendio finiendam: earumque multæ clam consecutæ sunt, quod volebant. verba & lacrymæ parentum, amicorum alloquia nihil agebant, sed sese interficiendis omnium custodum industriam, & calliditatem vincebant. donec quidam homo prudens legem promulgauit; quæ iubebat omnes, quæ sibi suspendio mortem conscisuissent, nudas per forum efferri. Hæc lex sancita non inhibuit modo, sed omnino aboleuit illam mortis cupiditatem: magnum vero argumentum est bonæ indolis metus ignominiæ, & quod nihil formidantes mortem, ac dolorem, quæ omnium maxime terribilia habentur; turpitudinis tamen imaginationem non pertulerint; & reliqua.

Ignominiosissimum est feminis, nudari. Hieron. Plutar. lib. de virtut. femin.

Et iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem. Chaldæus: Sumam ex te vltionem adulterarum, & effundentium sanguinem. Iudicare enim hoc loco est vlcisci; & iudicia vltiones dicuntur, seu pœnæ, quibus vindicantur scelera: pœna adulteræ respondens sunt lapides. *Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare*, videlicet in Leuitico & Deuteronomio. *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, &c. morte moriantur & mœchus, & adultera*. Mortis autem genus traditione nouerant Iudæi futurã lapidationem; quod & ex Ioannis citato loco constat, & ex sequenti versu quadragesimo. *Lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs tuis*: illud, in adulterij pœnam; hoc, in homicidij vindictam: nam in homicidio sanguinis, rei effusio debetur sanguinis. *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius*. Theodoretus. Adulterarum, & homicidarum mulierum pœnas lues: quarum enim imitata es scelera, earum supplicia subibis.

XXXIIX. Chaldæus. Adulterij pœna. Ioan. 8. ℣. 5. Leu. 20. ℣. 10. Deut. 22. ℣. 22. Gen. 9. ℣. 6. Theodor.

Et dabo te in sanguinem furoris, & zeli. Hebraice. Ponam te sanguinem, id est, cruentatam, manantem sanguine, immo sanguinis profluuium, multis confossam vulneribus, & vndique sanguine fluentem. *Furoris & zeli*. Tali te conficiam cæde, qualem inferre solent deprehensis adulteris viri ira excandescentes, & zelotypiæ furore perciti. Viri zelotypi ira describitur in Prouerbijs. *Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima*. vt sensus sit: crudeli, & ineuitabili cæde plectéris.

Zelotypiæ vis ad concitãdam iram. Pro. 6. ℣. 34.

XXXIX. *Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum. Chaldæi scilicet demolientur excelsa, & sana idolorum. *Et denudabunt te vestimentis tuis*, &c. id est, diripient omnia pretiosa ornamenta, & supellectilia. *Et derelinquent te nudam, plenamque ignominia*. Theodoretus. Direptionem, & seruitutem illi declarat. Vnde Isaias ait. *Et derelinquetur filia Sion quasi umbraculum in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario.* & Michæas. *Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons Templi in excelsa syluarum.* Scholiastes. Prostibulum eius Templum vocat, quod idolis refertum esset. indignum enim erat, quod ipsius nominaretur locus: hoc enim & Dominus homo factus dixit: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Alius: Ac si dicat: omne sulcimentum perdent: Templo enim euerso, ne ipsi quidem habitare poterant. Polychronius. Templi ornatum, regni statum, & reliqua, quibus ciuitas illustrari solebat, vocat vestimenta. Nudam dicit, quod careret superno auxilio; deformem, vel ignominiæ plenam, quod idolis confideret, vel quod ostentui haberetur, essetque posita in sibilum, & in stuporem.

Theodor. Isa. 1. ℣. 8. *Michæ. 3.* ℣. 12. *Scholiast.* *Matth. 23.* ℣. 38. *Alius Scho.* *Polych.* Nuda superno auxilio deformis & ignominiæ plena relinquitur ciuitas.

XL. *Et lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt* (Septuaginta iugulabunt) *te gladijs suis.*

XLI. *Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia* (sument de te vindictam) *in oculis mulierum plurimarum*. Polychronius, & Theodoretus: Hæc captiuitatis tempore euenerunt, quæ per translationem differuit ab adultera muliere, quæ lapidibus oppressa occidebatur, comburebaturque: quamobrem in translatione moratus subiecit: Et facient in te vltiones coram mulieribus multis: per mulieres autem intelligens vrbes, quemadmodum ipsam quoque Vrbem mulieris instar in iudicium adducit. Rabbi Dauid: Mulieres, regna, atque prouincias appellat, in quarum oculis eam vltionem de Ierusalem sumendam voluit, vt alieno malo & ipsæ saperent.

Polychr. Theodor.

Et desines fornicari, & mercedes ultra non dabis.

XLII. *Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te, & quiescam, neque irascar amplius*. Septuaginta: nec amplius ero sollicitus. Rabbi Dauid, hæc esse existimat verba Dei, meliora consilia sibi promittentis de fornicaria vxore: ac si dicat: Non amplius coles idola supplicijs erudita, & captiuitate Chaldæorum oppressa. Idemque sensisse alios refert Hieronymus, qui ea verba. *Auferetur zelus meus a te*, sic interpretabantur: Nequaquam te amplius zelabo de tua castitate securus. Alij e contrario, non securitatem ijs verbis promitti, sed potius derelictionem ex magna ira profectam: quod semel scilicet contempserit fornicantem, & de salute illius desperauerit. Ceterum vterque intellectus propositæ repugnat parabolæ, in qua adultera inducitur conuicta, & damnata lapidibus, ferro, & flammis: quo facto subiungit: *Et desines fornicari, & mercedes vltra non dabis, & requiescet indignatio mea in te*. Quale autem esset indecorum de interfecta, & combusta muliere, vel meliora sperare, vel desperare saniorem mentem? ergo hic affectus est furibundi sponsi, qui de prolata sententia in adulteram sibi quasi gratulatur; ac si dixisset: Cumque te videro iugulatam, & flammis datam, tum mihi pollicebor, securus quod desines iam tandem fornicari, & mea bona prodigere. tum cessabit indignatio mea, & sanguinis efferuescentia, quam accendebat impudentia, sedabitur zelotypia quoque tui, quæ cor sponsi rodebat, & iracundia præzelo in te concepta aliquando conquiescet. Similis dicendi ratio extat apud Esther:

R. Dauid. *Hieron.* Sunt qui vsque ad mortem non abstinent a sceleribus. *Esth. 7. ℣. 10*

Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo, & Regis ira quieuit: atque apud Ezechielem. *Non es mundata a sordibus tuis, sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te*. Theodoretus nobiscum sensit cum ait: Adhibito enim supplicio, inquit, lasciuiam tuam comprimam, & a cura, quam de te habeo, solutus, ac liber ero: non amplius enim me amatores tui ad zelotypiam adducent.

Ezech. 24. ℣. 13 *Theodor.*

XLIII. *Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ*, &c. Tu, inquit, tibi attraxisti horum malorum vim, quod nolueris cogitare, qualis ex quali facta fisis; & vt te, quæ tenuis eras, & parua, atque omnino ignobilis, celebrem reddidi & admodum illustrem.

Omnium malorũ causa oblitio præteritorũ.

Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi: hoc est, meritas sceleribus tuis pœnas sustinendas imposui.

Et non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. Nihil tuis, inquit peccatis dignum sustines: paruum enim est supplicium si cum impietate comparetur. Hebraice legi potest: & non fecisti: quod sic transfert Chaldæus: Et non suscepisti consilium, vt reuertereris ab omnibus abominationibus tuis. Eodem modo legit, & intelligit Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon: Et non fecisti consilium super scelera tua, vel, non posuisti in corde tuo, seu, cogitasti praua opera, quæ patraueras. Alij eandem lectionem interpretantur hoc modo: & non fecisti, id est, vt non faceres: pendet enim sententia a superiori versu: Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, vt non faceres omnes abominationes, &c. Septuaginta verterunt sicut Hieronymus, scilicet: Et non feci secundum omnem impietatem tuam: atque ita vertendum erat: nam verbum עשיתי, ghasithi, habet in fine Iod, estque primæ personæ: nomenque זמה, zamah, in nullo sacræ Scripturæ loco significat consilium sanum, sed cogitationem prauam, conceptumque animo malum, scelus, iniquitatem; vt videre est tum alibi, tum in hoc capite versu quinquagesimo octauo. *Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus*. nam loco sceleris est Hebraice idem nomen זמה Zamah: neque aliud significare potest. Non recte igitur transtulere Rabbini: Et non fecisti cogitationem: dicendum potius: Et non feci secundum iniquitatem vel scelus, vt Hieronymus intellexit, & vertit.

Citra condignum punit Deus. *Chaldæus.* *R. Dauid.* *R. Salomon.*

XLIV. *Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium, in te assumet illud*. Hebraice. Omnis parœmiator (liceat sic loqui semel) parœmiabit: quod quidam sic transferunt: Omnis, qui scommate delectatur, sumpto scommate de te dicet: *Sicut mater, ita & filia eius*. Polychronius, & Theodoretus. In te conuenit tritum sermone prouerbium: Matri similis est filia. Supra vero matrem eius Cethæam nominauit. Scholiastes. Ostendit non esse recens malum, sed ex alto repetitum, & iam diu inueteratum in illis, cum eam Cethææ filiam nominet; dixit enim: *Et mater tua Cethæa*, & filij eius. Rabbi Dauid: Matrem terram Chanaan vocat metaphorice, filiam congregationem Israëlis, vt dici solet; filia Ierusalem, filia Eden, filia Babylonis.

Polychr. *Theodor.* Matres imitantur filias. *Scholiast.* *R. Dauid.*

XLV. *Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos*. Filiam esse idem est, atque esse æmulatricem, vt initio capitis pluribus differuimus: Aemulata es, inquit, opera matris tuæ: nam vt illa suum proiecit virum, & filios; sic tu proprium virum ac filios expulisti. Sed quisnam est vir ille terræ Chanaan, vel Cethææ? & qui eius filij? Polychronius

Deum suum deliquit Ierusalem sicut fecerat Chanaan. *Polychr.*

virum

virum regem dicit, filios ciuitatis populum. Con-
R. Dauid. sentit & Rabbi Dauid, dicens: Ierusalem proiecit virum suum Deum, quemadmodum terra Chanaan proiecit regem, ac populum suum, vt dictum
Leuit. 18. ỳ. 27. est in Leuitico. *Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante uos, & polluerunt eam: cauete ergo ne & uos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos.* Theodoretus vero per virum terræ Chanaan Deum quo que intelligit indicari, quemadmodum per virum Ierusalem; sic enim habet: His ostendit non Iudæorum tantum esse se Deum, sed etiam gentium: etenim illorum antiquitus Deus appellatus est, antequam ipsi eo dementiæ deuenissent, vt idola colerent: quapropter illas quoque, & virum, & filios re
Theodor. pulisse dixit, negato Deo, filijsque oblatis Dæmonibus. Vtraque expositio vero similis est: nam Theodoretus in proposita parabola persistit, atque apte comparat filiam matri, id est, habitatores Ierusalem habitatoribus totius prouinciæ Chananææ in spirituali adulterio admisso contra Deum legitimum virum, & Dominum, atque in parricidio filiorum. Polychronius autem, qui per matrem ipsam terram Chanaan, & per filiam ipsam Vrbem Ierusalem intelligit: nihilominus exacte filiam matri cófert in exitio: nam vt Chananæum solum euomuit virum, & filios, hoc est, reges Amorrhæorum, & incolas illis subditos; sic vrbs Ierusalem expellere parabat regem Sedeciam, & ciues Iudæos. In qua re peccauit Rabbi Dauid, qui vtramque comparationem miscere volens, neutram perfecit: cum enim in viro Chanaan, id est, matris intellexisset regem temporalem Amorrhæorum pulsum exilio, in viro Ierusalem, id est, filiæ intelligit Deum ab eo ablegatum per adulterium. Nobis ergo alterutram eligere licet, modo sibi constet analogia: neutra enim contextui repugnat: tametsi Theodoreti explanatio multo sit gratior tum præcedentibus, tum consequentibus: nam de ciuibus hucusque, non de patrio solo locutus est Vates; & defectionis a viro Deo per adulterium redarguit tam adulteram, quam eius sorores Samariam, & Sodomam. Versus tamen, qui sequitur, Polychronio magis fauet, scilicet: *Mater uestra Cethæa, & pater uester Amorrhæus*: vbi aperte videtur loqui de viro temporali, rege scilicet Amorrhæo exilio pulso ab ipsa regio-
Adulterium frequens Cethææ regioni. ne Cethæa. Sunt qui a Vate comparationem esse factam existimant adulterij spiritualis plebis Iudaicæ ad temporale, & carnale feminarum Cethæarum: nam hæ insignes videntur fuisse in procacitate & incontinentia, vt supra docuimus ex illo
Gen. 27. ỳ. 46. Geneseos. *Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.* Vnde credibile est illis in more fuisse viros suos, & filios ex illis susceptos ablegare, atque adulteris mi
Chaldæ. sceri pro libidine, quibus fauere videtur Chaldæus dicens: Vt faceres iuxta opera populi, vbi eiecti sunt patres cum filijs: tum & sequentia verba: *Soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt uiros suos*: viros enim dicit, non virum: non igitur de Deo, sed de maritis agebat. Ceterum ex hoc eodem versu videtur effici, non loqui Vatem de carnali matris Cethææ adulterio, cum eodem verborum tenore de sororibus Samaria, & Sodoma sermonem habeat, apud quas nihil tale matronis obijcitur in sacris: ni
Prouerbia sacræ scripturæ explicatu sunt difficillima. hilominus sententia probabilis est: &, si veram tenet historiam, literæ erit quam aptissima. Iudicium esto penes lectorem: nam quæ ad prouerbia sacræ Scripturæ attinent, non est nouum, esse explicatu difficillima.

A *Et soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt uiros suos.* Polychronius: Si Chananæos, & reliquas gentes te ignorare simulas, nullam tibi excusationem præbebunt, quæ in decem tribubus facta sunt: nam neque vetera sunt, sed vestra memoria, & ætate contigerunt. Scholiastes. Et viros quidem earum sanctos appellat, quos insecuti sunt omni ratione post adoratos vitulos; filios autem illorum, quos necauerunt. Quattuor modis intelligi posse video hanc sententiam. Primo. Aemularis sorores, o vrbs Ierusalem, Samariam scilicet, & Sodomam, quæ quidem regiones & reges suos, & habitatores euomuerunt propter eorum delicta; sic tu perdes Sedeciam, & subditos. Secundo. Non secus atque Samaritæ, & Sodomitæ Deum suum abiecerunt, &
B filios amiserunt, aut Dæmonijs immolarunt; sic tu, o plebs Iudæa, virum legitimum Deum idolis postposuisti, filiosque tradidisti flammis in eorum honorem. Tertio. Vt illarum matronæ insignes intemperantia extiterunt, viros carnales deserentes cum prole, atque adulteros sequentes; sic tu erga Deum te gessisti impudentem; erga filios vero immitem. Quarto. Quemadmodum Samaria, & Sodoma se exhibuerunt indociles, & rebelles prophetis vere patribus patriæ; iustis autem eorum filijs, & imitatoribus crudeles; non secus, o plebs Iudaica, erga sacros Dei homines te præstas immorigeram, & inclementem.

Mater uestra Cethæa, & pater uester Amorrhæus.
Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius, quæ XLVI.
C *habitant ad sinistram tuam: Soror autem tua minor te, quæ habitat a dextris tuis, Sodoma & filiæ eius.* Edisserit propositam parabolam in notissimam historiam. De Cethæa, & Amorrhæo parentibus, id est, auctoribus primis scelerum, quas imitata est Iudæa, supra satis locuti sumus; de sororibus agamus. Samaria regia fuit vrbs regni Israëlitici, & cetera- De Samaria.
rum metropolis; vnde & pro vniuerso regno vsurpatur. Sodoma similiter primaria vrbs erat inter De Sodoma.
quinque, quæ sulphureo igne æstuarunt, hoc est, Gomorrha, Seboim, Adama: quare pro tota regione accipitur. Quas cum nominibus feminarum appellare soleat sacra Scriptura, subiectas illis vrbes, oppida quoque, & villas, filias merito nuncupat Vates: nomine alioqui in sacris consueto, de quo
D supra. Porro Scholiastes nomine Sodomæ trans- *Scholiast.*
latitie significari putat tres tribus trans Iordanem, ijs verbis: Decem tribus a sinistris, & a dextris distribuit. Sodomitas vero dicit eos, qui vltra Iordanem erant, vbi Ruben & Gath habitabat, & dimidia Manassis, quoniam sectatores Sodomitarum fuerant. Metropolim ergo harum tribuum, quæ dicebatur Galgala Sodomam appellat: ad quam propheta Oseas: Galgala, inquit, est ciuitas operãtium *Oseæ 6. ỳ. 8. vbi Galaad habetur, nõ Galgala.*
vana: & iterum Amos. *In Galgalam nolite intrare*, &c. Idem fere scribit Scholiastes alter, atque Polychronius dicens: Sodomam vero nunc metropolim duarum tribuum dicit, quæ erant trans Iordanem, quæ Galgala dicebatur. Atque tertius sine nomine, ijs *Amo. 5. ỳ. 5.*
verbis: Si de Sodomis diceret, non iuniorem ap- *Alter Sch. Polychr.*
E pellasset: nam Sodomitæ tempore Abraham fue- *Tertius Sch.*
runt. Aduersus quem commentarium sic habet Se- *Seuerus.*
uerus: Hoc vero frigidum: qua enim ratione vocetur tribus Ruben primogeniti iunior Iuda? fieri tamen potest fortasse, vt id ad tribum Gad, & Manasse pertineat: hi enim iuniores, quam Iuda; vt ex maiori parte totum intelligatur, comprehensa etiam tribu Ruben. Græcorum sententiæ multa patroci- Probatur sententia Græcorum, nempe Galgalæ tribui nomen Sodomæ.
nantur: primum quod Samaria, & Sodoma dicuntur sorores Ierusalem, quod secundum carnis cognationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnationem competit Galgalæ, ſicut Samariæ; Sodomæ vero antiquæ minime. Præterea Sodoma dicitur ſoror minor, vel iunior, vt Septuaginta verterunt, quod duabus tribubus bene quadrat; Sodomæ nullo modo, cum fuerit vetuſtiſſima omnium. Deinde ſermo eſt de Sodoma, quæ habitat a dextris, atque adeo ſupereſt. Sodoma vero illa vetus nuſquam habitabat, vel habitabatur, vniuerſam regionem inundante lacu Aſphaltite. Denique in deſcriptione Palæſtinæ recta, quæ Septentrionem pro capite habet, Samaria iacet a ſiniſtris Iudæ, Galgala a dextris, Sodoma autem retrorſum vergit. Cum ergo hoc loco Sodoma a dextris Iudææ, vel Ieruſalem ſtatuatur, ſignum eſt de Galgala, non de ſubuerſa Sodoma ſermonem eſſe. Nihilominus probabilius iudicamus de Sodoma veteri, quam ſubuertit ignis de cælo, Vatem eſſe locutum, non de Galgala, quæ nuſquam in ſacris id nomen ſortita reperitur. Sodomæ autem cum nomine cætera adiacentia mirifice quadrant: nam cognatio in præſenti translatione, vt bene notauit Theodoretus, eſt communio impietatis, non carnis. Vnde merito dici poteſt Sodoma ſoror Ieruſalem, quemadmodum Cethæa mater huius appellatur, minor autem dicitur non ſecundum ætatem, neque quod Ieruſalem prius Samariæ, deinde Sodomæ ſcelera ſit æmulata, vt ſenſit Theodoretus; ſed potius ſecundum potentiam, frequentiam ciuium, numerumque ciuitatum, in quibus excedebat quidem Sodomam Iudæa; ſuperabatur vero a Samaria regno: quare illa ſoror minor, hæc autem maior aptiſſime dicta eſt. Porro illud a dextris, & a ſiniſtris propter ſitum locorum poſuit: nam, teſte Hieronymo, Theodoreto, & Græcis, ijs, qui in Hieroſolymitano Templo ſunt ad Orientem conuerſi, a dextris Sodoma ſita eſt, a ſiniſtris Samaria aliquantulum vergens ad Aquilonem. Diximus autem alibi anteriorem terræ promiſſæ regionem Orientem exiſtimari a ſacris Geographis, quod Templi ſanctiſſimi facies Orientem reſpiceret. Denique Sodoma non dicitur habitari quaſi ſuperſtes, ſed quia in medio lacu antiquæ gloriæ adhuc oſtendat ruinas, vt Hieronymus. Habitare itaque hoc loco eſt, manere, iacere, vt in Geneſi. *Abraham habitauit in terra Chanaan*, id eſt, manſit; & in Deuteronomio: *Sediſtis ergo in Cadesbarne*, vel manſiſtis: nam idem vbique verbum repetitur, ſcilicet ישב, iaſab, quod eſt habitare, manere, ſedere, iacere, morari, &c.

Probabilius eſt, loqui vatem de ipſa Sodoma.

Theodor.

Hieron. Dextrum vel ſiniſtrum reſpecta Templi ſumitur, quod cum ad Orientem reſpiciat, eius dextrum meridies, ſiniſtrum Aquilo vocatur.

Gen. 13. ℣. 12.

Deut. 1. ℣. 46.

Sed hîc mecum conſidera admirandam diuinæ prouidentiæ rationem, qua populum ſuum in officio continebat: nam cum humanum cor duplici habena quaſi equus teneatur, præmio, & pœna, vtramque non ſolum legis promulgatione, exemplisque maiorum in ſacra hiſtoria relatis, teſtatum eſſe voluit; ſed etiam ob oculos ipſorum poſuit cæleſtis gaudij, atque gehennæ incendij viua & expreſſa ſimulachra. Quid enim aliud erat Templum Hieroſolymitanum, quam cæli imago, in quo reſidet Deus, & beatis ſe oſtendit? Aſphaltites vero lacus inundans Sodomorum ruinas, ſulphureum bitumen euomens, & tetram nebulam exhalans, nonne gehennæ monumentum erat horrendum?

Cor humanum duplici habena, præmio ſcilicet, & pœna ducitur, ac in officio continetur.

XLVII. *Sed nec in uijs earum ambulaſti, neque ſecundum ſcelera earum feciſti pauxillum minus: pene ſceleratiora feciſti illis in omnibus uiis tuis.* Septuaginta: Paulominus & ſupergreſſa es eas in omnibus vijs tuis. Interpres Theodoreti ſic vertit: Et parum abfuit & ſuperaſti eas, &c. Chaldæus: Si enim in vijs eius ambulaſſes, & iuxta abominationes earum feciſſes, tolerabile eſſet peccatum tuum; ſed longe corruptior fuiſti, quam illæ, in omnibus vijs tuis. Quidam illam orationem; paulo minus pene; nectunt conſequenti, eamque efferendam volunt per interrogationem, vel per ironiam, ac ſi diceret, videlicet, *pauxillum minus pene ſceleratiora feciſti illis*. Alij cum præcedenti ligant, hoc ſenſu: *Neque ſecundum ſcelera earum feciſti pauxillum minus pene*: ac ſi diceret: Non feciſti quanta illæ fecerunt, ſed neque aliquanto minora, ſed potius maiora, & grauiora crimina, &c. Alij, *pauxillum minus*, nectunt ſuperioribus: voculam vero *pene*, adiungunt inferioribus: quæ diſpunctio in multis reperitur biblijs. Ceterum hæ punctuationes extenuant, quod exaggerare vult Propheta. Hebraice ſic habet locus כמעט קט, chimghat qat, quem ſyncere, & præclare vertit Pagninus: Veluti paululum, pauxillumque foret: habetque ſenſum præcedentibus, & ſequentibus aptiſſimum, hoc modo: Neque ſecundum ſcelera earum feciſti, ac ſi paululum, pauxillumque foret, quinimmo ſceleratiora feciſti illis, &c. Diuus autem Hieronymus ironiam videtur intellexiſſe, cum tranſtulit: *pauxillum minus pene*: & recte ille quidem: nam cum nomini מעט, meghat, adiungitur a fronte particula כ, caph, ſimilitudinis; tum idem valet, quod Latinis, propemodum, nihil, fere nihil, parum affuit: vt in Iſaia. *Quaſi Sodoma fuiſſemus.* Hebraice: Propemodum ſicut Sodoma fuiſſemus, vel, parum abfuit, quin ſicut Sodoma eſſemus: & in pſalmo: *Mei autem pene moti ſunt pedes*. & in alio pſalmo. *Pro nihilo forſitam inimicos eorum humiliaſſem*, &c. quo loco eadem extenuatio per ironiam committitur, atque in præſenti loco: Fortaſſe, inquit, facile hoſtes eorum ego ſubieciſſem: ac ſi diceret: Ecquodnam dubium erat a me hoſtes eorum ſubiectum iri? eodem ergo modo intellexiſſe videtur Hieronymus hunc verſum: *Nec in uijs earum ambulaſti* &c. *pauxillum minus pene* ad eas perueniſti: parum abfuit, quin eas aſſequereris, propemodum nullum eas attigiſti, pauxillum minus defeciſti ab earum ſcelere: quæ omnia ironiam manifeſtam inuoluunt, cum rei amplificatione mirabili artificio latenter in extenuatione ipſa, quam ſubſequens oratio ſtatim expreſſit: immo vero ſceleratius feciſti illis, &c. ergo illa oratio, *pauxillum minus pene*, per ſe legenda eſt, neque cum antecedentibus, neque cum ſequentibus verbis nectenda.

Theodoreti interpres. Chaldæ.

Hieron.

Hieron.

Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa & filiæ eius, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. Quoniam figuris orationem ſuperiorem expolierat, ne videretur nunc quoque loqui hyperbolice, & peccata Ieruſalem exaggerare velle; iuſiurandum adhibuit ſermoni, neque illud ſimplex, ſed geminatum: nam Hebraice & in Septuaginta ſic legitur: *Viuo ego, dicit Dominus Deus*, ſi *fecit Sodoma ſoror tua*, &c. quæ dicendi ratio, vt ſuperius diximus, iuſiurandum alterum inuoluit: ac ſi dixiſſet: Viuo ego, neque vita fruar, vel, neque verax habear, ſi fecit Sodoma, qualia tu patraſti flagitia: loquitur enim Deus nobiſcum humano more: quippe intelligi a nobis deſiderat, & diligi.

XLVIII. Duplex Dei iuſiurandum.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius: & manum egeno, & pauperi non porrigebant. Vt oſtendat, Sodomam a Ieruſalem eſſe ſceleribus ſuperatam, comparat inter ſe vtriuſque delicta: quapropter ſummatim recenſet Sodomæ flagitia. Iniquitas, vt ſupra diximus, culpam ſolet ſignificare, & pœnam; reatum ſcilicet, qui vtrumque claudit:

XLIX.

Iniquitas culpam & pœnam ſignificat.

dit: hoc loco metonymicῶs pro causa vel occasione peccatorum vsurpatur: atque simul pro ipsis peccatis, per quæ quasi per gradus ad profundum abominationum descenderunt. *Superbia.* Hebraice גאון, gaon: videtur hîc significare decorum, speciem; nam de femina loquitur; vt in psalmo: *Speciem Iacob, quam dilexit*: & in libro Iob. *Circunda tibi decorem*, &c. Item apud Isaiam: *Fructus terræ sublimis*, vel speciosus: per decorem vero feminæ, reipublicæ splendorem, nomen, & gloriam intelligit.

Superbia significat decorum, speciem, pulchritudinē. Ps. 46. ℣. 5. Iob 40. ℣. 5. Is. 4. ℣. 2.

Saturitas panis. id est, ciborum copia: nam panis omne genus esculenti, & poculenti valet, vt diximus superius, atque ex hoc loco luculenter apparet: neque enim solo pane lasciuijt Sodoma, vel, solo pane se saturasse illi vitio vertendum erat. Vocatur autem panis saturitas, rerum omnium deliciosarum abundantia, quia solidæ diuitiæ ex frumenti copia oriuntur, quo abundabat regio irrigua Sodomorum, vt in Genesi.

Saturitas panis significat ciborum copiam.

Et abundantia. seu felicitas, aut luxus, affluentia scilicet rerum omnium, quæ ad gloriam, & delitias desiderare potuisset.

Genes. 13. Abundantia, rerum omnium ad luxum spectantium copiam significat.

Et otium. Alij vertunt, abundantia otij, vel, in otio, hoc est, luxus in tranquillitate. Septuaginta: Delicijs affluebat: vbi Hieronymus: In desiderijs est omnis anima otiosi, quod videlicet semper aliquid agendum sit, ne ager pectoris nostri, cessante manu, malarum cogitationum sentibus occupetur. Vnde in Prouerbijs dicitur: *Manus in manu non erit innocens malus*: nam tametsi nil mali agere videatur manibus complicatis, iniquis consilijs vacando sternit viam. Vnde Ouidius:

De otio. Hieron.

Prouer. 11. ℣. 21.

Primo de re med. amor.

Quæritur, Aegysthus quare sit factus adulter?
In promptu ratio est: desidiosus erat.

Quare Adamo iniungitur, *vt operaretur, & custodiret* Paradisum alioqui benedictam, & vberem: & eidem exuli dicitur. *In sudore vultus tui vesceris pane.*

Genes. 2. ℣. 15. & 3. ℣. 19.

Et filiarum eius. Vrbium, & oppidorum sibi subiectorum: nam eo processerat luxus, & desidia, vt non solum in Vrbe regia otiarentur magnates, & ciues omnes genio indulgerent, vt contingere solet non raro; sed etiam oppidani & infimates, quorum patrimonium est labor, & diuitiæ frugalitas, propter rerum omnium affluentiam omnino vacarent ab opere, & otio torperent inerti. Atque hæc quidem erat Sodomitarum erga se ipsos indulgentia, ex qua orta est cordis duritia aduersus proximos: nam:

Manum pauperi, & egeno non porrigebant. Scholiastes. Ostendit ipsis diuitias contigisse non ex benedictione, ac Dei beneficio, sed ex magna iniustitia: quippe qui manum pauperis, & egeni non assumebant. Primum nomen עני, ghani, sonat oppressum, humiliatum, mansuetum, afflictum: significatque pauperem, miserum, vt vertere solet Hieronymus, quod hæc sint pauperis appositа, & epitheta propria: vt contraria ratione diuitem comitantur potentia, superbia, indignatio, & exultatio. Alterum vero nomen, scilicet אביון, ebion, valet desiderantem, eum qui omnia desiderat, indigum, vel egenum: quibus nominibus satis indicatur, quam ferrea extiterint Sodomitarum præcordia, quippe quæ emollire non potuerint extrema egeni indigentia, atque preces oppressi, ab ipsis opem postulantis cum modestia, demissione vultus, lugubri voce, gestuque animum misere afflictum significante; immo manu tremula auxilium ab ipsis, & vires deposcente: nam id videtur significare Hebraica phrasis: Et manum oppressi, & egeni non confirmauerunt, vel, non sustentabant, pane videlicet, qui corroborat cor hominis, & trementes inedia manus confirmat. Vnde & baculus dicitur supra. Etenim verbum, chasach, inter alia valet roborare, confirmare, fulcire labantem: extatque vsurpatum in hoc eodem instituto apud Leuiticum: Si attenuatus fuerit frater tuus, & nutauerit manus eius, apud te statim confirmabis in eo, vel eum, vt aduenam, & peregrinum, &c. Hieronymus. *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum*, &c. hoc est, susciпies, roborabis, fulcies eum: gestum enim ipsum inopis ob oculos ponit legislator, vt a diuitibus vel adamantinis extorqueat commiserationem, & opem: Cuius enim etiam chalybeum pectus non commoueant egeni labantia genua, & trementes manus opem implorantes, vt buccella panis cor eius confirmet, vel dipondiolo porrecto manum fulciat? Verum ea est prosperitatis natura, vt diuitum præcordia ad libidinem emolliat, ad misericordiam induret. *Homo quidam erat dines, qui induebatur purpura, & byssо, & epulabatur quotidie splendide: & erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* Petat nunc ille alter a Deo precibus importunis diuitias, quo possit mendicis benefacere; videlicet liberalis erit in pauperes, cum diues fuerit: id diuites curant scilicet. Leones vocantur diuites in sacris: in psalmo. *Diuites eguerunt, & esurierunt*, &c. Hebraice. Leones quasi immites, inhumani, crudeles, sanguinarij potius, prædæ inhiantes, non curantes clementiam. Graue itaque fuit scelus claudere viscera, ne benefaceret. Sed vndenam in hoc præcipitium prolapsa est Sodoma? ex superbia, vel complacentia sui, ex delicioса vita, atque ex omnium rerum abundantia: quæ tria diuus Ioannes in mundo fulgere nos docuit, dicens: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Ordinem si inuertas eadem omnino sunt, quæ Propheta in Sodoma excelluisse testatur, scilicet, superbia, delitiæ, & diuitiæ: nimirum concupiscentiam carnis, delitias vocat Ioannes, concupiscentiam oculorum, diuitias; vt vel hinc egregiam laudem cum honorifico nomine mundus referat: quod scilicet vt Sodomæ matris legitimus filius hæres sit institutus tum nominis, tum patrimonij Sodomitici: nam Sodomam illum appellat idem Ioannes in Apocalypsi; hoc autem loco cum Ezechiele consentiens, communes eius, & Sodomæ facultates recensет, superbiam, delitias, diuitias.

Scholiast. Diuitiæ non ex benedictione Dei, sed ex iniustitia possidentis quandoque eueniunt. Hieron.

Pauperis miseria quam sit potens ad excitandos animos ad misericordiam.

Diuitum præcordia ad libidinem mollia, ad liberalitatem dura. Lucæ 16. ℣. 19.

Diuites vocantur leones. Psal. 33. ℣. 11.

1. Ioan. 2. ℣. 16.

Et eleuatæ sunt. Septuaginta: Et eleuabantur magnifice. Origenes: Inflatio, superbia, arrogantia peccatum Diaboli est, & ob hæc delicta ad terras migrauit de cælo, Apostolo testante. *Ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli.* Idem Hieronymus: Superbia proprium Diaboli, primumque peccatum est: quid enim superbiat terra, & cinis? *Non est creata*, inquit sapiens, *hominibus superbia, neque nationi mulierum iracundia*: nam repugnare videtur hominis conditioni, & vilitati, superbire; aduersaturque filio feminæ debilissimæ fastus, & indignatio (nam id significat hoc loco *iracundia*, vitium scilicet superbiæ comitem impatientiam, indignationem fastuosam) de qua egregie Scholiastes: Diuitijs natura coniuncta est superbia, quæ non patitur minorum societatem. Obserua alteram prosperitatis filiam præter duritiam cordis, videlicet, arrogantiam, & obliuionem Dei, quæ, vt habet Hieronymus, præsentia bona putat esse perpetua, & nunquam sibi necessarijs indigendum. Simili elatione Nabuchodono-

L. Origen.

1. Tim. 3. ℣. 6. Hieron.

Eccl. 10. ℣. 22.

Superbia diuitijs coniuncta. Scholiast.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chodonosor inflatus, sibi arrogabat imperij potentiam, & regni gloriam: *Nonne hæc est Babylon magna*, ait ipse apud Danielem, *quam ego ædificaui in domum regni, & in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei*, &c. in quam superbiam vbi elatus est, statim in iudicium incidit Diaboli: audiuit enim vigilis, & fortis sententiam eiusmodi: *Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit a te*, &c. *Et cum bestijs, & feris erit habitatio tua*, &c. Eodem vitio infectus Pharao dixit, testante Ezechiele. *Meus est fluuius, & ego feci memetipsum*, ad quem supremus Iudex illico: *Ponam*, o draco magne, *frenum in maxillis tuis*, &c. *& extraham te de medio fluminum tuorum*, &c.

Dan. 4. ℣. 27.

Ezech. 29. ℣. 3.

Et fecerunt abominationes coram me. Traditi scilicet in reprobum sensum, iusto Dei iudicio, vt inquit Apostolus, quia non probauerunt Deum habere in notitia, illique accepta ferre bona, quibus abundabant. *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis*, &c. per se ipsos: atque *in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes*, &c. Vides, quid sibi velit iniquitas Sodomæ, Apostolo interprete? nimirum grauia crimina, sed quæ causa fuerunt grauiorum, & radicem arboris, quæ tulit abominationem: pro fructu, merita, quibus merces ignominiæ est retributa. Secundo obserua, abominationes Sodomæ, & culpas fuisse graues, & pœnas acerbas: nam propter superiora flagitia a Deo derelicti, in ista magis enormia prolapsi sunt. *Væ animæ eorum*, inquit Isaias, *quoniam reddita sunt eis mala*: non dixit, reddentur, sed *reddita sunt*: quod abominatio sit pœna peccatorum præcedentium, & seuerior quam ipsa gehenna, quanto culpa peior est omni pœna; quasi dicat Vates: Nihil præterea grauius illis imponi posse in vindictam scelerum, quæ patrauerant, quam ipsasmet abominationes, in quas, Deo permittente habenas, se præcipitarunt.

Rom. 1. ℣. 24. & seq.

Radix cupiditas, arboris fructus abominatio, merces ignominia est.

Isa. 3. ℣. 9.

Grauissimorum peccatorum grauiora sunt pœna.

Abominationes coram me. Coram Deo Hebræis idem valet, quod Latinis sub dio, palam, in media luce, in oculis solis huius: in Genesi sic habetur. *Sodomitæ pessimi erant, & peccatores corã Domino nimis*: hoc est, non solum iniquissimi, sed impudentes; non impij modo, sed Dei contemptores. Videlicet de quibus Isaias: *Agnitio vultus eorum respondit eis*, explicata frons illis dat procacitatis testimonium, *& peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt*: non absconderunt, inquit, quæ cælare decuisset; sed potius propalarunt, reuelarunt, immo annuntiarunt; nam id significat proprie verbum נגד, nagad; quasi euangelium accepturi pro nuntio rei omnibus iocundissimæ, & vtilissimæ, ea alacritate denuntiabant ignominiosa crimina: Sophonias de ijs ait. *Nesciuit autem iniquus confusionem*. Mirum valde est, iniquum non confundi, cum iniquitas confusio sit, atque iure appelletur, itemque verecundia; sed illud peius, nescire confusionem: talis enim est frons meretricis, quæ erubescere non vult: non dicit: non erubuisti; erubescit enim meretrix, cum deprehenditur, vel natura ipsa rubore ori offundente: vnde olim meretrices palliatæ vocabantur, vt supra diximus, quod velo velarent vultum; sed *noluisti erubescere*, quasi natura renitente frontem explicet scortum, atque adeo peccator, qui gloriatur cum male fecerit, & exultat in rebus pessimis, contra naturam ipsam faciat, & syndaresi vim inferat, claudatque os conscientiæ sibi identidem oblatranti: vt canis, qui *in foribus* cubat: ij sunt *qui veritatem Dei in iniustitia detinent*, vt loquitur Apostolus, qui scilicet in carcere vinctum detinent iudicem, nec recta dictare sinunt legislatorem menti suæ a Deo impressum.

Deo aut coram Deo, idem est, quod palam. Gen. 13. ℣. 13.

Isa. 3. ℣. 9.

Soph. 3. ℣. 5

Meretrices palliatæ propter verecundiam. Ier. 3. ℣. 3.

Et abstuli eas. Non potest dissimulari diutius pœna delicti, quod peccator dissimulare, & celare noluit: *Pro eo quod reuelastis præuaricationes uestras, & apparuerunt peccata uestra*, ait Dominus, educam *gladium meum de uagina sua irreuocabilem*: & in psalmo. *Descendant in infernum uiuentes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum*: id est, palam, in oculis omnium: nam, quod in medio est domus, vel plateæ, neminem latere potest, cum nulla ex parte celetur muro, vel angulo. Sed quid est: *Descendant in infernum uiuentes*? in sepulchrum nonnisi mortui descendunt: præcedit itaque mors sepulturam, qua condi solent cadauera corrupta, ne aërem contaminent. Verum aduersus impudentes familias Dathan, & Abiron (nam ad illorum interitum allusit psalmus) præuenit mortem sepultura: quod adhuc viuentes fœtebant, & insigni illa inuerecundia nomen bonum Israëlis quasi peste vitiabant: ne cesse igitur fuit, vt terra dehiscceret, & absorberet sanniosa corpora, quantumuis animata forent: eadem ratione erga Sodomitas se gessit diuinæ iustitiæ vindicta, quos viuentes sepeliuit, quod viuentes *corrupti sunt, & abominabiles facti sunt*, vt loquitur Dauid: tametsi alio genere sepulturæ impura eorum corpora obuoluit, nimirum ignito sulphure, quo indicatur putidæ carnis libidinosus ardor; atque aquis salsis, quibus incensus luxuriæ ignis extingueretur, & sanioſæ carnes, quæ corruperant naturæ viam, salirentur; ne sua purulentia aërem inficerent, & luem mortalibus afferrent.

Gen. 4. ℣. 7 Rom. 1. ℣. 18.

Ezech. 21. ℣. 5. & 24. Psal. 54. ℣. 16.

In impudentibus sepultura mortem præuenire solet propter viuentium fœtorem.

Pœna Sodomitis debita. Ps. 13. ℣. 1

Sicut uidisti. Aliquot libri vulgati legunt; sicut vidi: quomodo legit Chaldæus, atque Septuaginta in codice Xisti: & Scholiastes, qui sic interpretatur locum: Captiuos, inquit, illos abducendos curabo propter scelera eorum, quæ vidi, & impietatis, & iniustitiæ: illud enim: sicut vidi, significat propter ea, quæ vidi in eis mala. In Theodoreti vero codice habetur: sicut viderunt: item in Complutensi: Vtraque autem versio in codice Hieronymi habet: *sicut uidisti*: Hebraicum verbum ראית, raithi, quod hodie extat, sonat: sicut vidi: habet enim in fine literam י iod; quæ tempore Hieronymi desiderabatur: quare ipse conuertit: *sicut vidisti*: secutus Septuaginta, quos eodem modo esse interpretatos antiqua ipsorum versio in codice Hieronymiano testatur. Verum deinde Hebræi considerantes excidium Sodomæ multis sæculis anteriorem fuisse ingressu Israël in terrã Chanaan, atque adeo non potuisse a Hierosolymitis videri, fortasse addiderunt literulam ה, iod, qua apposita verbum significat: sicut vidi: & non: *sicut uidisti*: & quidem argumentum hoc adeo pugnax est, vt inter alia Græcos coëgerit per Sodomam Galgalam intelligere, vt superius diximus. Verum nos illi respondemus, hoc loco, *uidisti*, vsurpari pro, videres, si adesses, vel vidisses, aut videre potuisses, quod est Hebræis alias familiare: cum enim careant optandi, & subiungendi modis, omnia efferunt per indicatiuum: quare necesse est, vt in illo ceterorum orationes intelligamus. Vel *vidisti* refertur non ad excidium sed ad inundationem vrbium nefandarum, quam millies viderat Ierusalẽ, cum lacum Asphaltitem e specula Sion, atque Templi arce despiciebat,

Chaldæ. Scholiast. Theodor. Hieron.

bat. Vel si placet, *audisti*, valeat, nosti, quasi dicas: abstuli eas, vt nosti ex sacris historiis, in quibus tam graphice depicta est desolatio Sodomorum, vt non tam legere historiam, quam oculis rem ipsam cernere videaris tibi.

LI. *Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit.* Grauissima scelera attribuit historia sacra, sacrique Vates Samariæ, id est, decem tribubus Israël: & tamen cum tales fuerint, ait Hieronymus, Sodoma, & Samaria, ne dimidium quidem peccauerunt comparatione Ierusalem: quod qua ratione intelligi debeat, explanat ijs verbis Theodoretus, & Græci Scholiastes. Hanc autem comparationem non facit secundum solam peccati, sed secundum prouidentiæ qualitatem: nam tametsi peccassset, & infinita facinora ausa essent Samaria, at procul aberat a Dei Templo, & paruam certe quandam veniam habebat, cum & sub alius regis imperio degeret, & in sacro Dei Templo legitima perficere nequiret: & Sodoma item neque prophetam habebat, neque legislatorem, sed sola naturalis legis doctrina fruebatur; Tu vero & legem habens, & sacerdotes, & prophetas, & sacrum Dei Templum, legitimumque cultum, illarum impietatem consectata es: quare illas ostendis venia dignas, &c. Adde quod Samaria idola quidem coluit, verum in fano profano; Ierusalem vero ipsum Templum sanctissimum, de quo dixerat Dominus: *Erit nomen meum ibi*; sordibus idolorum non profanauit modo, sed contaminauit, & polluit: longo itaque interuallo anteuertit sorores suas in omni impietate.

Hieron.

Similia peccata multo maiora sunt a fidelibus commissa. *Theodor. Græci Scholiast.*

3. Reg. 8. ℣. 29.

Et iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Non solum præponderant tua delicta cum sororum peccatis appensa, sed illarum peccata videntur leuissima, nulliusque ponderis, & momenti: tam enormia peccasti, vt Sodoma, & Samaria alioqui sceleratissimæ tecum collatæ iustæ censeantur. Origenes referens locum illum Lucæ. *Dico vobis descendit hic*, publicanus, *iustificatus in domum suam ab illo*, sic philosophatur. Non simpliciter iustificatus, sed iustificatus comparatione Pharisæi. Obseruandus quippe est omnis Scripturæ sermo, ordo, iunctura; aliud est iustificari, aliud ex alio iustificari. Simile est publicanum a Pharisæo iustificatum fuisse illi, quod Sodoma & Samaria ex comparatione peccatricis Ierusalem iustificatæ sunt: & necesse est nos id scire, quia vnusquisque nostrum in die Iudicij ab alio iustificatur, & ab alio condemnatur: etiam cum fuerimus iustificati ex alio, iustitia illa non tam laudis, quam criminis loco ponitur, &c. Et rursus. Væ illi homini, qui a multis peccatoribus iustificatur; vt e contrario multum beatus, qui comparatione iustorum iustus ostenditur. Inuenimus in Scripturæ laudibus positum bonis esse meliorem, vt pote in Ecclesiastico. *Non est iuuentus similis illi*, &c. *qui* conseruaret *legem excelsi*, atque in libro Paralipomenon nullus tale phasce celebrauit, sicut Iosias: ex quo ostenditur comparationem fieri iustorum, & illum vere esse iustum, qui sic iustificari mereatur, &c. & inferius: Quomodo iniquitas iustificat, sic condemnat aliquando iustitia; nam iniquitas mea iustitia est comparatione maioris iniquitatis: sic & iustitia mea ex comparatione multiplicis iustitiæ iniquitas reputatur: propterea *non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens*: fuerit licet iustus Abraham, iustus Moses, iustus vnusquisque illustrium virorum; sed ad cõparationem Christi non sunt iusti; lux eorum cum eius luce composita tenebræ reperiuntur: & quomodo lumen lucernæ ad solis radios obscuratur; sic licet fulgeat iustorum omnium lumen ante homines, non tamen fulget ante Christum: vt splendor lunæ & micantia cæli sydera, priusquam sol oriatur, in stationibus suis rutilant, orto vero sole absconduntur; sic lumen Ecclesiæ ante homines lucet, ante Christum tenebrescit: ergo est iustitia, quæ damnat; sicut iniquitas, quæ iustificat, &c. Hæc Origenes tam eleganter, quam docte. Quibus adijcias oportet: quemadmodum iniquitas maior minorem iustificat; ita & iniquitas minor maiorem damnat: nam hoc est illud Matthæi. *Regina Austri surget in iudicio, &c.* Et. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*, &c. quibus locis iustificare, & condemnare non significat iudicis officium exercere, neque aduocati vel actoris; neque vero quicquam omnino agere, quod ad tribunal spectet: quomodo enim qui damnandi sunt in alios ferent sententiam, vel accusationem? surgere itaque in iudicio, est sententiam audire mitiorem, quam Israëlitæ; vincere litem, vel contentionem, quæ inter vtrosque exorta fingitur, vter eorum maiori pœna dignus esset. Idemque valet, condemnare, scilicet, audita clementiori sententia, declarare Israëlitarum iniquitatem propria transgressione multo fuisse grauiorem. Contra vero *non surgent* Israëlitæ *in iudicio*, id est, cadent a causa, audient sententiam acerbiorem, quæ testetur illos fuisse sceleratiores Niniuitis, itemque Sodomitis: quod scilicet Dominus dixit apud Matthæum. *Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quam* generationi huic: atque hoc est, quod testatur Vates, cum ait: *Iustificasti sorores tuas*. Verum hæc omnia apertiora fient ex sequentibus.

Iniquitas maior minorem iustificat, sicut minor maiorem damnat. *Matth.* 12. ℣. 41. & 42.

Quomodo damnati surgent in iudicio.

Psal. 1. ℣. 5.

Matth. 11. ℣. 24.

Origen. Lucæ 18. ℣. 14.

Ergo & tu porta confusionem tuam. id est, sustine tormentum tuum, vt Septuaginta transtulerunt: *quæ uicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratius agens ab eis.* Hebraice. Quæ iudicasti sorores tuas, seu absoluisti, hoc est, quæ peccatis grauioribus testata es illas alioqui peccatrices tecum collatas fore absoluendas: quem sensum mirifice expressit Hieronymus dicens: *Quæ uicisti sorores tuas*: neque aliud significat verbum Hebraicum. Quare longe aberrant a scopo qui vertunt: quæ deprecata es sorores cum Chaldæo: vel: quæ placasti sorores tuas, &c. Aberrant item qui legunt, sororem tuam: nam Chaldæus, & Septuaginta consentiunt Hieronymo: habent enim *sorores tuas* in plurali, non sororem: immo textus numerum singularem respuit, in quo pronomen sequitur pluralis numeri, scilicet: *Sceleratius agens ab eis*. Porro *ab eis* idem est Hebræis, quod Latinis, illis, rectum a comparatiuo, vel, præ illis, rectum a positiuo: nam comparationem ipsi efferre solent per positiuum, adiuncta præpositione מן, min, quæ valet a, ab, ex, præ, vt in libro Regum. *Melior est enim obedientia* præ victimis. & iterum. *Iustior tu es* a me: & apud Lucam: *Gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente*, pro, vel, præ *nonaginta nouem iustis, &c.* & iterum: *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo*, vel, præ illo, in illius comparatione: hoc est, iustior, quam publicanus se ipsum putabat esse: nam per catachresim comparationem facit Dominus inter veram publicani iustitiam, & præsumptam Pharisæi, atque illam huic præponit: alioqui nulla est comparatio, cum publicanus iustus exierit, Pharisæus propria superbia delusus.

LII.

Hieron.

Chaldæus.

Comparationem efferre solent Hebræi per positiuum adiuncta præpositione, a, vel ab, &c. 1. Reg. 15. ℣. 22. & 24. ℣. 18. *Lucæ.* 15. ℣. 7. & 18. ℣. 14.

Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam. Origenes: Primum quidem est, nullum opus facere confusionis, sed omnia talia, quæ possint Deum

Origen.

libera

Væ homini illi, qui præ multis peccatoribus, non tamen inter iustos iustificatus fuerit. *Eccl.* 44. ℣. 20. 2. *Paral.* 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libera fronte respicere; quia vero, vt homines, sæpe peccamus, sciendum secundam, vt ita dicam, naturam post confusionis opera, esse erubescere, & pro sceleribus suis verecundos oculos deijcere, neque sic procaci vultu incedere, quasi nihil omnino peccauerit. Hieronymus ex Origene. Secunda post naufragium tabula est, cum peccaueris, erubescere, & non illi subiacere increpationi, quæ contra Ierusalem dicitur: Facies *meretricis facta es tibi*, nescis *erubescere*, &c. Oranti Moysi pro sorore Maria, quam Dominus in pœnam superbiæ lepra compleuerat, respondet. *Si pater eius spuisset in faciem illius, non debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.* Obserua ignominiam, dedecus, quæ nobis quandoque contingere solet, nihil aliud esse quam execrationem Dei parentis nostri indignantis in faciem nostram iactam in superbiæ, & inobedientiæ supplicium, cuius finis est salutaris confusio, pariterque remedium. Dauid placatus verbis Ioab de Absalone exule ob fratricidium sic decreuit: *Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat:* Leuo illi exilium, sed indico verecundiam. Mulier peccatrix accessit retro secus pedes Iesu discumbentis, admissorum criminum pudore cooperta, neque erubuit sola in alienam domum intempestiue irruere, & superbi Pharisæi sannæ se ipsam exponere; quasi hoc Dei iudicium contra se dictum reputans: *Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam.* sed vide quanto cum honore & lucro tulit Magdalena confusionem.

Confusionis operibus confusio & erubescentia remedium est, *Hieron. Origen.*

Ier. 3. ℣. 3.

Num. 12. ℣. 14.

2. Reg. 14. ℣. 24.

Luc. 7. ℣. 38

LIII. Promittitur Israeli restitutio cum accessione gentium.

Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ, & filiarum eius, & conuertam reuersionem tuam in medio earum. Fausta, & euangelica promissio de restitutione Israëlis cum accessione gentium per Christum Dominum: quam sic efferunt Septuaginta: Et conuertam conuersiones earum, conuersionem Samariæ, & filiarum eius, &c. Aquyla, & Symmachus: Conuertam captiuitatem earum, captiuitatem Samariæ, &c. quæ versio Hebraico textui conformis est. Hieronymus enim sensum potius obseruauit, quam verba; ex quibus omnibus videtur confici, legendum esse conuersionem Sodomorum, & conuersionem Samariæ in quarto casu; non vero *conuersione* in sexto casu: sicut & nomen sequens, scilicet, *reuersionem*, testatur: quia omnia hæc nomina ab eodem verbo, quod initio ponitur, reguntur in codice Hebræo, in quo non repetitur illud: *& conuertam reuersionem*, sed consequenter legitur: & conuersionem tuam in medio earum: vt apertum videatur, in casu accusandi vniuersa ea nomina esse a diuo Hieronymo, sicut a ceteris interpretibus posita. Porro conuersio, vel reuersio, vel captiuitas idem significant, scilicet captiuos reuertentes. Sic Ieremias. *Conuertam conuersionem populi mei Israel, & Iuda*, id est, captiuitatem, vel transmigrationem, vt Septuaginta transtulerunt.

Aquyla & Symmachus apud Hiero.

Hieron.

Ierem. 30. ℣. 3.

Et conuertam reuersionem tuam. Hebraice pro *conuertam* legimus ושבית, vsebith, superaddito signo literæ י, iod, quo sciamus eam non esse in suo loco: & merito: nam postponenda est litteræ ת, thau, atque ita legendum ושבתי, vsabthi, *& conuertam*, quomodo legit Hieronymus olim, atque Septuaginta. Falsi enim sunt recentiores, qui librariorum errorem sequentes transferunt: Et conuersionem conuersionum tuarum: quasi nomen esset hoc Hebraicum vocabulum, & non potius verbum, si rite castigetur.

Hieron.

Sed, antequam vlterius procedamus, oportet difficilem quæstionem soluere, quæ ex ijs verbis orta interpretes cruciauit veteres, & recentiores exagitat. Videlicet, quonam modo, vel tempore futurum sit, vt Sodoma, & Samaria in pristinum statum restituantur? & quidem de Samaria non tanta difficultas est, quanta de Sodoma, & filiabus eius: vix enim explicari posse videtur, quo pacto Sodomitarum vrbes, quæ mari mortuo tot retro sæculis obrutæ sunt, in medio lacu reædificentur, nisi lacus ipse altero prodigio de cælo tactus exsiccetur. Quod etiamsi daretur non continuo impleri diceremus promissionem Vatis: neque enim de vrbibus loquitur, sed de ciuibus Sodomitis, quos tamen extinctos omnino scimus igne sulphureo de cælo misso. Deinde augetur difficultas, quoniam Sodoma restituenda prædicitur ante Ierusalem, at notum est Ierusalem temporibus Zorobabelis instauratam; cum tamen Sodoma neque ante ea tempora, neque hucusque reparata fuerit, immo vero sub mari mortuo iaceat æterna obliuione sepulta. Theodoretus, quo se ab istis angustijs liberaret verba Græca ἀποστρέψω τὰς ἀποστροφάς, apostrepso tas apostrophas, ita transfert: Auertam auersiones earum, auersionem Samariæ, &c. quomodo legit etiam interpres textus Complutensis, atque in hanc sententiam explanat: opus est Scripturæ idiomata nouisse: nec enim aliter eius mentem assequi possumus. Hoc igitur idioma inter alia multa item habet, vt & quæ fuerunt tanquam futura narret, & futura, vt ea quæ facta sunt. Itaque hoc loco similiter res gestas, vt futuras disserit: Auersata est me Sodoma, & subiectæ illi vrbes, parique ratione cum subiectis Samaria; sed ego item auersatus sum, eorumque, quæ peccauit, exegi pœnas. Alij iuniores eandem sententiam ex vulgata editione eliciunt, versus hosce legentes per ironiam. Videlicet, inquit Dominus, cõuertam conuersionem Samariæ, & Sodomæ, atque inter illas tuam conuersionem reducam. Vel per interrogationem, quæ tantundem valet: Restituam ne Samariam, & Sodomam ad pristinam dignitatem? minime vero. sic igitur restituam Ierusalem, &c. Verum hic sensus manifeste repugnat contextui: præsertim sequentibus verbis vsque ad finem capitis, quibus nil comminatorium, nil asperum, sed omnia fausta sunt, & benignitatis plena: *Recordabor*, inquit, *ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis uiarum tuarum, & confunderis, cum receperis sorores tuas, &c.* Nihil hic austerum sonat, aut ironicum, sed simplex, & Deo digna promissio de restitutione Ierusalem in futurum cum adiunctis sororibus Samaria, & Sodoma. Oportet ergo verba, quæ tractamus, non ad præteritum, vt putauit Theodoretus, sed ad futurum tempus referre, neque comminatoria existimare, sed promissoria. Iudæi præsentem pollicitationem ad tempus Messiæ, regnumque annorum mille, quod expectant, retulerunt: quo quidem sæculo hæc tria regna restituenda in pristinam gloriam somniarunt: eadem postea scripsit Rabbi Salomon; sed vana Iudæorum commenta spes eorum tandiu dilata refellit. Origenes, atque eum secutus Hieronymus, nomine Sodomæ, intelligunt gentes; nomine autem Samariæ, Hæreticos; nomine vero Ierusalem, peccatores fideles, qui omnes in secundo Christi aduentu, vt Hieronymus putat; vel in primo, vt Origeni placet, ad magnam felicitatem, & gloriam euehendi prædicantur. Verum quis non videt hunc sensum mysticum esse, atque in alio magis germano esse fundatum? Alij per Sodomam accipere malunt Ammonitas, & Mohabitas, quorum pater Loth habitauit in Sodomis: matres vero eorum,

Quo tempore Sodoma & Samaria restituenda.

Genes. 19.

Theodor.

Iudæi apud Hieron.

R. Salomo.

Origen.

Hieron.

Lyranus.

rum, filiæ scilicet Loth, & in Sodomis natæ sunt, & educatæ, vt videre est in Genesi. Per Samariam autem accipiunt Gentiles ibi habitantes. Per Ierusalem denique populum Iudæorum, qui quidem ex bona parte Christo, & Apostolis prædicantibus conuersi sunt ad Dei veri fidem, & religionem.

Genes. 19.

Burgen.

Sed merito hæc interpretatio suspecta est Burgensi, & tanquam aliena a sacræ scripturæ stylo reiecta: quia Samariæ nomine vates omnes accipiunt regnum Ephraim, non gentes, quæ Samariam transmigrarunt, vt videre est in libris Regum. Præterea nouum est, sub nomine Sodomæ, Ammon, & Moab intelligere sacros scriptores, sed illud recentius in reparatione mundi per Christum facienda, Moabitarum, & Ammonitarum mentionem fieri: quæ enim pars Ammonitis, & Moabitis in Israel? Vel quæ hæreditas in terra filijs Iacob promissa? cum de illis scriptum sit in Deuteronomio. *Ammonites, & Moabites &c. non intrabunt Ecclesiam Domini in aternum?*

4. Reg. 17.

Deut. 23. ℣. 3.

Reſpondet propoſitæ quæſtioni.

Scimus quidem, & fatemur ingenue, omnibus nationibus promissam salutem per Christum exhibendam; ceterum ea pollicitatio in sacris solet fieri Iudæis sub nomine proprio; gentibus vero sub nomine Israël, aut Ioseph, vel Ephraim, quod tribus decem in gentes iam degenerauerant. Scimus item regnum cælorum patére vniuersis; verum ingressum in id regnum polliceri solet Scriptura sub nomine reductionis Iuda, seu Israël in terram promissam. Quare si Scripturæ phrasim tenere volumus, necesse est per Sodomam, & Samariam nullam aliam nationem, quam decem tribus Israël intelligamus, quod fecerunt Græci superius citati. Et per sororem quidem maiorem, septem tribus, quarum metropolis Samaria fuit; per minorem vero tres reliquas seu duas cum dimidia, scilicet Ruben, Gad, & dimidiam Manasse, quibus data est in possessionem regio Basan, & Galaad trans Iordanem ad solis ortum: nam hæ sunt duæ domus, quarum meminit Amos dicens: *Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus*, &c. Græcorum itaque sententia, quam eo loco probabilem significauimus, nunc profitemur probabilissimam: & quæ vna capitis huius instituto satisfaciat. Triumphat enim Polychronius merito, cum ad hunc versum interpretandum ventum est, dicens: Aperte per hæc duas, & dimidiam tribum reliquis septem annectit. Scholiastes item vrget nos, aliud per Sodomam, quam Galgalam accipere non posse, ijs verbis: Euidenter ostendit se non de Sodomis proprie loqui: qua enim ratione fuerunt in integrum restituenda? Sed illud in Græcorum opinione castigandum est, & regionem trans Iordanem appellatam fuisse Galgalam; Galaad dicendum erat non Galgala; quia hoc nomen est vrbis inter Iordanem & Hierico, vt patet in Iosue, atque adeo non pertinet ad duas, & dimidiam tribus trans Iordanem, sed potius ad septem, quæ erant cis Iordanem. Deinde reddenda ratio est, cur nomine Sodomæ appellata sit ab Ezechiele regio illa Galaad, & Basan: nam hoc nouum, & suspectum videri potest, vt nos supra versu citato dicebamus, hoc argumentum contra sententiam Græcorum struentes. Cui nunc respondemus, nouum quoque fuisse, ab Isaia Sodomorum appellationem impositam Hierosolymis: minus autem nouum, a Ieremia Samariam & Ierusalem eodem nomine compellari: quippe quod iampridem Isaias vsurpauerat. Eadem ergo ratione nec nouum, nec suspectum videri debet, terram Galaad ab Ezechiele Sodomam esse nuncupatam; cum maiorem habeat analogiam cum Sodoma, quam Samaria, vel Ierusalem: Nam primum quidem situ proxima est, & vicina Sodomæ: deinde feracitate, atque planitie soli eam æmulabatur mirum in modum, vt videre est in libro Numerorum, atque alias in sacris, vbi terræ Basan, & Galaad mentio fieri solet semper cum laude bonitatis, & feraciratis illarum: ex feraci autem gleba panis, & fructuum abundantiam nasci compertum est: at vero ex affluentia ciborum delicias, luxum, otium, abominandaque vitia pullulare quis non videat? quæ quidem omnia in tribus Ruben, Gad, & Manasse vel maxime floruisse non solum ex soli felicitate, sed potissimum ex præmatura captiuitate, qua abductæ sunt a Teglath phalásar ante ceteras tribus, euidenti argumento demonstratur, vt ijs rationibus aptissime appellari potuerit Sodoma ea regio, quæ veteris Sodomæ expressam referebat imaginem. De decem ergo tribubus sermo est Prophetæ, cum de sororibus Ierusalem dicit: *Conuertam reuersionem tuam in medio earum.*

Num. 32.

Verum supereſt aliud examinandum non minus fortasse difficile, de quanam conuersione loquatur Vates: an de conuersione, & restitutione regnorum prædictorum ad pristinam gloriam temporalem? an potius de conuersione animorum ad veri Dei fidem, & religionem. Et quidem de restitutione temporali videtur illud necessario accipiendum: *Reuertentur ad antiquitatem suam*: id est, in statum pristinum: constat enim pristinum regnum Israëlitarum temporale fuisse. Sed si hoc dicamus, opponetur nobis quod subditur: *Conuertam reuersionem tuam in medio earum*: quod nullo modo impletum videtur, cum Ierusalem captiuitas reducta sit per Cyrum: decem autem tribus dispersæ maneant inter Gentes, vt Iosephus, atque Hieronymus multis locis testantur. Quomodo ergo conuersa est Ierusalem in medio earum, vel inter eas? Si autem de conuersione ad Christum Dominum prædicta omnia intelligenda dixerimus; obijcies nobis, hoc non esse restitui, sicut erant prius: deinde non esse conuersam Ierusalem inter sorores, sed multis sæculis ante illas, cum decem tribus in fine sæculorum conuertendæ dicantur multis locis prophetarum. Huic quæstioni respondemus de conuersione ad Christum Dominum potissimum esse sermonem: quoniam vero de ea conuersione solet loqui sacra Scriptura sub figura reductionis captiuitatis Babylonicæ, & Assyricæ; eandem dicendi rationem tenuisse Prophetam: quare de vtriusque regni restitutione hæc promissio explicanda est, quemadmodum res ipsa nos docuit, in vtriusque captiuitatis solutione per Cyri liberalitatem facta plane fuisse comprobatum. Nam, vt latius supra tractauimus, multæ myriades filiorum Israël, vel qui cum Iudæis ante degebant, vel qui eorum felicitatis participes esse voluerunt, simul cum ipsis e Babylone in patriam remearunt, atque singulæ tribus proprias recuperarunt sortes, & antiquas sedes occuparunt: atque ex omnibus tribubus quamplurimi, prædicante Christo, vel Apostolis, veram religionem susceperunt: nam hæ sunt reliquiæ Israël secundum electionem saluandæ, de quibus Oseas, Isaias, & Paulus meminere. Itaque de Israëlitis, qui se adiunxerunt Iudæis, hæc prophetia

Ioseph. 11. antiq. cap. 5. Hieron. sup. Oseæ 1.

De qua conuersione loquatur vates, ad temporale regnum, an ad spirituale.

Reſpondet, conuersionē prædici futuram ad Christum Dominum.

Oseas. Isaias. Paulus.

Sub ingressu terræ promissæ siue reductionis in Ierusalem cælestis patria promittitur.

Græci citati sup. ℣. 46.

Polychr.

Scholiast.

Galaad corrigendū, non Galgala.

Iosue. 5.

Item. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetia satis commode explanatur, atque ex parte completa creditur. Quoniam vero reliquiæ prædictæ respectu omnium filiorum Israel, atque adeo omnium nationum, quarum symbolum erant Israëlitæ inter gentes sine lege habitantes, erant quasi fœces (quo nomine eas appellat Isaias. *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas: Ecce dedi te in lucem gentium &c.* hoc est, minima, & abiectissima pars Israëlitarum) necesse est, quo tam grandis promissio facta sororibus Iuda, & filiabus earum omnino impleatur, de gentium conuersione ad Christum illam interpretari. Tunc igitur conuersæ sunt sorores Hierusalem ad antiquitatem suam, cum gentes Israëlitis significatæ Christi fidem recipientes participes factæ sunt diuitiarum, & gloriæ Dei, atque adeo regni cælorum, quod illo temporali Israëlitico adumbrabatur. Tunc restitutæ dicuntur in patriam, cum non vt antea hospites, & aduenæ censentur, sed ciues sanctorum, & domestici Dei. Tunc Sodoma, & filiæ eius, id est, duæ tribus trans Iordanem restituuntur, sicut erant prius, cum remotiores gentes, & magis a Christo alienatæ ad terram feracissimam, pascuaque vberrima Ecclesiæ reuocantur, quæ felicitate soli, & cæli bonitate, regionem Basan & Galaad miris modis excellit. Samaria quoque tunc temporis ad pristinum statum regni florentissimi reducitur, cum maxima gentium multitudo, vtpote Romani & Græci, qui ex parte Dei habebant notitiam, multis tamen erroribus fœdatam, non secus atque tribus Israël, noua Euangelij luce exorta, fugatis errorum tenebris, veram fidem amplexati sunt, atque iustitiam, pacem, & gaudium, in quibus situm est Dei regnum, consecuti. Ergo & qui erant longe, & qui erant prope gentium populi in regnum cælorum, in Ecclesiam videlicet admissi, nunc a Propheta appellantur *sorores* Ieruſalem, cum ipsa e captiuitate reuocatæ. Neque prædictis obstant, quæ supra obijciebantur, immo nullo negotio, si hæc bene teneantur, poterunt dilui. Illud autem, quod postremo loco propositum est, de conuersione Israël in fine sæculorum; præclare aptatur conuersioni gentium ad Christum, quæ in nouissimis diebus futura prædicitur ab Isaia & Michæa: nam tempora Messiæ merito appellari solent nouissima in literis sacris, quod venturus erat in plenitudine temporis, sicut re ipsa venit, Apostolo testante. Sed de hac re opportuniori loco differemus. Ergo de vocatione gentium cum Iudæis ad Euangelium prophetia ista intelligenda est.

Isa.49.v.6.

Conuertendus Israel in fine sæculorum.

Isa. 2. Michææ 4.

Et conuertam reuersionem tuam in medio earum;

LIV. *Vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti, consolans eas.* Videntur hæc prædictis aduersari, & vltionem potius sapere, quam promissionem. Sed non est ita; immo vero ijs verbis dilucide monstratur mysterium illud Pauli absconditum a constitutione mundi, & propositi diuini decretum, quod in vocatione fidelium ad Ecclesiam Deus iudex æquissimus, & simul pater misericors obseruauit; videlicet, vt Iudæi in medio gentium vocarentur, & admitterentur in regnum cælorum, id est, ad gratiam Christi. Sed quid est in medio gentium? inter gentes, sicut ceteræ gentes, non prius, quam gentes, nulla prærogatiua illis data præ gentibus, nil amplius dignitatis aut priuilegij accipientes, quam gentium nationes: quod scilicet Paulus ad Romanos toties repetit: *Non est acceptio personarum apud Deum. Non est distinctio Iudæi & Græci. Non est circumcisio aut præputium. Vnus Deus & pater omnium. Omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei.* hoc est: non secus atque gentes, indigent Iudæi misericordia, & remissione peccatorum, in qua Dei bonitas maxime elucet. Et iterum: *Conclusit Scriptura omnia sub peccato: & in incredulitate, vt omnium misereatur.* Sed ais: Nonne hoc magnum erat Dei beneficium ad Christi diuitias, & regnum gratis & ex misericordia vocari, & admitti? Erat quidem, sed Iudæis, quibus olim facta fuerat pollicitatio de mittendo redemptore, &, vt ait Apostolus, quorum erat testamentum, & legislatio, & promissio, & quorum patres (erant) ex quibus natus est Christus, seu progenitores Christi, nolebant eam vocationem esse ex gratia, sed exhibitionem potius ex iustitia, atque sibi de iure debitam vt pote legis cultoribus; gentibus autem idololatris interdictam; vel saltem ad sese potiori iure pertinentem, ad ceteros vero secundario, quasi ad hospites testamentorum, & ascititios ad populum Dei. Cum vero rem contra gestam viderunt, primum erubescere, deinde indignari, post æmulari etiam Gentiles cœperunt: immo & patrem misericordiarum criminari, quod filium prodigum domo exceperit, & ad saginati vituli cœnam admiserit cum exultatione. En quo pacto Deus in vocatione fidelium misericordiam exercuit in gentes, iudicium vero in Israël secundum carnem; vt Apostolus ex propheta recensuit factitatum: *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem*, id est, vocando ad meum conuiuium homines ex media plebe, quos ne gentis quidem appellatione dignamini, sed belluas potius soletis vocare; vnde vos verecundati ad imitationem eorum prouocemini, si sani eritis, sin minus ad æmulationem, & indignationem. Et apertius aliquanto inferius idem comminatus est Deus: *Mea est vltio, & ego retribuam* eis *in tempore, vt labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, iudicabit Dominus populum suum, & seruis suis miserebitur.* Quoniam vero hoc iudicium in superbos Iudæos fuit magna consolatio gentium; admissio vero gentium confusio Iudæorum; dicit Propheta: *Et confundaris &c. consolans eas*, id est, vt tu non prælata illis erubescas, quia potiora expectabas; ipsæ vero non posthabitæ tibi, cum alioqui essent omnino indignæ, consolationem magnam percipiant.

Rom.11.v. 19.

Deut.32.v. 35.

Vocatio gentium earum solatium, Iudæorum confusio fuit.

LV. *Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam; & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam; & tu & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram.* Acerbius videtur iudicium, quod subditur exercendum in Hierusalem, vt scilicet prius introducantur in regnum Christi Sodoma, & Samaria; hoc est, vt supra explicuimus, Gentiles, qui erant longe, significati in duabus tribubus; & qui erant prope, repræsentati in septem reliquis; deinde vero postremus vel locus, vel ingressus Iudæis concedatur: quod Paulus non tacuit: *Nolo enim*, inquit, *vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.* Hoc adumbrauit in prædicta Christi parabola frater natu maior fere per vim a patre introductus ad conuiuium, in quo minorem fratrem, & quidem prodigum ante sedentem, & gaudentē inuenit. Hoc Christus significauit

Rom.11.v. 25.

ficauit admirando illo epiphonemate, quæ parabolam clausit mysterijs plenam. *Erunt*, inquit, *nouissimi primi, & primi nouissimi*. Quæ tamen sententia, quoniam & præhabitis in ea parabola, & prædictis in hac explanatione aduersari videtur, explicanda est. Vocantur ad vineam operarij mane, meridie, & vesperi; fit conuentio mercedis ex denario: reuersis singulis denarius ex æquo redditur. Vespertini consolantur & exultant, matutini indignantur, & fremunt: audit eorum aliquis a patrefamilias: *Amice non facio tibi iniuriam: non ne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est*, nec mihi, vel operis succenseas. *An oculus tuus* inuidus, & parcus *est*, (nam hoc valet *nequam*) *quia ego bonus*, liberalis, *sum*? Hoc est. An ideo, Iudæa, æmularis Gentiles, quod tantundem ego illis, ac tibi promiseram, dono? an non licet mihi ex gratia largiri gentibus remissionē peccatorum, quam patribus tuis olim me tibi daturum promisi? nunquid quod illis tantundem dono, tibi quidquam ex pacto detraho? Sic se gerente Patre meo erga vtrosque populos, ait Christus, *erunt nouissimi primi, & primi nouissimi*. Sed quomodo hoc verum est, vel quorsum parabolæ adijcitur? nam potius ex re gesta deducitur, omnes futuros in regno cælorum, in gratia, inquam, prima Euangelij participanda prorsus æquales, quemadmodum & operarij omnes eundem denarij valorem acceperunt. Ita est plane, si donum consideres; sin autem pactum, qui murmurabant, nouissimi fuerunt non solum tempore, quia post reliquos acceperunt denarium; sed etiam quia minorem mercedem ceteris reportarunt, non quidem absolute, sed comparatione habita vocationis prioris pacti initi de denario accipiendo, laboris diuturnioris, atque expectationis laborantium. Etenim qui priores vocati fuerant, pactique, & diutius laborauerant, non immerito sibi promiserant duplo maiorem mercedem, quam quæ nouissimis daretur, qua frustrati conqueruntur se minus illis accepisse, quod paria acceperint, atque ita ex primis se factos nouissimos, reliquos vero ex nouissimis primos.

Matth. 20. ℣.16.

Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Denarij merces, participatio Euangelij est.

LVI. *Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuæ.*

LVII. *Antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæsthinarum, quæ ambiunt te per gyrum.* Hieronymus: Sic nobis videtur lectionis ordo reddendus: In diebus superbiæ tuæ quando peccabas non es recordata auersionis Sodomæ sororis tuæ, antequam patēret malitia tua, quæ hoc tempore reuelata est, in tantum vt cunctis vrbibus Syriæ, & Palæsthinæ, quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobrium. Præclare connectit literam Hieronymus, sed sensum huius versus cum ijs, quæ præcesserunt, & quæ sequuntur, cohærentem desideramus: quorsum enim in medijs promissionibus repetitur increpatio? Alio sensu interpretantur locum Polychronius, & Theodoretus secuti lectionem Septuaginta, quæ sic habet: Nisi fuisset Sodoma soror tua ad audiendum, vel in auditum in ore tuo in diebus superbiæ tuæ, &c. ipsi enim hoc modo scribunt: Si non didicisses, inquit, Sodomorum supplicium, diuulgatum fuisset in ore tuo illorum exitium, quemadmodum tua nunc obsidio in Syriæ, & Palæsthinæ ciuitatibus, quidnam amplius, quam illi peccasses? neque enim illorum tibi profuit exemplum: sed cum nosses, & quæ ab illis fuerunt perpetrata, & quæ in eos constituta supplicia, nihilominus in sceleribus perstiti-

Hieron.

Polychr. Theodor.

A sti, &c. Verum hic sensus quantumuis quadret interpretationi, quam Theodoretus facit verborum præcedentium, vsurpans reuersionem pro euacuatione & desolatione, contextui nullo modo cohæret, vt supra monuimus agentes de illa acceptione vocabuli, reuersio. Præterea addunt Græci eam orationem: Quidnam amplius, quam illi peccares? cuius ne vestigium quidem extat in textu: quapropter hic sensus nobis parum germanus videtur. Ergo Sodomam auditam esse in ore Ierusalem non significat eius auditam esse famam, vt Græci volunt, alioqui dixisset Vates: non fuit audita in auribus tuis, & non potius in ore tuo. Neque vero significat Ierusalem Sodomæ esse recordatam, sed ipsius nomen ore suo vsurpasse: ac si B diceret. Non dignabaris vel ore proprio vsurpare nomen Sodomæ peccatricis sororis tuæ in die superbiæ tuæ, cum scilicet meis donis exultares, antequam reuelaretur nuditas, & ignominia tua. Ceteras vrbes vicinas tuas aspernabaris, contemnebas, nec nominare eas volebas præ fastu, atque animi elatione, sed probrosis eas appellabas cognomentis. Ij sunt, qui de falsa iustitia sibi placentes dicunt. *Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es*; Iudæi scilicet, qui peccatores aspernabantur, immo Christum Dominum despiciebant, quod illos reciperet, vel apud illos pranderet: aduersus quos parabolam proponit de Pharisæo & Publicano, in qua videdere est quanto supercilio Pharisæus de suis operibus coram Deo gloriatur; quamque fastidiret C Publicanum, cuius ne nomen quidem ore sacro audet vsurpare, ne polluatur, sed dedecoris ergo Publicanum illum compellat, dicens: Velut etiam hic Publicanus. Pronomen contemptum importat, cognomen vero fastidium; ac si dicat: Non sum ego qualis impurissimus iste peccator, quem ob vilitatem nominare non dignor, ob religionem vero non audeo in Templo adorans meo ore proferre. Verum audiant fastiosi diuites, quam grata sit Deo superba iustitia.

Despicit alios peccatores peccator, superbus ita vt nec nominare illos velit.

Isa. 65. ℣.3

Lucæ 18.

Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus. Symmachus, & Chaldæus vertunt, tu portabis. Septuaginta in codice Hieronymi, & Theodoreti: tu porta, quod idem valet cum futuro. Sed pro scelere, & ignominia, Symmachus posuit scelus, & nefas: Theodotio, fornicationes, & contaminationes: Septuaginta, impietates, & iniquitates: vt sensus sit; Sustine itaque æquo animo: vel: Sustinebis igitur merito pœnam tuis impietatibus, & iniquitatibus debitam. Sed quænam ista pœna est? absque dubio, conuerti ad regnum pristinum post sorores suas; non esse illis prælatam tempore, neque priuilegio excelluisse aliquo, immo vero postpositam sororibus minoribus natu, vt iam explicuimus: digna plane superbiæ pœna est ignominia, & arrogantiæ meritum supplicium est contemptus. Sicut & ambitionis propria merces est repulsa. Quam grauis autem ea pœna sit, ex implacabili odio, quod in corde Esau ingenerauit, conijci potest, de quo legimus. *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, &c.* Item ex inuidia filiorum Iacob aduersus Ioseph, de quibus scriptum est: *Videntes autem fratres eius, quod a patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui*. Denique ex Iudæorum insano furore aduersus Christum dicentem: *Auferetur a vobis regnum*: & aduersus Stephanum;

LVIII. *Symmachus Chaldæus.* *Theodot.*

Superbiæ digna pœna ignominia est, & arrogantiæ, contemptus.

Genes. 27. ℣.41.

Gen. 37. ℣.4

Matth. 21. ℣.43.

Universidad de Deusto Biblioteca

Act.7.℣.54. *Qui diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.*

LIX. *Quia hæc dicit Dominus Deus. Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, ut irritum faceres pactum.* Neoterici locum ſic vertunt: & feciſſem tibi, vel facerem tecum, quemadmodum tu feciſti; veruntamen recordabor potius pacti mei. Verum melius annectitur verſus iſte ſuperioribus. Ignominiam tuam tu portabis, & in hoc ſupplicio faciam tibi, &c. nam cum Hieronymo tranſtulerunt Veteres ex Hebraico. Et faciam tibi ſicut feciſti, quoniam deſpexiſti iuramentum, &c. Chaldæus: Vindictam de te ſumam, ſicut feciſti, nam ſpreuiſti iuramentum, &c. Septuaginta in codice Theodoreti, & Complutenſi: Faciam in te ſicut feciſti, ſicut deſpexiſti execrationem, vt violares teſtamentum meum. Hieronymus autem breuitati conſulens illam orationem omiſit (ſicut feciſti) quod ſequenti ſatis declarabatur. Vocula, *vt*, non eſt hoc loco cauſalis, ſed potius conſecutiua, valetque, ita vt, quemadmodum alijs ſacræ Scripturæ locis: apud Ieremiam. *Confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque a malitia ſua, &c.* Et apud Matthæum. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus*, id eſt, ita vt veniat, vel, atque ita veniat. Eadem phraſis extat apud Matthæum in præpoſitione *ad*. *Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam*. id eſt, ita vt concupiſcat: neque enim mœchatur, aut gehenna dignus eſt, qui videt, ſed qui videns concupiſcit.

Chaldæus. *Hieron.* Particula (vt) valet idem quod (ita vt) *Ier.23.℣.14* *Matth.23.℣.35.& 5.℣.28.*

Iuramentum. Hebraice dicitur אלה, alah, hoc eſt, adiuratio, qua quis cum imprecatione mali adſtringitur ad ſeruandum pactum: omen, execratio, iuramentum, execratorium factum cum deuotione eius, qui transgreſſor fuerit fœderis. Eius vocis mentio eſt in Geneſi. *Non teneberis iuramento*, id eſt, immunis eris ab omine, & imprecatione, ſub qua mihi iuraſti. Item in Numeris. *His maledictionibus ſubiacebis*. Hebraice: adiurabit eam ſacerdos cum imprecatione. Fœdera autem cum execratione, quæ hîc dicuntur violata, extant in Deuteronomio. *Vt tranſeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum*. Et inferius. *Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, &c.* Porro execrationes, quibus ſe deuouerunt Iſraëlitæ paciſcentes, in Deuteronomio decretæ, in libro Ioſue referuntur decantatæ. Bene igitur hunc locum tractant Scholiaſtes Græci, & Theodoretus dicentes: Habuit lex execrationem tranſgreſſoribus interminatam, quam ſex tribus ſtantes ſuper montem Hebal iuſſæ ſunt percurrere, vniuerſo populo reſpondente, amen. Cum igitur ait: Neque execrationem verita fueris, ſed abſque metu pactum meum violaueris, percipe ſeminum tuorum fructus. Deinde poſt pœnam bona maiora pollicetur.

Genes. 24.℣.8. *Nu.5.℣.21* *Deut. 29.℣.12.* *Deut.27.* *Ioſue 8.* *Scholiaſt. Græci.* *Theodor.*

LX. *Et recordabo ego pacti mei tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum.* Theodoretus. Tu enim, inquit, iuramenta deſpexiſti, & fœdera, quæ mecum pepigeras, violaſti; ſed me ne hoc quidem adducet, vt te omnino deſeram. Verum vbi te diſciplina inſtructam æquitatem edocuero, fœderum illorum recordabor, quæ olim tecum percuſsi, cum adhuc eſſes infantula (ita vocat tempus illud, quo in ſolitudine eſt commorata) & ſtatuam teſtamentum meum, teſtamentum ſempiternum, non legis, ſed gratiæ, non per Moſen, ſed per Apoſtolos: illud enim ad tempus durabat, hoc vero eſt æternum. Scholiaſtes. Recordabor, inquit, teſtamenti mei: ſic enim vocat pactum, & promiſſionem factam Abrahamo, quod ex eius ſemine naſciturus eſſet Chriſtus, cuius etiam mentione facta eduxit illos ex Agypto: hoc enim & ſempiternum eſt: legis enim diſpoſitio, & iuſtitiæ carnis erant ſecundum diuinum Apoſtolum vſque ad tempus correctionis impoſita, promiſſio autem in æternum manet: hoc eſt quod idem Apoſtolus ſcribit: *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius: non dicit: Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a Deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem, &c.* Bene habet Scholiaſtes, illique fauet verbum *ſuſcitabo*, Hebraice הקימותי, haqimothi, ſtare faciam, reuocabo in vſum, & quaſi ad vitam; hoc eſt, opere complebo, re ipſa præſtabo: nam vt cadere verbum, quod ſupra notauimus, eſt non impleri, irritum fieri; ſic ſtare, eſt præſtari, impleri. Si igitur pactum implendum promittitur, non eſt aliud de nouo ineundum, ſed vetus quod tranſactum eſt cum patribus, non Moſaicum quod temporarium fuit, Apoſtolo teſtante. Ergo illud, quod cum Abraham initum eſt de ſemine benedicto, nunc reiteratur præſtandum. Sed de hoc pacto infra dicturi ſumus.

Gal.3.℣.16 Stare verbum eſt præſtari, impleri. *Inf.cap.36.*

LXI. *Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cum receperis ſorores tuas te maiores cum minoribus tuis*. In priſtinum regnum reſtituta gremio tuo excipies nationes gentium plurimarum, quod quidem beneficium, tibi præſtabo ceteris omnibus cumulatius, vt carbones ignis congeram ſuper caput tuum, vincamque in bono malum; tuam ſcilicet malitiam bonitate mea ſuperans, ad ruborem, & verecundiam te adducam, ex qua pœnitentia malefactorum orietur. Hoc reuera contigit in Actis Apoſtolorum, vbi ſic habes. *His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt, &c. Quid faciemus, viri fratres, &c.* *Act.2.℣.37*

Et dabo eas tibi in filias, ſed non ex pacto tuo. Scholiaſtes. In filias non ſolum propter morum ſimilitudinem, ſed etiam propter temporis antiquitatem, &c. *Non ex pacto*, inquit, *tuo* Moſaico, quod tu tranſgreſſa es, & quod vel inuiolatum per ſe infirmũ erat; ſed ex meo, quod ſcilicet olim Abrahamo promiſi, & per Chriſtum præſtabo, hoc eſt: Ex vi legis gratiæ Sodoma, & Samaria, nationes ſcilicet omnes, quæ longe, & quæ prope, erunt tibi quaſi filiæ. *Scholiaſt.*

Duo nobis proponuntur theoremata apud ſacros Vates celebratiſſima: primum de vocatione gentium ad Eccleſiam, alterum de earum incorporatione, vel inſitione in corpus Chriſti myſticum mediante fide, & caritate. De primo differit Iſaias ſæpius, ſed potiſſimũ in poſtremis vaticinij capitibus: nam ſic habet: *Lauda ſterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hymnum*, o Rachel, *quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ* erunt *magis, quam eius, quæ habet virum, dicit Dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne parcas* ſumptibus, *longos fac funiculos, & clauos tuos conſolida: Ad dexteram enim, et ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit*, & reliqua, quæ conſequuntur vſque ad finem capitis. Præterea alio capite idem argumentum habet: *Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, &c. adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ, &c.* Et alibi. *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, &c. omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi; filij tui*

Duo proponuntur, & vocatio gentium ad Eccleſiam & earum incorporatio cum Chriſto. *Iſa. 54.* *Ibid. 56.℣.6.* *Ibid. 60.*

tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent, &c. A *adducam filios tuos de longe, &c. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos*, & cetera vsque ad finem capitis. Item, *Et vocabuntur*, nascentur, *in ea fortes iustitiæ*, arbores robustæ iustitiæ, *plantatio Domini ad glorificandum, &c.* Et inferius. *Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam*, iustos, & *laudem*, viros laude dignos, *coram vniuersis gentibus, &c.* Caput sexagesimum quintum totum est in hac re: verum caput sexagesimum sextum explicatius eandem tractat: *Quis*, inquit, *audiuit unquam tale? & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* Hoc idem miraculum celebrat Dauid in psalmo. *Fundamẽta eius in montibus sanctis:* B *diligit Dominus portas*, arces, mœnia, *Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei: memor ero Rahab*, Aegypti, *& Babylonis scientium me:* nationum harum mihi addictarum memoriam faciam in catalogo meorum ciuium: *Ecce alienigenæ*, Philisthæi, *& Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt* scripti *illic: Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea?* ita ne tot gentium populi ex hac, & ex illa natione in meo repente gremio nati visuntur? Sed quid mirum, cum *ipse fundauit eam* Sionem, me scilicet *Altissimus*? Denique in fine capitis sexagesimi sexti additur: *Et mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes in mare in Africam, & Lydiam tendentes sagittam, in Italiam, & Græciam, ad insulas longe, &c. Et adducent omnes fratres uestros de cunctis* C *Gentibus donum Domino, &c.* In quibus locis apparet, quomodo Ierusalem per Christum restituta, Ecclesia scilicet Hierosolymitana, mater fuerit fidelium omnium, qui Christo nomina dabant: quoniam eos scilicet instituendo quasi pariebat sponso suo Christo, vt merito dixerit Vates: *Et dabo eas* soroores tuas *tibi in filias*. Quoniam vero ex ipsis filijs, & filiabus, fidelibus, inquam, Ecclesia constituebatur, & coagmentabatur; adoptatio filiorum declaratur per translationem ædificationis in prædictis locis. Atque hoc sibi volunt Septuaginta vertentes: Dabo eas tibi in ædificationem, hoc est, in filias, quæ sunt ædificium parentum: nam quemadmodum domus vsurpatur pro familia, sic ædificium pro prole, & ædificatio pro generatione. Sed de hac metaphora superius actum est.

Ibid. 61. ℣. 3. & 11.

Ibid. 65.

Ibid. 66. ℣. 8.

Psal. 86.

Isa. 66. ℣. 19

Ierusalem per Christũ restituta mater fuit credentium.

Alterum propositum verborum erat: Non ex pacto veteri Mosaico, sed ex nouo inito cum Abrahamo, & per Christum præstito adoptionem istam, seu ædificationem fieri: Quod scilicet Paulus contendit Iudæis demonstrare. *Abraham*, inquit, *duos filios habuit, vnum de ancilla, & unum de libera; sed qui de ancilla, secundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim*, Agar & Sara, *sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Sina in seruitutem* seruos *generans, quæ est Agar*, id est, quod refert Agar ancillam. *Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus*, in hac allegoria respondens, *est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem* E *libera est*, respondetque Saræ liberæ, *quæ est mater nostra*, Ecclesia scilicet militans, quæ regnum cælorum dicitur, & cælo descendisse. *Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris, &c. Nos autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus, etc.* Obserua filios Saræ, liberos scilicet, dici filios promissionis, noui videlicet testamenti progeniem, legis gratiæ fructum, quæ in generando in fidelium cordibus spiritum adoptionis filiorum erga Deum, illos miro modo regenerat, & ex seruis filios Dei facit: quod non potuit præstare vetus testamentum: cum enim timorem incuteret, seruorum potius, quam filiorum animos creabat. Bene ergo Vates habet: *Dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo.* Verum prædicta filiatio est respectu Dei sponsi.

Gal. 4. ℣. 22

Videndum restat, quomodo nationes omnes adiunctæ Ecclesiæ non seruæ, sed filiæ respectu ipsius Ecclesiæ dicantur: hoc autem facile est explicatu, si consideremus proselytos ex gentibus nunquam apud Iudæos dignatos esse nomine fratrum, sed potius timentium, vel colentium Deum, seu aduenarum, vel peregrinorum in Israël, vt superius notauimus: ad eos vero, qui ex gentibus ad nouam Ierusalem redeunt, Paulus clamat. Fratres (non enim timentes amplius vocabo) *iam non estis hospites, & aduenæ, sed ciues sanctorum*, vrbis sanctissimæ, &, immo, *domestici Dei*, de eadem Dei familia, & progenie, filij domus eius hæredes, atque adeo tanquam filij, *superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, &c.* At vide quam apposite, quam sapienter Paulus miscuit filiationi ædificationem, quoniam, vt modo dicebamus, filiorum generatio dici solet in sacris ædificatio. Si igitur ædificati sunt in domo Dei Gentiles, superest, vt filij sint Ecclesiæ, & non amplius serui, vel exteri. Hoc itaque significauit Vates, cum Dei nomine promisit Ierusalem restitutæ. *Et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo*, quasi dicat: non ex ui testamenti veteris, quod seruos reddebat ipsos Israëlis filios, tantum abest vt alienigenas in filios adoptaret, vel spiritu filiorum indueret; sed potius ex vi pacti mei, & promissionis factæ Abrahæ, ex vi scilicet legis gratiæ, quam attulit mundo semen Abrahæ promissum, scilicet Christus, qui propterea dictus est pater futuri sæculi, quia factus fuit non solum quasi primus Adam in animam viuentem, sed etiam in spiritum viuificantem: spiritu enim suo viuaci in corda Gentilium diffuso, eos renouauit & regenerauit non iam filios iræ, quales Adam terrenus genuerat, sed filios Abrahæ natos ex Deo, atque adeo filios sponsæ dilectissimæ Ierusalem. De hoc autem pacto subditur statim.

Nationes Ecclesiæ adiunctæ non seruæ sed liberæ.

Eph. 2. ℣. 19

Filiorum generatio dicitur ædificatio.

Et suscitabo ego pactum meum tecum, & scies quia LXII.
D *ego Dominus.*

Vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltrà LXIII.
aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ feciſti, ait Dominus Deus. Sententiam hanc diuinus Apostolus paraphrastice elucidauit ad Romanos scribens in hæc verba. *Causati enim sumus*, causis ante redditis ostendimus, *Iudæos, & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, &c. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur; vt omne os obstruatur, & subditus*, obnoxius, vel reus, *fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati* tantum data est. *Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a lege, & Prophetis: iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei*, gratuita remissione peccatorum: *iustificati gratis per gratiam ipsius*, non vero ex pacto Mosaico, *per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ*, salutis promissæ olim Abrahamo, *propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei*,

Rom. 3. ℣. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ Deus toleraverat, *ad ostensionem iustitiæ* A *eius in hoc tempore*, quo dilata salus carior esset nunc exhibita, *vt sit ipse iustus*, fidelis, stans dictis, & pactis, *& iustificans eum, qui est*, regeneratus, *ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est: per quam legem? factorum?* ex vi cuius pacti? Mosaici ne? *non: sed per legem fidei. Arbitramur enim*, ex prædictis arguimus, *iustificari hominem* ad Ecclesiam venientem, *per fidem sine operibus legis* Mosaicæ. *An Iudæorum Deus tantum? nonne & gentium? immo & gentium: & quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem*, circumcisos, *ex fide, & præputium*, præputiatos, *per fidem, &c.* Ergo sensus loci ex Pauli commentario in hunc modum eruitur. Collata tibi iustitia per sanguinem noui & æterni testamenti, experieris me esse Dominum patientissimum in tolerandis peccatis, & fidelissimum in præstandis promissis, atque recordaberis tum eorum, quæ male egisti; tum eorum, quæ de manu mea accepisti, & erubesces talia peccasse: neque audebis amplius vel tibi arrogare iustitiam, vel sorores tuas contemnere: quinimmo silentio profundo mea veneraberis iudicia, atque perpetua gratitudine mihi deuincta nationes vniuersas vti sorores amplectéris, & vt filias amabis.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Proposita ænigmatica parabola, vaticinatur excidium regni Sedeciæ, atque exaltationem stirpis Ieconiæ, qui captus detinebatur in Babylone.

I. ET factum est verbum Domini B
II. ad me, dicens:
Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel,
III. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.
IV. Summitatem frondium eius auulsit: & C transportauit eam in Terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam.
V. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud.
VI. Cumque germinasset, creuit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines.
VII. Et facta est aquila altera grandis magnis alis, multisque plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui.
VIII. In terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem.
IX. Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergo ne prospera-

sperabitur? nonne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet? & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus.

X. *Ecce plantata est: ergone prosperabitur? nonne cum tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet?*

XI. *Et factum est verbum Domini ad me dicens:*

XII. *Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem.*

XIII. *Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus: & ab eo accipiet iusiurandum: sed & fortes terræ tollet,*

XIV. *Vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud.*

XV. *Qui recedens ab eo misit nuncios ad Aegyptum vt daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, uel consequetur salutem qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, numquid effugiet?*

XVI. *Viuo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.*

XVII. *Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum vt interficiat animas multas.*

Spreuerat enim iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. XVIII.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego, quoniam iuramentum, quod sprenit, & fœdus, quod prævaricatus est, ponam in caput eius. XIX.

Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in prævaricatione, qua despexit me. XX.

Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum. XXI.

Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem. XXII.

In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. XXIII.

Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci. XXIV.

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMISEPTIMI.

I. *ET Factum est verbum Domini ad me dicens.* In hunc modum me allocutus est Dominus.

II. Quid sit ænigma. *Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel et dices.* αἴνιγμα, ænigma, Græcis dicitur obscura allegoria, vel quæstio, quæ vix intelligitur, ab αἰνίττω aenipto, obscure loquor, innuo. Hebræis appellatur חידה, chidah, propositio obscura, problema intricatum: a verbo חוד, chod, hoc est, acute, & obscure loqui, quasi dicas acuminare, proponere scilicet problema, vel quæstionem acutam, & intricatam: Solet in sacris nomen verbo, a quo oritur, coniungi, vt in libro Iudicum. *Propone problema.* Hebraice acue acumen, vel ænigmatice loquere ænigma: quo modo legimus in præsenti versu: *propone ænigma.* Hebraice ænigmatice loquere ænigma, vel acue acumen. παραβολή, parabola, valet Latinis comparatio, vel collatio, vt Ciceroni placuit, auctore Quinctiliano, seu similitudo, qua scilicet res dissimiles conferuntur. Hebraice משל, masal, dignitas, sententia, dictum, prouerbium, axioma, metaphora, figurata oratio, quæ digna est memoria, a משל, masal, quod est dignitatem habere, dominari. Tales sunt sententiæ Salomonis in libro Prouerbiorum congestæ, & parabolæ prænotatæ; nam latius patet Hebraicum nomen, quam Latinum, & Græcum:

Iudic. 14. ℣. 13.

Quid sit parabola. *Cicero. Quinctil.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcum: etenim non solum significat similitudines, sed etiam prouerbia, vel sententias vulgares in triuijs sermone crebro repetitas: vt in libro Prouerbiorum videre est: immo & ænigmata ipsa, quæ sunt obscuriora problemata, amplecti solet: vt in

Ps. 77. ℣. 2. psalmo. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones*, Hebraice ænigmata, *ab initio*: vbi fere æquipollentia facit ænigmata, & parabolas. Christus

Matth. 13. quoque apud Matthæum: hunc versum psalmi prædicti citans ænigmata vocauit parabolas. Idem in præsenti factum videmus ab Ezechiele: pro eodem enim vsurpat ænigma, & parabolam, vtroque nomine intelligens similitudinem obscuriorem, quæ,

Scholiast. Theodor. vt Hieronymus scribit, aliud præferat in verbis, aliud teneat in sensibus. Vnde Scholiastes, atque Theodoretus: Aenigmatice iubetur ipsis prophetare, vt qui audiebant, non percipientes quæ dicerentur, ad ea inquirenda maius adhiberent studium, & percontando a Propheta interpretationem acciperent. Polychronius. Id factum est, vt ne

Polychr. audiendo exasperentur, & a doctrina resiliant.

III. *Scholiast.* *Aquila grandis*. Scholiastes. Ad aliud argumentum transit oratio, hoc autem est, vt arguat Sedeciam de iureiurando violato; cum enim Babylonio iurasset, se in eius potestate futurum, ac tributum ei soluturum; fidem fefellit, neglectoque iureiurando ad Aegyptium confugit. Indignatus ergo propter iusiurandum Deus, & se pœnas ab eo, & a ciuitate repetiturum minatur. Vtitur autem aquilæ similitudine illi comparans Nabuchodonosorem, &c. Ex ipso contextu perspicuum est, aquilæ nomine intelligi Nabuchodonosorem: cur autem ita appelletur, non ita est in promptu dicere. Quidam propterea aquilæ similitudinem vsurpatam volunt, quod illa sit regina auium, atque adeo imperij symbolum gerat: quibus fauet quod non solus Babylonius, immo & Aegyptius quoque rex aquilæ comparatur in eodem capite. Alij eius comparationis causam adhibent, quod Babylonij vexillum aquila esset erecta, vt Aegyptiorum primum, & Romanorum postea fuit. Verum hoc stare nequit: etenim aquila insigne fuit Persarum, teste Xenophonte, non igitur Babyloniorum, qui columbam in signis præferebant, non aquilam, vt colligitur ex Diodoro, vbi scribit Syris columbam sacram fuisse, & quasi Deam coli in memoriam Semiramidis reginæ, quam immortalem existimabant, & in columbam conuersam: Adduci potest in eam sententiam illud Ieremiæ. *A facie gladij columbæ*, id est, Nabuchodonosoris: de ipso enim loquebatur Vates. Hebraice יונה, ionah, quæ vox innumeris locis columbam significat: tametsi Neoterici maluerint reddere: A facie gladij vastatoris, vel deprædatoris: quarum versionum, illa non respondet verbi etymologiæ: ista translationem continet duriorem. Sed isti boni viri ne non inuerterent antiquam Ecclesiæ versionem, maluerunt quidpiam potius, quam columbam transferre, & suam profiteri ignorantiam; sicut & Hieronymus omnimodam humaniorum literarum eruditionem se assecutum in similibus locis vertendis egregie testatur. Columbam itaque in Ieremia legamus, & Babylonium intelligamus, qui in vexillo præferre columbam solitus erat. Quod confirmatur validius ex psalmo. *Si dormiatis inter medios cleros*, fortes, *pennæ columbæ deargentatæ*, &c. hoc est. Si iaceatis sub fortibus, vel inter fortes militum victorum, qui columbam argentatam in vexillo ferunt, cuius dorsum rutilat quasi aurum fuluum; etiamsi Babylonij de vestra salute, & vita fortiantur; eruemini a tam

Nabuchodonosor aquilæ comparatur.

Aquila Persarum insigne. Xenophon. lib. 7. Cyropædiæ. Diodorus lib. 3. c. 8. Columba Babyloniorum insigne. Ierem. 50. ℣. 16. & 25. ℣. 38.

Versio Hieronymi vindicatur.

Psal. 67. ℣. 14.

præsenti periculo, & vos potius eorum diuidetis spolia: nam pendet sententia a versu superiore: columbam itaque gestabant in vexillo Babylonij, non aquilam. Aquilæ vero confertur eorum Rex; quoniam, vt initio dicebamus, symbolum illa fuit imperij, hoc est, pernicioſæ potentiæ: nam, hanc cum significare volebant Aegyptij pingebant aquilam. Nec immerito imperij hieroglyphicum est aquila, cum polleat viribus, pernicitate excellat, intrepida sit, & aduncitate rostri regiam præseferat magnanimitatem ex Aristotelis sententia: neque enim clangit, aut murmurat, sed in omnibus quandam imitatur imperij maiestatem. Vnde apud Græcos in Iouis sceptro præfigi solita est.

Aquilæ comparantur Babylonij, quoniam illa imperij symbolum fuit.

Ergo *Aquila grandis magnarum alarum* est Nabuchodonosor; de quo Oseas loquitur. *Quasi aquila super domum Domini:* quoniam sicut aquila regina auium appellatur, & alta petit; sic ille in excelso collocauit thronum suum, ac rex multorum regum, quos subiugauerat fuit appellatus: hoc habet Rabbi Dauid. Vocatur autem magnus, vtpote celeberrimus, magnis alis præditus, quia maxime regnum dilatauit; nam ala ditio, & potentia dicitur. Vel magnus propter imperij potentiam; *magnarum alarum* ob exercitus magnitudinem: nam equitum turmam alam dicere solemus, quod tegat, & quasi obumbret pedites: vnde Isaias ait: *Erit extensio alarum eius*, exercituum Assyrij, *implens latitudinem terræ tuæ, o Emmanuel.*

Ose. 8. ℣. 1.

R. Dauid.

Magnæ alæ exercitus magnos significant.

Isa. 8. ℣. 8.

Longo membrorum ductu. Chaldæus: longa membris. Septuaginta: longa extensione. Alij iuniores vertunt: longa pennis. Sed ex versu superiori conuincuntur, ignorasse hoc loco vocem אבר, eber, non sumi pro penna, tametsi alibi id significare soleat, sed potius pro membro robusto: nam verbum אבר, abir, potentem, & robustum esse significat. Vnde RabbiDauid vertit, membro longo: Rabbi etiam Salomon, habens membra longiora: quod scilicet Septuaginta dixere, longa extensione: & elegantius Hieronymus: *longo membrorum ductu*: ea autem vastitate, & firmitate membrorum robur imperij Babylonici, vel fortitudinem, & velocitatem eius in volando ad prædam hostium, vt placet Rabbi Dauidi, intelligi voluit.

Chalde.

R. Dauid. R. Salom. Hieron.

Longus membrorum ductus imperij robur significat.

Plena plumis, & varietate. Hebraice, plena pluma, quæ est illi varia, seu multorum colorum. Rabbi Dauid: cuius pennæ sunt diuersorum colorum ad instar pennarum pauonis. Sub hac pennarum varietate, exercitum Babylonij ex varijs nationibus collectum innuit. Septuaginta autem vertunt, plena vnguium: quod ad literam sic interpretatur Theodoretus: Plenum vnguium ipsum vocauit, vt eui suppeditaret multus exercitus, & equitatus, & peditatus, leuisque armaturæ, & scutati milites, qui extremam corporis obtinent partem, eo quod ducibus subiecti sint, & celeres sint, atque validi ad percutiendum, & feræ instar dilaniandum eos, qui contradicere conentur: Prædicta omnia sic interpretatur Gregorius. Pro immensitate exercitus, *magnarum alarum*; pro diuturnitate temporum, *longo membrorum ductu*; pro multis vero diuitijs, plenus *plumis*; pro innumera autem terrenæ gloriæ compositione, plenus *varietate* describitur, &c.

R. Dauid.

Variæ pennæ varias exercitus nationes indicant.

Theodor.

Greg. lib. 31 moral. c. 19

Venit ad Libanum. Septuaginta: Quæ habet ductum intrandi in Libanum: vbi Polychronius: Propositum illi est, inquit, potiri Hierosolymis: Libanum enim appellauit terram promissionis, quoniam eousque protenditur Libanus. Apollinaris vero, atque Theodoretus: Aperte hic docet, non sponte sua Babylonium Ierusalem veniisse, sed inuisibili

Polychron.

Apollin. Theodor.

virtute

virtute Dei vniuersorum promouente adductum. Libanum autem Ierusalem vocauit non modo vt insignem, sed etiam vt comantem, ac vigentem tunc temporis, tum incolarum frequentia, tum legitimis sacerdotibus, & prophetis diuina oracula reddentibus. Diuus Hieronymus per *Libanum* in-
Hieron. *Zachar. 11.* telligit Templum Domini, de quo & illud Zachariæ interpretatur: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas: vlula abies, quia cecidit cedrus: quoniam magnifici uastati sunt*: & crebro, inquit, Templum, quod erat inclytum, atque sublime in scripturis sanctis Libanus appellatur. Idem scribit
Irenæus. lib. 22. Irenæus in ea verba: *Galaad, tu mihi caput Liba-*
Ier. 22. ℣. 6 *ni*, &c. dicens: Comminatur igitur regiæ domui, & vrbi Ierusalem, & Templo, quod vocat *caput Libani*, &c. Et quidem in hoc loco Ieremiæ videtur ve- B rosimile *Libanum* appellatam domum regiam, ad quam loquebatur Propheta: idque non solum ob loci altitudinem, candorem murorum marmoreorum, sed potissimum ob cedrorum densitatem, quibus pro columnis subnixa erat, regia a Salomone
3. Reg. 7. ℣. 2. constructa: nam de ea scriptum est in libro Regum. *Aedificauit quoque domum saltus Libani*, hoc est, porticum, Basilicam amplissimam quadragintaquinque columnis cedrinis fultam, superiusque cedrinis trabibus, tignis, & asseribus tectam, vt fusius dicturi sumus suo loco. Ceterum certius est, Libani appellatione indicari ipsam Vrbem, regiam vero Iuda eadem ratione dici Galaad, & caput Libani, quod esset totius vrbis princeps, & quasi cubile Leonum,
Ezech. 19. ℣. 1. regum scilicet Iuda, quos Leones vocat Propheta: C atque eodem modo intelligimus alterum Zachariæ testimonium: *Aperi Libane portas tuas*: ad Vrbem enim ipsam sermonem haberi existimamus non ad Templum, neque ad regiam Iuda: neque secus locutum Ezechielem de ipsa Vrbe sub nomine
Origen. Euseb. lib. 8. demonstr. Euangel. demonst. 4. Apollin. Theodor. Libani, Origenes auctor est, & Eusebius, Apollinaris quoque, & Theodoretus supra citati: immo ipsemet Vates parabolam interpretatus ait. *Ecce venit Rex Babylonis in Ierusalem*, &c.

R. Dauid. *Et tulit medullam cedri*. Rabbi Dauid, qui superius per Libanum terram Israël intellexerat, nunc per cedrum Ierusalem accipiendam credit: quoniam vt cedrus ceteris lignis Libani altior est; sic Ierusalem sita est in eminentissimo loco totius terræ promissæ. Per verticem autem cedri stirpem re-
Medulla cedri stirpem regiam significat. giam significatam contendit: nam צמרת, tsamereth, pro qua Hieronymus vertit *medullam*, ipse, & Rabbi Salomon interpretatur ramum celsiorem in
R. Salomon. arbore, qui dicitur צימא, tsima, Italice *cima* id est, summitas, cacumen: cui fauet locus Ezechielis: *Inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius*. Chal-
Ezech. 31. ℣. 3. Chaldæ. dæus vero fœtum, propaginem, Septuaginta, electa, verterunt. Verum omnes translationes eodem recidunt: aquilam scilicet carpsisse summum germen cedri, hoc est, vt Vates se ipsum exponit inferius, a Babylonio abductum regem Ieconiam cum
4. Reg. 24. principibus viris domus suæ, & regni, sicuti refertur in libris regum:

IV. *Summitatem frondium eius auulsit*. Hebraice caput surculorum lactentium. Septuaginta: summum mollitiæ vellicauit, seu summitatem teneritudinis E auulsit: & recte illi quidem: nam יניקת, ieniqah, pro qua Hieronymus vertit, frondes, significat surculum tenerum lacteum: per quem Rabbi Dauid
R. Dauid. adhuc intelligi regem vult: dicit enim: Ramus in vertice cedri significat, vt diximus, stirpem regiam, in qua erant multi filij, maior vero natu erat Ieconias; ideo summitas frondium dicitur, quia puer tener erat, quando regnare cœpit, videlicet octodecim annorum: fortasse vox ea in plurali posita ad multos surculos referenda est, ad viros scilicet principes regni Ieconiæ, qui cum illo translati sunt, vt ipse Vates interpretatur dicens: *Et assumet regem, & principes eius*, &c. Nihilominus Apollinaris, & *Apollin.* Theodoretus contraria ratione duas orationes in- *Theodor.* terpretantur. Scilicet: Tulit selecta cedri, summitatem teneritudinis vellicauit: Ieconiam, inquiunt, per hæc innuit. Selecta vero cedri propter regnum dixit: summum autem teneritudinis, vel tenerrimum non solum propter celsitudinem, sed etiam propter iuuenilem ætatem: iuuenis enim admodum & regnum suscepit, & captiuitatem passus est: apte vero apposuit illud, vellicauit, vel, decerpsit: quoniam aquilam illum vocauerat, pluribus vnguibus vtentem.

Et transportauit eam in terram Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam. Hieronymus: Et transtulit in *Hierony.* Babylonem, quæ est in terra Chanaan: & quidem de regione Chaldææ, atque vrbe Babylonis eius metropoli sermonem esse Prophetæ dubitari non potest, cum ipsemet inferius se ita exponat: *Et adducet eos ad semetipsum in Babylonem*. Illud quæstionem habet, cur terra Babylonis appelletur terra Cur Babylon vocetur terra Chanaan. Chanaan: cum certum sit ex Genesi, Chanaan nomen esse filij Cham filij Noë, a quo denominata est *Gen. 10.* regio, quæ illi in sortem obuenit; scilicet quam postea filij Israël, expulsis Chananæis, possederunt: eius autem termini eodē loco definiuntur: *Factique sunt* *Ibid. ℣. 19.* *termini Chanaan uenientibus a Sidone Geraram usque Gazan, donec ingrediaris Sodomam*, &c. Extra istos autem terminos iacēre Chaldæam, immo latissima Mesopotamiæ regione interiecta a terra Chanaan diuidi compertum est ex tabulis Geographicis, vt capite præcedenti notabamus. Cum igitur neque Babylon, neque vlla portio Chaldææ vlla ratione pertineat ad possessionem filiorum Chanaan, ex quonam capite terram Chanaan appellatam existimabimus? Theodoretus cum Apollinari: Baby- *Theoder. Apollin.* lonem, aiunt, per hæc significat; rursusque ipsam regionem Chanaan nominat propter morum affinitatem. Verum hoc liberius videbitur dictum, nisi ex Scripturæ auctoritate, vel prophetarum consueta dicendi ratione confirmetur. Neque minus est alienum, quod scribit Chaldæus: Asportauit ad *Chaldæ.* terram liberam a seruitute, quæ scilicet nulli reddebat vectigal, qualis erat olim terra Chanaan ante aduentum filiorum Israël. Sic enim eius sententiam interpretatur Rabbi Dauid: ipse tamen multo *R. Dauid.* melius sensit, quam Chaldæus: sic enim habet: Per terram Chanaan terram mercatorum intellige, vt præcedenti capite diximus: per vrbem negotiatorum Babylonem, quæ plena erat negotiatorum, qui ex omnibus mundi partibus ad eam confluebant, &c. Hanc sententiam capite superiore ex Rabbi Salomone allatam nos etiam probauimus: nunc autem firmius confirmare debemus. Duo assumit vt certa Rabbi Dauid & Rabbi Salomon: alterum est vocabulum, Chanaan, significare mercatorem, alterum terram Chaldæorum apte dici posse mercatorum, & negotiatorum. Vtrumque certissimum est: primum constat ex Prouerbijs. *Cingulum* *Pro. 31. ℣. 24.* *tradidit Chananæo*: & ex Isaia. *Institores eius inclyti* *Isa. 23. ℣. 8* *terræ*: & ex Zacharia. *Et non erit mercator ultra in* *Zach. 14. ℣. 21.* *domo Domini*, &c. Quod si roges analogiam eius significatus cum primario vocis; respondeo, כנען, Chanaghan, proprium nomen esse filij Cham filij Noë, a quo terra illa, quam ipse possedit nomen est sortita: nam dicebatur terra Chanaan: quoniam vero Chananæi erant mercaturæ, & negotiationi dediti, De significatione vocis Chanaan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dediti; nomen illud ex proprio factum est appellatiuum, vsurpaturque pro mercatore ijs locis, quos vidimus, atque alijs similibus. Hoc autem ita esse videtur, quoniam ex eodem fonte manauit verbum כנע, chanagh, quod valet, humiliari, deijci, vilescere, sordescere, &c. nimirum quia parum ingenua æstimabatur mercatura apud filios Israël, immo sordida & abiecta viuendi ratio. Quod autem secũdo loco asserebamus aptissime appellatam Chaldæam terram mercatorum, & Babylonem vrbẽ negotiatorum, nemo negabit, qui legerit attente caput duodevigesimum Apocalypsis, in quo de Romana vrbe, & imperio eius veteri sub nomine Babylonis sic scribit: *Væ væ ciuitas illa magna Babylon ciuitas illa fortis: quoniam vna hora uenit iudicium tuum, & negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Merces auri, & argenti, & lapidis precioſi, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, &c.* Et iterum, *mercatores horum, qui diuites facti ſunt, ab ea longe ſtabunt, &c.* Vbi diuus Ioannes ex concursu diuitum mercatorum in Vrbem, illius opulentiam, luxum, & delitias significare voluit: quemadmodum & Ezechiel eadem exornatione commendare voluit potentiam, & affluentiam emporij Tyri: *Filij Dedan negotiatores tui*, &c. *Syrus negotiator tuus*, &c. *Iuda*, &c. *Iſrael*, &c. *Damaſcenus*, &c. *inſitores tui*, &c. Neque aliud est Prophetæ institutum in hoc capite, cum Babylonem vrbem vocat negotiatorum, atque Chaldæam terram mercatorum; nisi ea dicendi ratione significare Babylonis frequentiam, abundantiam, luxum, & opulentiam: nam ad eiusmodi emporia solent mercatores, vel ab extremis Indis concurrere, quo merces suas carius vendant. Bene est ergo vt potentissima, frequentissima, & opulentissima Babylon ciuitas negotiatorum appelletur, & regio Chaldæorum illi circumiecta, terra mercatorum dicatur; ad quam scilicet ex omnibus terræ partibus mercatores concurrere solebant, vt affirmauit Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon.

Mercatura ars ignobilis.

Apoc. 18. ℣. 10.

Ezech. 27. ℣. 15.

R. Dauid. R. Salomon.

V. *Et tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine, vt firmaret radicem ſuper aquas multas.* Septuaginta apud Hieronymum: Tulit de semine terræ, & dedit illud in campo plantationem super aquas multas. In codice vero Theodoreti: & dedit illud in campum satiuum, vt acciperet radicationem plantarum, in aqua multa posuit illud, &c. Hebraice loco eius orationis, *ut firmaret radicem*, est verbum, קח, qach, quod Neoterici varie interpretantur; alij: quem (agrum) delegerat iuxta aquas multas: alij: & accepit (ipsum quod plantabat) super aquas multas: quasi vero, לקח, laqach, tantum significet accipere, & non etiam occupare, possessionem capere, firmare se, adhærescere, & quidquid est eiusmodi, vt in Prouerbijs. *Conſideravit agrum, & emit eum*: Hebraice: Et occupauit illum, seu possedit: & liber Iosue etiam ait. *Cepit* occupauit *itaque Ioſue omnem terram*: hoc ergo loco קח, qach, valet firmauit se, adhæsit, radices egit, vt optime vertit Hieronymus, ad firmandam radicem, secutus sententiam Septuaginta, tametsi alijs verbis expressam. Porro illud, *de ſemine terræ*, sic interpretatur Chimchi. Nabuchodonosor capto Iehoiachim, Mathaniam, qui erat de familia regia, pro eo constituit regem in Ierusalem, id est, non fecit vt illi, qui semen alienum serunt in terra, quæ eiusmodi plantas ferre non solet: quare non prosperatur: sed constituit regem natiuum, genti suæ gratum, &c.

Hieron.

Theodor.

Prouer. 31. ℣. 16.

Ioſue. 11. ℣. 16.

Chimchi.

De ſemine terræ: perinde est ac, de Iudæorum natione. Hispanice dicimus, *de los naturales, de la caſta.*

Et poſuit in terra pro ſemine. Id est, præfecit illum terræ Iudææ, vt maneret semen stirpis regiæ, vel in stirpem familiæ regis. Atque hoc innuit translatio Septuaginta in codice Hieronymi: Dedit illud in campo plantationem. Alij malunt Hebræa sic vertere: Dedit illud in agrum sementis, id est, aptum sementi, feracem; quod respondet editioni Septuaginta apud Theodoretum.

Super aquas multas. Hieronymo idem est, ac super populos multos: nam aquæ multæ multi populi sunt, vt habetur in Apocalypsi: sed præpositio *ſuper*, Hebraice על, ghal, sæpe vsurpatur pro iuxta, vt in psalmo. *Super flumina Babylonis*: & alibi: Videturque aptius, vt persistens in metaphora seminis, illud plantatum affirmet iuxta aquas multas, hoc est, in terra fœcunda, & frugifera: nam eiusmodi solent esse quæ aquis abundant, & irriguæ sunt. Vide psalmum: *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet*, fructus, quos tulerit omnes, *proſperabuntur*.

Hieron. Apocal. 17 ℣. 2.

Pſal. 136.

Pſ. 1. ℣. 3.

In ſuperficie poſuit illud. Chaldæus: Vitem plantatam posuit illud: Rabbi Dauid. Vt salicem posuit illud: hoc est, vt ipse interpretatur, citissime germinauit: nam granum non tam cito germinat, sicut vitis. Vt ergo significaret Sedeciam breui instaurasse regni florem, & decus; tametsi granum illud vocarat, nunc viti vel salici comparat. Ceterum ex ignoratione etymologiæ verbi שפשף, tsiphtsaph, hæc commenta sunt orta: significat enim aperto ore, vel rostro clangere, sicut grues, anseres: non clauso gemere, vt columbæ. Isaias: *Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo*. Vnde nomen hoc loco vsurpatum צפצף, tsaphtsaphah, est fossa aperta, scrobs summa, non profunda, sed qualis aperiri solet pro vitis palmite. Sensus ergo est, quem vnice collimauit Hieronymus. Ad superficiem terræ in summa scrobe, fere aperta, & libera plantauit palmitem regiæ vitis, ex qua scilicet facile posset euelli, cum opus esset: non profunde effodit vt faciunt, qui cedros vel abietes plantare solent, vt in altum surgant; sed modica fouea illum plantauit quasi palmitem vitis: id est, non firmauit eum alta regni radice: nam tametsi regem statuit, vires eius fregit, quo supplex maneret, & totus penderet ab eo, qui quam facile seuerat, tam facile poterat conuellere, cum esset libitum.

Chalde. R. Dauid.

Iſa. 38. ℣. 14.

Hieron.

VI. *Cumque germinaſſet, creuit in uineam latiorem humili ſtatura.* Septuaginta: Vineam infirmam, & paruulam magnitudine. Germinauit, ait Dauid Chimhius, quam citissime, ac creuit quousque rebellauit anno quinto imperij sui: nam anno quarto descendit ad regem Babylonis, vt scriptum est in fine libri Ieremiæ, quem honorifice susceptit, & subiecit ei omnes reges, qui erant in circuitu eius, scilicet regem Eden, regem Moab, regem Ammon, regem Tyri, & regem Sidonis; quemadmodum reperies apud Ieremiam, vbi habetur quod hi reges miserunt nuntios ad Sedeciam regem Iudæ. Est ergo sensus: Cum germinasset semen, atque creuisset, euasit non iam in proceram cedrum, vt olim fuerat, sed in vitem gracilem, & statura humilem: nam licet illi regnum detulit Babylonius, voluit tamen vt sibi esset subiectus, ac coram se humilis. Hæc ille. Hebraice pro vinea latiori legimus גפן סרחת לזנן, legephen sorachath, id est, in vitem, vel vineam luxuriantem, frondosam, palmitibus lasciuientem: quod scilicet Hieronymus significare voluit, cum dixit:

Dauid Chimhi.

Ieremi. 51. ℣. 59.

Hieron.

dixit, *latiorem*, regni scilicet Sedeciæ pacem, & prosperitatem, dum subditus fuit Babylonio: propterea enim additur, *humili statura*; quæ oratio & viti apte respondet, & veritatem historiæ detegit.

Respicientibus ramis eius ad eam. Subaudi, aqui-
Hieron. lam, auctore Hieronymo, vt præesset quidem populis Iudæorum, sed respiceret ad Babylonis iubentis imperium: eodem modo interpretati sunt Græ-
Polychr. ci. Sic enim habet Polychronius: Instar arboris, quæ in irriguo horto est, voluit illum florescere: & ijs, qui illum circumstant, ornari: ita tamen vt apud eum rami eius alerentur: hoc enim vnum ab eo exigebat, vt in eum respiceret, & benefactorem agnosceret: vt omnibus palam esset ab ipso acceptam habere potestatem. Verum translatio Septuaginta in codice Hieronymi alium sensum detegit: sic enim illi efferunt sententiam prædictam: Vt tantum apparerent rami eius sub ea: nam videntur accepisse verbum מנאס, Iiphnoth, in significatione passiua: quæ versio contextui non displicet: hunc enim sensum facit. Voluit Babylonius, vt palmites vitis tenderentur, sed ad mensuram, sed pro ratione stipitis, vt scilicet principes haberet, & magnates Sedecias, sed non vt olim potentes: quæ sententia verbis sequentibus fulcitur.

Et radices eius sub illa erant. Id est, tametsi non altas, vt olim cum cedrus erat, at pro mensura vitis firmas egerat radices regnum istud. Sin vero ad aquilam referas pronomen, *illa*, is erit loci sensus: firmitas tota regni Sedeciæ a Babylonio pendebat; meritoque iubebatur ad illum respicere, quasi ad
R. Dauid. dominum seruus. Rabbi Dauid. Per ramos mauult intelligere tributa, per radices vero regnum, quasi ea de causa sit in regno confirmatus, vt vectigalia fideliter penderet Babylonio.

Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Teneriores ramos *propagines* vocat, per quos intelligit infimates, sicut magnates per *palmites* firmiores.

VII. *Et facta est*, fuit, *aquila altera grandis magnis alis*.
Theodor. Aquila altera Vaphres est Aegypti rex. Theodoretus: Aquilas vocat reges propter imperium: regium enim est animal, & in aues principatum sortitur, & per hanc Aegyptiorum innuit regem. Hic Vaphres erat, cuius meminit Ieremias propheta, quo cum Sedecias fœdus percussit violato iureiurando, & pactis quæ cum Nabuchodono-
Polychr. sore ipse pepigerat. Eam aquilam facit, Polychronio auctore, magnis alis, vt qui multos haberet sibi subiectos: non tamen adiecit: *& longo membrorum ductu*, vt de altera dixerat: nam ne tantum quidem habuit imperium Pharao, quantum Babylonius.

Multisque plumis. Militibus scilicet innumeris, quibus quasi pennis tegebatur. Septuaginta legunt: Multorum vnguium propter rapacitatem,
Hieron. & vastationem gentium plurimarum, Hieronymo teste.

Et ecce vinea illa quasi mittens radices suas ad eam. Metaphoram duplicem inuoluit Propheta: alteram Pharaonis sub aquila: alteram regni Aegyptiaci sub specie fluminis Nili: secundam modo prosequitur. Vinea, inquit, illa Iudaica extendere cœpit radices suas versus regnum Aegypti, id est, vires suas coniungere voluit Sedecias cum viribus Pharaonis, collatisque copijs Babylonium superare.

Palmites, etiam, *suos extendit ad illam*. Hoc est, nuncios, vt Hieronymo placet: vel pecunias, vt
Hieron. Theodor. R. Dauid. Theodoreto & Rabbi Dauidi visum est. *Vt irrigaret eam de areolis germinis sui*. Vel per fossas suas germinantes, hoc est, desiderans irrigari de fossis Nili abundantibus, nimirum robur, & auxilium ab Aegyptio rege obtinere. Simile est quod vineæ isti vitio dat Isaias. *Pro eo quod abiecit populus iste aquas* *Isa.8. ℣.6.* *Siloe, quæ vadunt cum silentio &c. propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, &c.* Septuaginta aliter: Vt irrigaret eam cum gleba plantationis suæ: hoc est, interprete Theodoreto, vt & *Theodor.* pro rege, & pro illi subiectis pugnet. Glebam enim Regem viti, populum glebæ assimilat. appellauit populum, vt regem vitem: vitis autem in terra plantata, & proprias huic tribuit radices, & humorem ab ea exhaurit. Rebellionis autem huius causam non tam fuisse Babylonij tyrannidem, quam Sedeciæ ambitionem declarat, cum subdit:

VIII. *In terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem*. Quasi dicat: Nequaquam præ soli ariditate, timens ne radices iactæ arescerent, vel vberiorum fructuum auida vinea Iudæ dilatabat radices, & palmites ad Nili riuos, sed vt magis lasciuiret nimia aquarum abundantia: nam alioqui in terra feraci plantata erat, & aquis manantibus irrigua.

Vt faciat, vt faceret, *frondes, & portet fructum, ut sit in uineam grandem*. Quo situ posset palmites proferre, fructum facere, & sese in dies dilatare magis ac magis. Verum illa luxuriari volebat, & syluescens ferre labrusca. Bene Chimhius: Cur Sede-
Chimhi. cias a Babylonio tam perfide defecit, a quo tam honorifice tractabatur? quæ nisi patrasset, frondes ferret, & fructus, & regnum non modice amplificasset: per *fructum* autem filios intelligit, qui patri in eodem regno successissent. Fauet illi psal-
Ps.126.℣.3 mus. *Ecce hæreditas Domini filij: merces, fructus uentris*: nam parallella sunt *hæreditas*, & *merces: filij*, & *fructus*.

IX. *Dic: Hæc dicit Dominus*. Septuaginta: Propterea dic: Hæc dicit Dominus, id est, annuntia meam sententiam.

Ergo ne prosperabitur? Proficiet ne? cedet ne pro votis consilium.

Nonne radices eius euellet? & fructus eius distringet? & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet? Absque dubio radices euellet vineæ huius aquila illa prior. Radices euellere, est regni robur demoliri. Fructum distringere, vel carpere, est filios regis per vim immatura morte præcidere: quasi oliuæ baccas distringere solemus adhuc virentes, antequam maturescant. Siccare vero palmites germinis, est eius memoriam funditus abolere: mortuis enim filijs, nullus amplius de stirpe eius regnum, vel ducatum obtinuit, sed potius posteri Iehoiachim. Sic Rabbi Dauid. Vel potius palmites *R. Dauid.* germinis, seu germinantes sunt principes regni, qui simul cum filijs trucidati sunt coram Sedecia. Theo *Theodor.* doretus cum Græcis: Spes eius, inquit, fallet eam, neque potietur ijs, quæ expectat: irrigatio enim Aegypti non solum nullam ei afferet vtilitatem, sed etiam in radicibus gignet putredinem, & inde natos fructus arefaciet. Atque hoc rerum euentu comprobatum est: fretus enim Sedecias Aegyptij auxilio violauit fœdera, quæ cum Nabuchodonosor percusserat: ille vero eo cum exercitu profectus, & ipsum captiuum cœpit, & populum in seruitutem redegit, & Vrbem combussit.

Et non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus. Theodoretus & Rabbi Da- *Theodor.* uid hæc verba ad secundam aquilam referunt: quasi dicas: Secunda aquila non mittet copiosum exer- *R. Dauid.* citum, vt tueatur vineam: vel non poterit uiribus suis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis, atque armatis militibus illam protegere, quo minus a prima aquila euellatur. Verum distorquet literam hic sensus: de priori aquila absque dubio sermo est: quæ, vt interpretatus est Chaldæus, tametsi cum virtute magna obsedit Ierusalem, non opus habuit exercitum fatigare ad vineam euellendam radicitus: neque enim pugnarunt diutius cum Aegyptijs, sed primo prælio superatos fugarunt. Iudæi vero nocte fugerunt per deserti viam, Vrbemque deseruerunt hostili furori apertam. Vide finem librorum Regum, & extremum Paralipomenon, atque Ieremiam: inuenies enim Nabuchodonosor ad Reblatha concessisse, relicta parte exercitus ad Vrbem obsidendam, quam deinde Nabuzardan duce cepit, & a fundamentis erutam desolauit.

4. Reg. 2. Par. Ier. 39.

X. *Ecce plantata est: ergone prosperabitur?* Septuaginta: ecce impinguatur, nunquid dirigetur? quantumuis eam firmis radicibus, & frondosis palmitibus vigentem videas, putas ne permanebit? Vel secundum Septuaginta: Ecce fugit abunde humorem feracis glebæ, & impinguatur, an feret amplius fructum? quasi dicas: Et interim auxilio Aegyptij confidit, sed non perpetuo fruetur.

Nonne cum tetigerit eam uentus urens siccabitur, & in areis germinis sui arescet. Hebraice רוח הקדים, ruach haqadim, ventus orientalis, cui comparat regem Babylonis: vel quia Babylon vergit ad Orientem respectu Ierusalem; vel quia orientalis ventus est validus, & siccus, quemadmodum legimus in Ezechiele: *Et uentus urens*, Hebraice orientalis, *siccauit fructum eius*: & Ionas propheta. *Præcepit Dominus uento calido & urenti*: & in Exodo: *Flante uento uehementi, & urente*, &c. Adueniente itaque Babylonio arescent radices vitis quantumuis potitæ riuis Aegyptijs terram fœcundantibus. Vel secundum Septuaginta: cum gleba germinis sui arescet: hoc est, vt Theodoretus exponit: Et vitis & gleba, & rex, & omnis subiectus populus in seruitutem redigetur: rursus enim hic populum glebam appellauit, ventumque vrentem Babylonij regis exercitum: sicut enim vitem Regem, & glebam populum, in quo plantatus fuerat; ita per translationem irrigationem Aegyptij auxilium, ventum autem vrentem Babylonij impetum vocat.

Ventus orientalis vrens dicitur. *Ezech.* 19. ℣. 12. *Ionæ* 4. ℣. 8. *Exod.* 14. ℣. 21.

Theodor.

XI. *Et factum est uerbum Domini ad me dicens:*

XII. *Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? dic: Ecce uenit Rex Babylonis in Ierusalem: & assumet Regem, & Principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem*, &c. Elucidat Dominus ipse ænigma parabolicum, quod proposuerat: quod ex superioribus satis perspicuum esse credimus. Verba tantum illa, *assumet, adducet*, negotium faceſſunt: habent enim futuri significationem, cum historiam contineant iam ante sex annos peractam. Certum enim est hic esse sermonem de Ieconia capto, atque de Sedecia in eius sedem suffecto. At Ieconias sextum agebat captiuitatis annum, cum hæc Vati reuelata sunt, ipso testãte capite octauo, atque vigesimo.

Ceterum facile est huic occurrere obiectioni, si dicamus, tempora ista in Hebræo codice esse futura, præposita tamen contractione ו, vau, cuius vi ex futuris conuertuntur in præterita, Hebræo idiomate in sacris frequentissimo. Habent itaque, vt debent, significationem præteriti temporis, atque ita transferri possunt, venit, assumpsit, adduxit, &c. Verum Septuaginta, quos secutus est Hieronymus, figuram potius, eorumque vim attendentes, per futura interpretati sunt. Sed nihil est quod miremur, cum tam sæpe futura pro præteritis, & pro futuris præterita vice uersa vsurpentur in sacris.

Futurum pro præterito, & e cõuerso accipitur sæpe in sacris literis.

Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium. Post hunc versum dispungendum putant Græci, atque illum referunt ad Babylonium. Sic enim fere habet Polychronius: Occupatio est post prædicta opportune inserta: dixerat: Morietur in Babylone Sedecias captus a Nabuchodonosore. Vt autem ostendat quam parum profuturum illi sit Pharaonis auxilium, Deo pro Nabuchodonosore belligerante, addit Pharaonem pugnaturum cum Babylonio non satis copijs instructo, & tamen illo multo infirmiorem fore Aegyptium: neque ex iacto aggere, aut structo vallo restiturum Babylonio: ne dum milites plurimos eius occisurum; sed congressu primo daturum terga, cessurumque Syria vniuersa. Ergo negatio illa præcedens extendi debet ad sequentes orationes, *in iactu aggeris*, &c. & verba prædicta: *non in exercitu grandi*, &c. ad Babylonium referenda sunt. Quare in codice Theodoreti versus alter inchoat ab illis verbis: Faciet autem Pharao bellum. Ceterum etiamsi continenter legantur orationes vniuersæ, eundem fere sensum reddunt. Videlicet: Neque impedire poterit Babylonij impetum Pharaonis non satis instructus exercitus, quantumuis iaciat aggerem, & vallos extruat, &c. de qua re vide Iosephum.

XVII. *Polychron.* *Ioseph. 10. anti. c. 10.*

Spreuerat enim iuramentum execratorium, *ut solueret*, atque soluit, *fœdus, & ecce dedit manum suam, & cum omnia hæc fecerit, non effugiet.* Nullam, inquit, vtilitatem ex auxilio Pharaonis percipiet, qui reus est violati iurisiurandi, & tracti fœderis, quod data dextera in obsidem pacti, & testem iuramenti ipse sanxerat. Dare manum, dexteram scilicet, est pacisci, inire societatem, vt in epistola ad Galatas. *Dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* & in Machabæorum libro. *Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem.* & in libris Regum. *Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo?* & ait Ionadab: *Est. Si est, inquit, da manum tuam: Qui dedit ei manum suam*, &c. Sed de hac phrasi nos alibi.

XVIII. Dare manum dexteram est pacisci. *Gal. 2. ℣. 9.* *1. Machab. 6. ℣. 58.* *4. Reg. 10. ℣. 15.*

Propterea hæc dicit Dominus Deus. Polychronius. Tanquam pro tribunali loquitur, vt sententiæ æquitatem significet.

XIX. *Polychr.*

Viuo ego, quoniam iuramentum, quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius, &c. Id est, pœnam ab eo exigam spreti iuramenti, & violati pacti: nam Chaldæorum exercitu veluti quodam reti vsus viuum capiam ipsum, & in Babylonem transmittam, & profugos eius, & optimates exercitus neci dabo: eos vero, qui e prælio mortem effugerint, capiendos curabo: & discetis vestro malo, me esse Dominum, veracem scilicet in dictis, & pactis.

Deus est præstiti iuramenti, & non seruati vindex.

Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem.

XXII.

In monte sublimi Israel plantabo illud. Post seueram comminationem, vt obseruauit Origenes, faustam promissionem adiungit: vbi sic scribit Rabbi Dauid: Sumam, inquit, ego non eo animo, quo Babylonius: ille enim sumpsit verticem cedri, vt deleret regnum Israëlis: ego contra carpam, vt ponam, distringam ramum tenerum, vt plantem in monte excelso, &c. Cedrus magna est regia domus: vertex ramorum est Iehoiachin: Surculus tener lacteus est Zorobabel filius Salathiel filij Iehoiachin: mons excelsus & sublimis est Ierusalem, quæ eminet super omnes montes terræ Israël: terra autem

XXIII. *Origen.* *R. Dauid.*

Israël

Universidad de Deusto Biblioteca

Israël altior est ceteris mundi regionibus, &c. Negare non possumus, capitis contextui satisfeciſſe hanc expoſitionem, cum hæc eadem nomina, medulla cedri, ſummitas ramorum, ramuſculus tener, in vnum Iehoiachin competere initio capitis ex omnium ſententia, immo ex ipſius Vatis interpretatione dixerimus. Quoniam vero quod ſubditur vaticinium, videlicet: *Et habitabunt ſub ea omnes volucres, &c.* Amplius eſt, quam vt Zorobabelis ducatu compleri poſſit, & comprehendi, neceſſe eſt, fateantur Iudæi, quod non negant eorum doctiſsimi, de rege Meſſia ſub typo Zorobabelis Ezechielem eſſe ſecundum literam vaticinatum. Itaque, quod ſupra dicebamus, contingere in eiuſmodi oraculis tranſitum ab hiſtoria ad prophetiam, & repente illam præcîdi, iſtam duci, hoc capite comprobatum exiſtimamus. Credimus enim Vatem de Iehoiachin, & filio eius Zorobabel incipientem vaticinari diuinitus illuſtratum abundantiori luce, atque cognouiſſe ſimul & prædixiſſe præſenti oraculo non ſolum Zorobabelis in patriam reditum, & ducatum ſuper ſuos tribules, ſed etiam Saluatoris noſtri Chriſti, qui de eius ſemine natus eſt, fauſtum aduentum, & regnum. Itaque præſens oraculum hyperbolice, & quodammodo de Zorobabele; veraciter autem, atque plene de Chriſto intelligendum cenſemus. Si quis autem contendet omnino hiſtoriam eſſe præciſam, & prophetiam eius loco inſertam, ita vt nulla ratione de Zorobabele comprobari poſſit, ſed tantum de Chriſto, non multum litigabimus. Certe Rabbi Salomon in hunc locum ſic ſcripſit: Ponam de vertice ramorum eius, id eſt, iuxta Thargum (Chaldæam paraphraſim) accipiam ego regem Meſſiam, & plantabo illum, &c. Chaldæus vero ita habet: Et applicabo ego de regno domus Dauid, quod comparatur cedro excelſæ, & ſuſcitabo eum de filijs filiorum eius, infantem magnificabo, &c. Hieronymus. Deus Pater omnipotens, qui loquitur ad Ezechielem, tollit de ſtirpe regia, & de genere Dauid, & plantat ſuper montem excelſum, & eminentem, eum, qui loquitur in pſalmo. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*: defecerat enim princeps de Iuda, & dux de Iſraël, donec veniret, cui repoſitum eſt; & ipſe erat expectatio gentium: iſte erupit in germen, & fecit fructum, & cedros omnes ſua ſublimitate ſuperauit, ita vt habitent *ſub eo omnes volucres* cæli, ſicut ſcriptum eſt: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? &c.*

Sup. ſect. 5. Comment. Iſagog.

R. Salomon. Paraphraſt. Chaldæ. Thargum. Chaldæus.

Hieron.

Pſal. 2. ℣. 6

Matth. 23. ℣. 37.

Sed obſerua, vbi nos habemus, *ſuper montem excelſum & eminentem*; pro *eminentem* Hebraice legi תלול, thalul, participium verbi תלל, thalal, quod eſt eleuare, tollere in altum, ſuſpendere: pro qua voce Septuaginta vertunt, ſuſpendam, ſic enim habent: Capiam ego de electis cedri altæ, de vertice, de corde eorum auellam, & plantabo ſuper montem excelſum, & ſuſpendam illum in monte ſublimi Iſraël, &c. quam editionem Origenes explanans, de Apoſtolis interpretatur, & de Eccleſia, quæ in monte Chriſti Domini plantata fecit progenies, & tulit fructum, &c. Diuus autem Cyrillus ſic eandem tractat: Cedris quidam celſis, & odoratiſſimis ſimiles facit filios Iſraël, in quibus electum, & veluti quoddam cor fuit beatus Dauid: ex quo cum accepiſſet Deus Pater, ſeuit Emmanuel, qui etiam cedrus effectus eſt magna, & omnes ſua vmbra excepit, &c. Polychronius ſic intellexit: ſuſpendam, hoc eſt, in proſpectu ac ſplendore illum collocabo, vt omnibus conſpicuus ſit, & notus. Theodoretus autem vim faciens in illo verbo, ſuſpendam illum, atque de Chriſti crucifixione accipiens, Iudæos reuincit ſermonem eſſe de Chriſto crucifixo: neque vllo pacto de Zorobabele intelligi poſſe: ſic enim habet: Vere domus irritans Iſraël eſt, & oculos habent, neque vident, alioqui vobis oſtendant, quiſnam iſte ſit ſumptus de electis cedris ſublimis ex corde verticis, & primum plantatus in excelſo monte, deinde ſuſpenſus in ſublimi monte Iſraël, qui poſtquam ſuſpenſus fuit protulit germen, fecitque fructum, magna cedrus euaſit, ita vt omnis auis & volatile ſub eius vmbra quieſcat: nam ſi hæc de Zorobabele dicta fuiſſe aſſeruerint; oſtendant in quo monte Zorobabel ſuſpenſus ſit, aut ſub vmbra eius omnes aues volucresque requieuiſſe. Zorobabel enim populo tantummodo, qui e captiuitate ſimul redierat, imperauit: aliæ vero nationes non modo ipſi non obtemperarunt, ſed etiam continenter ei bellum intulerunt: quamobrem ne ædificatio quidem Templi breui eſt abſoluta. Quod ſi nequaquam Zorobabeli hæc congruunt, vix alicui alij poterunt conuenire. Quod ſi conentur ad Machabæos prophetiam hanc referre facile ipſorum mendacium coarguetur: neque enim illi a regali, ſed a ſacerdotali tribu oriundi fuere: hîc autem cedrum regium genus appellat. Etenim de Ieconia ita dixit: Aquila magna magnis alis prædita, tenera cedri auulſit, & in Babylonem adduxit: hoc eſt, regium genus. Igitur ſi neque Zorobabeli, neque Machabæis conueniunt, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt de Domino, ac Saluatore noſtro Ieſu Chriſto hæc fuiſſe prænuntiata, qui a Dauid ſecundum carnem genus duxit, non ex aliquibus regni ramis progenitores habens, ſed ex ipſa regum ſucceſſione, idque nos beatus Matthæus accurate docet, &c. & mox: Idcirco, ait: Capiam de vertice cedri ſublimis, hoc eſt, ex ipſa regia ſtirpe, & plantabo ſuper montem excelſum: ſic enim vocat Eccleſiæ nobilitatem: Sic enim Iſaias quoque, & Michæas prædixerunt: *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus* conſpicuus *mons domus Domini, præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: &c.* Ita oſtenſa ſua nobilitate per miracula, atque præconia, prædicit etiam quod ſubiturus erat ſupplicium: Suſpendam illum in monte Iſraël: ipſius enim permiſſu illius quoque paſſio abſoluta eſt: ſicut etiam ipſe dixit ad Pilatum: *Non haberes poteſtatem aduerſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Vt efficientem cauſam igitur permiſſionem appellauit; ſuſpendam illum in monte excelſo Iſraël: excelſus autem Golgothas eſt, vbi ſalutaris infixa Crux eſt. Deinde poſt paſsionem, reſurrectionem, & Euangelij propagationem, *& plantabo* eum *&* producet *germen, & faciet fructum*, quem orbis terrarum vindemians, & depaſcens æternam vitam ſperat, &c. & mox: Et cedrum ipſum vocauit ſecundum humanitatem; Dauidicum ſiquidem regnum, cedrum quoque nuncupauerat: eaque eſt cedri natura, vt nunquam putreſcat: quemadmodum etiam Dominus ſecundum humanitatem id habuit, vt peccare non poſſet, &c. Hæc Theodoretus literam explanans. Cuius re gratia vide Iſaiam ſic loquentem. *Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, eleuabitur, &*

Polychr.

Theodoret. mirifice conuincit Iudæos, de Chriſto crucifixo intelligendũ hunc locum.

Origenes.

Cyrill. in Matth.

Iſa. 2. ℣. 2. Michææ. 4. ℣. 1.

Io. 19. ℣. 11

Caluariæ mons excelſus dicitur.

Chriſtus cedro comparatur.

Iſa. 52. ℣. 13

Universidad de Deusto Biblioteca

sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super te multi, sic A *inglorius* (vel ingloria ex Septuaginta) *erit inter viros aspectus eius, &c.* Sed quid si cedrum sublimem etiam interpretabimur regem sæculorum, immortalem, & inuisibilem, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem? cedrique medullam, & cor, vnigenitum, qui est in sinu Patris de eius corde, & substantia natum, quem Pater ipse manu propria, hoc est, Spiritus sancti (qui dextera Dei appellatur) virtute plantauerit in monte excelso, eleuato, & sublimi Israël, hoc est, in paradiso cælestium deliciarum, in ventre castissimo Mariæ Virginis illibatæ; quæ merito mons dicitur excelsus, id est, eminens (nam hoc valet גב, gab) reliquis circumuicinis quasi tumulus eminens e planitie, eleuatus quoque, hoc est, aceruatus, & B accumulatus (id enim sonat תלול, thalul) atque sublimis, vel sublimatus, e loco scilicet humili in sublime elatus, & euectus (quod sibi vult מרום, merom, Hebraicum vocabulum) & quidem mons excelsus, & eminens merito appellatur: quoniam naturæ dotibus non secus eminebat præ reliquis virginibus, & feminis vniuersis, quam extare solet monticulus præ valle subiecta. Eleuatus etiam, vel accumulatus mons iure dicetur Virgo, quoniam Spiritus sancti charismatibus exaggerata, coacerUata, & accumulata fuerat super omnes filias Adæ: nam ideo gratia plenam eam appellauit Archangelus. Denique Spiritu sancto illi superueniente, & diuino semine suscepto ex monte eminenti, & cumulato facta est mons sublimis elatus, & euectus non solum super omnes filias, sed etiam super vniuersas Angelicas virtutes. Hic est mons a Daniele prædictus, de quo *abscissus est lapis, &c. sine manibus*, & creuit in montem magnum: nam semen benedictum diuinitus infusum Mariæ visceribus diuinitus quoque ex ea pullulauit, creuitque in cedrum magnam, vt sequenti versu dicitur.

Et erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Hæc sub typo Zorobabelis dici cœpta, iam in illum quadrare non possunt, qui nec rex magnus fuit, neque si esset, tantus esse potuit, & omnes volucres, id est, orbis incolas, immo neque vniuersos filios Israël ad se colligeret, quod hîc promittitur surculo tenero, lacteoque, qui creuit in proceram cedrum: ergo accipiendus est locus de Christo; de quo simile extat vaticinium Isaiæ. *Egredietur virga de radice Iesse*, id est, de stipite domus Dauid (nam radix Hebræis valet truncum super terram) *& flos de radice eius ascendet.* Idem aliter effertur (nam vox Hebræa נצר, natsir, significat virgultum florescens, vel germen, vt in eodem Isaia Hieronymus vertit) quem locum de Christo interpretatur Matthæus: Venit in *Nazareth, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaræus vocabitur.* ac si diceret: Venit virgultum ad viridarium, impletaque est propheria, quæ Christum vocauit virgultum, vel florem: quod aptissime citauit beatus Matthæus: quia נצר, natsir, per צ, tsade, significat florem, virgultum, quæ litera reperitur in Isaiæ vaticinio in nomine *Nazareth*, quod in Christi Cruce appendit Pilatus, vt nos non semel legimus, & obseruauimus in fragmento eius tituli, quod in S. Crucis ad Ierusalem Romæ extat. Eandem promissionem repetit Ieremias: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra*: quibus verbis iterat oraculum Ezechielis de surculo cedri.

Cedrum Patri, medullã Filio, manum Spiritui sancto, & virginem Mariam monti comparat. 1. Tim. 1. & 6.

Virgo sanctissima vocatur mons excelsus & quare.

Dan. 2. ℣. 34

Probatur, hæc non posse de Zorobabele intelligi, quare de Christo intelligãtur necesse est.

Isa. 11. ℣. 1

Isa. 5. ℣. 7. Hieron. Matth. 2. ℣. 23.

Christus virgulto, & flori confertur. Ideo Nazaræus vocatur.

Ier. 23. ℣. 5

Et faciet fructum. Qualem nam? qualis erat surculus: nam propterea ab æterno Agricola plantarum est germen iustitiæ & salutis, vt iustos & salutiferos produceret fructus, homines scilicet sanctos & beatos: Hoc est *granum frumenti cadens in terram*, quod mortuum attulit multum fructum, grana scilicet sibi similia; qualis Ignatius martyr fuit, qui dicebat. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar: & Isaias ait. *Vocabuntur in ea*, paradiso Ecclesiæ, *fortes iustitiæ* (erunt in ea arbores robustæ, cedri fortissimæ sanctitatis) *plantatio Domini ad glorificandum* se in eis. & iterum: *Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus*, id est, cui incrementum, prosperitatem, & fructuum abundantiam promisit. Quod si roges, ex quo semine talia germina pullularunt? Respondet Propheta: *Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus*, id est, Christus iustos, & laude dignos procreabit.

De iustis, qui fructus meritorũ Christi sunt.

Ignatius, apud Hieronym. de scriptor. Eccles. Isa. 61. ℣. 3. & 9.

Ibid. ℣. 11.

Et erit in cedrum magnam. Cedrus proceritate ceteras arbores excellens regiæ dignitatis est symbolum; odoris flagrantia gloriam & nominis celebritatem significat; incorruptibilitate denique æternitatem repræsentat, vt præsenti oraculo prædicetur excellentia regni Christi, nominisque eius magni vbique diffusa celebritas in æternum duratura. In eo autem, quod cedrus magna digna dicitur, dominium eius a mari vsque ad mare extensum demonC stratur. Vide Isaiam dicentem. *Erit germen Domini in magnificentia, et gloria, & fructus terræ sublimis, &c.* Idem fere sequenti periphrasi continetur.

Regnũ Christi cedro cõparatur, & quare.

Isa. 4. ℣. 2.

Et habitabunt sub ea omnes volucres cæli. Id est, sub eius ramis, & frondibus. Septuaginta pro *habitabunt*, legunt, requiescunt: quod sic intelligit Polychronius: Multi eius indigebunt patrocinio, atque præsidio, vel habebit innumeros subditos cum securitate sibi seruientes. Vmbra est potestas in subditos, vt dicat, neminem fore, qui ab illo dissideat, sed omnes alacriter susceptures eius imperium. Sic explicat Daniel, quod Nabuchodonosor vidisse se dicebat, arborem magnam, in cuius ramis conuersabantur omnes volucres cæli: *Potestas*, inquit, *tua in terminos vniuersa terræ*: atque eadem exornatione apud Mat D thæum significauit Dominus, granum sinapis alioqui minimum maximæ esse efficaciæ. *Cum autem creuerit*, inquit, *maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.*

Polychr.

Vmbra est potestas in subditos.

Dan. 4. ℣. 19 Matth. 13. ℣. 32.

Volucres cæli. Theodoretus. Obserua nullum neque iumentum, neque reptile, nil abiectum, vel humile commemorari, sicut in Daniele; sed si quid alatum est, & in aëre incedens, & ad sublimia naturalem habens impetum: tales enim sunt fidei alumni ad superiora mentem transmittentes, & cælestia cogitantes, & sub vmbra maximæ cedri sedentes.

Theodor.

Dan. 4. Fideles animabus comparantur, non reptilibus.

Et vniuersum volatile. Hebraice alatum, quo nomine videtur significare voluisse supercælestes spiritus, quos alatos imaginari, & pingere solemus: de quibus Christus ait apud Ioannem. *Vi- E debitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis*: hoc est; cum in regiam Patris conscendam, videbitis Angelorum myriades mihi circumuolitantes, ministrantes, congratulantes, mihi sese demittentes, & applaudentes. Nisi malis *volucres* pios interpretari ex hominibus, *volatile* autem sanctos spiritus; atque ex Daniele subaudire hoc loco quadrupedia terræ; quibus etiam fas est

Angelos significat.

Ioan. 1. ℣. 51.

Non solum iusti, sed & peccatores, si fideles sunt, ad regnum pertinent Christi. & quomodo.

Dan. 4.

est sub vmbra magnæ cedri cubare: etenim non solos iustos obumbrat, & protegit Christus, non solos ipsi ad eius regnum spectant; non solis illis præsidium est & columen, sed etiam peccatoribus, qui si fideles sint, sub vmbra Christi a cæli inclementia, id est, ira Dei proteguntur, quod Isaias cecinit. *Isa.25.℣.3* *Super hoc laudabit te populus fortis*, Angelicus, *ciuitas gentium robustarum*, iusti, & electi, *timebit te: quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua*, misero peccatori, quem delicta sua excruciant, *spes a turbine*, aduersariarum potestatum, *vmbraculum ab æstu*, flammantis vultus tui, &c. Hanc sententiam aliter extulit Chaldæus: Et innitentur, inquit, super eum omnes iusti, & omnes mansueti. *Chaldæus.* Quæ versio alteram inuoluit metaphoram petitam ex Isaia, vbi idem argumentum tractatur: nam depositio Sobna præpositio regiæ domus, claues regni traduntur Heliacim filio Helciæ, qui typus fuit Christi. Sic autem habet Isaias contra Sobnam. *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, &c. Quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: ibi morieris, &c.* Quæ Sedeciæ apte quadrant, vt infra dicemus. *Isa.22.℣.17 & 21.* *Inf.cap.21.* De Heliacim vero subdit: *Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda, & dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet & non erit, qui aperiat*, hoc est, pro arbitratu, nemine resistente, cuncta administrabit: *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius, & suspendent super eum omnem gloriam*, quidquid est pretiosum, *domus patris eius, vasorum*, supellectilium, *diuersa genera, omne vas paruulum a vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum. In die illa dicit Dominus exercituum auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli*, Sedecias cum regno veteri, *& frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.* Obserua elegantem translationem affinem ei, quam tractamus de arbore: ea autem est sumpta a papilionibus, vel casis, quæ structuræ modo æmulantur arbores latas, & frondosas. Nam initio sæculi sub arboribus se protegebant homines a cæli inclementia: deinde commodiores inuenerunt habitationes, ex sagis constituentes papiliones ad instar arborum, fixo in terra ligno alto, quod columen dicitur, cui trabs superna nitebatur: atque hæc sustentabat saga vtrinque dependentia funibus, & clauiculis extrorsum tenta: e columna suspendebantur vasa, & vtensilia domus, quæ alicuius erant pretij. Nunc quoniam Hebræi, vt supra diximus, nomine domus vocant familiam, eadem analogia patrem familias appellant lapidem, in quo scilicet fundabatur lignum: primogenitum vero palum, paxillum, columen, scilicet spem gentis: ceteros filios natu minores, & famulos nuncupant vasa, id est, vtensilia, aut impedimenta domus, eaque suspensa, & dependentia a columna media faciunt, hoc est, a primogenito, quo sublato familia vniuersa non secus collabitur, quam columine cadente tabernaculum corruit. Isaias itaque Dei nomine Ecclesiæ fidem facit, non defuturum sibi stabile columen, quod papilionem domus suæ in terris fixum sustentet humeris vere giganteis, immo diuinis, & a quo pendeant vniuersa domus suppellectilia, hoc est, omnes fratres natu minores cum famulis, tam iusti scilicet, quam peccatores. Illos vocat vasa musicorum, qui laudibus assiduis Deo ipsi solatio sunt: istos autem vasa craterarum, qui temporalibus ministerijs, & curis sunt impensi. Vel vasa musica Angelos vocat, quos Ezechiel alatos dixerat: nãque Angelorum munus proprium est laudes iugiter Deo canere: crateras autem eos appellat, quos Ezechiel volucres, nimirum iustos, & pios mortales, qui corporis necessitatibus inuiti seruiunt: nam vtrique sunt gloria domus Patris æterni, & vtrique a primogenito Dei pendent, testante Apostolo. *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ*, genitus ante omnem creaturam, *quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant* siue consistunt, &c. *Col.1.℣.15*

Et scient omnia ligna regionis. Id est, omnes, qui ex regionibus vniuersis crediderint: nam moratur in translatione arborum, fideles eo nomine compellans. Ligna campi dixere Septuaginta. Scholiastes campum, vniuersam terram appellat, vel etiam terram Iudææ, arbores vero habitatores. *Scholiast.*

Quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile, & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum: Ego Dominus locutus sum, & feci. Iudæi apud Hieronymum hoc oraculum referunt ad populum Israël, qui primo aduentu humiliatus sit, & arefactus, & secundo restituatur in pristinum statum impleto illo, quod dicit Apostolus: Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israël saluus fiet. Alij *lignum sublime* Israëlem appellari volunt, quod scilicet Deus plantauerat, enutrierat, & exaltauerat, quodque legis & prophetarum gloria floresceret; *lignum* autem *aridum* humilem gentium populum, de quo Isaias. *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, &c.* nam statim se explicat de nationibus loqui, cum subdit: *Et filios aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, &c.* Verum alienus videtur hic sensus a Prophetæ instituto, nisi altero viciniori adhæreat. *Lignum* itaque *sublime*, & *lignum viride* est regnum Sedeciæ, quod cum hæc prædicebantur, superbia exultabant: *lignum* autem *humile* & *lignum aridum* est regnum Ieconiæ, qui ea tempestate captiuus detinebatur in Babylone: illud deiectum est, & arefactum; hoc exaltatum, & auctum: nam mortuo Nabuchodonosore ab Heluimerodacho eius filio, caput Ieconiæ seu Ioachin exaltatum est de carcere, & solium regni ei concessum, vt legimus[a]. Cuius etiam nepos Zorobabel e captiuitate rediens ducatum gessit populi Iudæorum, ex eiusque posteris natus est fructus terræ sublimis Christus Deus noster, in quo hæc omnia vere omnino, & cumulate comprobata sunt, sicut & prædicta: quodammodo autem, & quasi per hyperbolem in eius progenitoribus Ieconia, & Zorobabele adumbrata. Paraphrasim loci huius ijs verbis texit cum Græcis Theodoretus: Cognoscent, inquit, omnes homines, facile mihi esse & ea, quæ alta sunt, humilia reddere, & ea, quæ sunt humilia, extollere; florentia arefacere, & arida floribus vestire: quando enim viderint post Vrbis solitudinem germen ex ea productum secundum Isaiæ vaticinationem: *Egredietur virga de radice* Iessai, *& flos de radice eius ascendet*: & hunc totius orbis terræ regem declaratum; cognoscent omnes, me esse Dominum, qui hæc ante prædixi: verbum suo tempore operecomprobaui. *Theodor.*

[a] 4.Reg.25. ℣.7. [a] *Ierem.52.* ℣.31.

XXIV.

Nota elegantem comparationem familiæ ad tabernaculum seu tentorium.

Vasa musicorum vocat iustos, reliquos fideles crateras, qui temporalibus sunt intenti.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Testatur Deus, non esse puniendos filios pro delictis patrum, sed vnicuique reddendam pro meritis vitam, vel exitium.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Quid est quod inter uos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?

III. Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Israel.

IV. Ecce omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. B

V. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam.

VI. In montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit:

VII. Et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: C

VIII. Ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auertarit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum:

IX. In præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus.

X. Quod si genuerit filium latronem effundentem D sanguinem, & fecerit vnum de istis:

XI. Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentem:

XII. Egenum, & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem:

XIII. Ad vsuram dantem, & amplius accipientem: nunquid viuet? non viuet. cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.

XIV. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis:

XV. Super montes non comederit, et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit:

XVI. Et virum non contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

XVII. A pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet.

XVIII. Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua.

XIX. Et dicitis: Quare non portauit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium, & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita.

XX. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum.

XXI. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam: vita viuet, & non morietur.

XXII. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est,

non

non recordabor: in iuſtitia ſua, quam operatus A *quam operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: ipſe animam ſuam viuificabit.*
eſt, viuet.

XXIII. *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur a vijs ſuis, & viuat?*

XXIV. *Si autem auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prænaricatione, qua prænaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccauit, in ipſis morietur.*

XXV. *Et dixiſtis: Non eſt æqua via Domini. Audite* B *ergo domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ praue ſunt?*

XXVI. *Cum enim auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniuſtitia, quam operatus eſt, morietur.*

XXVII. *Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua,*

Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus XXVIII.
iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet, & non morietur.

Et dicunt filij Iſrael: Non eſt æqua via Do- XXIX.
mini. Nunquid viæ meæ non ſunt æquæ, domus Iſrael, & non magis viæ veſtræ praue?

Idcirco vnumquenque iuxta vias ſuas iudica- XXX.
bo domus Iſrael, ait Dominus Deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: et non erit vobis in ruinam iniquitas.

Proijcite a vobis omnes præuaricationes ve- XXXI.
ſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: et quare moriemini domus Iſrael?

Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus XXXII.
Deus, reuertimini, & viuite.

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS
DECIMIOCTAVI.

I. ET *factus eſt ſermo Domini ad me* C *dicens.* Sic mecum locutus eſt Dominus.

II. *Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud in terra Iſrael?* Hebraice ad verbum habetur: Quorſum inter vos parabolizatis parabolam, hoc eſt, vt notauimus capite ſuperiori, crebro repetitis hanc ſimilitudinem, vel ſententiam prouerbialem.

Dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Videtur hoc prouerbium deſumptum ex illa ſententia Prouerbiorum. *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger ijs, qui miſerunt illum*: quam ita efferunt Septuaginta. Sicut vua D acerba dentibus noxia eſt, & fumus oculis; ſic iniquitas ijs, qui vtuntur ea. Meminit & Ieremias prouerbij huius: *In diebus illis non dicent vltra, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt; ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: omnis homo, qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius*, &c. Rabbi Dauid Chimhius: Eius dicterij occaſio fuit prophetarum frequens comminatio, Iudam delendam eſſe ob peccata Manaſſes, ſicut Iſraël propter ſcelera Ieroboam ſublatus erat. Ex quo illi argumentabantur. Ergo filij portant peccata patrum, & patiuntur dentium ſtuporem contractum ab vua acerba, quam parentes manducarunt: quale illud eſt Threnorum. *Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, et nos iniquitates eorum portauimus*: quibus verbis diuinam iuſtitiam incuſabant, quod ab innocentibus filijs noxas parentum exigeret. Porro eam orationem cum præcedentibus continuari volunt Theodoretus, & Scholiaſtes, qui ſic habet: Cum violatæ legis Iudæi conuincerentur, id quidem negare non poterant violare ſe legem, ſed iudicium Dei calumniabantur, dicentes: Iniuſte aduerſum ſe pronuntiatam eſſe ſententiam, quæ delictis maiorum debebatur: aſſerebant enim ſe non fuiſſe idololatriæ primos inuentores, Manaſſem potius, & Achaz, atque alios ipſorum ſuperiores eius ſceleris auctores extitiſſe: pœnam autem illis debitam in ſe eſſe transfuſam: quinetiam Sedeciam, non populum violaſſe iuſiurandum, illos autem mulctari. Quibus querimonijs ſatisfacit Deus; ſed primo eorum inſolentiam comprimit, dicens:

Prouer. 10. ℣. 26.

Ierem. 31. ℣. 29.

Dauid Chimhi.

Thr. 5. ℣. 7.

Theodor. Scholiaſt.

Viuo ego, dicit Dominus Deus, ſi erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in Iſrael. Hebraice. Si erit vobis parabolizare vltra parabolam iſtam. Reticentia in hac oratione commiſſa indicat indignationem, qua prolata eſt: nam illud ſuppreſſit: Ego in vos ſeueriſſime animaduertam: nam particula, *ſi*, quod alias diximus, conditionalis eſt, III.

Reticentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque index iuramenti, nec sumitur pro, non, vt A quidam perperam existimant.

IV. *Ecce omnes animæ meæ sunt: vt anima patris, ita & anima filij mea est: anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.* Tuetur Deus causam suam, & ab impiorum criminatione suam iustitiam vindicat, dicens se esse communem omnium parentem, atque adeo ex æquo omnibus prospicere, omnium cura tangi, se quoque esse supremum iudicem, quem dedeceat omnino accipere personam in iudicio, vel iniquam ferre sententiam: ac si dicat quod olim Abraham. *Genes. 18.* Non est hoc meum, qui iudico omnem terram, vt perdam iustum cum impio, nedum iustum pro impio: perperam itaque calumniamini meam vel prouidentiam, vel iustitiam; quasi patribus peccantibus vos iniuste plectamini: fieri enim nequit, B vt communis Dominus iniquum ferat iudicium, sed ab vnoquoque pro ipsius peccatis exigat pœnas. Hæc fere Polychronius. *Polychr.*

Anima pro homine frequenter vsurpatur.

Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Anima hoc capite non significat spiritum hominis solum, sed totum hominem; vt Hebræis in more est, partem pro toto, animam pro animante vsurpare, denominantes scilicet totum a parte nobiliori. Sic in Genesi. *Genes. 17. ℣. 14.* *Delebitur anima illa de populo.* Et in Leuitico. *Anima cum obtulerit oblationem.* Et in libro Iosue. *Quicumque animam percusserit.* Et Paulus. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Quod vero idem in præsenti loco significet, patet primo ex eo, quod sequitur: *Vir si fuerit iustus, &c.* Et iterum: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Ex quo fit, synony- C ma esse animam, virum, filium, &c. Item quia Ieremias, prouerbio eodem repetito, addit: *Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur, omnis homo, qui comederit vuam acerbam, &c.* Secundo idem ostendo ex adiuncto verbo, *ipsa morietur*, anima enim, id est spiritus non moritur. Sed dices, morte spirituali, de qua loquitur Propheta, mori potest anima, peccato scilicet admisso. Ego vero contra, inquam, mors hoc loco pœna est, non culpa, mors vero animæ culpa est, non tantum pœna. Præterea nec in dubium vocabatur a Iudæis, neque vero poterat vlla ratione controuerti, an pro peccato parentum filij transgressores efficerentur; sed an peccantibus patribus filij plecterentur, idque de temporalibus supplicijs per Chaldæos illatis, D quæ patiebantur miseri, intelligebant, non de spiritualibus, quæ parum ipsi curabant. Denique idem efficitur ex eo, quod inferius subditur. *Non vinet cum vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit*: quæ omnia aperte significant pœnam temporalis mortis, non vero culpam, vel pœnam æternam, nisi forte in altero sensu mystico, de quo in præsenti non sumus admodum solliciti. *Ier. 31. ℣. 29*

V. *Et vir, si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & iustitiam.* Duo hæc nomina, & per se sumpta difficilia sunt explicatu, & simul coniuncta (quod accidit sæpe) difficiliora sunt intellectu; alijs dicentibus, facere iudicium, esse omnia cum ratione exequi; facere iustitiam, iudicare sine acceptione per- E sonarum: alijs vero, vtroque vocabulo idem indicari, scilicet officium præstare, id nimirum, ad quod quis tenetur ex munere: alijs pro vtroque reddentibus, implere legem. Quas interpretationes non exhaurire vim prædictorum nominum, facile experietur, qui locos sacræ Scripturæ inter se contulerit, in quibus ea vsurpantur. Sed ijs omissis breuiter significationem vtriusque aperiamus.

Quid sit facere iudicium & iustitiam.

Iudicium per se sumptum significat officium iudicis, & quidquid ad illum quoquomodo pertinet, vt diximus supra. Iustitia vero idem fere quod ius, vel quod de iure ad aliquem pertinet, vt alibi dicemus. Cum vero copulantur, non tam late patent, immo coarctantur inuicem, vt sibi respondeant. Iudiciumque significat alteram iudicij partem, qua scilicet iudex reum damnat; iustitia alteram, qua innocentem absoluit, & vindicat. Iudicium quid significet.

Vtriusque exemplum exhibuit Salomon, erga meretrices: nam cum filium donauit matri legitimæ fecit iustitiam; cum alteram remisit vacuam, & cum probro fecit iudicium: atque etiam faciebat Dauid iudicium, & iustitiam populo. De iudicio & iustitia meminit Isaias dicens. *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas*, absoluendo reos, & *iustitiam, & ecce clamor*, damnatis innoxijs. Quoniam vero ex iudicio prædicto nascitur timor transgrediendi legem, quam video a iudice seuere vindicari: ex iustitia contra oritur amor, & studium virtutis, quam experior a iudice honorari. inde est, vt Theologice sumptum iudicium significet declinare a malo, timere Deum, non transgredi negatiua præcepta. Iustitia vero, facere bonum, amare Deum, proximo benefacere, implere affirmatiua mandata. Vtrumque breuiter extulit psaltes. *Declina a malo, & fac bonum.* Et iterum. *Iustitia, & iudicium præparatio*, basis, *sedis tuæ*, id est, dilectio, & timor regnum Dei sulciunt, & confirmant. Et iterum. *Feci iudicium, & iustitiam* (nemini nocui, omnibus benefeci) *non tradas me calumniantibus me, &c.* Nisi malis politice accipere: Damnaui rite fontes, innocuos vindicaui, &c. In præsenti autem cum de priuatis hominibus sermo sit, non politice, sed Ecclesiastice accipienda sunt ea nomina, ac si dicat: Si nemini fuerit iniurioſus, sed omnibus officiosus. *3. Reg. 3.* *2. Reg. 8.* *Isa. 5. ℣. 7.* Iudicium significat declinare a malo, iustitia facere bonum, & quare. *Ps. 36. ℣. 27* *Ps. 88. ℣. 15* *Psal. 118. ℣. 121.*

VI. *In montibus non comederit.* Hieronymus: Quod Iudæi existimant ad idololatriæ pertinere peccatum: crebro enim legimus in Regum & Paralipomenon libris: Veruntamen ab excelsis non recessit: adhuc enim populus immolabat in excelsis, & adolebat incensum in sublimibus, hoc Scriptura significante, quod in montibus, luciſque idolis hostias immolauerint, & thura succenderint, &c. *Hieron.* Rabbi Dauid confirmat Hieronymi sententiam: *R. Dauid.* Solebant, inquit, in montibus idolis immolare; deinde oblata sacrificia ibi comedere. Rabbi Io- *R. Ionathas* nathas habet. In montibus non seruierit idolis. & *Theodor.* Theodoretus. Qui ab idolorum, inquit, cultu procul abfuerit, quorum templa in montibus erecta erant. Vide in Deuteronomio. *De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libamini- Deut. 32. ℣. 38.* *num, &c.*

Et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel. Leuare oculos, gestus est adorantis, vel orantis, vt in psalmo. *Ad te leuaui oculos meos.* Et iterum: *Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Atque iterum. *Mane astabo tibi, & videbo.* hoc est, suspiciam, orantis scilicet gestu solito. Rabbi vero Dauid hoc addi- *R. Dauid.* tum esse vult, quod non solum seruire idolis peccatum sit graue, sed etiam ea respicere. Sicut scriptum est: Ne respicite ad idola, &c. Idola Hebraice dicuntur גלולים, gelulim, a גלל, galal, quod est voluo, quasi volutabra, volutationes, stercora, quibus contaminantur cultores. Septuaginta, cogitationes, reddiderunt, quod hominum consilio sint inuenta, vt Sapiens scribit: nihil- *Sapien. 14.* que amplius habeant diuinitatis, quam quod illis Leuare oculos, gestus est adorantis, vel orantis. *Psal. 122.* *Psal. 5. ℣. 4* Idola Hebraice dicuntur volutabra.

Hieron. lis vana attribuerit æstimatio vulgi: Hieronymus, cogitationes: id est, simulachra, quæ de suo corde finxerunt. Vel, vt scribit Polychronius, præclare ἐνθυμήματα, enthymemata, cogitationes scilicet dixit, vt ostendat qualia ab ipsis cogitata sint numina.

Polychr.

Vxorem proximi sui non uiolauerit. Vel contaminauerit, vt Septuaginta reddidere.

Hieronym. causas huius præcepti reddit. *Ad mulierem menstruatam non accesserit.* Hieronymus: Per singulos menses grauia, atque torpentia mulierum corpora immundi sanguinis effusione releuantur: quo tempore si vir coierit cum muliere, dicuntur concepti fœtus vitium seminis trahere, ita vt leprosi, & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & fœda in vtroque sexu corpora paruitate, vel enormitate membrorum sanies corrupta degeneret. Præcipitur ergo viris, vt non solum ab alienis abstineant vxoribus, sed in suis quoque non omni tempore licitam sibi esse existiment coniugij voluptatem: nam, vt pulchre Xistus Pythagoricus dixit, adulter est vxoris amator ardentior, &c. Lex eiusmodi coitum detestatur, & pœna capitali plecti iubet. *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.* Vide etiam capite decimoquinto eius libri.

Xistus Pythagoricus apud Hieronym. Leuit. 20. ℣. 18.

VII. *Et hominem non contristauerit.* Hoc est, non læserit vel ferro, vel maledictis, vel eiusmodi alia iniuria quinto præcepto prohibita. Septuaginta: & hominem non oppresserit: qui neminem tyrannice, & per potentiam oppresserit, neque vim intulerit alicui: atque ita hoc facinus ad septimum Decalogi præceptum pertinebit, quare subditur:

Hieron. *Pignus debitori reddiderit.* Hieronymus: Non omni debitori: alioquin multis occasio recipiendorum pignorum fiet diuitiarum materia, sed ei debitori, qui pauper est: secundum legem Exodi, vt notat hic Rabbi Dauid. *Si pignus a proximo tuo acceperis uestimentum, ante solis occasum reddes ei, ipsum enim est solum, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud, in quo dormiat: Si clamauerit ad me exaudiam eum, quia misericors sum, &c.* Obserua, *si clamauerit*, inquit, *ad me*: est igitur iniquitas, & oppressio, summo iure vti, nec remittere debitum inopi, nam id scelus vocat Scriptura clamorem, quod cogat oppressum Deo conqueri de iniusto exactore, & quoniam eiusmodi voces querulas quantumuis demissas Deus exaudiat. Exaudiam eum, inquit, aduersus quem iustitiam exercens, caritatem violas; te autem vel pinguissimis victimis me deprecantem non exaudiam. Vide Isaiam referentem de huiusmodi. *Quare ieiunauimus & non aspexisti*, &c. *& omnes debitores uestros repetitis*, &c.

R. Dauid. Exod. 22. ℣. 26.

Iniquitas est, summo iure vti.

Isa. 58. ℣. 3

Præceptum misericordiæ quale. *Panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit uestimento.* Obserua. Inter præcepta adnumerat misericordiam, tum quod in casu extremæ vel grauis indigentiæ, qui non pascit proximum, occidit, vt Augustinus auctor est: tum quoniam immisericordia in egenos signum est, & soboles iniustitiæ. Vide in diuite epulone, quem damnatum testatur Dominus, quod, cum laute prænderet, inopi micas panis negabat.

August.

VIII. *Ad usuram non commodauerit.* Vsuram Hebræi vocant נשך, nesech, a נשך, nasach, mordere, arrodere, quasi dicas morsum: qui serpenti attribuitur in Prouerbijs, & Ecclesiaste. *Momordebit cum coluber*: deinde vero ad vsuram transfertur: quod, vt serpens mordendo necat, sic illa hominis substantiam mordeat, & corrodat. Græci τόκον, tocon, vocant quasi fœtum. Hieronymus: In Hebraico cunctarum specierum vsura prohibetur; in Septuaginta tantum pecuniæ, &c. etymologiam vocum interpretatus est diuus Hieronymus; & vsuræ quidem in pecunia mentio est in psalmo. *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*: in vniuersum autem fit eius mentio in Deuteronomio. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem.* Item in Leuitico. *Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges.* Horum primum præsenti versu memoratur, alterum vero in subsequente. *Et amplius non acceperit.* Vnde Origenes: Vsura dicitur lucrum in argento: amplius vero quæ in minutis dantur esculentis, & poculentis, de quibus egregie differit Hieronymus.

De vsura.

Prouer. 23. ℣. 32.

Eccl. 10. ℣. 8.

Hieron.

Pſ. 14. ℣. 5 Deut. 23. ℣. 19.

Leuit. 25. ℣. 37.

Origen.

Hieron.

Ab iniquitate auerterit manum suam. Breuiter omnem iniustitiam, & iniquitatem interdixit.

IX. Veritas opponitur hic vanitati, & hypocrisi, quæ mendacia sunt in factis.

In præceptis meis, affirmatiuis, *ambulauerit, & iudicia mea*, negatiua, *custodierit*, ita, *ut faciat ueritatem.* Hoc est, exerceat virtutem: nam אמת, emeth, veritas, non solum significat veritatem dictorum, quæ mendacio opponitur; sed potissimum veritatem factorum, quæ repugnat vanitati, & hypocrisi: hæc autem est virtus, & opus studiosum: appellatur autem virtus nomine veritatis aptissime, quoniam vt veritas in dictis est adæquatio rei ad id, quod est in mente: sic veritas in factis, virtutis scilicet studium, est adæquatio operis ad id, quod dictat spiritus Domini, seu fides, vel ratio: Officium dicere possis, vt in psalmo: *Omnia mandata tua ueritas*: & iterum: *lex tua ueritas*: vnde est illud Genesis, atque alibi non raro, facere *misericordiam, & ueritatem*: hoc est, officium seu beneficium exhibere: & Ioannes: *Qui autem facit ueritatem.* Paulus quoque ait: *Veritatem autem facientes*, id est, implentes legis mandata seu officio satisfacientes: verum de hac re alibi latius differemus.

Pſal. 118. ℣. 86. & 142. Geneſ. 24. ℣. 49. & 47. ℣. 29. Ioan. 3. ℣. 21. Epheſ. 4. ℣. 15.

Hic iustus est, uita uiuet. Qui ea impleuerit, quæ præcepta sunt, & ea quæ prohibita sunt, vitauerit, & iusti cognomento cohonestari meretur, & vitæ felicis colligere fructum. Vita viuere, est fortunate vitam traducere: nam cum hominibus nihil sit amabilius, aut suauius, quam viuere, verbum importat suauitatem, & felicitatem: atque hæc exaggeratur, adiuncto nomine verbali, vt vita uiuere, sit ad uoluntatem, & cum iocunditate ævum traducere. Sub hac autem felicitate temporali, quam sermo Prophetæ primario respicit, vitam quoque gratiæ, & æternæ post mortem gloriæ intelligere fas est: omnia enim bona temporalia, & æterna iusto promittuntur.

Vita viuere significat, cum voluptate vitam traducere licet.

X. Fur dicitur pestilens. *Theodot. Hieron. Origenes.*

Quod si genuerit filium latronem. Septuaginta, & Theodotio, pestilentem, vt vult Hieronymus; Origenes pernicioſum interpretatur, hoc est, omnia obligurientem, raptorem, iniquum, Hebraice פריץ, pharits, dicitur, hoc est, grassator, fur, latro, a diruendis, persodiendisque parietibus.

Et fecerit unum de istis. Quæ scilicet lege interdicta sunt. Septuaginta: & facientem peccata.

XI. *Et hæc quidem omnia non facientem.* Nulla opera studiosa, quæ prædixi: nam Hebræis, perinde ac Logicis, omnis non, valet, nullus. *Sed in montibus comedentem.* Sed potius ea omnia, quæ lege prohibita sunt, patrantem. *Nunquid uiuet?* Par ne est, vt eiusmodi viuat ob merita patris iusti? *Non uiuet*, sed, *morte morietur*, infelici morte rapietur. *Sanguis eius in ipso erit.* Ipse suæ mortis auctor fuit, luet quam sibi confiauit capitis pœnam: nihil scelerato proderit patria virtus, qui aliam vitam atque ille viuere

Universidad de Deusto Biblioteca

viuere instituit, sed suorum seminum fructus percipiet. Deinde argumentatur a contrario.

XIV. *Quod si genuerit filium*, is videlicet latro, quem memoraui, *qui uidens omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis*, &c. *hic non morietur*, &c. *sed uita uiuet*. Neque enim iustum est ab hoc pro scelere illius exigi pœnas.

XVIII. *Pater eius, qui calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui*, palam, & sine vllo rubore, aut timore, *ecce mortuus est in iniquitate sua*, id est, propter iniquitatis meritum: ac si dicat: Quemadmodum non profuit filio scelerato parentis meritum, sic non officiet nepoti iusto patris iniqui demeritum: hæc autem non esse verba, sed res, quæ partim gestæ sunt, partim gerentur, testis est diuina Scriptura. Ezechias enim ex impio patre Achaz natus non solum pro parente non soluit pœnas, sed etiam propria pietate nobilissimus euasit. Manasses autem omnino contrariam parenti viam ingressus, nihil a patria pietate vtilitatis percepit: at vbi cum pœnituit, salutem est consecutus: & Amon huius filius patriam improbitatem æmulatus, non item pœnitentiam, malum habuit uitæ exitum: cuius filius Iosias patris auersatus impietatem omni virtutum genere instructus in Sanctorum numerum adscriptus est, nullo ex iniquitate paterna contracto detrimento: at eius filij minime ipsum æmulati, sed omni impietate adstricti pœnas suorum delictorum persoluerunt, nulla ex pietate patria vtilitate percepta. Ex ipsa igitur sanctarum scripturarum historia vera ostensa sunt eloquia Domini: Hæc Theodoretus.

Exempla eorum, qui iusti ac filij sceleratorum fuerunt, & eorum qui ex aduerso scelerati & filij iustorum.

Theodor.

XIX. *Et dicitis*: *Quare non portauit filius iniquitatem patris*. Oppositum potius obiecerant: quare filiorum dentes obstupuerunt ob parentum intemperantiam? Verum non repetuntur nunc Iudæorum verba querula; sed per prolepsim soluitur quæstio, vt ingeniose notauit Hieronymus, quam poterat auditor opponere, ac si dicat. Quod si rogetis, vel nunc rogabitis, cur non portat hic filius iniquitatem patris grassatoris? *Videlicet quia filius iudicium, & iustitiam operatus est*, &c. quoniam non eandem viam, quam pater, infectatus est; sed mea præcepta parentis institutis antepositi, dignum propterea reperit vitæ exitum. Sic igitur statutum apud me est:

Hieron.

XX. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij*. Patet huius versus sententia ex superioribus; verumtamen illi aduersari videntur alia scripturarum testimonia: nam in Exodo legimus: *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, uisitans iniquitatē patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me*, &c. Et iterum: *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac uerax*, &c. *Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniem*. Idem Ieremias. *Domine Deus*, &c. *qui facis misericordiam in millibus, et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos*, &c. Præterea ob delictum Dauidis populum percussum legimus: & ob peccata Dathan, & Abiron, atque Sodomitarum vniuersam eorum familiam cum paruulis innocentibus esse deletam: quomodo igitur hæc illis cohærent? Diuus Augustinus, quem Doctores Theologi sequuntur, vtramque sententiam ita conciliare nititur, vt secundum Exodi testimonium puniantur quidem parentum peccata in filijs pœnis corporum, quæ a parentibus acceperunt; pœnis autem animæ, id est, spiritualibus, quod Ezechiel significat, filij non plectantur ob parentum delicta. Ceterum, vt supra ostendimus, anima apud Ezechielem non significat hominis formam, sed totum hominem; neque mors significat mortem spiritualem, sed corporalem: neque de culpa sermo Prophetæ est, sed de pœna, & illa quidem temporali, quemadmodum & Iudæorum querela propter pœnam temporalem, Vrbis scilicet ruinam, exorta est, & in prouerbium relata dicentium: *Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*: perinde enim est, ac si dixissent: Ob peccata Manassis nos luimus captiuitatis pœnas. Si autem Ezechiel de temporali pœna loquitur, Moysi repugnare videtur. Idem diuus Augustinus, diuus Leo Papa, atque diuus Gregorius sic respondent quæstioni: Peccatum originale a parentibus trahimus, & nisi per gratiam baptismatis soluamur, etiam peccata parentum portamus, quod vnum adhuc videlicet sumus in illis: reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis: & rursum non reddit peccata parentum in filios, quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur, iam non parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus. Verum hæc responsio ex prædictis videtur insufficiens: primo quoniam tam Iudæi, quam Vates de pœna loquebantur, vt diximus, non de culpa. Præterea de pœna corporali, non de spirituali: deinde de pœna inflicta ob peccata actualia proximorum parentum, qui idololatriam secuti fuerant, non ob peccatum originale primorum hominum, nam ab eo expiati erant per circumcisionem. Non potest igitur Ezechiel explicari de peccato originali esse locutus. Sed neque Moses alioqui dixisset tantum in tertiam, & quartam generationem visitari peccatum Adæ in filios, sed in millia millium, cum vniuersi, qui nascuntur ex progenie Adæ, ex æquo peccatum originis contrahant.

Sup. ỳ. 4.

Augustinus Enchirid. cap. 46. Leo. Papa epistola 84. Greg. lib. 15. cap. 22. aliter interpretantur.

Huic decreto videntur aduersari aliqua scripturæ dicta, & quomodo sint intelligenda, Ex. 20. ỳ. 5 Ib. 34. ỳ. 6 An Deus puniat peccata parentum in filijs. Ier. 32. ỳ. 18. 2. Reg. 24.

Augustinus epist. 75. respondet quæstioni.

Alij respondent, locum Exodi accipiendum de pœnis leuioribus, vtpote facultatum, vel honoris, in quibus merito filij propter parentum delicta, etiam ex dispositione humanarum legum plecti solent, vt videmus in reis læsæ maiestatis. Locum vero Ezechielis accipiendum de pœna capitali, quibus fauet illud testimonium Deuteronomij. *Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur*: atque exemplum legis præstitæ, quod libro Regum refertur: *Percussit*, Amasias rex, *seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum, filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi* &c. *Non morientur patres pro filijs, neque filij morientur pro patribus*. At vero hæc solutio dubij, potius instauratio est quæstionis, cum ex libro Regum sciamus ob adulterium Dauidis filium eius mortuum fuisse: & iterum propter eiusdem elationem in populo numerando multa millia subditorum peste consumpta. Non solum igitur leuioribus pœnis, sed capitalibus alios pro aliorum delictis esse punitos, fatendum est.

Aliorum solutio.

Deut. 24. ỳ. 16.

4. Reg. 14. ỳ. 5.

2. Reg. 12. & cap. 24

Alij hoc argumento conuicti respondent, suppliciа aliquando esse pœnam, aliquando medicinam; illam infligi in peccati vindictam, hanc vero adhiberi ad animæ remedium: atque Ezechielem de pœna simpliciter loqui volunt, quam nullus ob alterius peccatum sustineat; Mosem vero de medicinali castigatione, quam multis ob ipsorum maius commodum Deus sæpe irrogare soleat: Sed hoc est eludere argumentum, non conciliare scripturas: nam luce clarius Moses de pœna, vt pœna est, ob culpam

Aliorum responsio.

culpam scilicet, illata loquitur dicens: *Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* id est, puniens pœna communi filios cum parentibus, quia me non solum despexerunt, vt peccatores reliqui solent, sed etiam oderunt, & ex corde irritarunt. Ezechiel contra de pœna, vt medicina est, aperte sermonem instituit, cum dicat statim: *Si autem impius egerit pœnitentiam, &c. omnium iniquitatum eius non recordabor.* Mederi certe volebat supplicio, qui pœnitentiam suadet, & veniam offert. Quod si ea distinctio rationis duplicis pœnæ locum habet in hac quæstione, necesse est fateantur, pœnam vt pœnam in filios transire; pœnam vt medicinam ad alios minime deriuari.

Hier. solutio

Diuus Hieronymus præfatus se ex verbis Mosis alioqui scandalum esse passum, ex præsenti Prophetæ testimonio illa interpretari nititur, quasi dicta sint per parabolam quandam: quod scilicet aliud foris sonent, aliud interius retineant: atque sese explicans ait: Non ideo filij puniuntur in tertia, & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint; sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente, &c. Idem fere scribit Gregorius loco prædicto: addit enim post alteram locorum conciliationem traditam in hunc modum; quod tamen intelligi aliter potest. Quia quisquis praui parentis iniquitatem imitatur, etiam ex eius delicto constringitur; quisquis autem iniquitatem parentis non imitatur, nequaquam parentis eius delicto grauatur, &c. Horum Patrum sententiam aliquot propositionibus explicare libet.

1. Propositio.

Esto itaque prima propositio pro quæstionis solutione. Cum filius innocens est, nullo modo plectitur ob delicta parentis. Hanc expresse proponit Deus apud Ezechielem, & exemplis additis probat.

2. Propositio.

Secunda. Cum vterque noxius est, pater scilicet, & filius, vterque castigatur; sed vnusquisque eorum pro meritis, & pro meritorum ratione atque mensura; hæc quoque constat ex Vatis sermone.

3. Propositio.

Tertia. Cum patres non tantum delinquunt, sed etiam delicta filijs tradunt, cum scilicet omni pudore, & metu depositio peccatum suum prædicant, ita vt filijs peccandi exemplum existant, filij quoque imitantur delicta, quæ a parentibus didicerunt; tunc vtrique puniuntur, patres ob exemplum, filij ob imitationem; vnusquisque scilicet ob peccatum suum. Ceterum sacræ literæ cum de supplicio eius peccati, quod a patribus ad filios quadam traditione permeauit, loquuntur, tametsi tam pœnæ, quam culpæ consortes sint vtrique; delictum adscribunt parenti, quia ab ipso tanquam a fonte manauit ad filium; & contra vltionem exerceri dicunt in filio, quia in illo magis elucet pœna, quam culpa: culpa enim in filio imitatore patris leuior est, quam in parente inuentore: pœna vero in filio minus noxio grauior videtur, quam in parente sceleris auctore. Præterea quia pœna in filio duplex supplicium est, quo scilicet & pater videns castigatur, & filius sustinens torquetur. Itaque tametsi delicta, & supplicia sint reuera vtrique communia; parentis peccatum merito dicitur puniri in filijs, quia in illis grauius punitur: alioqui neque patres sine pœna euadunt, neque filij citra noxam existunt: neque vnus alterius, sed vnusquisque, vt Deus per Ezechielem profitetur, portat iniquitatem suam: atque hoc mihi intellexisse videtur Hieronymus, cum dixit Moysis sententiam esse prouerbialem, & figurate accipiendam, ne scandalum ingeneret in Christianis cordibus, si absolute pronuntiatum audiant, pro parentum delictis filios castigari. *Hieron.*

Hæc de adultis intellecta volumus, non de paruulis, quorum est iudicium secretius, & prouidentia sublimior, quique existimari possunt aliquid parentum: atque adeo nihil repugnat simul cum parentibus communi aliquando inuolui supplicio, vt in excidio Sodomorum factum videmus: vel viuentibus patribus immatura ereptos morte, vt filio Bersabeæ accidit ob Dauidis patris delictum, dicente Scriptura: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, &c. filius qui natus est tibi, morte morietur*: quæ quidem sententia aduersus patrem potius lata videtur, quam aduersus filium: iste enim vix mortem sensit, cum non dum plene vixerit, ille autem bis mortuus est, filio moriente: nam quo innocentior erat, qui plectebatur ob patris delictum, eo grauius cruciabatur proprij sceleris conscientia noxius parens. Ceterum de paruulis nullus sermo neque Iudæis erat, neque Prophetæ: quare stat firma Dei sententia & æquitatis legibus, & sacræ Scripturæ oraculis decreta: *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.* 2. *Reg.* 12. ℣. 13.

Iustitia iusti, super eum erit, & impietas impij erit super eum: Hoc est illud Isaiæ. *Dicite iusto quoniam bene*, vel quam optime, *quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum, retributio enim manuum* operum *eius fiet ei.* *Isa.* 3. ℣. 10

Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, &c. Græci: Tantum abest, inquit, vt ab alio pro alio pœnas exigam, vt etiam ipsummet legis violatorem, quamuis innumera facinora patrarit; si tamen ille pœnitens resipiscat, & iustitiæ vias persequi instituat; libens excipiam, & vita dignum iudicabo. Hieronymus apertius: In tantum, ait, peccata patrum ad filios non redundant, neque iustum filium sceleratus prægrauat pater, neque alij pro aliorum sceleribus puniuntur, vt ipse vnus atque idem qui prius impius fuit atque peccator, si postea egerit pœnitentiam, & ad meliora conuersus pristina peccata deleuerit, non iudicetur vetustate peccati, sed in meum suscipiatur gregem innouatione virtutis. XXI. *Græci.* *Hieron.*

Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Mira pœnitentiæ efficacia, quæ non tantum e conscientiæ tabella peccata delet, sed etiam ex breuiculis diuinæ iustitiæ, in quibus gestorum omnium rationes continentur: de quibus in Deuteronomio. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* & iterum. *Recensui*, veteres commentarios scrinij mei reuoluens, *quæcunque fecit Amalech, &c.* XXII. Mira pœnitentiæ efficacia. *Deut.* 32. ℣. 34. 1. *Reg.* 15. ℣. 2.

Puluere, qui lædit, scribit: sed marmore læsus. pœnitentia vero peccata in marmore stylo ferreo exarata exedit, excauat, atque omnino delet.

In iustitia sua, quam operatus est, viuet. De qualitate uitæ iusto promissæ in lege, agemus capite vigesimo.

Nunquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, &c. Hanc sententiam enarrabimus in fine capitis. XXIII.

Si autem auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem. Hieronymus: Sicut iustum antea peccatorem non prægrauant antiqua delicta; sic peccatorem XXIV. *Hieron.*

Pœnæ parentum, qui filios suos ad malum inducunt exemplo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

torem, qui prius iustus fuerit, non iuuant vete- A
res iustitiæ: vnusquisque enim in quo inuenietur,
Polychr. in eo iudicabitur. Polychronius: Ita, inquit, iuste
definio pro cuiusque rebus gestis; vt & ijs, qui mul-
ta peccant, & ex animo resipiscunt, veniam tri-
buam; & ab ijs, qui recte aliquando agunt, ac dein-
de moribus commutatis insanabiliter peccant,
pœnas exigam: neque enim paulisper bonos nos
esse oportet, postea improbos fieri. Videmur enim
etiam superiori tempore non ex cura, & studio ho-
nesti virtutem coluisse, sed potius temere, & con-
suetudine quadam. Neque nos moueat quod ait
ἐν τῷ παραπτώματι en to paraptomati, in lapsu suo
(sic legunt Septuaginta, vbi Hieronymus posuit *in*
præuaricatione, Hebræi vero במעלו, maghalo) lapsum
enim, & offensionem vocat permanentem auersio- B
nem, & immutabilem habitum in malo, &c. eun-
Theodor. dem vocem explanans Theodoretus, sic habet: Et
sciendum est non simpliciter dixisse, si peccauerit,
sed si conuersus fuerit a iustitia sua, & fecerit iniu-
stitiam, secundum omnes iniustitias, quas fecit ini-
quus: quandoquidem ostendunt etiam ex pijs ali-
qui; sed resurgentes eadem rursus incedunt via, &
pœnitentia salutem consequuntur; at qui prorsus
ab hac recedunt contrariæ viæ fructus percipiunt:
1. Ioan. 5. hoc est *peccatum ad mortem*, quod vocat Ioannes,
ỽ. 16. & pro quo orare non consulit, & in quod negat ille
incurrere Dei generationem, hoc est, prædestina-
tos, & electos.

XXV. *Et dixistis: Non est æqua uia Domini. Audite ergo*
domus Israel: Nunquid uia mea non est æqua, & non C
Polychr. *magis uiæ vestræ pravæ sunt?* Polychronius: Hoc
est; non est bona, neque recta, neque respondens
pactis, quæ a Deo est compensatio. Viam appellat
Ps. 1. ỽ. 1. actionem, vt in psalmo: *In uia peccatorum non stetit*:
at Dominus non punit indignabundus, sed crimen
Scholiast. clementer ex æquo animo dissoluit. Scholiastes.
Quo me, inquit, criminamini quasi non recta, & iu-
sta iudicia feram? Viam enim appellat actionem,
quæ sit in vltionem improbi. Quoniam igitur hæc
dicitis, audite quid ego dicam, & quod dico, iu-
dicate.

XXVI. *Cum enim auerterit se iustus a iustitia sua, & fece-*
rit iniquitatem, morietur in eis. Hebraice: Et fecerit
iniquitatem, & mortuus fuerit super eis, in iniqui- D
tate sua, quam fecit, morietur. Pronomen plurale
eis refert *iniquitates*, quas subaudiuit scriptor facer
ex versu superiori: nam ita dicturus erat; & fecerit
iniquitatem iuxta omnes iniquitates, quas opera-
tur impius, morietur in eis, &c. Vbi obserua nihil
aliud sibi velle illud, & mortuus fuerit super eis,
Hieronym. quam quod Hieronymus vertit, *morietur in eis*: ora-
tio enim sequens repetitio est præcedentis. Nihi-
lominus Græci literam sequentes (nam eodem mo
do transferunt Septuaginta) alium sensum indica-
Polychr. ri credunt: nam ita habet Polychronius: Intelligit
vero hic eum, qui sine pœnitentia labitur: hoc
enim significat illud, & morietur in illo, ac si dicat;
per totum vitæ tempus in illo morabitur: qui eius-
modi est impœnitens, mortis supplicium feret.
Theodor. Eadem fere scribit Theodoretus: in quo sensu vi- E
uere, & mori, pro vita, & morte æterna accipian-
tur necesse est.

XXVII. *Et cum auerterit se impius ab impietate sua, quam*
operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam; ipse ani-
mam suam uiuificabit, vitam tuebitur suam, &c.
Scholiast. Scholiastes: Ergo, inquit, improbum reuertentem ab
improbitate sua, & iustitiam facientem absoluens
inique ago? at iustum, qui iustitiam deinde negli-
gat, & incontinenter, atque indesinenter se in sce-
leribus volutantem puniens non recte iudico? at
non habetis, inquit, quod iuste opponatis ad
hanc orationem, qua causam, & rationem reddo.
En igitur, vt mea via, & sententia, quæ in vos fer-
tur, est iusta; vestra vero oratio iniusta, & omnis
Polychr. impietatis plena. Polychronius & Theodoretus. Ip-
Theodor. sa res, inquit, clamat iudicia quidem mea recta es-
se, ac iusta; vestrum vero institutum sceleris, & ini-
quitatis plenum.

Quæstio. Mirantur hoc loco interpretes quidam, & me-
rito rogant; quid est quod, cum hoc versu Deus re-
spondens calumniantibus suam iustitiam, atque
causam propriam dicens, profiteatur rationem red-
dere æquitatis iudicij, erga iustum, & impium nul-
lam omnino exhibeat, sed simplicem sententiæ a
se in vtrumque latæ tenorem repetens, causam se
vicisse dicat: quasi argumento euidenti demon-
strasset sua iudicia recta esse; illorum autem queri-
monias, & criminationes iniustas. Cui quæstioni
Respondent Græci. ex parte responderunt Græci iam citati, dicentes
rem ipsam clamare pro Deo aduersus criminato-
res. Ceterum locus hic nobilissimus amplius illu-
strari desiderat.

Respondet auctor. Respondemus ergo, idcirco Deum repetendo
sententiam suam illam declarasse quidem, nec con
firmasse, quoniam prima principia explicatione in-
digent terminorum, non vero probatione, cum co-
gnitis terminis, per se sint euidentia: talia sunt de-
Dei decreta sunt quasi prima principia in scientia, quæ intellecta per se ipsa sine vlla probatione constant. creta diuinæ æquitatis, de quibus aliquando du-
bitamus ignorantissimi homines, quod ea non per-
calleamus. Vbi vero eorum pleniorem assequi in-
telligentiam datur, non secus illis mens acquie-
scit, quam geometricis principijs. Itaque repe-
tuntur, & declarantur a Deo iudicia sua erga im-
pium, & iustum exercita, quod id satis superque
erat. Deinde quoniam etiamsi explanatio non
suffecisset, nulla omnino ratio illorum reddi pote-
rat: nam quæ maxima sunt, sibi ipsis tantum com-
parantur. Quam bene Cicero, vt crimen parricidæ
exaggeraret: Matrem, inquit, tuam occidisti: quid
dicam amplius? matrem tuam occidisti: Extenuas-
set facinus eximius orator, si alteri quantumuis gra
uissimo comparasset: sibi ipsi conferens summe
amplificauit, & extulit. Præterea quia maxima
quæque, & vastissima non ab alijs, sed a se ipsis de-
pendent, & sibi nituntur; contra minora ab alijs.
Pendent quidem sacra Templi anathemata, vt hoc
exemplo vtar, a summo tholo, tholus nititur testu-
dini, ista fornicibus, fornices muris, & perastadi-
bus fulciuntur: muros substinet substructio, hæc ter
ræ insidet: terra vero in medio aëre pendens, a
quonam sustineri dicas? a se ipsa: sicut videre est in
psalmo. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam,* Psal. 103.
non inclinabitur, commouebitur, *in sæculum sæculi.* ỽ. 5.
Mare vero terræ imminens a quonam continetur
ne orbem inundet? quomodo non diffluit vnda
fluida? quomodo non descendit ad inferiora gra-
uis aqua? Quid cælum? axibus ne voluitur in gy-
rum? at axes ipsi quibus fulcientur polis, cum ex-
tra supremum cælum nihil sit materiale? sibi ipsi
nititur moles tanta, in seipsam concamerata quasi
sphærica testudo: ideo enim vocatur רקיע, raqi-
agh, firmamentum, quia in se firmatur, nullibi in-
cumbens, vt in psalmo: *Extendens cælum sicut pel-* Ibid. ỽ. 2.
lem, vt tentorium, *qui tegis*, concameras, *aquis su-*
periora eius. Si ergo in creatis rebus, quæ sibi ipsis
catena illa, quam Homerus ingeniose finxit a sum-
mo Ioue per Diuos & cælestes orbes ad mortales
vsque demissam, connexæ sunt, & aliæ ab alijs pen
dentes; aliquid reperimus independens; immo in

his

Universidad de Navarra Biblioteca

hæc inferioribus, quæ natura, & conditione caduca A sunt, quædam inuenimus adeo firma, & stabilia, vt se ipsis firmentur, quid mirum si diuina veritas sibi niteatur, & diuina æquitas iustitiæ suæ nullam præter se ipsam rationem habeat? sed illi credere oporteat, quia ipsa dixit; huic vero fidendum sit, quia ipsa decreuit. Ergo hæc est causa, quod nulla iudicij diuini datur causa, sed eius institutum declaratur, vt æquum esse eo ipso iudicetur. Persistens itaque in sua æquissima iudicij lege iustus iudex non secus in posterum se facturum cum filijs statuit quam, cum parentibus olim fecerat: ait enim:

XXX. *Ideirco unumquenque iuxta uias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus.* Atque ita minatus, iustaque prolata sententia ad admonitionem orationem conuertit. B

Scholiast. *Conuertimini, & agite pœnitentiam.* Scholiastes: Cum sit bonus natura Deus etiam suum iudicium cauillantibus peccati obliuionem, & veniam proponit, si ipsi mores veteres, & facta praua pœnitentia deleant, & in meliora commutent. Polychronius: Hoc est: Etiam si in ipso Templo statueritis idola, etiamsi sanctuarium polleueritis, etiamsi legem violaueritis; iam tandem resipiscite, & mutate consilium. Blanda hæc atque vere paterna adhortatio ad meliorem frugem satis aperte declarat, diuinam iustitiam non contra homines sæuire, sed contra peccata: quandoquidem quos peccatores decreuerat punire, ad detestanda peccata amice inuitat, ne pereant. Propter vnum Seba toto impetu dimicabat Ioab contra Abelam, cuius capite per murum C demisso destitit ab oppugnatione Vrbis sibi alioqui caræ Ioab, & obijcienti sibi feminæ prudenti: *Quare præcipitas hæreditatem Domini?* respondit: *Absit, absit hoc a me: non præcipito, neque demolior: Non sic se habet res; sed homo* quidam *de monte Ephraim Seba* nomine, quem vos protegitis, *leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus a ciuitate.* Similia obiectantibus Iudæis eadem fere respondet Dominus: Absit, absit hoc a me, vt mortem velim impiorum, vrbemque Ierusalem mihi multis nominibus carissimam demoliri in animo habeam: contra abominationes vestras bellum gero: peccatum impugno; tradite illud solum. Conuertimini ad me pœnitentiam agentes; *& quare moriemini?*

Iustitia Dei non contra homines sed contra peccata desæuire solet.

2. Reg. 20. ℣. 19.

XXXI. *Et facite uobis cor nouum, & spiritum nouum.* D

Cor nouum talem uoluntatem, spiritus autem nouum desiderium & affectum significat. Origen. Scholiast. *Cor nouum* est noua voluntas, nouus affectus. Spiritus nouus est nouus ardor animi, & desiderium nouum, vt alibi diximus, & dicemus. Origenes: Quomodo id fit? si exuamus veterem hominem cum actibus suis, & induamus nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis (veraci, interna, non ficta, neque hypocrita). Scholiastes: Idololatriam cum pietate commutate, & prauos mores cum bonis. Sed hîc obserua, tantum opus, quantum est iterum renasci, cum alioqui sit digiti Dei, & dexteræ excelsi; nihilominus hominibus adscribi, ad declarandam liberi arbitrij potestatem, quod gratia Dei adiutum potest, posthabitis desiderijs erroris, noua voluntate, atque altero animi ardore pietatem colere, & virtutem consectari. Sed hanc theoriam tractauimus capite vndecimo, ex diui Prosperi sententia.

Et quare moriemini domus Israel?

XXXII. *Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus: reuertimini, & uiuite.* Scholiastes: Inuitum me, inquit, ad vos puniendos adducitis, quibus licebat, si legibus obtemperaretis, omnibus frui bonis, & beata vita. Non mortem, inquit, iniqui, sed pœnitentiam cupio: neque enim vt punirem hominem ipsum creaui, sed vt cum eo vitam communicarem: alioqui quorsum prophetas meo nomine affiassem, scriptas leges tradidissem, pollicererque bona, & gehennam minarer, si punire cuperem? potius homines permisissem eo ferri quocunque vellent: nunc autem omnia hæc facere perseuero, vt ab his calamitatibus, quas minatus sum, creaturas meas vindicem, atque bonis, quæ promisi accumulem. Quod si ego, qui supremus Iudex sum, in vestram partem inclino, & sententiam damnationis ferre omnibus modis recuso; si ego ipse, qui actor sum vel a vobis lacessitus vindictam non expeto, sed sponte noxam condono, si sani estis, neque vitam propriam despicitis, *& quare moriemini domus Israel?* cum pro actore habeatis aduocatum, & pro iudice patronum? Moriemur, quia lex ministra mortis transgressores damnat. Sed ego pœnitentes absoluo: *Quare* igitur *moriemini?* Quia patres nostri peccauerunt, nos morimur. At viuo ego, quia filij non portabunt iniquitatem patrum. *Et quare moriemini domus Israel?* Quia fecimus pactum cum morte, & fœdus cum inferno. Sed in vestra potestate est, dissoluere fœdus percussum: *reuertimini, & uiuite. Quare moriemini, domus Israel?* Quia lege membrorum grauati in mortis barathrum deijcimur. Sed fas est, si lubet, facere vobis cor nouum. *Et quare moriemini?* Quia arduum est ad vitam conari per legis custodiam. Atqui facile est vobis comparare spiritum, & animum nouum, quo ad cœlestem vitam rapiamini. *Quare moriemini* filij *Israel?* Quia iam neci traditi sumus a diuina iustitia. At ego, qui nolo mortem morientis, ab ipsis faucibus mortis etiam deuoratos eripiam. *Quare* igitur *moriemini?* Quia Dominus oblitus est nostri ob peccata Regum nostrorum Achaz, & Manassis, ideo morimur. Sed obliuisci non possum Abraham, Isaac, Israël, & Dauidis obsequia: eorum memor, vobis, o domus Israël, misericordiam exhibebo, & clementiam. *Et quare moriemini?* Quia diuinæ potentiæ obsistere non valemus, quæ nos Babylonijs venundedit. At licet vobis, si ad misericordiam confugiatis, contra Deum fortes esse, quod olim Israëlem patrem vestrum fecisse non ignoratis: *Quare* ergo *moriemini?* Illud vnum est, quod vos accusat, quod deprimit, quod damnat, & morti adiudicat, nimirum quod resipiscere non vultis, quia quid sit viuere nec dum nostis. Sed ego vel phrenesi tam periculosa laborantes non desinam admonere, & ad saniora consilia cohortari. *Quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis*, &c. *reuertimini, & uiuite.*

Dulcis exhortatio ad peccatores.

Gen. 32. ℣. 23.

EZE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT DECIMVMNONVM.

ARGVMENTVM.

Deplorat miseram sortem filiorum Ioſiæ Regum Iuda.

I. ET tu assume planctum super A principes Israel,

II. Et dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos?

III. Et eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere.

IV. Et audierunt de eo Gentes, & non absque uul- B neribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in Terram Aegypti.

V. Quæ cum uidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio eius: tulit unum de leunculis suis, leonem constituit eum.

VI. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare.

VII. Didicit uiduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & C plenitudo eius a uoce rugitus illius.

VIII. Et conuenerunt aduersus eum Gentes undique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in uulneribus earum captus est.

IX. Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntque eum in carcerem, ne audiretur uox eius ultra super montes Israel.

X. Mater tua quasi uinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis.

XI. Et factæ sunt ei uirgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & uidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

XII. Et euulsa est in ira, in terramque proiecta, & uentus urens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt uirgæ roboris eius: ignis comedit eam.

XIII. Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia, & sitienti.

XIV. Et egressus est ignis de uirga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea uirga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

EX-

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS DECIMINONI.

I. *Et tu assume planctum.* Hebraice. Leua lamentationem, de qua phrasi diximus supra. Septuaginta: Accipe lamentum, hoc est, ordire lugubre carmen, quo denunties illis calamitatum magnitudinem.

Super principes Israel. Sic vocat tres Iosiæ filios, Ioachaz, Ioacim, Sedeciam, atque Ieconiam Iosiæ quidem nepotem, filium vero & successorem ipsius Ioacim, qui omnes post Iosiam in Iuda imperarunt: neque enim per principes Israël eos intelligit, qui pridem in Samaria regnauerant; cum Samariæ regnum a sexto anno Ezechiæ sublatum esse constet ex historia sacra, sed antiquo nomine atque ante tempora Roboami communi vniuersis tribubus, sci licet Israël, appellat regnum Iuda, quod supererat adhuc: & principes Israël vocat eos, qui Hierosolymis iura dabant.

4.Reg.

II. *Quare mater tua leæna inter leones cubauit? Quare.* Hebraice מה, mah, quid, quorsum, quam ob causam, quare, & quomodo significat: hoc autem loco videtur accipi pro, quomodo. Ad domum ergo regiam, seu familiam Dauidis conuertit sermonem Vates exorsus carmen lugubre, quod canere iubebatur: atque eam rogat, vt amice referat quomodo mater ipsius, hoc est, Ierusalem se gesserit in creandis regibus Iosiæ filijs. Scio alios per matrem principum accepisse regiam domum. Ceterum Origenes, Hieronymus, Sholiastes Græci, & Theodoretus ipsam ciuitatem malunt eo nomine appellatam, quod contextui gratius esse videbitur inferius. Theodoretus: Matrem autem regis Ierusalem nuncupauit, cum illinc Reges proficiscerentur, & leænam ipsam vocat non solum propter Vrbis regiam nobilitatem, sed etiam propter morum audaciam. Scholiastes. Matrem illius Ierusalem dicit, & leænæ similem facit propter incolarum sæuitiam: In medio vero leonum esse ait, leones videlicet appellans finitimos gentium reges: Illud vero *nutriuit catulos suos*, reges dicit, qui in illa regnauerunt. Pendet huius capitis intellectus ex vigesimosecundo Ieremiæ, quod est eiusdem prorsus argumenti: *Hæc dicit Dominus super domum regis Iuda*, ait Ieremias, *Galaad tu mihi caput Libani*: vbi, interpretibus Hieronymo, & Theodoreto, Libanum vocat Propheta vrbem Ierusalem; Galaad vero palatia regia, quæ paulo inferius appellat quoque Basan: *Ascende*, inquit, *Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, &c.* Et inferius: *Quæ sedes in Libano, & ædificas in cedris*: & merito quidem regiam Salomonis appellat Libanum, Galaad, & Basan: cum enim tota columnis cedrinis fulta esset, vt supra diximus, non secus vi-sebatur cedris scatens, quam prædicti montes. Erat & montuosa, hoc est, in colle celso constructa; potissimum vero quia feritate & truculentia reges Iuda referrent leones Galaad, & Basan: nam in istis nemoribus ob syluarum densitatem, & asperitatem leones alebantur ferocissimi: morantur enim in eadem metaphora Ieremias, & Ezechiel, leænam facientes ciuitatem, catulos autem principes: at vero Galaad & Basan, saltus scilicet nemorosos, in quibus ferarum erant frequentes caueæ, regiam Iuda appellantes, vtpote in qua nutrirentur Principes filij regum, quos leænæ catulos, & leones nuncupauerant.

Origenes. Hieron. Scholiastes Græci. Theodor. Mater regis Ierusalem nuncupatur & leæna. Scholiast.

Ier.22.v.6.

Hieron. Theodor.

Regia Salomonis dicitur Libanus, qua ratione dicta etiam est domus saltus libani.

III. *Et eduxit vnum de leunculis suis, & leo factus est.* Memorat historiam notissimam in libris Regum & Paralipomenon, vbi legimus: *Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro* Iosia *patre suo*. Vbi obiter aduerte, quam bene supradicti auctores intellexerint ciues Ierusalem per leænam matrem catulorum, cum ipsis adscribatur electio Ioachaz: etenim populum terræ dixit, idiotismo Hebræorum, ac si ciues vrbis dixisset more nostro: Porro de Ioachaz hoc loco loqui Vatem sine controuersia est ab omnibus interpretibus receptum: meminit etiam prædicto capite vigesimo secundo Ieremias, eiusdem Ioachaz, dicens: *Nolite flere mortuum, &c. Plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltra, &c. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco, ad quem transtuli eum ibi morietur*: nam Selli nomine significasse videtur Propheta Ioachaz. Cuius rei gratia obseruandum est, Iosiam quattuor suscepisse filios, vt in libro Paralipomenon legitur in hæc verba: *Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, secundus Ioacin, tertius Sedecias, quartus Sellum. De Ioacin natus est Ieconias, &c.* Horum quis fuerit Ioachaz merito dubitatur, alijs credentibus esse eundem qui Iohanan dicitur, quibus fauet quod Iohanan primogenitus est, & Ioachaz primus eligitur a populo terræ in regem: quod temere, & contra ius primogenituræ factum esset, nisi Ioachaz esset natu maior filiorum Iosiæ. In hac sententia fuit Hieronymus: nam per Sellum quartum Iosiæ filium accipit Sedeciam: quare necesse est fateatur Ioachaz appellatum Iohanan: nec enim alius superest Iosiæ filius, sub cuius nomine historicus intellexerit ipsum Ioachaz, quem liber Regum patri successisse tradit. Ceterum Hieronymus eo loco ex Hebræorum traditione loquebatur: alioqui enim qui potuit affirmare, Sellum esse Sedeciam, cum disertis verbis citato libro Paralipomenon dicatur tam in codice Hebræo, quam in Græco Septuaginta, *tertius*, filius, *Sedecias, quartus Sellum*? Ergo absque

4.Reg.23. v.30. 2.Paral.36

Populus terræ idem significat quod ciues vrbis.

Ier.22.v.10

1.Paral.3. v.15.

Hieron. super Ier. 22.

Universidad de Deusto Biblioteca

que dubio cenſemus Ioachaz eſſe eundem, quem Ieremias appellat Sellum; quemque liber Paralipomenon quartum facit inter Ioſiæ filios. In qua ſententia eſt Theodoretus in Ieremiam, & ex iunioribus alij; immo ipſe Propheta tantum non protulit nomen Ioachaz, cum Sellum dixit: cetera enim adiacentia, & ſigna quibus illum deſcribit, tam ſunt euidentia, vt digito potius monſtrauerit hominem, quam verbis deſcripſerit.

Theodor. ſuper Ierem.

Sed rogas, quonam pacto fieri potuit, vt quartus filiorum Ioſiæ primus ſit electus in regem a populo Hieroſolymitano? Reſpondeo, Ioachaz non fuiſſe quartum ordine natiuitatis, ſed potius ſecundum: nam maior erat natu Ioacimo, tametſi minor Sedecia, vt conſtat ex libris Regum, vbi Ioacim vigintiquinque annos natus ſuſcepit regnum: Ioachaz vero viginti trium annorum erat cum rex crearetur, tribus menſibus ante fratrem: Sedecias autem poſt annos vndecim eligitur in regem natus viginti vnum; vt in libro Paralipomenon quarto loco Sellum, qui & Ioachaz, recenſeatur, non quidem ordine natiuitatis, ſed regni dignitate, videlicet, quia præ ceteris fratribus minori tempore regnauit, id eſt, tribus menſibus, in poſtremum locum reiectus eſt ab Hiſtorico. Electus autem in regnum creditur non ex iure, cum minor eſſet Ioacimo, ſed a populo tumultuante, & propediem expectante Pharaonis irruptionem in Vrbem: quod fortaſſe animoſior eſſet, & in armis tractandis dexterior: neque enim fruſtra ab Aegyptio depoſitus eſt, in eiuſque locum Ioacimus natu maior ſuffectus, niſi quod minus ſibi a Ioacimo, quam a iuuene bellicoſo Ioachaz timendum fore putabat. Ergo Ieremias cum ait: *Nolite flere mortuum*, intelligit Iohanan primogenitum cum patre in bello extinctum; cum vero addit: *Plangite fletu eum qui egreditur, &c.* Ioachaz deſignat primum a militibus regem creatum, & poſtmodum a Pharaone in Aegyptum abductum, de quo Propheta noſter ſcribit: *Eduxit vnum de leunculis ſuis, & leo factus eſt*. Vbi Chaldæus: Euexit vnum de filijs ſuis, rex fuit.

4. Reg. 23. & 24.

Chaldæus.

Et didicit capere prædam, hominemque comedere. Apollinaris & Theodoretus. Ioachaz dicit, qui Ioſiæ patri in regno ſucceſſit, & erga numen impius fuit, & erga ſubiectos iniquus; ſed ab hoc Pharao Nechao Aegyptius iniquitatis pœnas exegit. A quibus nam didicerit capere prædam, conſtat ex libris Regum, vbi habetur: *Et fecit malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant patres eius*: hoc eſt, idololatriam fouebat, & cædes innocentum faciebat, quemadmodum audierat feciſſe Manaſſem, & Achaz eius ſuperiores. Et vide quam prona ſit ad malum humana voluntas, quamque cito proferat conceptum viſceribus venenum, cum propenſioni ſuppeditat occaſionem potentia. Tribus tantum menſibus tenuit principatum Ioachaz, illumque non pacatum, quippe in ſingulos dies oppetiebatur Aegyptium, qui Ioſiam & Iohanan fratrem interemerat; nihilominus tam exiguo tempore, etiam hoſte ſibi imminente, facinora patrare tanta atque tam grauia & potuit, & auſus eſt, vt minime a maioribus Achaz, & Manaſſe impijſſimis degeneraſſe credatur. Præterea obſerua quam ſit exemplum prauum efficacius ad permouendum, quam bonum. Habebat dein Ioachaz exempla pietatis paternæ ſine exemplo rara, & inaudita, quæ oculis viderat, manibus tractauerat, e contrario autem vix auribus acceperat impietatis proauorum monimenta, eaque iam obliterata Ioſiæ patris religione, & tamen impium, & efferatum eſſe didicit a maioribus, quos ignorabat: domeſtica autem diſciplina nihil omnino profuit. Tertio non minori iure eius, cuius mores imitatur, quemque dicendum eſſe filium, quam eius a quo genitus eſt: cum Scriptura de Ioachaz filio religioſiſſimi principis Ioſiæ dicat abſolute, & in vniuerſum: *Fecit malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant patres eius*; nimirum *patres* intelligens auctores ſcelerum, non carnis progenitores: alioqui enim quid mali patrauit coram Domino inclytus princeps Ioſias? immo vero quid non fecit boni, cuius memoria relicta eſt Eccleſiæ Dei pro odorata compoſitione, nomen in ore pro fauo, & in aure pro ſuaui carmine, vt refert Eccleſiaſticus? Sed de hac re egimus capite decimoſexto.

Apollin. Theodor:

4. Reg. 23. ℣. 37.

Tam prona eſt ad malũ humana voluntas, vt nullis neque periculis neque calamitatibus retrahatur a vitijs.

Quanto ſit efficacius exemplum ad malum, quam ad bonum.

Filius potius dicendus eſt quis eius, quẽ moribus imitatur, quã eius a quo genitus eſt.

Eccleſ. 49.

IV.

Et audierunt de eo Gentes, & non abſque vulneribus ſuis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti. Hoc eſt, nuncium acceperunt Aegyptii, illum, ſcilicet Ioachaz, regem eſſe creatum pro patre, atque aduerſus eum dimicantes vulneratum ceperunt, &c. Licet enim ex hiſtoria ſacra non conſtet, commiſſo prælio Ioachaz eſſe ſuperatum, ex Prophetæ verbis luculenter colligitur. Quæ diuus Hieronymus ſic interpretatur: cepit eum non abſque vulneribus, ſiue in fouea, vt proprie in Hebraico continetur, vt conſeruet tropologicam caprionem leonum, qui ſemper in foueis capi ſolent, &c. Hebræa vox שחת, ſachath, ſignificat foueam, ſepulchrum, interitum, corruptionem. Septuaginta fere pro illa vertunt, corruptionem, vt in pſalmo. *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*: aliquando interitum, vt in alio pſalmo. *Abſconderunt mihi interitum laquei ſui.* Alias foueam tranferunt, vt in alio quoque pſalmo. *Donec fodiatur peccatori fouea*. Hieronymus ſecutus Septuaginta, qui hoc loco verterunt (in corruptione ſua) poſuit: *non abſque vulneribus*, ſignificans illum ad inſtar leonis in fouea iaculis ſauciatum vix fuiſſe ab hoſtibus captum. Qua oratione non modice commendatur bellicoſi iuuenis ferocitas. Porro de ipſo ſcribit Ioſephus a Pharaone accerſitum in Emath, atque vinctum deductum eſſe in Aegyptum: quod ego poſt commiſſum prælium accidiſſe interpretor.

D. Hieron.

Pſ. 15. ℣. 10

Pſ. 34. ℣. 7.

Pſ. 93. ℣. 13

Hieron.

Ioſeph. anti. lib 10. *c.* 6.

V.

Quæ cum vidiſſet quoniam infirmata eſt, & periit expectatio eius: Quæ leæna, hoc eſt, Ieruſalem, videns expectationem, quam de regno filij Achaz recens vncti conceperat, infirmari, ægrotare, langueſcere, atque omnino perire, hoc eſt, ſpem, quam in nouo rege collocarat, eſſe fallacem. Septuaginta: Et vidit quoniam ablatus eſſet ab eo, & periiſſet ſubſtantia eius. Græce ὑπόστασις, hypoſtaſis, quæ vox ſubſtantiam, ſubſiſtentiam, fortitudinem, certitudinem, & fundamentum ſtabile, cui aliquid nititur ſignificare ſolet apud ſacros, & profanos auctores. Ea vſus eſt diuus Paulus in eodem ſenſu, quo a Septuaginta in præſenti vſurpatur. *Fides*, inquit, *eſt ſperandarum ſubſtantia rerum*; hoc eſt, firma perſuaſio eorum, quæ ſperãtur in futurum; expectatio tam firma promiſſorum, vt ea non iam futura putentur, ſed ſubſiſtentia, quæ ſua fidelitate ita roborat animum, vt ſibi merito perſuadeat, non ſperare amplius, quæ deſideret, ſed potius cernere, quæ manu teneat: atque ad huius fidei theſauros (quid enim ea ſpe ditius eſſe poteſt?) vocari fideles ſcribit Petrus. *Regenerauit nos in ſpem viuam, &c.* Et: *In quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes*

Hebr. 11. ℣. 1.

1. *Pet.* 1. ℣. 3. & 8.

finem

finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum: Iam, A inquit, in hoc exilio per fidei constantiam fruimini quodammodo cælestibus bonis, gaudio scilicet digno vel ipsis beatis, atque salute animarum.

Vnus & vnus apud Hebræos idē valet quod vnus & alter.

Tulit vnum de catulis suis, leonem constituit eum. *Vnum*, id est, alterum: nam vnus, & vnus Hebræis est vnus, & alter, & significatur Ierusalem alterum filium in regem vnxisse. Dubium autem est, an de Ioacim fratre Ioachaz, an potius de Ieconia filio ipsius Ioacim loquatur Vates. Hieronymus enim de Ieconia hæc omnia interpretatur. Item-

Hieron.

Theodor.

que Theodoretus, qui sic habet: His Ieconiam filium Ioacim declarauit: de ijs enim, qui captiui fuere, & in aliena regione sortiti sunt vitæ finem, verba facit: ideo Ioacim in præsenti mentionem omisit, quia ipse in Ierusalem interfectus fuit. Breuiter igitur recensuit Ieconiæ scelera, qui menses tres, dies insuper paucos cum regnasset, iniustis cædibus Vrbem compleuit: & his a Propheta innui non Ioacim, sed Ieconiam sequentia testantur: Ioacim enim non fuit captiuus abductus, sed in Ierusa-

Ier. 22. ℣. 18

lem interfectus, &c. Fauet Theodoreto Ieremias sic prophetans. *Hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte: sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Fauet etiam comminatio eiusdem fa-

Ibid. 36. ℣. 30.

cta in hæc verba: *Propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim regem Iuda: Non erit ex eo, qui sedeat super solium Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem, &c.* Ceterum aduersatur C

2. Par. 36. ℣. 5.

illi historia sacra, quæ in libro Paralipomenon sic habet: *Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem, fecitque malum coram Domino Deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem, &c.* Porro liber Re-

4. Reg. 24.

gum narrat vexatum fuisse Ioacim a latrunculis Chaldæorum, Syriæ, Moab, & Ammon: deinde mortuum illum dicit, sepulturam tacet. Neutri ergo sententiæ patrocinatur historia Regum. Noster autem Vates historiam libri Paralipomenon eisdem verbis narrare videtur, cum dicit: *In catenis adduxerunt eum ad Regem Babylonis, miseruntque eum in carcerem ne audiretur vox eius vltra super montes Israel.* Cum autem constet de Ioacimo illam scri- D ptam esse, non de Ieconia; fit valde verosimile de eodem Ioacimo Ezechielem esse locutum, præsertim id postulante ipsa rerum serie: etenim Ioachaz exauctorato successit Ioacim frater, non Ieconias nepos, nisi post mortuum patrem Ioacimum, postulante etiam contextu: nam verba Prophetæ conuenienter explicantur de eo, qui proxime successit post captum Ioachaz: secus de Ieconia, qui post vndecim annos regnum tenuit. Denique ex ordine, quem Ieremias tenuit in simili vaticinio, idem videtur confici: nam ille primum de Ioachaz, deinde de Ioacim, mox de Ieconia, atque postremo de Sedecia prophetauit capite vigesimo secundo citato, quem imitatum esse Ezechielem credere par est. Postremo nos mouent verba sequentis ver- E sus, quæ referre cœperamus, vt de Ioacimo vaticinium interpretemur, quæ sic habent:

VI. *Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare.* Hoc Ieconiæ vix conuenire potest: cum enim tres tantum regnauerit menses, qui valuit commercium, & fœdera habere cum regibus? (nam leones reges vocat, vt ex dictis palam est) qui potuit ferinum exercere ingenium? vt merito in illum quadrare dicatur: *Incedebat inter leones, & factus est leo*: at vero Ioacim cum Pharaone Aegyptio pactum fecit, a quo scilicet regnum acceperat, deinde a Babylonio appetitus bello cum eo pacis fœdera celebrauit, vt constat ex libro Regum: denique cum 4. Reg. 23. circumuicinis Dynastis conuersari potuit totis an- & 24. nis vndecim, quibus in regno vixit.

Didicit viduas facere. Contendunt Neoterici VII. translatores vertendum esse ex Hebræo, & cognouit viduas eorum, hominum scilicet, quos necabat: atque ea oratione declarari volunt Ioacimi intemperantiam, sicut superiori versu eiusdem truculentiam. Ceterum oporteret animaduertissent isti boni viri de rege sermonem esse allegoricum, sub nomine scilicet leonis, quem decet quidem homines trucidare, sed nullo modo mulieres violare. Quod autem in ea metaphora moretur Vates, neque ad veritatem historiæ dilapsus sit, patet ex verbis sequentibus: *Et desolata est terra, & plenitudo eius a voce rugitus illius*: rugientem inducit belluam, non hominem sanguinarium; tametsi nihil aliud eadem bestia repræsentare voluit quam crudelem principem, sed decorum translationis seruat Propheta. Quid ergo erit, cognouit viduas eorum? Hebraice legitur אלמנות, almenoth, quæ vox vnico puncto variato significare potest viduas & palatia: nam viduas significat in psalmo. *Iudicis viduarum*: Ps. 67. ℣. 6. palatia vero apud Isaiam. *Et respondebunt ibi vlulæ* Isa. 13. ℣. 22 *in ædibus eius.* Hebraice est אלמנות, almenoth, in mœnibus (nam & Arabes hodie *almenas* vocant pinnas mœnium) vel in muris, aut palatijs: qui significatus maxime conuenire videtur sequentibus: nam subditur. *Et ciuitates eorum in desertum adducere, &c.* Porro ידע, iadagh, id est, cognoscere, hoc loco significat sibi vendicare, pro suo agnoscere, sibi adscribere, vt in Genesi. *Benedixitque Dominus domui Aegyptij* Genes. 39. *propter Ioseph, &c. nec quidquam aliud nouerat, nisi pa-* ℣. 5. *nem quo vescebatur*, id est, nihil omnino sibi ex tam locupleti substantia sibi a domino credita vsurpabat, seu vendicabat Ioseph, præter necessariam vitæ annonam; qui locus obseruandus est, ne forte de hero, & non potius de Ioseph intellectus nobis imponat. Ergo ad rem, cognoscere mœnia, palatia, vel domus occisorum, est eorum, quos contra fas damnauerat, domus & substantiam vsurpare, fisco adscribere regio, sibi vendicare, quod tyrannis maxime vsitatum est. Atque hic quidem sensus meo iudicio, & fortasse lectoris, tum vocum significationi, tum orationis contextui admodum gratus est. Si autem legamus viduas cognoscere, sensus erit, impium regem vidisse miseras viduas eorum, quos per vim, & fraudem necari fecerat, atque vxores damnatorum ad mortem ad pedes suos prouolutas eius imploran tes opem, veniamue precantes pro viris morti adiudicatis, earum audijsse querelas, lamentationes, nec quidquam commotum ad misericordiam. Ceterum Hieronymus multo simplicius, & aptius transtulit *Hieron.* pro, cognouit viduas eorum, *didicit viduas facere*, quod idem est.

Et ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo eius a voce rugitus illius. In Prouerbijs legimus: *Sicut fremitus leonis, ita & regis* Prouer. 19. *ira, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius*: Cu- ℣. 12. ius prouerbij veritatem præsens Vaticinium confirmat: nam vt ros matutinus exhilarat fata, eaque facit viresceere, adolescere, & fructum lætissimum ferre; sic regis humanitas & fauor erga subiectos regnum facit floresceere, atque in dies dilatari. Contra tyranni indignatio formidabilis, subditos dissipat, & fugat a proprijs sedibus, non

secus atque leonis rugitus animantibus ceteris terrorem incutit. *Leo rugit*, inquit Amos, *quis non timebit?* quid ergo mirum si terra Israël desoletur, sanguinario Ioacimo in subditos sæuiente ad instar frementis feræ? atque habitatoribus, qui eam complebant (hi enim vocantur *plenitudo*) omnino vacua relinquatur? Enimvero Ioacimi truculentiam in populares Ieremias late prosequitur dicens: *Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustra*, gratis, immerito, *& mercedem eius non reddet ei, &c. Tui vero oculi, & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis: Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim, &c.* Vbi obserua raro superba palatia, ædesque magnificas construi nisi violata iustitia, legibusque contemptis, oppressis ciuibus, operis defraudatis, atque eiusmodi alijs iniquitatibus admissis, quibus sumptus minuuntur, & pecuniæ comparantur. Vide Habacuc sic prophetantem. *Quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit: væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus*, pecunijs pauperum; nam sanguis pecunia est miseris mortalibus; *& præparat*, fundat, *vrbem in iniquitate, &c.*

Amos 3.℣.8

Ier.22.℣.13

Palatia superba raro sine iniustitia & tyrannide ædificantur.

Habac. 2. ℣.11.

VIII. *Et conuenerunt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.*

IX. *Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltra super montes Israel.* Polychronius. Recte vero illud in camo dixit, vt ostenderet vilitatem, quando enim fastum ac tumorem ante oculos ponere voluit, eum leoni comparauit, cum vero calamitatem demonstrare, vili exemplo dominantis infelicitatem ostendit: non enim vt fortis, ac virilis interemptus est, sed vt vilis abductus. Theodoretus: Ieconias quæ modo dicta sunt omnia passus est, & iure tanquam contra leonem exercitus impetum retia nominauit, camumque & caueã iniecta ipsi vincula: cum enim per translationem eum leonem vocarit, congruenter quoque ea, quæ ipsi acciderunt, per translationem appellat: leoni enim & retia, & cauea conueniunt. Eadem fere scribit Hieronymus, ait enim: Vt conuenirent aduersus eum gentes, & expanderent super eum rete suũ, & in fouea caperent, & mitterent eum in caueam, & in catenas: non quod hoc Ieconiæ factum sit: ipse enim se tradidit regi Babylonio, & in Chaldæam asportatus est, sed vt leonis seruetur translatio, qui capitur in foueis, catenisque constringitur, & in caueis reseruatur: alioqui iuxta historiam hoc de Sedecia legimus, qui post Ieconiam rex Ierusalem constitutus est, &c. Fatentur Hieronymus, & Theodoretus hæc verba nonnisi translatitie conuenire posse Ieconiæ, hoc est, eatenus tantum, quatenus eiusmodi casus accidere solent aliquando leonibus, non vero quod ipsi regi quidquam simile euenerit: quare fateantur oportet, non exacte illi quadrare, vel saltem aptius explicari de eo, qui similia passus est: is fuit Ioacim, quem catenis ligatum rex Nabuchodonosor Babylonem deduxit, vt supra ostendimus. Quare valde nobis probatur de Ioacimo, non de Ieconia his versibus Prophetam instituisse sermonem.

Polychr.

Theodor.

Hieron.

Sup. ex 2. Par. 36.

Sed quid tum respondebimus Ieremiæ testimonio duplici, in quo comminatur Ioacimo sepeliendum in sterquilinio (quæ est asini sepultura) extra portas Ierusalem? Respondemus ita omnino illi accidisse, vt prophetauerat Ieremias: nam in Babylonis carcere mortuus proiectus est extra vrbis muros, atque asinorum sepulchro tumulatus, hoc est, in sterquilinio expositus, præda bestiarum, & auium rapina. Nec quemquam fallat illud Ieremiæ *extra portas Ierusalem*, quasi de pomerijs Ierusalem sit dictum: etenim *extra portas* idem valet quod foris, non in Vrbe, non in sepulchro patrum, sed in aliena regione. Atque huius sententiæ sunt Hebræi scriptores in Sederolam, seu historia temporum, vbi scribunt Ioacimum in Babylonis custodia diem obijsse, indeque raptatum, proiectum foris, neque meruisse in vrbe sua sepeliri. Conueniunt itaque Ieremias, & Ezechiel cum historia Paralipomenon, nihilque obstare videtur, quo minus præsentem narrationem de Ioacimo potius, quam de Ieconia simus interpretati.

Extra portas idem valet quod in agro

X. *Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt, &c.* Videtur nunc ad Ieconiam conuertere sermonem, quemadmodum fecit & Ieremias dicens. *Locutus sum ad te*, o Ieconia, *in abundantia tua, & dixisti: Non audiam, hæc est via tua ab adolescentia tua, &c.* Scholiastes: Exemplis ostendit quænam esset Ierusalem, quam antea contueretur Deus, & quomodo vastanda & desolanda sit, vbi ab eius cura, & prouidentia recesserit. Per aquam vero nimiam Dei munera, & beneficia declarat. Polychronius. Hæc, inquit, cũ talia passa esset qualia nostra iam oratio persecuta est; nihil tamen a vinea fructuosa differebat. Hieronymus: Diuersis sermonibus vna res dicitur, & quomodo in superioribus legimus, Ierusalem pulchræ mulieri comparatam, & rursus leænæ, quæ in cubili suo leones nutrierit; sic nunc viti, vel vineæ pulcherrimæ comparatur, quæ super aquas plantata sit multas: & idcirco humore nutriti palmites in tantum creuerint, vt vnus palmes, quem Scriptura virgam fortissimam nuncupat, profecerit *in sceptra dominantium*, vt scilicet reges ex ea fierent. Tantæ autem erat ipsa vinea plenitudinis, vt splendor viroris eius floribus mali punici coæquaretur: quod in Hebraico dicitur: Quasi vinea in sanguine tuo, rubore florum sanguine comparato, &c. hoc dicit Hieronymus propter versionem Septuaginta, qui sic transtulerunt: Mater tua quasi vitis, & sicut flos in malogranato in aqua, &c. Translationis varietas nata est ex similitudine literarum, quibus vox Hebræa coalescit: nam si legamus ברמך, bedamecha, vt hodie reperimus scriptum, significat, in sanguine tuo; si autem כרמן, cherimon, vt Septuaginta inuenerunt suo tempore, valet quasi malogranatum: est autem in tribus literis vnius vocis cum totidem alterius maxima affinitas in figura: nam ב, beth, est similis כ, caph: ד, daleth est similis ר, res: ך, caph est similis ן, nun. Sed interpretemur vtramque lectionem.

Ier.22.℣.21

Scholiast.

Polychr.

Hieron.

Mater tua quasi vinea in sanguine tuo. Multis rationibus homo viti comparatur, sed præsertim ob liquorem sanguineum, quem vuæ nigræ continent, qui etiam sanguis dici solet in Deuteronomio. *Et sanguinem vuæ biberet meracissimum*: propterea quæ cædes hominũ torcularibus comparantur ab Isaia. *Calcaui eos in furore meo, &c.* Ex eadem ergo analogia regia prosapia viri generosæ confertur, atque sanguis regius liquori vuæ nigræ pretiosæ: ergo sic habet Vates: Mater tua Ierusalem, o Ieconia, quasi vitis ad aquæ fluenta plantata mirandum in modum excreuit potentia, diuitijs, & gloria; nimirum propter sanguinem tuum nobilissimum, stirpem scilicet regiam Dauidis: etenim fidelis Deus vt ratam faceret promissionem Dauidi olim factam, vrbem hanc tametsi omni supplicio dignam, non solum conseruabat, & tuebatur, sed ad miraculum vsque prouehebat, ne regno vnquam spoliaretur

Homo viti comparatur multis rationibus.

Deut. 32. ℣.14.

Isa.63.℣.3

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal. 88. ℣. 5. retur familia electi sui, cui iurauerat. *Vsque in aeternum præparabo*, stabiliam, *semen tuum, & ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.* A

Psal. 131. ℣. 11. Iterumque. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et sequitur: *Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi*: nam particula *quoniam* æquiualet, propterea; ac si diceret: propterea enim elegit Dominus Sion in habitationem sibi, quod sedes sit regni Dauidici decreta, vt scilicet eam foueat, ac tueatur.

Luc. 7, ℣. 47 Nec nouum est harum vocularum in sacris fieri permutationem: nam apud Lucam idem factum videmus: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, hoc est, propterea multum diligit: nam eiusmodi epiphonema expectabat pendens B argumentatio Domini desumpta a parabola creditorum, vt legenti palam est. Eundem sensum

Polychr. accommodat Polychronius nescio an suæ, id est, Septuaginta interpretum, an nostræ lectioni, quam aliquando interpretari solet: sic enim habet: Ac si dicat: ex tribu secundum diuina oracula reges imperabant. Notat autem decem tribus, quoniam non ex diuino promisso habebant imperantem, alias ab alijs regnum accepisse solitas, non generis successione seruata, sed vt quisque insurgens regnum occupabat: at in domo Dauid non ita, sed & ipse virtute præclarus fuit, & posteris suis regnum meritorum præmium transmisit, &c. Atque hæc de vulgata lectione.

Alteram vero Septuaginta: Mater tua vt vitis, C & vt flos maligranati in aqua plantati fructus

Theodor. eius, &c. Sic tractat Theodoretus: Viti similis est, inquit, mater tua, & malogranato apud ripam consito, & propter irrigationem aquarum virenti, & floribus ornato, multumque fructum producenti. Et illud adnotare oportet, non pulchrum fructum appellasse. Per aquam autem omnis generis dona Dei declarauit, & virgam roboris regnum ipsum nuncupauit: est enim virga ad corripiendum apta. Illud autem, in tribum ducum (sic enim legunt Septuaginta, vbi nos habemus: *In sceptra dominantium*) apposuit, quia non dominatus est vniuerso Israëli, sed tribui Iudæ, quæ dux erat ceterarum: & quod ait: Vidit magnitudinem suam in multitudine palmitum suorum: superbiam illam D declarat, quæ ei accessit ex tranquillitate, &c.

Vrbs malogranato aptissime confertur. Eucherius. Enim vero collatio Vrbis cum malo granato apposi tissima est, & elegantem habet analogiam: sicut enim, vt Eucherio placet, in malo granato vno exterius cortice multa interius grana vniuntur, sic innumeros ciues vnitas politiæ continet, quos intus diuersitas familiarum distinguit: & sicut grana illa certo numero definita in varijs quasi loculis ordinata, folliculis quibusdam ab alijs secernuntur, ita prorsus ciuitatis diuersæ familiæ domus, & collegia certis finibus comprehensa diuersi generis, professionis, & instituti quasi limitibus diremptiua se inuicem distinguuntur. Vnde & Iunoni, quæ regnorum præses habebatur malum punicum dedicarunt veteres, quod in eius manu Mycenis spectabatur, cum sceptrum altera teneret. E

Iunoni regnorum præsidi malogranatum dedicabatur. Atque in veste summi Sacerdotis Hebræorum mala punica tintinnabulis permista vnitatem Ecclesiæ (quod Eucherius, & Gregorius notarunt) ex multis gentibus in eundem sonum, hoc est, in eadem præcepta conuenientium indicant; seu varietatem, & consonantiam virtutum, iuxta illud:

Eucherius. Gregor. super Cant. 4. Act. 4. ℣. 32 Hieron. in lib. de Mansionibus. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna*, vt obseruauit Hieronymus in libro de mansionibus. Etenim quam vocibus diuersis reddunt harmoniam tintinnabula, eandem referunt malogranata admiranda illa, & vt (Hieronymus ait) quasi geometrica compositione granorum in diuersis mansiunculis vno cortice comprehensorum; sed de hac re suo loco commodius agemus. Hieron. super Agg. 2.

XI. *Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium.* Alludit ad veterem consuetudinem Patriarcharum, cum senior in familia sua tenebat principatum, & scipione, quo nitebatur, ex virga arboris facto suum regebat agmen; vnde natum est, vt Reges sceptra manu gestarent, atque vt virgultis arborum principatus significarint. Chaldæus enim Chaldæus. apte transtulit: Et fuerunt in ea dominatores, fortes reges, &c. Cetera patent ex dictis.

Virga & scipio principatus insignia.

XII. *Et euulsa est in ira, in terramque proiecta, & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, et arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comedit eam.* Rabbi Chimhi: R. Chimbi. Magnam oportuit esse iram, quæ tam validam, & excelsam vitem, tamque firmis radicibus plantatam euulsit, atque in terram deiecit, videlicet furor Domini indignantis ob peccata eorum: de quo scriptum est in Deuteronomio. *Eiecit eos de terra sua in ira, & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam.* Græci: omnia per translationem, atque similitudinem tanquam de vite, & malogranato: ventumque vrentem hostium vocauit incursum: ignem autem supplicium, quod eos oppressit a diuina ira profectum: & virgas roboris eius exaruisse dixit, propterea quod extinctum fuit, tametsi non genus, certe regnum, & dignitas: deinde rursus docet, quæ post Sedeciæ captiuitatem mala sint euentura. Deut. 29. ℣. 28. Græci.

XIII. *Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia, & sitienti.* Hieronymus. Significat autem terram Babylonis, ad quam translati sunt, vel Aegyptum, quo confugerunt, aut ipsam terram Iudæam, in qua pauci pauperes remanserunt, quibus præfectus erat Godolias, vt congregaret & regeret reliquias populi, &c. Græci: Post Vrbis, & Templi incendium omnibus principibus partim interfectis, partim in bello captis, & abductis, relictis ibi pauperibus, Nabuzarden Godoliam principem præfecit, & Vrbs omnino deserta fuit, immo omnis Iudæa, muris scilicet dirutis, ædificijs incensis, & plurimis incolis, aut cæsis, aut in seruitutem redactis, idcirco ait: Et nunc plantauerunt eam in deserto: sed ne sic quidem permanebit, inquit, verum reliquiæ quoque perimentur: subiecit enim. Hieron. Græci.

XIV. *Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit.* Hieronymus & Theodoretus: Hieron. Theodor. Ismaël enim e regio genere oriundus Godoliæ inuidia stimulatus, fictaque erga eum amicitia vsus, occulte insidiatur, & eorum plurimos, qui eum sequebantur interficit: reliqui omnes Chaldæorum iram veriti cum Ieremia propheta in Aegyptum se recepere, atque hoc declarauit cum dixit: Et egredietur ignis de virgis electorum eius, & deuorabit eam.

Et non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Idem fere vaticinatur Ieremias citra metaphoram dicens. *Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.* Chaldæus consequenter. Propter peccata superbiæ eius occiderunt populum eius, & non fuerunt in ea dominatores fortes, neque reges potentes ad subijcienda regna. Ierem. 22. ℣. 30. Chaldæus.

Planctus est, & erit in planctum. Septuaginta. In parabolam lamentationū est, & erit in planctum. Vbi

Universidad de Deusto Biblioteca

Theodor. Theodoretus: A ſuis plorabatur ante reditum, & A alienis fuit lamentationis prouerbium: conſueuerunt enim homines de ijs, qui in maximas incidunt calamitates dicere: Ne mihi talia eueniant, qualia iſte paſſus eſt: hoc igitur lamentationis prouerbium vocauit. *Hieron.* Hieronymus. A planctu enim incœpit, & finitur in planctu: nam ſic orſus eſt Vates: *Aſſume planctum ſuper principes Iſrael, &c.* Et nunc in fine *planctus eſt*, & lamentatione, planctuque parabolæ digno ſtirps regia proſequenda. Fortaſſe ſimplicius erit. Planctus nunc fit pro Regis, & ciuium migratione, ſed acerbior poſtea fiet pro Vrbis, & Templi excidio, ciuitatis deſolatione, regnique caſu. Vel: Hæc eſt lamentatio, quam initio propoſui, & ita eueniet, vt prædixi. Vel: Hæc eſt lamentationis meæ materia, reuelatio ſcilicet tantæ ruinæ, ſed maioris erit ipſe euentus. Rabbi Dauid: *R. Dauid.* planctus eſt ipſa, quam edo prophetia, eritque in planctum, ſeu planctus, cum, deſtructa ciuitate, implebitur Vaticinium.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM.

ARGVMENTVM.

Conſultus Vates a ſenioribus populi exprobrat illis Dei nomine vniuerſa peccata tum a parentibus tum ab ipſis iam olim contra Dei præceptum admiſſa; negatque ſe reſponſurum ad eorum voluntatem: mox, quo eos ad æmulationem prouocet, prædicit colendum ſe religioſe a veris Iſraëlitis.

I. ET factum eſt in anno ſeptimo, in B quinto, in decima menſis: venerunt viri de ſenioribus Iſrael, vt interrogarent Dominum, & ſederunt coram me.

II. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

III. Fili hominis loquere ſenioribus Iſrael, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Nunquid ad interrogandum me vos veniſtis? viuo ego quia non reſpondebo vobis, ait Dominus Deus.

IV. Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis, abomi- C nationes patrum eorum oſtende eis.

V. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: in die, qua elegi Iſrael, & leuaui manum meam pro ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in Terra Aegypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus veſter:

VI. In die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra Aegypti, in terram, quam prouideram eis, fluentem lacte, & melle: quæ eſt egregia inter omnes terras.

VII. Et dixi ad eos: Vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abijciat, & in idolis Aegypti nolite pollui: ego Dominus Deus veſter.

VIII. Et irritauerunt me, noluerunt que me audire: vnuſquiſque abominationes oculorum ſuorum non proiecit, nec idola Aegypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meam ſuper eos, et implerem iram meam in eis, in medio Terræ Aegypti.

Et

IX. *Et feci propter nomen meum, ut non uiolaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de Terra Aegypti.*

X. *Eieci ergo eos de Terra Aegypti, & eduxi eos in desertum.*

XI. *Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, uiuet in eis.*

XII. *Insuper & sabbatha mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos.*

XIII. *Et irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt vehementer: dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos.*

XIV. *Et feci propter nomen meum, ne uiolaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earum.*

XV. *Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in Terram, quam dedi eis fluentem lacte, & melle, præcipuam terrarum omnium:*

XVI. *Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post idola enim cor eorum gradiebatur.*

XVII. *Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto.*

XVIII. *Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini:*

XIX. *Ego Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, iudicia mea custodite, & facite ea:*

XX. *Et sabbatha mea sanctificate vt sint signum inter me & vos, & sciatis quia ego sum Dominus Deus uester.*

XXI. *Et exacerbauerunt me filij, in præceptis meis non ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt vt facerent ea: quæ cum fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea uiolauerunt: & comminatus sum, vt effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto.*

XXII. *Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, ut non uiolaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum.*

XXIII. *Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, ut dispergerem illos in nationes, & uentilarem in terras:*

XXIV. *Eo quod iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum.*

XXV. *Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non uiuent.*

XXVI. *Et pollui eos in muneribus suis cum offerrent omne, quod aperit vuluam, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus.*

XXVII. *Quamobrem loquere ad domum Israel, fili hominis: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes:*

XXVIII. *Et induxissem eos in Terram, super quam leuaui manum meam vt darem eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas.*

XIX *Et dixi ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? & vocatum est nomen eius Excelsum vsque ad hanc diem.*

XXX. *Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini:*

XXXI. *Et in oblatione donorum vestrorum, cum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris usque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo vobis.*

XXXII. *Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ vt colamus ligna, & lapides.*

XXXIII. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.*

XXXIV. *Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.*

XXXV. *Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.*

XXXVI. *Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto Terræ Aegypti, sic iudicabo vos, dicit Dominus Deus.*

XXXVII. *Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.*

XXXIIX. *Et eligam de vobis transgressores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus.*

XXXIX. *Et uos domus Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum polluetis vltra in muneribus vestris, & in idolis vestris:*

XL. *In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel: omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris.*

XLI. *In odorem suauitatis suscipiam vos, cum eduxero*

xero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor in vobis in oculis nationum.

XLII. *Et scietis quia ego Dominus, cum induxero vos ad terram Israel, in Terram, pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus vestris,*

XLIII. *Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris, quas fecistis.*

XLIV. *Et scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias uestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus.*

XLV. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens:*

XLVI. *Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Austri, & stilla ad Aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani.*

XLVII. *Et dices saltui meridiano: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma succensionis: & comburetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem.*

XLVIII. *Et videbit vniuersa caro quia ego Dominus succendi eam, nec extinguetur.*

XLIX. *Et dixi: A, a, a, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Nunquidnon per parabolas loquitur iste?*

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMI.

I. *ET Factum est in anno septimo,* a A transmigratione Ieconiæ, vt capite primo declarauit, *in quinto,* mense scilicet, *in decima* die *mensis.* Post menses nimirum vndecim, & dies quinque a superiore visione, rursus sermo fit ad Prophetam. Vaticinij autem occasio fuit aduentus seniorum domus Israël, de quo Vates.

Venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me. Scholiastes: Cum vidissent ij, qui erant in Babylone, Nabuchodonosorem comparantem aduersus Ierusalem exercitum propter violatum fœdus a Sedecia, vehementer timuerunt, atque ideireo ad Prophetam adeunt, vt aliquid ab eo de belli exitu audiant. Verum Deus in recto illis non respondet. Sententiam enim antea pronuntiarat, nimirum Babylonij aduentu delendam esse ciuitatem; sed instar irati, ac redarguentis ipsis conuenientem adhibet admonitionem, & simul eos indignos esse responso demonstrans, & latenter belli exitum docens: incipit autem seniorum ab ipso Deo defectionem C persequi.

Scholiast.

III. Peccatoribus induratis interrogantibus non respondet Deus. *Apollin. Theodor.*

Nunquid ad interrogandum me uos uenistis? Viuo ego, quia non respondebo uobis. Apollinaris: Ij cum vitam in sceleribus traducerent, neque pœnitentiæ medicina curari vellent, Dominum interrogare ausi sunt; non vt omnino, quæ iuberentur, agerent, sed vt discerent an diuina oracula cum suis cogitationibus conuenirent. Eadem repetens Theodoretus adiecit: Hoc item Sedecias sæpius fecit, adactoque iureiurando Ieremiæ, vt quæ Deo visa essent, aperte sibi pronuntiaret; cum didicisset quæ iussa fuerant, ijs contraria patrauit; & qui in Aegyptum post captiuitatem peruenere, hoc idem ausi sunt: quare auctor omnium Deus non vult ijs respondere; ipse enim sciebat quid esset in homine: idcirco ipsi quoque Prophetæ præcipit, vt eos despiciat, neque vllas pro ipsis preces adhibeat: hoc significauit cum dixit: Si defendis eos, si defendis, fili hominis (defendis, substituo pro, vlciscris, in versione Latina, Septuaginta, & Theodoreti: id enim ἐκδικέω, ecdiceo, hoc loco significare ex verbis Theodoreti palam est) hoc est, nullam habeas ipsorum rationem veluti curator ipsorum, ne admittas eorum interrogationem, &c. Vulgatus autem sic habet.

IV. *Si iudicas eos, si iudicas, fili hominis?* Quæ orationes per interrogationem legendæ sunt, vt ex Hebræo constat. Similis est illa phrasis Lucæ. *Si percutimus in gladio?* hoc est, feriemus ne? vel, quidni percutiamus? cur non percutimus? Verba autem Latina eundem possunt admittere sensum, quem Græcæ editioni adhibuit Theodoretus: nam *Lucæ 22. ỳ. 49.*

Theodor.

שפט, saphat, non solum iudicis officium significat, sed etiam quidquid in foro agitur tam ab actore, & aduocato, quam a testibus aduersus reum. Vnde apte vsurpatum dicemus in præsenti pro suscipere patrocinium: ac si dicat: fili hominis, horum ne susciptes patrocinium? istos ne defendes? eorumque causam ages coram me? quin potius ostende illis abominationes patrum. Chaldæus tamen Paraphrastes, increpas, posuit pro *iudicas*, qua si di-

Chalda.

si dixisset Deus: O Propheta, quid cunctaris? quid A hæres? cur non potius illos increpas, & seuere redarguis? recte Chaldæus: nam iudicare ea, quam diximus, fori ratione, increpare quandoque significat, quod iudicis interdum sit dure increpare litigantes; sed prima expositio germanior, & simplicior videtur.

Hieron.

Abominationes patrum aliorum ostende eis. Hieronymus: Si peccata patrum non redundant ad filios, quomodo abominationes & iniquitates patrum nunc senioribus proponuntur? hac videlicet causa, vt ostendantur similia parentibus agere, & hæreditario malo longissimum funem trahere peccatorum, vt quorum imitantur vitia, eorum supplicia pertimescant. In hunc autem modum orditur expostulationem. B

Parentum scelera proponuntur eis, vt ostendatur similia parentibus agere.

V.

Hæc dicit Dominus Deus: in die, qua elegi Israel. Quam grauia peccauerint Israëlitæ non satis æstimari potest, nisi Domini erga eos beneficentia proposita: Idcirco & mea, inquit, ostendito beneficia, & parentum ipsorum scelera recenseto. Scholiastes. Hæc prima beneficentiæ causa, quod eos elegerit non prius illis præuenientibus: etenim idola colentes eos per Moysem inuisit, &c. Quam magnum autem beneficium fuit suscitare de puluere egenos, & de stercore pauperes erigere, a cophynisque abstractos, & de idololatriæ fæcibus abductos creare in principes populi sui, quis non videat? Sed hanc theoriam plurimis psalmis repetit Dauid.

Maiora apparent peccata, quando maiora sunt Dei beneficia peccatoribus collata.

Scholiast.

Et leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, &c. Ter inculcata phrasis a Propheta semel explicanda C est. Leuare manum multa significat: quod gestus eleuationis manus varius sit: interdum enim apertam extendimus manum in cœlum, qui iurantis est habitus: idcirco leuare manum valet iurare, vt in Genesi. *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli, & terræ*, &c. Et in Deuteronomio. *Leuabo ad cælum manum meam, & dicam. Viuo ego in æternum.* Isaias tamen absolute posuit verbum pro tota oratione: Et leuauit, manum, *in die illa dicens, non sum medicus, &c.* hoc est, iurauit non futurum se principem; nam id significat medicus eo loco, eadem phrasis habetur in Exodo. *Vt inducam uos in terram pro qua leuaui manum meam, ut darem eam Abrahæ.* Aliquando manum leuamus non in cælum recta tendentes, sed dextrorsum in D aëra vibrantes, qui habitus est percutientis: quare percutere significat ea dicendi figura, vt in psalmo: *Leua manus tuas in superbias eorum*: & Isaias ait. *Leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis.* & Ezechiel. *Ego leuaui manum meam vt gentes, &c.* & in psalmo *Et eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto:* id est, extento brachio comminatus est, &c. Vnde etiam phrasis illa Exodi patebit: *Nec super eos, qui longe recesserant, &c. misit*, leuauit, *manum suam*, id est, nihil illis nocuit: & in libris Regum. *Leuauit manum suam contra regem.* Nonnunquam leuare manum est signum gratiæ & auxilij, sumpta figura dicendi a porrigentibus manum infirmioribus ad opem ferendam: quam phrasim Hebræis explicat idem verbum נשא, nasa, tametsi Latine id extendere potius sit, quam leuare manum: vt in psalmo. *Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum.* Est etiam vocantis habitus apud Isaiam. *Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum.* Item orantis, vt in psalmo. *In nomine tuo leuabo manus meas.* & in alio psalmo. *Extollite manus vestras in sancta*, &c. Hæc atque alia plura amplectitur ea, quam in præsenti legimus, oratio. Sed vt nobis ignotus est gestus Dei in Aegypto loquentis cum Israëlitis, ita sensus quoque orationis obscurus & ambiguus. D. Hieronymus in secunda acceptione intellexit, vsurpatam esse orationem a Vate: ait enim: eleuatio autem manus, siue extensio habitum percutientis ostendit, vt percuteret pro eis Aegyptios, & populum Israël de Aegypto liberaret. Chaldæus, pro *leuaui manum*, ter conuertit, iuraui. Septuaginta vero pro eadem primum reddidere, & cognitus sum semini domus Iacob, id est, exhibui me visendum detecta facie, cum olim vultum quasi manu tegere solitus fuerim: qua versione absque dubio allusionem a Propheta factam testantur ad locum Exodi superius citatum: *Nec super eos, qui longe recesserant, &c. misit manum suam*, eumque hoc sensu intellexisse, non misit manum, in faciem scilicet, hoc est, non operuit vultum manu. In secundo autem & tertio loco conuertunt ijdem Septuaginta pro *leuaui manum*, apprehendi manum ipsorum, & apprehendi eos manu mea, quæ dicendi figura opem ferentis est, nec non & iurantis: nam manu apprehensa iuramenta, & pacta olim firmabantur, vt alibi diximus.

D. Hieron.

Chaldæ.

Exod. 24. ℣. 11.

Leuare manum quid significet.

Leuare manum iurare est.

Genes. 14. ℣. 22. Deut. 32. ℣. 40.

Isa. 3. ℣. 7. iuxt. Hebr.

Medicus pro principe vsurpatur.

Exo. 6. ℣. 8.

Leuare manum est percutere.

Ps. 73. ℣. 3. Is. 11. ℣. 15 Ezech. 36. ℣. 7. Psal. 105. ℣. 26. Exod. 24. ℣. 11. 2. Reg. 20. ℣. 21.

Leuare manum est auxiliari.

Ps. 9. ℣. 33

Leuare manum est vocare, & orare.

Is. 49. ℣. 22 Ps. 62. ℣. 5. Psal. 133. ℣. 2.

VI.

In terram, quam prouideram eis. Iam inde ab initio rerum, quod & Moses cecinit in Deuteronomio *Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam*, in varias orbis oras, eorum colonias disseminabat, *constituit terminos populorum*, Chanaan, *iuxta numerum filiorum Israel*, &c. tot scilicet nationibus terram a se olim electam quasi colonis ad tempus locauit, quot futuri erant tribus filiorum Israël, quibus decreta fuerat ea possessio: *pars enim Domini populus eius est, & Iacob funiculus hæreditatis eius*, hoc est, eum populum non secus carum habet, quam si ei ex patrimonio in sortem obtigisset, & in hæreditatem funiculis certis definitam, & commensuratam.

Deut. 32. ℣. 8.

Quomodo intelligatur (terram lacte & melle fluentem)

Fluentem lacte, & melle. Eadem dicendi forma extat in promissione facta in Exodo: *Et educam de terra ista in terram bonam, & spatiosam, in terram, quæ fluit lacte, & melle*, atque in Ieremia repetita: *Vt suscitem*, ratum faciam, opere præstem, *iusiurandum, quod iuraui patribus uestris daturum me eis terram fluentem lacte, & melle*, &c. vbi diuus Hieronymus: Terram autem lacte, & melle manantem hyperbolice debemus accipere pro rerum omnium abundantia, vt est illud.

Exod. 3. ℣. 8 Ierem. 11. ℣. 5. Hieron.

Mella fluant illis, ferat & rubus asper amomum. *Eclog. 3.*

Et iterum.

Et passim riuis currentia vina repressit. *1. Georg.*

Præclare Magister: etenim simili locutione hyperbolica rerum omnium affluentiam expressit Ouidius, dicens:

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaque de viridi stillabant ilice mella. *1. Metam.*

Et Virgilius iterum:

Et duræ quercus sudabant roscida mella. *Eclog. 4.*

Atque Israëlitæ quidam tumultuantes eisdem verbis Aegypti feracitatem exaggerant, in libro Numerorum dum ita expostulant cum Mose: *Nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, qua lacte & melle manabat?* &c. Translatitia itaque est ea locutio non propria, communisque alijs regionibus laus, non peculiaris natura terræ sanctæ: & quidem metaphoram in ea subesse constat aperte ex libro Numerorum: *Venimus*, inquiunt exploratores, *in terram ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest*, &c. Quapropter ea vtuntur prophetæ ad significandas

Num. 16. ℣. 13.

Num. 13. ℣. 28.

Ecclesiæ Christi vocatas.

Ecclesiæ

Ioel. 3. ℣. 18. Amos. 9. ℣. 13. Sup. 16. ℣. 13.

Ecclesiæ Christi diuitias, vt Ioël. *Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte*, &c. Et Amos idem fere repetit. Ceterum hanc dicendi formulam explicuimus supra.

Terræ sanctæ ad alias comparatio.

Quæ est egregia inter omnes terras. Inuitat nos locus iste, vt de Terræ sanctæ feracitate disseramus, quod præstaremus libenter, nisi commodior alter locus ei disputationi suppeteret. Illud interim obseruasse sit satis, verba hæc non esse translatitia, vt illa quæ præcesserunt, sed propria, atque secundum proprietatem interpretanda: comparatio enim terræ illius cum reliquis omnem figuratam

Hier. hic. locutionem explodit: quod & Hieronymus adnotauit dicens: Iuxta literam vero inclytam esse terram Iudææ, & cunctis terris fertiliorem dubitare non poterit, qui a Rhynocorura vsque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium cunctam consideraverit terram, & vrbium potentiam, amœnitatem regionum, Palæsthinam videlicet, & Phœnicem, Arabiam, & Syriam Cælen, Ciliciam & ceteras regiones, quas Israëli, si Dei præcepta seruasset, Dominus repromisit, &c. Hebraice pro *egregia* legitur צבי, tsebi, צבה, tsabah, quod est tumescere, intumescere, inflari, efferri, exilire, quasi dicas exultationem, superbiam, excellentiam, præstantiam: vt tametsi aptissime verterit Hieronymus,

Hieron. *quæ est egregia inter omnes terras*, dicere potuerit, quæ est præstantia regionum; appositoque abstracto magis exaggerasset terræ felicitatem, & clarius reddidisset Hebræam vocem, quemadmodum fecit apud

Dan. 8. ℣. 9 Danielem: *contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem*: nam *fortitudinem* vertit loco Hebræi nominis צבי, tsebi. Verum ille de sensu sollicitus erat potius, quam de figura vocum: quare

Ibid. 11. ℣. 16. & in ipso Daniele *inclyta* posuit pro eodem Hebræo nomine. Ergo Terra sancta ab Ezechiele vocatur excellentia regionum, a Daniele vero antonomastic῀s excellentia, præstantia, fortitudo, vel quid simile: nam propterea absolute dixit, *contra fortitudinem*, quod id nomen epitheton esset terræ illius, atque adeo notissimum, vel per se ipsum positū sine addito. Sed de his suo loco fusius tractabimus.

VII. Ostensiones vocat idola, & quare. Scholiast. Hieron. Symmach. Aquyl.

Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idolis Aegypti nolite pollui. Scholiastes. Offensiones oculorum vocat statuas, & signa, quæ in domibus habebant. Hieronymus pro offensionibus, quæ Hebraice dicuntur שקוצים, siqutsim, Symmachus interpretatus est nauseas, Aquylæ secunda editio abscissiones, vt significarent abijciendas ab oculis lippitudines, & quasi nauseas, quæ non solum aspectum impediunt, sed & contra cernentibus vomitum creant: pro eadem voce solet Hieronymus vertere iam abominationem, iam execrationem, iam idolum: nam in libro Regum: in quo bis repetitur in Hebraico codice, ipse conuertit: *Idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab*: & in Daniele. *Dabunt*, inquit, *abominationem in desolationem.* Abominationes itaque oculorum suorum vocat idola, quod cum abominanda & execranda forent, ab ipsis cum iucunditate suspiciebantur. Obseruat Rabbi Dauid, propterea additum esse *oculorum*, quod oculi sint cordis internuntij, atque ideo peccatorum eius complices: iuxta illud Numerorum. *Ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes.* Alteram vocem scilicet גלולים, gelulim, pro qua habemus idola in Latina editione, superius explicuimus non semel: inquinamenta transtulit Aquyla eius loco: sordes, spurcitias, volutabra nos reddimus, dignissima Deorum nomina.

Hieron.

4. Reg. 23. ℣. 13.

Dan. 11. ℣. 31.

R. Dauid. Oculi peccare dicuntur vtpote cordis internuntij & complices.

Num. 15. ℣. 39. Aquyla.

Et in idolis Aegypti nolite pollui: ego Dominus Deus uester. Efficacissima ad omnem idololatriæ radicem extirpandam ratio est: *Ego Dominus Deus uester.* Etenim cum soli ipsi natura competat dominatus, nefas est alium vel in cælo, vel in terra Dominum agnoscere: rursus cum ipse Deus sit, atque adeo omne bonum, vnicum ergo esse necesse est, neque alijs ab ipso diuinitas tribuenda. Denique cum Deus noster sit, quidni eum colemus vnice, atque ardenter amabimus, si non vt Deum tantum, saltem vt nostrum Deum? quis enim carnem suam non fouet? quis caput proprium non habet carum? quis spiritum suum non seruat illæsum? quis patrem non reueretur & suspicit? at ille, quem pro Deo colimus potiori loco habendus est, quam fortunæ, quam caro, quam vita, quam genus: Sed quoniam præcessit verbum *pollui*, videtur hoc loco tacite de Israëlitis quasi de Templo suo loqui Deus, ac si dicat: Vos Templum mei nominis estis, ego vester Deus. Vtriusque ex æquo interest quod iniungo, munditiam & sanctitatem colite: decet enim Templa munda esse, debetur & Deo, qui in Templo colitur, sanctitas: quæ ergo conuentio Templo Dei cum idolis? Abstinete itaque ab omni idolorum cultu, sic enim & meæ gloriæ, & honori vestro prospicietis, quod alibi manifestius dixerat: *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Sed ijs omissis, vbinam legi dicemus id præceptum Israëlitis traditum in medio terræ Aegypti, vt idola gentium a se ablegarent? nusquam sane tale quid scriptum inuenias: quod & Rabbi Dauid hoc loco obseruauit, & tamen Deo reuelante Prophetæ didicimus id præceptum accepisse Israëlitas, cum primum se Deus illorum redemptorem Moysi declarauit; vt vel hinc conuincantur nouatores, non omnia, quæ Deus Ecclesiæ iniunxit, literis esse mandata; sed eorum multa traditione patrum habita, & ad posteros eadem ratione transfusa.

Deus colendus est & quia Deus est, & quia noster est.

Homines quasi Dei templa decet munditia & sanctitas.

Leuit. 11. ℣. 44.

R. Dauid.

Traditiones Ecclesiæ, exemplo comprobantur Prophetæ.

Et irritauerunt me, noluerunt que me audire. Neque huius auersionis memoria extat in sacris, nisi forte vestigium quoddam in Exodo. *Nonne*, inquiunt Israëlitæ ad Mosem, *iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto dicentes: Recede a nobis ut seruiamus Aegyptijs.* Scholiastes hæc refert ad querelam præpositorum contra Mosem, quod eius causa grauarentur ab Aegyptijs exactoribus: sed grauiora improperat ipsis Vates. Quis autem ignorat multa omisisse Mosem non indigna scitu ex illa tam longa tragœdia, quod ad maiora narranda properabat, & vniuersa neque percensseri posse videbat?

VIII.

Exod. 14. ℣. 12.

Exod. 5. Multa non scripsit Moyses, quæ euenerunt Israëlitis in Aegypto.

Et dixi ut effunderem indignationem meam super eos. Id est, statui, decreui, effuso furore, semel illos delere: similis est phrasis in psalmo. *Dixit ut disperderet eos.* & in alio psalmo. *Dixi custodiam uias meas.*

Psal. 105. ℣. 23. Psal. 38. ℣. 2.

Et implerem iram meam in eis. Id est, plene exhaurirem, consummarem, consummate ostenderem, satiarem: hoc enim significat כלה, calah: Vide hanc vocem supra interpretatam.

Sup. 5. ℣. 13

IX. Deus suo nomini consulens peccatoribus miseretur fidelibus

Et feci propter nomen meum, ut non violaretur coram Gentibus. Et, valet, sed, verum tamen, ac si dicat: Verumtamen mihi imperaui, fecique quod promiseram benenolus patribus, non quod iratus erga filios statueram, ne haberetur ludibrio Deus Hebræorum, vt qui non valuisset in libertatem eos vindicare, propterea que causatus fuerit ipsorum peccatis exacerbatum mutasse mentem, populumque suum deleuisse: extant huius rei exempla quamplurima. Porro violari, profanari, pollui, est despectui haberi, non tractari quasi sanctum, ac venerandum, eiusque oppositū significat sanctificare,

Exod. 32. Num. 14. Deut. 32.

Ejecti

X. *Eieci ergo eos de terra Aegypti, & eduxi eos in de-*
sertum.

XI. *Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis.* Po-
Præcepta & iudicia quid significent. Polychr. lychronius: *Præcepta* vocat Decalogum, *iudicia* quæ
de Dei cultu constituunt, ac reliqua præter Decalo-
gum imperata. Scholiastes. *Præcepta* dicit quæ sunt
Scholiast. inter homines legitima, vt Non occides, nó furaberis,
Theodor. &c. *iudicia* vero cultum erga Deum. Theodo-
retus: Liberatos, inquit, illos ab amarissima seruitute in deserto tanquam in palæstra aliqua probis & vtilibus legibus quasi pueros instruebam, quibus seruandis vitam illis moliebar: leges enim erant vitæ conciliatrices, præcepta autem ipsa & iustificationes (nam τὰ δικαιώματα, ta dicæomata, idest iustificationes legunt Septuaginta) appellauit: non enim alia sunt præcepta, aliæ iustificationes, sed B eadem diuersis nominibus vocata sunt præcepta: sunt enim tanquam a Deo, & Domino scripta, quæ iussi sunt homines seruare; iustificationes vero non solum vt iure scripta, & quod iustum est continentia; sed etiam vt quæ recte agentem iustificare possint. Hæc ille. Cuius vltima oratio, qua significat homines iustificari operibus legis, ideoque legem dici iustificationes; tametsi a diuo Paulo expresse asseratur: *Factores legis iustificabuntur*, &c. expo-
Rom. 2. ℣. 13. De iustificatione legis Mosaicæ. sitione indiget, quemadmodum & versus sequens.
Quæ faciens homo viuet in eis. Neque enim de vita gratiæ, seu iustificatione peccatoris hîc sermo est Prophetæ, cum constet ex Apostolo, quod *ex*
Rom. 3. ℣. 20. *operibus legis non iustificabitur omnis caro coram* Deo:
Gal. 2. ℣. 21 alioqui *si per legem* daretur *iustitia*, vt ipse ait, *ergo* C *gratis Christus mortuus esset*: Nihil tamen repugnat si locus de iustitiæ augmento, vel conseruatione
Theodor. in vita gratiæ intelligatur, vt Theodoretus videtur accepisse: qui enim alias per Christi fidem iustificatus ex gratia opera Decalogi impleuerit, absque dubio crescet in iustitia, & vitam gratiæ, quam possidet, tuebitur, & magis ac magis stabiliet: nihilominus is sensus non videtur satis ad mentem Vatis accommodatus, vt statim ostendemus.
Chaldæa. Chaldæus Paraphrastes de vita futura, & æterna sententiam interpretatur, quasi operibus legis cultores ipsi vitam promereantur futuri sæculi, quod si cum præuia fide mediatoris, & gratia iustificante intellexit, dixit quod res erat, sed nescio an attigerit, quod Propheta instituerat: is enim nullam D in præsenti adijcit promissionem cultoribus legis, sed eam repetit, quæ a Mose facta fuerat, cum le-
Lex a Moyse lata sub comminatione mortis, & spe vitæ temporalium intelligenda est. gem populo ferret. Ille autem disertis verbis testatur in Deuteronomio se proposuisse ante eorum oculos mortem, & vitam corporalem, mortem quidem transgressoribus legum, vitam autem cultoribus earum. *Testes*, inquit, *inuoco hodie cælum, & terram, quod proposuerim uobis uitam & mortem, benedictionem, & maledictionem: Elige ergo vitam ut & tu*
Deut. 30. ℣. 19. *viuas, & semen tuum: & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis Abra-*
℣. 16. *ham, Isaac, & Iacob, ut daret eam illis*: & paulo superius dixerat: *Vt uiuas, atque multiplices te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingrederis possidendam*, &c. nam tametsi sub ea vita, & morte temporali spiritualem, & æternam etiam intellexisse videatur legislator illis potissimis verbis: *Ipse est enim uita tua, & longitudo dierum tuorum*; ce-
Lex mortem ministrabat trãsgressori, non ita vitam cultori. terum magno cum discrimine: etenim mortem vtramque, corporis scilicet & animæ promerebatur quidem delinquens in legem; vitam autem vtramque non continuo merebatur legem custodiens ex A opere legis; sed temporalem quidem propter legem impletam tuebatur: spiritualem vero ob fidem in Christum mediatorem assequebatur, & ex gratia Spiritus sancti conseruabat, & augebat: promittebaturque cultoribus ex vi operum legis vitam propriam conseruare, & prorogare multo tempore, tum etiam nomen in posteros per multa sæcula diffundere. Vitam autem gratiæ, & æternam prædictis bonis adumbratas aliunde, quam ex lege quærere necesse erat. Cum ergo Propheta dicat, quæ faciens homo viuet in eis, vel propter ea, hoc est ex eorum vi, consequens est, illum non de spirituali, sed de temporali vita esse locutum, quæ merces erat legis obseruantiæ. Verum neque vitam temporalem legi acceptam ferre voluit Paulus, sed tantummodo B corporis mortem: ait enim: *Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat*: hoc est, lex exarata literis 2. Cor. 3. Hebraicis in tabulis lapideis vim habuit damnan- ℣. 6. di morte transgressores, viuificandi non item: hoc enim solius est legis gratiæ in corde infusæ. Idem habet iterum. *Quod si ministratio*, inquit, *mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria*, &c. ministram enim mortis, & quasi lictorem appellat legem, quod ipsius quidem esset occidere reos, non viuificare obsequentes: quo igitur pacto verum erit, quod habet Propheta. *Quæ faciens homo viuet in eis*. Respondemus aliud esse de lege per se sumpta philosophari, aliud de adiuncta illi promissione diuina: & Paulum quidem de lege esse locutum, vt opponitur Euangelio, promissionique diuinæ C Abrahæ factæ de benedicendis hominibus in illius semine, quæ fuit Euangelij ipsius pollicitatio; Prophetam vero de lege, vt claudit etiam promissionem Dei, ea verba intellexisse. Lex itaque per se sumpta ministra mortis erat, obedientia autem legis apud Deum merebatur vitæ incolumitatem, & prorogationem dierum, iuxta illud: *Honora patrem tuum, &c. vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi*. Nisi forte malis simplicius locum interpretari, asserendo contrarium vsurpatum esse a Vate pro contradictorio, hoc est, viuere pro non mori. Sicut & apud Ioannem a Christo Ioan. 6. Domino contra factum videmus: *Patres uestri*, in- ℣. 49. quit, *manducauerunt manna in deserto, & mortui* Discrimen inter manna & Eucharistiam in collatione vitæ æternæ. *sunt, &c. qui manducat hunc panem viuet in æternum*. D ibi enim, mori, vsurpat Dominus pro non viuere; ac si dicat: Panis iste cælestis vitam æternam communicat, ille alter minime: nam patres vestri eo pasti sunt, & non vixerunt ex illius virtute, vita scilicet animorum ad immortalitatem, quam iste cibus donat abunde. Alioqui si mori significet quod sonat, de neutra morte comprobari potest discrimen inter vtrumque panem; etenim si de temporali accipias, qui pane cælesti vescuntur, nihilo secius moriuntur, quam Hebræi pasti manna in deserto; si autem de morte spirituali, ex æquo eam euaserunt Hebræi vescentes manna, qui scilicet Dei præceptis erant obsequentes, atque Christiani. Necesse est ergo, quo discrimen inter vtrumque panem verificemus, illud, *& mortui sunt*, non priuatiue in- E telligere, sed contradictorie, pro, & non vixerunt. nam certum est ex vi panis Eucharistici vitam immortalem conseruari, & quandoque conferri, quam virtutem manna Hebræorum minime habuit, nisi tantum ad tuendam vitam temporalem. Ergo sicut apud Ioannem, mori, est non viuere, sic apud Ezechielem, viuere, est non mori: itaque hunc sensum videtur habere præsens oratio: *Quæ faciēs homo viuet in eis*, id est, non morietur ex legis præscripto, cuadet mortem, tuebitur vitam corporis, non plectetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctetur capite, ſicut tranſgreſſores ſolent. Denique A ſi iſta promiſſio alicui videatur nimium arida & angusta, poterit alteram verſui accommodare ſententiam, vt non ſolum promittat mortem violentam euadere, vitamque corporis tueri, ſed etiam vitam felicem, & bonis omnibus cumulatam traducere: nam hoc fere vocat ſacra Scriptura vitam, nempe iucunditatem, lætitiam, felicitatem, omnem ſcilicet vitæ commoditatem, vt in pſalmo. *Qui vult vitam, diligit dies videre bonos.* & in Prouerbijs. *Qui me inuenerit inueniet vitam, &c.* quaſi dicat: *Quæ ſaetens homo viuet in eis*; hoc eſt, iucundam, & beatam vitam traducet ſub ijs legibus agens: Eiuſmodi autem pollicitationibus plenus eſt liber Deuteronomij: atque hic quidem ſenſus nobis videtur contextui gratiſſimus, & ſequentibus mirifice cohærens. B

Sacra Scriptura vitam vocat iucunditatem, lætitiam, felicitatem.

Pſal. 33. ℣. 13.

Prouer. 8. ℣. 35.

XII.

Inſuper & ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum fœderis *inter me, & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos.* Repetit Vates Moſis verba dicentis. *Videte, vt ſabbathum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me, & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos, &c.* Vtriuſque loci explanatio pendet ab intelligentia illius loci Geneſis: *Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrauerat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum.* Cuius expoſitionem fuſius perſequemur in Commentario de ferijs ſacris Iſraël: nunc eandem breui perſtringamus oportet. Benedicere eo loco, vt optime notauit Philo, eſt laudare, commendare, & approbare: ſanctificare autem, vt egregie docuit Chryſoſtomus, eſt diuino cultui ſegregare, ſeu dedicare, & obſeruandum conſtituere: vnde ſententia loci Geneſis ea eſt: Deus nomen ſabbathi, quod ſeptimæ feriæ ipſe impoſuerat, approbauit, atque ſuo otio honorandum fecit, tum & præcepto ſanctum & inuiolabile ſeruari ſtatuit. Ex quo fit antiquius eſſe lege Moſaica præceptum ſanctificationis ſabbathi, neque cœpiſſe cum lege, ſed cum mundo, quippe quod a primis illis Patriarchis non ſecus cultum fuerit, quam ab Iſraëlitis, quibus eius obſeruatio in lege repetita eſt, non denuo impoſita, vt ibidem latius diſſeremus. Itaque in Exodo citato ad obſeruantiam antiquiſſimi præcepti, & mundo coæui prouocatur denuo populus a legislatore, cum audit: *Videte vt Sabbathum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & uos in generationibus*; *vt ſciatis*, D *quia ego Dominus, qui ſanctifico uos*: hoc eſt, vt quotieſcumque ſabbatho vacaueritis a laboribus corporis recordemini, quam ſim de vobis benemeritus, cum vos mihi in populum peculiarem ſelegerim, atque meo cultui dicauerim, vt ſitis non modo gens inclyta, ſed electa & ſancta, respublica tota ſacerdotalis, addicta Deo, illique vacans ex peculiari præcepto: quo quid poteſt eſſe vel honeſtius, vel iucundius? Nam huius electionis tam honorificæ, & muneris tam ſublimis ſignum eſt ſabbathum, in quo feriantes a negocijs profanis, diuinorum operum contemplationi vacare iubemini, quod eſt ſacerdotum officium & priuilegium. Veſtra igitur intereſt ſabbatha cuſtodire. Ex ijs verſus præſens intelligetur: *Sabbatha*, inquit, *mea dedi eis*, E vbi obſeruatione dignum eſt pronomen *mea*: *Sabbatha mea*, inquit, id eſt, meas ferias, & delicias; diem ſeptimum, in quo ego olim quieueram ab opificio mundi, illis volui mecum eſſe communem, vt hac ratione meam felicitatem, quæ in mei ipſius contemplatione conſiſtit, illis quadamtenus impertirer. Nam quid aliud præcepi, cum mandatum impoſui de ſabbatho cuſtodiendo, quam vt a laborioſis ſæculi curis vacantes diuina opera, iudicia, & conſilia meditarentur, quæ ego ipſe ſeptima die mecum pertractabam, examinabam, probabam, & in quorum perfectione conquieſcebam? ſit ex ijs mandatum de ſanctificando ſabbatho ſignum eſſe non ſolum amoris ardentiſſimi, quo Deus homines proſequitur, ſed etiam honorificum teſtimonium dignitatis, ad quam eo ipſo impoſito præcepto ſunt euecti. Sed hæc late proſequemur in prædicto commentario. Scholiaſtes porro Græcus, & Apollinaris ita habent. Aſſidue vero meminit præcepti de ſabbatho ſeruando, quoniam ignauis via quædam erat facilis ad diuinam cognitionem adducens: & rurſus quia ſex diebus fecit Deus cælum, & omnibus præcipit, vt ea opera ſecum pertractent, vt per aſſiduam meditationem habitum quendam rerum ſublimium nanciſcantur. Theodoretus autem ex ceteris Græcis: Sabbathorum illis otium lege præſcripſi, vt hæc ciuilis adminiſtrationis ratio peculiaris a gentium quidem eos diſtinguat inſtitutis, atque meorum beneficiorum memoriam refricet, otio enim & ceſſatione a carnis operibus dum diuino cultui continenter vacarent, & diuina audirent eloquia, lucrum percipiebant, cum diſcerent ex ipſis diuinis eloquijs etiam effectorem omnium Deum, & de omnibus benemeritum: non ſimpliciter igitur otium vitæ auctor eſt, ſed Dei aſſiduus cultus: atque aliquanto inferius in illud: *Sabbatha mea violauerunt*, ſic habet: Rurſus hîc quoque ſabbathorum mentionem fecit, neque ea cum alijs iuſtificationibus coniunxit, neque enim hæc, vt illæ, vitam conciliant, ſed quendam peculiarem Reipublicæ adminiſtrandæ characterem continent: illud enim: *Non occides*: *Non mœchaberis*, & alia huiuſmodi alios quoque homines naturæ lex edocuit; at ſabbathi obſeruandi non natura magiſtra, ſed legis latio: in alijs igitur præceptis cum ceteris gentibus communione iuncti; in obſeruatione vero ſabbathi propriam quandam vi debantur obſeruare Rempublicam: nulla enim alia gens hoc ocium obſeruabat: neque circumciſio ita ipſos ab alijs diſtinguebat, vt ſabbathum; quippe circumciſionem Idumæi quoque habebant, & Iſmaëlitæ ſimiliter. Aegyptij item a Iudæis hanc edocti obſeruare ſtudebant, quod per prophetam Ieremiam Deus declarauit cum dixit. *Viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium, ſuper Aegyptum & ſuper Iuda, & ſuper Edom, &c.* Sabbathi vero obſeruationem ſola Iudæorum natio cuſtodiebat: idcirco dixit Deus: *Sabbatha mea dedi eis, ut eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos*: hoc eſt, mihi peculiari religione, & cultu addicens. Eadem ante Theodoretum ſcripſerat Diuus Irenæus. Quoniam autem, inquit, circumciſionem non quaſi conſummatricem iuſtitiæ, ſed in ſigno eam dedit Deus, vt cognoſcibile perſeueret genus Abrahæ, ex ipſa ſcriptura diſcimus: dixit enim Deus ad Abraham. *Circumcidetur omne maſculinum* veſtrum, & erit *in ſignum* teſtamenti *inter me, & nos*: hoc idem de ſabbathis Ezechiel Propheta ait: *Et ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent in ſignum inter me, & ipſos*, vt ſciant, quoniam *ego* ſum *Dominus*, qui ſanctifico *eos*. Et in Exodo: Sabbatha mea obſeruate, erunt enim in ſignum apud me vobis in generationes veſtras.

In ijs, quæ ſequuntur, commemorata Hebræorum in Aegypto contumacia, ſuaque in illos longanimitate, rurſus legum, quas tulit in ſolitudine mentionem facit, & vt illi obedire recuſantes ea violarunt. Deinde docet iuſtam ſuam iram, & ineffabilem bonitatem.

Erga

Præceptum ſabbathi obſeruandi amoris & honoris ergo impoſitum. Scholiaſt. Apollin.

Theodor.

Irenæ. lib. 4 cap. 30.

Geneſ. 17. ℣. 10.

Exod. 31. ℣. 13.

Ier. 9. ℣. 25

Circumciſionem non ſolus dari tamen, ſed & alia gentes obſeruabant.

Sabbathi obſeruantia nõ incœpit a lege Moſis, ſed multo ante.

Philo lib. de mund. opific. Chryſoſt. ſuper Gen. 2.

Reſpublica ſacerdotalis, dicitur Iſrael propter ſabbathi obſeruantiam.

XXV. *Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuent.* Aduersari videntur ista præcedentibus, in quibus dictum est: *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis.* legislatoris præterea bonitati, & pietati repugnant, si vt sonant intelligenda sint. quis enim credat fontem pietatis tulisse hominibus, quos ad omnem iustitiam informabat, præcepta non bona, neque vtilia, sub quibus scilicet non possent viuere? Habitus est super huius versus sententia sæpius Senatus frequens ab Ecclesiæ Patribus, & ceteris, qui eos secuti sunt, Doctoribus, alioque alia sensisse legimus. Diuus Iustinus Dei præcepta non bona, neque honesta dicit esse sacrificiorum, & libaminum leges, quas Deus non sponte, sed Iudæorum scelere coactus tulit. Diuus Ambrosius de legis veteris præceptis in vniuersum intellexit, quæ non bona, inquit, hoc est, non perfecta, quod enim bonum vtique perfectum: nam Euangelio perfectiora reseruauit. siquidem, ait: *Non veni soluere* legem, *sed adimplere*: non enim otiose Apostolus ait: *Lex pædagogus noster fuit in Christo* pædagogus enim cuius est, ætatis ne maturioris, an adolescentis? vtique adolescentis vel pueri, hoc est, ætatis infirmæ, qui vtique imperfectæ ætati non potest perfecta adhibere præcepta, quæ sustinere non queat. Diuus Hieronymus duplicem adhibet sensum præsenti textui ijs verbis: Siue hoc significat quod postquam terrá repromissionis intrauerint varijs temporibus ob multa peccata diuersis traditi sunt gentibus, regibusque, & eo tempore, quæ natura sua bona erant præcepta Domini, & iudicia, in quibus possent credentes viuere, facta sint eis non bona, dum nequaquam valent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere quæ diuinus sermo mandauit. Neque dixit: Dedi eis præcepta mala, sed non bona. non enim statim sequitur, vt quod bonum non est sit malum, sicut & Apostolus docet, bonum esse homini vxorem vel mulierem nō tangere, sed propter incontinentiam vnumquemque possidere vas suum in castitate. quod si non fecerit neque bonum, neque malum est. Dedit ergo eis Deus dispersis in gentibus præcepta non bona; hoc est, dimisit eos cogitationibus, & desiderijs suis, vt facerent, quæ non conueniunt. Potest & hoc dici quod ante offensam Decalogum tantum acceperint, post idololatriam vero & blasphemiam multiplices legis cærimonias, vt Deo potius offerrent victimas, quas Dæmonibus offerebant, & comparatione sacrilegij leuius fieret, quod non erat per se bonum, & nequaquam malum, quia Deo offerebatur; tamen non bonum, quia boni auctorem offenderant, &c. Principio videtur sensisse Hieronymus Dei præcepta dici non bona, hoc est grauia, & obseruatu difficilia. Deinde præcepta vocari viuendi cōsuetudines prauas, quibus regebantur Iudæi a Domino derelicti. Denique leges cærimoniales sacrificiorum. Primam interpretationem Iustini secuti sunt Græci. Sic enim habent Apollinaris, atque Theodoretus, eam quam legimus in codice Hieronymi expositionem vellicantes: & nonnulli quidem hæc ad idolorum cultum referunt, *dedi* pro permisi, intelligentes. Sed patet eos nequaquam verborum sententiam assecutos. Idolorum enim impietatis cultum nemo, qui recte sapiat, non bonum dixerit, sed valde malum. non ergo sapientiæ fons, pietatis legislator, impietatis accusator, extremam impietatem nō bonam appellarit, quam malitiæ extremum alias vocat. aliud ergo hæc innuit oratio. Cum enim dedissem eis, inquit, vtilia præcepta, & iustificationes, quas faciet homo, & viuet in eis (& per hæc intelligit decem verba legis) quæ ipsi aspernati sunt sine vllo metu vitulum colentes, alijs eos præceptis obstrinxi, ac veluti affixi, quæ nullam quidem eis vitam præbere possent, sed vt eorum custodia, & occupatione necessariarum legum violationem prohiberem. Indicat vero per hæc, quæ ad lepram, & ad ossa mortuorum, ad morticinum, & seminis fluxum, & aliorum huiusmodi leges pertinebant, frequentes præterea aspersiones, & sacrificia, quæ pro his offerebantur. in ijs enim obseruandis ipsi occupati nō amplius necessarias illas, & vtiles leges poterant aspernari: idcirco non dixit de disse se illis mala præcepta, sed nō bona: neque enim vitium edocebant, neque virtutis erant ipsa per se ipsa causa, sed crebro ad sacrum Dei Templum aduentare, & Deo præsto esse cogebant: qui enim se pollutum credebat, is ad expiationem accurrebat, ad quam cum peruenisset, in Dei memoriam redibat, atque hæc ipsa memoria impiam mentem exterminans diuinas leges obseruandas suadebat. ipsa igitur per se non bona quæ diuino scopo, & consilio non erant necessaria, sed eorum quibus imperabantur infirmitati; non tamen ipsa per se necessaria, sed quæ ad bona & necessaria adducebant. Polychronius ijs attexendus, qui in eandem sententiam scribit: Præcepta, inquit, & iudicia vocat sacrificiorum instituta non bona, quia non vt necessaria proposita sunt, sed propter eorum imbecillitatem, quibus tradebantur, vt ne ingratus ac difficilis illis redderetur repentinus ad perfectionem transitus. Illud vero non bona mirifice ostendit, quia nō erant de sacrificijs, quæ decerēt Deum, quia etiam per Isaiā ait: Holocaustomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo. & quæ sequuntur. Præcepta igitur non bona non damnant Dei in legibus condendis prouidentiam, sed eius erga imperfectos indulgentiam testantur. Diuus Cyrillus expositionem secundam, quæ erat Ambrosij, sequi videtur. sic enim habet: Quod ad considerationem spirituale spectabat, sancta erat lex, sanctumque præceptum, & iustum, & bonum: quod autem pertinet ad proprietatem rei, & solum in vmbris positum cultum, non bona præcepta, sed neque sempiternam vitam conciliare poterant: nemo enim, vt scriptum est, in lege iustificatur. Vtroque vetustior Origenes idem sensisse videtur, vt refertur eodem libro. Quænam erant, inquit, hæc, nisi occidens litera legis, & testamentum mortis literis exaratum lapideis, atque ministerium damnationis? de quo scriptum est: *Litera enim occidit, spiritus autem viuificat*? nam præcepta illa secundum literam non oportet obseruare, sed quæ secundum spiritum. nam & reprehensione caret, si quædam præcepta violata dicimus non solum ab Apostolis in nouo testamento, sed etiam ante aduentum in scripturis antiquis: nam sacerdotes in Templo sabbatha soluentes erant innoxij. Sabbatho item circuncidebatur homo. Dauid ac socij panes propositionis comederant, quibus nefas erat alijs, quam sacerdotibus vesci. In Tabernaculo etiam a Moyse Cherubim simulacrum factum, & deinde a Salomone in Templo, a Moyse quoque serpens æneus conflatus, cum hæc omnia lex prohiberet. Præcepta itaque secundum literam occidentem non bona sunt, secundum spiritum vero sunt bona, *quæ faciens homo viuet in eis*.

Vtraque explanatio, & conciliatio locorum probabilis est, siue quæ de solis sacrificijs intelligit præcepta non bona, siue quæ de vniuersis legis veteris cærimonijs. Sed multo esset plausibilior,

Difficilis locus. *Iust. dialog. contra Tryphonem.*

Ambr. super psal. 118. & lib. 3. epist. epistola ad Clementianum.

Matth. 5. ℣. 17.

Galat. 3. ℣. 24.

Hieron.

Apollinar. Theodoret.

Auctoris sententia.

Polychr.

Isa. 1. ℣. 11.

Cyril. in Matth.

Origen.

2. Cor. 3. ℣. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

Non bona id est non suauia non iucunda, sed difficilia. *Gen.3.ỽ.6 Gen.19.ỽ.*

si Patres bonum vsurpassent pro suaui, iucundo, & facili, Hebræa phrasi, non bonum contra pro graui, duro, intolerando: nam טוב, tob, non solum honestum significat, sed delectabile bonum, vt in Genesi: *Vidit igitur mulier, quod esset bonum*, id est, amœnum, gratum. & iterum: *Si bonum est in oculis vestris*, id est, si placet: hac enim ratione præcepta non bona erunt grauia, importabilia, vt exposuisse videtur Petrus in Actis: *Iugum, &c. quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus*. Viuere autem, erit vitam ducere commode, & feliciter, vt supra exposuimus; & non viuere, erit miserrimam vitam trahere. Veruntamen qui obseruauerit simpliciorem esse loquendi rationem sacris scriptoribus, & fere ex vulgi consuetudine petitam, non facile sibi persuadebit de diuinis præceptis hæc duo simul a Vate proferri, dedi præcepta in quibus viuent, & dedi præcepta non bona in quibus non viuent; quantumuis rationibus scholasticis ea inter se conciliari possint: præsertim cum versus sequens: *Et pollui eos in muneribus suis*, qui eiusdem est argumenti, vt ex coniunctione præposita constat, nulla ratione referri possit ad sacrificia, vel oblationes Deo factas, sed Idolis. Quapropter existimamus hoc loco sermonem esse non de legibus diuinis, sed humanis, non Moysis sed Tyrannorum, quibus Hebræi traditi sunt ob legis diuinæ violationem. Sequenti autem versu de sacrificijs, quæ falsis gentium dijs offerebant, vt duo commemorentur supplicia respondentia duobus beneficijs collatis ingratis Israëlitis, scilicet leges duræ Tyrannorum pro suaui Dei lege reiecta; & nefariæ oblationes pro sanctissimis sacrificijs despectis. Dixerat enim supra: Dedi eis præcepta, & iudicia (facilia & leuia) sub quibus iucunde viuere possent, atque Sabbata mea, aliaque festa, & ritus institui (nam nomine sabbathi reliquæ festiuitates intelligendæ veniunt, vt alibi dictum est) vt essent signa mei erga illos amoris; ipsi contra fregerunt iugum, ruperunt vincula, meum detrectarunt imperium, atque sese dederunt dijs finitimarum gentium, quos non cognouerunt patres eorum. Ergo vt cognoscerent quam latum sit discrimen inter vtramque viuendi rationem, ego dedi eis præcepta non bona, hoc est, subieci eos iugo ferreo Ammonitarum, Moabitarum, Philisthæorum, &c. eorumque legibus non admodum suauibus (nam bonum Hebraice dicitur non solum honestum, sed etiam delectabile, vt supra notauimus) quinimmo grauissimis, & intolerandis, sub quibus miserrimam traherent vitam, vix viuerent: nam extenuatio rhetorica hic videtur commissa, qualis illa:

Actor. 15. ỽ.10.

Non ignara mali miseris succurrere disco,

id est, omne malum experta: quæ quidem figura admistum habet hoc loco nescio quid ironiæ, quasi dicat: Dedi præcepta non tam suauia fortasse atque mea erant, hoc est admodum illis dissimilia. nam illa suauissima erant, hæc contra durissima. Esto exempli gratia illa Philisthinorum lex contra Hebræos sibi vectigales prolata, vt nullus esset in toto Israël faber ferrarius, nec qui vomerem quidem conflare, aut securim acuere posset. Alias grauiores coniectare licet ex ipsorum ad Deum clamoribus, cum ab hostibus opprimebantur, atque Dei eorum vicem dolentis miserationibus, quas liber Iudicum frequenter recenset. Et Ieremias: *Dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ*. Quod vero ad nefandos sacrorum cultus attinet, quid potuit excogitari immanius, & horribilius, quam vt pater primogenitum infantem idoli ænei accensi manibus offerret, ipsomet qui genuit spectante, torrendum & adurendum? De eiusmodi itaque impijs oblationibus subditur.

Præcepta nó bona hoc est tyrannorũ, quibus subijciuntur mãdata grauia.

Ieremi. 29. ỽ.18.

Et pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omne quod aperit vuluam propter delicta sua: & scient quia ego Dominus. Id est, pollui, & contaminari eos permisi, ob illorum delicta nefarijs primogenitorum oblationibus idolis impurissimis factis, vt vel tam dura seruitute grauati discerent me esse Dominum, id est, potentem, qui tam duras pœnas a refugis: vel pium, qui tam dissimilia a subditis meis sacrificia exigo. Itaque illa oratio *propter delicta sua*, nectenda videtur cum prima, *pollui eos in muneribus suis*. vel, si malis construere ex ordine, ea erit sententia: *Cum offerrent omne quod aperit vuluam*, seu primogenitum idolis proter delicta sua, id est, in sacrificium aut piaculum pro ipsorum peccatis: putabant enim Ethnici Sathanæ astutia decepti pro grauissimis quibusque criminibus nulla gratiora offerri posse dijs holocausta, quam primogenitorum sanguinem, vt ex libro Regum conijcere licet, vbi legimus regem Moab cum supremum impendebat regni, & vitæ discrimen, arreptum primogenitum immolasse super murum, vt hoc facto Deos, quos aduersum se iratos sentiebat, redderet sibi propitios: cuius generis exempla obseruari possunt in Homero, & alijs veteribus scriptoribus. is enim refert Agamemnonem Iphigeniam filiam dijs immolasse, quo ventos faustos haberet Troiam versus nauigans: post Troiæ vero excidium a Pyrrho Polyxenam Priami filiam, atque ab Vlysse Astyanactem primogenitũ Hectoris sacrificatos pro felici reditu Græcorum in patriam, quorũ diras neces Seneca Tragicus lugubri carmine concelebrat. Plato quoque, Dionysius Halicarnasseus, Diodorus Siculus, & Plutarchus auctores sunt, apud Phœnices, Carthaginenses, Rhodios, & Cretenses in more positum fuisse, vt infantes principali honore insignes forte ductos in regio ornatu Saturno hostias immolarent, a quibus sacris cum desiuissent Carthaginenses postea victi ab Agathocle, ac deos propterea subiratos arbitrantes ducentos nobilium filios mactarunt ad aras, vt auctor est Pescenius Festus aqud Lactantium. Cuius nefarij parricidij meminit Silius Italicus illis versibus.

XXVI. Per multiplices nefarias idolatrias puniuntur ingrati, & prouocantur refugi.

De nefaria primogenitorum immolatione.

Homer.

Seneca in Troade. Plato. dialog. de leg. Dionys. Halic. lib. 1. Diodor. Sicul. lib. 20. Plutarchus in Apoph. & Gelone. Lactan. lib. 1. de falsa relig. cap. 21. Silius Ital. lib. 4. Punic. in fine. Tertul. in Apol. cap. 9. Euseb. lib. 4 præp. Euãg. Iustin. lib. 19. Oros. lib. 4. cap. 6. Herod. lib. 7.

Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido
(Infandum dictu) paruos imponere natos.

Tertullianus etiam, & Eusebius, Iustinus quoque, ac Paulus Orosius, necnon etiam Herodotus, Persis vsitatum fuisse tradunt, ad habendas dijs gratias viuos sub terra defodere pueros, ac virgines, puellarum indigenarum filios: & tale quid patrasse Amestrim Xerxis vxorem in bis septem illustrium Persarum liberos. Neque dissimilia his sacrificia idolis suis offerebant Mexicani Indi: nam singulis annis ad viginti millia hominum mactabant Dæmoni, atque in præcipua quadam festiuitate annua idoli simulachrum ex farina Mayzina sanguine humano permista fingentes, vbi rite fuerant illud venerati, in particulas minimas diuidentes singillatim distribuebant, libaque eiusmodi vorantes sacra impurissima consummabant. In prouincia vero Mechoacan Dæmon sibi offerri postulabat quidquid erat ciuibus carissimum, vti infantem speciosum, sponsam forma insignem, eamque ob causam illæ nationes exosum habentes cultum adeo truculenti Dei, Christi Domini fidem obuijs vlnis sunt amplexati, quemadmodum Patri Antonio Mendozio Prouinciali Societatis nostræ ipsimet Mechoacani proceres testati sunt. Sed de his hactenus.

Porro vbi Latinus codex habet: *in muneribus suis*,

& He-

& Hebraicus במותם, bemathenotham, in donarijs, vel oblationibus suis. Græci codices legunt hodie, ἐν πῖς δόγμασιν, en tis dogmasin, in dogmatibus, quomodo legit codex Sixti, atque Complutensis: Item Apollinaris, qui sic interpretatur locum: In dogmatibus, inquit, eorum, pro eo ac si dicat, in ijs, quæ sunt ab ipsis tradita. Nihilominus Septuaginta reddidisse, ἐν τοῖς δόμασιν, en tis domasin, in donarijs, Theodoretus legit, & interpretatur in hunc modum: Hoc simile est illi, quod per beatum Dauid a Deo dictum est: *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Vbi enim vidi ipsos ex meis præceptis vtilitatis nihil percipere, permisi eos deinceps sua consilia persequi haud sustinens eos gubernare. quod hic quoque declarauit cum dixit: polluam eos in donis suis. tamen subijcit Theodoretus: Sed apertius hoc Aquyla interpretatus est, qui dixit: & pollui eos in dogmatibus ipsorum cum traducerent ipsi omne aperiens vuluam: permisi enim ipsos suis inquinari institutis cum per ignem traducerent filios, & pueros primogenitos Dæmonibus offerrent, dignas ipsis in reliquum pœnas infligens.

Apol in. *Theodor.* *Ps.80.℣.13* *Aquyla.*

Obseruandum primo, quam durum sit iugum mundi, & quam graue onus imponat ceruicibus sibi subditorum: Ieremias enim ait: *Seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Isaias quoque. *Confractus est Bel, contritus est Nabo* (Septuaginta, Dagon) *facta sunt simulachra eorum bestijs, & iumentis*, &c. hoc est: Dij gentium nullum afferunt cultoribus auxilium, vel lucrum, sed potius pondus: qui eos veneratur, iumentum iure appellari potest, non homo: cum in humeris suis baiulet immensum pondus æris, quodvix queat sustinere: *onera*, inquit, *vestra graui pondere vsque ad lassitudinem*, &c.

Quam graue & durum sit mundi iugum. *Ierem. 16. ℣. 13.* *Isa. 46.*

Secundo obserua, quam leue sit Dei onus, & quam suaue iugum, vt eodem capite Isaias eleganter persequitur. *Audite me*, &c. inquit, *domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua*, id est, quos ego non tantum vt nutrix vlnis baiulo & sinu foueo, sed quasi mater vera vtero meo gesto, hoc est in intimis visceribus meis absconditos habeo, blande & indulgentissime foueo, &c.

Dei onus quam leue, iugum vero quam suaue. *Isa.46.℣.3*

XXVII. *Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, cum spreuissent me contemnentes.*

XXVIII. *Et induxissem eos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem* illam *eis.* Septuaginta vsque ad hoc me ad iracundiam prouocauerunt patres vestri, &c. Apollinaris, & Theodoretus. Non satis, inquit, illis fuit in Aegypto mihi restitisse, sceleribusque in deserto admissis, sed etiam ingressi in terram promissam, magna illam impietate repleuerunt, in cunctis collibus aras ædificantes, & idola statuentes, & libamina illis, ac sacrificia varia offerentes.

Apollin. & Theodor.

Frequens Hebræa phrasis *Et dederunt ibi irritationem oblationis suæ.* Septuaginta: Posuerunt ibi furorem munerum suorum. Hebræa phrasis frequentissima in sacris, qua duo substantiua colligantur in regimine genitiui, vt illi dicunt: *Dederunt ibi irritationem oblationis suæ*, id est, oblationem suam irritantem. Sed obseruatione dignum est quod attexitur: *Et posuerunt ibi odorem suauitatis suæ.* vbi coniunctio duas res valde a se diffitas connectit, oblationem scilicet irritantem, & odorem suauem, vel fragrantem: neque temere id quidem: nam ea continuatione significare voluit Propheta, oblationem Dei irritatricem, esse eorum fragrantiam, nihilque illis accidere posse suauius, quam Deum irritare libamina dijs offerentes, & vicissim nihil Deo grauius esse, magisque abominandum quam odorem thuris idolis incensi.

Et dixi ad eos: Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius Excelsum vsque ad hanc diem. Septuaginta hodie habent, quod est abama, quia vos intratis illuc: במה, bamah, Hebraice legitur, & Septuaginta βαμά, bama, videri debent conuertisse, vt Theodoretus ex Symmacho corrigit, de qua voce nos supra late disseruimus. Significat autem excelsum altare, vel fanum in nemore erectum. Hieronymus: Dixi ad eos, quid est Bamah (hoc enim interpretatur excelsum) aut cur ingredimini istiusmodi, locumque vobis in cunctis collibus eligitis? itavt vsque hodie istiusmodi loca appellentur Bamoth, & antiquus error nomen pristinum teneat? Apollinaris, & Theodoretus: locus iste nobilis ex impietate erga idola factus est. Dixit igitur ipsis: Quod nam lucrum inde percipitis? quæ vobis ab ipsa Bamah vtilitas accidet? quam ita etiam illustrem reddidistis, vt cognomentum quoque illius vsque ad præsens tempus stabile perseueret? Rabbi Dauid: Quis præcepit vobis excelsum altare ædificare in nemoribus? nonne ego altare de terra mihi construi iussi? vos autem excelsum altare ædificastis extra locum, quem elegi vt ponerem nomen meum ibi. *Et vocatum est nomen eius excelsum*, etiam altare meum hoc nomine indecenti appellarunt ob frequentem vsum ædificandi altaria excelsa in lucis in honorem idolorum, &c. patet hoc ex libro Regum. *Abyt itaque* Salomon *in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum*, &c. id est, sacrosanctum fanum, seu tabernaculum, altareque sanctissimum, quæ Moyses olim construxerat in deserto. satis germana est Dauidis interpretatio.

XXIX. *Theodor.* *Hieron.* *Apollin.* *Theodor.* *R. Dauid.* *3. Reg. 3. ℣. 4.*

In via patrum vestrorum vos polluimini, &c. XXX

Et ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo vobis. Hieronymus: Patrum vestrorum imitamini vitia, & per eadem inceditis vias, vt delicta similia similem mereantur & pœnam, & in tantum scelus processistis vt filios vestros per ignem Dæmonibus consecretis, nec semel hoc feciisse sufficiat, sed vsque in præsentiarum agatis eadem (non quod hæc seniores in captiuitate faciant, sed quod illi, qui Hierosolymis morabantur, & quibus captiuitas imminebat, hæc omnia facere non cessarent) & cum tantis flagitijs obligati sitis, responsionem, inquit, meam quæritis? *Viuo ego, dicit Dominus Deus*, & iuro per memetipsum *quia non respondebo vobis.* Apollinaris, & Theodoretus: Hoc speratis, inquit, vigente in Republica vestra patria iniquitate, & impietate, & omnia ista, quæ enarraui audentibus vobis, responsum a me aliquod consecuturos esse? ne fallite vos ipsos. siquidem fieri nequit, vt vestris ego interrogationibus respondeam, quas audet impietas vestra. Sed id vobis rebus ipsis persuadeo, vt istiusmodi quoque spem abijciatis: hoc enim significauit cum dixit: Et si ascendet in spiritum vestrum hoc, &c. Verba ista in hunc modum conuertit Vulgatus.

XXXI. *Hieron* *Apollin.* *Theodor.*

Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Apollinaris: Ne vestra quidem illa cogitatio exitum reperiet, vt sicut reliquæ gentes ligna, & lapides diuinitate dignemini, & honorem, qui Deo debetur, illis tribuatis. Scholiastes. Cum viderent Iudæi, se ipsos quidem obsidione, & captiuitate premi, omnes vero gentes rebus vti secundis, & maxime ipsum Babylonium multis imperantem, dicebant, oportere se quoque idola colere: ita enim

XXXII. Amâtes prosperitatem, quam vident in peccatoribus, facile illorum imitantur mores, sed frustra. *Scholiast.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fore, vt res ad voluntatem, & prospere fluerent: A nec intelligebant se in calamitates propterea incidisse, quod à Deo recessissent. Dicit ergo eis, non vt dixistis fiet, sed regnabo, inquit, & dominabor in vos cum furore, atque ira, quoniam regi humaniter nolentes, ad idola dicitis defecturos.

XXXIII. *Hieronym.* *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super uos.* Hieronymus. Non vos relinquam, inquit, neque contemnam, vt fugaces seruos Domini negligentes solent contemnere, sed ad meum retraham imperium, & brachio extento, ac percutiente, ac furore effuso in pristinam vos redigam seruitutem, & regnabo super vos, vt velitis nolitis me habeatis regem, & sentiatis regem iratum, cuius clementiam neglexistis. Hic obserua rarum diui- B næ prouidentiæ in electos exemplum: nam cum alioqui soleat seruos ob peccata domo sua expellere, & diris tradere, vt apud Ieremiam. *Eÿce illos à facie mea, & egrediantur, &c. Qui ad mortem, ad mortem &c. & qui ad famem ad famem &c.* Nihilominus populum Iuda, quem sibi semel elegit in sortem, non modo non exturbat domo, quin potius sponte discedentem abire non permittit; sed quasi Laban manu armata fugientem Iacob persequitur, vt retrahat, & suo mancipet seruitio. *Hæc est generatio Dei, qua non peccat, neque peccare potest, quia semen Dei manet in illa*, hoc est, non permittitur à Deo recedere omnino, quia semel electa est ad salutem.

Dei prouidentia quæ malos seruos domo expellere solet, electos fugientes persequitur vt reducat.

Ier. 25. ℣ 1

XXXIV. *Apollin. Scholi.* *Et educam uos de populis, & congregabo uos de* C *terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super uos.* Apollinaris. Non vitaturos eos barbari manus minatur. Scholiastes. Non ad spem vllam boni pertinet responsum, sed ad grauissimum supplicium: quoniam enim cum a Deo recessissent ad multos confugerant populos, ad Aegyptios, inquam Sidonios, Tyrios, Moabitas, Ammonitas, vt Ieremiæ liber narrat, propterea denuntiat nihil eis profuturam fugam, sed nihilominus vel tanto præsidio munitos in Babyloniam ductum iri. Idem repetit Scholiastes alius: Nullum, inquit, vobis erit auxilium ab his, qui nunc videntur vobiscum facere. Item alius Scholiastes: Vim, inquit, iracundiæ significat: atque Theo- D doretus dicens: Deinde etiam modum castigationis docet, cum subdit. *& educam vos de populis &c.* Diuus autem Hieronymus his verbis diuinam potius clementiam, quam iram declarari existimat, neque Israëlitarum fugam ad vicinos populos, sed potius captiuitatem Babylonis enunciari: sic enim habet: Nec vos, ait, patiar esse in gentibus, nec æterna captiuitate retineri, sed educam de populis, & congregabo de terris, ad quas vos hostilis necessitas ad seruiendum huc illucque dispersit; hæc autem faciam non vt perdam vos, & deleam, sed vt Rex vester sim: ex quo intelligimus, etiam eam quam appellant Hæretici Creatoris crudelitatem sonare clementiam, dum ad hoc irascitur, & desæuit, & totum effundit E furorem, vt retrahat eos ad regnum suum, qui Dæmonum tyrannidem ad seruiendum elegerunt. Fauet Hieronymo quod sequitur.

Alius Scholiastes. *Alius Schol. Theodor.* *Hieron.*

Damnatur hæresis Deo crudelitatē tribuentiū.

XXXV. *Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem.*

XXXVI. *Theodor.* *Sicut iudicio contendi aduersus patres uestros in deserto terræ Aegypti, sic iudicabo uos, dicit Dominus Deus.* vbi Theodoretus: Desertum populorum vocat gentes olim a Deo destitutas. Verum fefellit il-

Desertum populorum quid sit.

lum Hebræa phrasis: nam desertum populorum non significat desertum inter populos, sed potius desertum a populis. Talis illa est Pauli: *Ex resurrectione mortuorum*, idest, a mortuis. Aptius ergo Hieronymus interpretatur: Faciam, ait, vobis qui estis in Babylone, & nunc seruitis idolis, quod feci patribus vestris in Aegypto, vt educam vos in desertum populorum. Allusionem itaque fecit vates ad desertum Arabiæ, in quod inducti sunt Israëlitæ egredientes de Aegypti finibus, & in quo quadraginta annis errarunt. Significat autem per desertum libertatem, quam ex parte quidem donauit Cyrus, omnino vero Redemptor humani generis Christus Dominus, idque aptissime, quoniam desertum opponitur ciuitatibus muratis, castrisque conclusis, in quibus ciues omnes, & milites viuunt sub dominio Principis, vel Ducis: in deserto vero qui degunt libere vagantur, & pro arbitratu vitam instituunt. Quare desertum symbolum est appositissimum libertatis, vt castrum seruitutis. Vtitur eadem metaphora Oseas Propheta dicens. *Propter hoc ecce ego lactabo eam*, alliciam eam, *& ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*, ad voluntatem, blanda scilicet, & suauia verba, *& dabo ei vinitores eius* vineas *ex eodem loco*, in ipso deserto, *& vallem Achor ad aperiendam spem, &c.* allusione facta ad historiam, cuius mentio fit in libro Iosue, excitat populum in spem certissimam hæreditatis cælestis adeundæ. Legimus enim ibi ob delictum Acham bonam exercitus partem misere corruisse coram aduersarijs, eaque strage turbatum populum hæsitare cœpisse de diuina promissione, & terræ Chanaan expugnationem fere desperasse: a quo euentu impositum est nomen Achor, id est turbationis Valli ipsi, vbi contigerat clades. Eam igitur historiam mente repetens Oseas ait: Non continget populo meo perturbatio qualis olim accidit tempore Iosue, a qua Vallis nomen accepit, sed potius ipsa Vallis quæ tunc fuit Israëlitis offendiculum, erit Iudæis, & redemptis per Christum ostium spei, id est, initium confidentiæ: quare apte subditur: *Et canet ibi iuxta diem iuuentutis suæ, & iuxta diem ascensionis de Aegypto.* Vide in Exodo canticum Israël: & obserua quod initio per allusionem significauerat obscurius, iam per similitudinem apertius disseruisse, vt merito nos ab Osea edocti præsentem Ezechielis locum illi quamsimillimum, addita similitudinis particula in hunc modum exponamus. Quemadmodum olim patres vestros ex Aegypto redemptos in desertum Arabiæ induxi, hoc est, libertate donaui, & sui iuris Rempublicam feci, sic vos postquam, in Babylone debitas delictorum pœnas solueritis, inde eductos & libertate donatos in patrium solum faciam remigrare. Quod vero additur: *Iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem*, difficilius est explicatu. Apollinari, & Theodoreto, iudicare, est plectere, sic enim habent: Vt in maiores, inquit, vestros cum argumenta multa meæ potentiæ experti essent, atque ingratos se præbuissent in solitudine animaduerti, eadem etiam vos ratione tractabo. Scholiastes. Vt igitur cum patribus vestris disceptans in solitudine vario illos interitus genere mulctaui, sic etiam vos varijs mactabo supplicijs. Ceterum neque id significat verbum passiuum, iudicari, neque sequentia admittunt, quæ fauoris, & gratiæ sunt plena. Hieronymo, iudicari, est iudicio cõtendere: sed quale fuerit id genus iudicij non explicat. Hebræum verbum שפט, nispat, est iudicari, in ius vocari, litigare, in iu-

Deſertum ſymbolum eſt libertatis, caſtrum vero ſeruitutis.

Ro. 1. ℣ 4.

Hieron.

Ose. 2. ℣ 14

Ioſue 7.

Vallis Achor ideſt turbationis.

Exod. 15.

Apollin. Theodor.

Scholiaſt.

Hieron.

in iudicio, contendere apud iudicem: ideo apud Ieremiam Dominus ait. *Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris, non peccaui.* Valet etiam, eum, qui vocatur in iudicium, rationem reddere suæ innocentiæ, causam suam dicere verbis, vel agere rebus ipsis. Sic sumitur in libro Regum. *Iudicio contendam aduersum vos coram Domino*: atque in hac significatione videtur sumi in præsenti. *Facie ad faciem* aliquid fieri, est mutuo, vicissim, inter pares, ex æquo & bono aliquid transigi, hoc est sublato omni timore, aut reuerentia minoris erga maiorem, vel auctoritate, & maiestate maioris erga minorem. Sic in Exodo. *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem*: neque enim significat Deum clare videre, vt multis placuit, sed confidenter loqui, & familiariter; nam statim se explicat Historicus dicēs: *Sicut solet loqui homo ad amicum suum*: & in Deuteronomio. *Facie ad faciem locutus est nobis* Dominus. Itaq. iudicari, vel iudicio contendere Deum cum Israëlitis facie ad faciem in præsenti est, omni auctoritate abdicata, rebus ipsis suam tueri causam, ac si ipsi pares Deo essent eorum Iudici, immo iudicio sisti, & rem omnem examinandam committere, iustitia superare, non potentia, factorum rationes palam reddere, suæ iustitiæ euidentia signa, & testimonia monstrare, vt sensus sit: Quemadmodum olim in deserto Arabiæ a patribus vestris toties in ius vocatus cum meam criminabantur vel potentiam, vel prouidentiam, rebus ipsis, hoc est signis stupendis, atque beneficijs innumerabilibus respondi, & meam causam tutatus sum, palam ostendens illos fuisse fœdifragos, me autem in dictis, & factis mihi constantem: eodem pacto cum tempus a me præstitutum aduenerit educam vos de Babylone, atque libertate donatis ostendam rationes meorum iudiciorum: res enim ipsæ loquentur aduersum vos, atque vos ipsi, qui nunc meam iustitiam criminamini, tunc iudicabitis, & testabimini merito traditos esse Babylonijs, gratis vero a me redemptos: meam itaque iustitiam, prouidentiam, & bonitatem commendabunt, tam captiuitas tolerata, quam parta libertas: atque hæc in cortice historiæ, in quam ex parte, & vix secundum vmbram veritatis competere videtur vaticinium, exhauriri vero, & compleri minime potest: quorsum enim Deus ipse, qui dux erat exercitus a Babylone redeuntis, inducatur furore plenus aduersus populum suum brachio extento librare hastam? & cur non potius in Balthassarem desæuiret, aut in eius duces, si id quod reuera contigit, prædicere voluisset Propheta? maxime cum sciamus in ea peregrinatione populum alioqui contumacem humanissime acceptum a Deo? Fatendum est igitur præsens vaticinium non exhauriri Babylonica liberatione, neque de illa conuenienter posse declarari: neque mirum est si non ita apte cohæreat historiæ prophetia, quæ maior est ipsa historia; vel si non bene intellectum sit testimonium, quod est adhuc signatum. Ergo Propheta eius temporis historiam tractans diuinitus euocatus est ad posteriora Messiæ tempora, atque sub captiuitate Babylonica; Sathanæ captiuitatem, sub libertate Cyri, redemptionem Christi sibi repræsentatam significauit, in qua & exitum, & lucem habet hoc vaticinium, alioquin obscurissimum, quippe quod multa sibi aduersa continere videatur: nam illud, *regnabo super vos*, dignationis diuinæ est: illud vero, *in manu forti, & brachio extento, & furore effuso regnabo*; indignationis est potius: præterea illud, *educam vos de terris, in quibus dispersi estis, & inducam in desertum populorum*, clementiam præ se fert. Verum quod subditur, *subijciam vos sceptro meo*, vim inferendam demonstrat: deinde illud, *iudicabor vobiscum*, benignitatis summæ est, sed *iudicabo vos*, seueritatis: denique, *inducam vos in vinculis fœderis*, humanitatem sapit: ceterum *eligam transgressores, & impios, &c.* iustitiæ rigorem. Hæc autem omnia in spem sibi obuiantia, si ad Christi redemptionem referantur, admirandam faciunt harmoniam. Cuius intelligendi gratia obseruandum est documentum ad varios sacræ Scripturæ locos percallendos in primis necessarium, videlicet, moris esse sacrorum scriptorum redemptionem Christi duplici nomine, & fere copulato significare, hoc est, strage, atque salute; vltione, & redemptione; indignatione, & pace; sanguine, & incolumitate; pretio, & victoria; idque fortasse quia vtraque libertas temporalis, quæ spiritualem generis humani præcessit, nimirum Aegyptiaca, & Babylonica non sine sanguine, & strage hostium parta fuit: sed prophetæ nulla distinctione facta inter hostes, & ciues, Christum Dominum venientem ad redimendum homines inducunt quasi ducem catafractum, qui furore diuino actus in homines irruit atque obuios quosque deturbat, proterit, trucidat, interfectorumque sanguine sitim extinguit, vt in psalmo. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*: & in alio psalmo. *Iudicabit*, vindictam sumet, *in nationibus, implebit ruinas*, ruinis, cadaueribus omnia, *conquassabit capita in terra multorum*. *De torrente* effusi cruoris *in via bibet, propterea exaltabit caput*. & in Isaia. *Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius, indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli; sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis insulis vicem reddet, & timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini* ventus impotens *cogit, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus: hoc fœdus meum cum eis, &c.* Item alibi idem propheta. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, &c. vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro*. Idem habes iterum. *Quis est iste qui venit de Edon?* rubeus, cruentatus quasi de progenie Edon rufi *tinctis vestibus de Bosra?* vbi succo sanguineo vuę nigræ inficiuntur calcantium vestimenta, *iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ?* qui scilicet a prælio reuertit tantam præseferens maiestatem, tantam animositatem ostentans? *ego*, respondet ille, *qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum*, qui scilicet iustitiam, & salutem, quam promisi propugnando, & expugnando comparaui. *Quare ergo rubrum est vestimentum tuum? Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit*, &c. & iterum. *Conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi* deriuaui *in terram virtutem eorum*, idest, sanguinem, in quo robur est animalis. In ijs & similibus locis prophetæ copulare solent cladem cum salute, prælium

Ierem. 2. ℣. 35. Quid sit iudicio contendere cum aliquo. 1. Reg. 12. ℣. 7. Quid significet facie ad faciem aliquid facere. Exo. 33. ℣. 11.

Deut. 5. ℣. 4.

Redemptio Christi duplici nomine, eoque coniuncto solet nominari, nempe strage, & salute.

Tempora, & libertas Messiæ significantur hac prophetia.

Psal. 2. ℣. 8.

Psal. 109. ℣. 6

Isa. 59. ℣. 17.

Isai. 61. & 63.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum victoria, allusione scilicet facta ad diem Aegyptiæ, vel Babylonicæ cladis, vt supra diximus, & quod mirabilius est, hostes ipsos ducis cum militibus confundunt noua dicendi ratione, & nouum atque sine exemplo facinus prædicentes, in quo ijdem essent futuri secundum naturam hostes, & amici, debellati & liberati, enecti atque redempti: tametsi ingenio, moribus, & affectu dissimiles. Etenim peccator duplicem refert personam, & duplici, vt ita dicam, natura subsistit, hominis, atque Dæmonis; illa est militis, ista hostis Christi; illa erat liberanda, ista debellanda; ad illam pertinet annus remissionis, ad istam dies vindictæ; illa comparatur Israëlitis redemptis, ista Aegyptijs, & Babylonijs trucidatis. Vtramque faciem obseruare debemus in verbis Prophetæ supradictis: *In manu forti, & brachio extento, & furore effuso regnabo super vos*. Nam vis armatæ manus, & furor effusus contra Dæmonem militat, regnum vero Dei in homine collocatur, postquam deuictus est tyrannus & foras eiectus, ille iudicatur a Domino, iste vero inducitur in desertum ab hostis ditione remotum, ille constringitur vinculis ferreis, iste ligatur vinculis fœderis. Denique quoniam vtrumque facinus patratum est non ferro, nec vi hostili carnalibus illata, sed sanguine ipsius ducis, qui mortuus triumphauit, effuso aptissime dictum est: *Et indicabor vobiscum ibi facie ad faciem*. Etenim Christus iudicatus, damnatus, & neci addictus, iudicauit causam nostram, & Patris tutatus est iustitiam, hostem quoque communem damnauit, veteremque hominem, qui gerebat Sathanæ imaginem secum crucifixit, *vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato*. Iudicatur itaque nobiscum Dominus cum *de peccato damnauit peccatum in carne*. Quod vero additur: *Facie ad faciem*: allusionem habet ad illud Exodi. *At illi egressi erant in manu excelsa*. Vbi Chaldæus Paraphrastes legit, capite aperto, hoc est non clam, vt fugitiui, sed palam, & in media luce egressi sunt de Aegypto; non se subtraxerunt noctu, sed videntibus Aegyptijs, non trepidantes, sed confidentes exierunt: nam capite nudo aliquid facere, vt est in prouerbio, significat intrepide, confidenter. Vel secundum Vulgatum nostrum, *in manu excelsa*, id est, erectis signis, sublatis vexillis, instructa acie, in manu forti, brachio extento, armisque instructo. Talis vero fuit redemptio nostra, de qua Isaias. *Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in iustitia*. Atque apertius iterum. *Non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, præcedet enim vos Dominus, &c.* Ad eundem enim exitum respiciebat Propheta, in quo tametsi timor egredientium non interceßit; nihilominus non potuit vitari tumultus, & festinatio cogentibus Aegyptijs, & neque farinam fermentari sinentibus. At vero in egressu de Sathanæ potestate neque timor, neque fuga, neque tumultus fuit, sed iudicium & iustitia: examinata enim causa, audita actoris accusatione, atque vadis cautione facta pro reo, lata est ex summo rigore iuris in fauorem humani generis contra Dæmonem sententia, quam pronuntiat Apostolus, dicens. *Nihil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, &c.* Iure igitur nostro (ex quo Christus est caput nostrum) de regno tenebrarum eruti sumus, palam, aperto capite, in manu excelsa, in media luce, vidente & obmutescente aduersario: atque hoc est facie ad faciem iudicari Christum nobiscum, vel nos cum illo iudicato, & damnato redimi, & liberari.

Peccator duplicem refert personam, hominis atque Dæmonis.

Rom. 6. ℣. 6 Ibid. 8. ℣. 3

Exo. 14. ℣. 8 Chaldæus. Capite aperto hoc est nō clam, sed palam.

Isa. 1. ℣. 27. & 52. ℣. 12

Rom. 8. ℣. 1

XXXVII. *Et subijciam vos sceptro meo*. Hebraice & Græce: Transire faciam vos sub virga, more scilicet pastoris numerantis pecora. ac si dicat: Vestri curam geram singularem, nullum patiar in deserto perire, omnes in numerato habebo, & ex nomine appellabo quasi diligens pastor, quia magni vos duco, & magnifacio. Alludere videtur ad factum, cuius memoria est Numerorum libro: Numera mihi summam filiorum Israël per familias, & cognationes suas. Veritas autem prophetiæ comprobata est apud Matthæum. Cum vniuersus Orbis numeratus est Christo nascente, qui legem nouam ferebat, videlicet ne quis deesset tantæ sollemnitati, vel a tanto beneficio se alienum existimaret: volebat enim noster Emmanuel omnium hominum nomina habere in promptu, vt illa scriberet in libro vitæ, seu familiæ suæ, quam aggregare venerat Angelorum cognationibus.

Numerabo vos, vt solet pecora pastor.

Nu. 2. & 3.

Matth. 1.

Et inducam vos in vinculis fœderis. Vel in vinculum fœderis, vt Hebraice legitur, id est, pactum nouum inibo vobiscum, & illius vi adstringam vos mihi: refricat memoriam veteris pacti, cuius mentio est in Exodo, vt nouum promittat, cuius vmbra fuerat illud antiquum. Sed rogas: quomodo adducuntur ex vi pacti, & volentes ij, qui ante reluctantes, & præ metu brachij extenti, atque flagelli cogendi dicuntur? Respondeo, vt supra cœpimus declarare, duplex est homo, terrenus, & cælestis, vetus, & nouus: duplex lex, membrorum, & gratiæ; peccati, & iustitiæ. Vetus homo, & terrenus censetur membrum Dæmonis, & figurabatur in militibus Balthassaris, qui repugnabat Cyro liberatori. Nouus vero per Christum natus, membrumque illius factus, assertori suo sponte nomen dat, & libenter militat sub eius vexillo. Ille victus est, sicut a Cyro Balthassar, non vi armorum carnalium, sed virtute mortis, & resurrectionis eius, qui potens est subijcere sibi omnia. Iste quasi Israëlita a Cyro allectus est, & Christo confœderatus: & sicut facinus Cyri contra Babylonium patratum, fuit insigne Israëlitarum beneficium; sic Christi victoria, & potentia, qua Dæmonis tyrannidem subuertit, maximum fuit beneficium, quo sibi genus hominum demeruit, ad se traxit omnia, non coacte, sed spontanee, vt dicit ipse apud Oseam. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis*. Vt ipse declarat Christus apud Ioannem, dicens. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret*, en vincula, funes, fœdera, lex noua, quæ aureis ligat compedibus, quæ libere cogit, quæ volentes trahit.

Vetus homo quomodo reluctetur Deo nouus uero quam libens det nomen.

Ose. 11. ℣. 4

Io. 3. ℣. 16.

Et eligam de vobis transgressores. Vt olim in deserto Arabiæ increduli periere, neque omnibus, qui educti sunt de Aegypto fas fuit in terram intrare promissam, teste Apostolo. *Omnes mare transierunt, &c. sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*, sic omnes a Christo vocati sunt, pauci vero electi, vt ipse in parabolis Virginum, & sagenæ significauit: alioqui si historiam sequaris, hoc comprobari non potest: nam omnes, qui cum Zorobabele, Esdra, & Nehemia ex Babylone sunt egressi, fausto itinere peruenerunt Hierosolymam, vt ex vtroque libro Esdræ constat apertissime. Bene igitur notarunt Apollinaris, & Theodoretus, per hos electos significari Apostolorum chorum, & illos, qui diuino per eos præconio crediderunt. Polychronius ista de Ieremia, Baruch, & Godolia interpretatur, qui soli euaserunt communem calamitatem inuectam a Babylonijs re ipsa docente quantum sit pietatis lucrum. Ceterum non satis apte: nam neque Ieremias, neque Godolias egressi a Babylonia in terram Israël reuersi sunt, quod factum oportuit, vt de illis hoc Vaticinium intelligeretur.

XXXVIII

1. Cor. 10. ℣. 1.

Apollin. Theodor. Polychr.

Theo-

Theodor. Theodoretus nobis consentiens ea verba impleta A scribit post Christi Crucem, cum Romani Iudæos in seruitutem redactos in omnem terrarum orbem disseminarunt.

XXXIX. *Et uos domus Israel, &c. singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quod si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum pollueritis ultra, &c.* Septuaginta proprium, vt inquit Hieronymus, explicant sensum hoc modo: Vnusquisque adinuentiones suas auferat (vel auferte) & post hæc, si vos audieritis me, & nomen meum sanctum non pollueritis vltra in muneribus vestris, &c. Hebraicus codex hodie sic habet: & vos domus Israël vnusquisque idolis suis ite, seruite, & post quam non estis obedientes mihi, nomen sanctum meum non profa-

Symmach. netis vltra in muneribus vestris. Symmachus, ap- B probante Hieronymo, locum manifestius interpretatus est. Vnusquisque idolis suis euntes seruite, quia noluistis audire me, nomen autem meum san-

Aquyla. ctum nolite vltra polluere per munera vestra. Aquyla Symmacho ex parte consentiens, & ex parte discordans: Ite, inquit, post idola vestra, & seruite eis, quia indigni estis meo imperio, nec me vestra cultura delectat: quod si & in hoc nequaquam audieritis me, sed nomen sanctum meum pollueritis, dum mihi offerre simulatis, quæ offertis idolis, & nomini meo tantam blasphemiam feceritis, vt qui idolorum cultores estis, meos vos esse dicatis, hoc scitote, &c. Variæ sunt, & in speciem aduersæ lectiones ceteræ a vulgata nostra: omnes enim addunt negationem verbo, polluatis, quæ videtur in Latina C desiderari. Ceterum eodem recidunt vniuersæ: nam in Latina subaudiri potest negatio illa per zeugma ex oratione præcedenti, si opus esset. Sed multo elegantius eundem sensum explicat absque negatione: nam in ceteris prohibetur quidem nomen Dei pollui, in Latina faciendum damnatur: quemadmodum & in versione Aquylæ, quem imitatus est Hie-

Hieron. Diuino nomini maior fit iniuria a suis, quam ab alienis. ronymus. Aquylæ igitur paraphrasim lector habeat pro vulgatæ interpretatione. Atque obseruet Deo multo esse ignominiosius a suis, quam ab Ethnicis vilipendi: nam illorum peccatum iniuria est creatoris, sed ignoti: horum vero crimen ignominia est nominis diuini agniti, & despecti. Eadem que-

3. Reg. 18. ℣. 21. rimonia huius versus extat in libro Regum. *Vsque quo claudicatis in duas partes, si Dominus est Deus, se-* D *quimini eum*, &c. Vel Deo soli, quem pro numine habetis, cultum impendite, vel Baal, quem muneribus veneramini, mundi conditorem fatemini: ita enim fiet, vt minus nomini Domini inuratur conuicium, si ab exteris non colatur, quam si a populo suo habeatur despectui, dum munera, quæ illi debentur idolis offeruntur ab ijs, qui de nomine suo gloriantur & lege: non quod Deo noceri possit, ait Poly-

Polychr. chronius, sed quod in eius vergat iniuriam, si vel appellatio, vel cultus ipsius communis sit rebus creatis.

XL. *In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Do-*

Prouocat ad æmulationē Iudæos, admissurum se in Templum pollicitus Israelitas. *minus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel: om-*
nes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi. Vt ad æmulationem prouocet degeneres, & fastidiosos E Iudæos, protestatur, illis egredientibus domo, alios legitimos ingressuros. Ne putetis, inquit, me vestro indigere seruitio: ite, colite idola, vt cœpistis, o domus Israël, illudque scitote vestram rem agi, non meam. Etenim recedentibus vobis a meo cultu, adhærebit mihi omnis domus Israël, atque a me liberata e Babylone, in patriamque remigrans iterum exædificabit Templum in monte sancto meo Sion, gratasque mihi offeret hostias, neque vnquam a mea religione recedet. Sed rogas, qui fieri potest, vt, abalienata domo Israël a cultu Dei, domus Israël Deo adhæreat? Dicerem, bona parte domus Israël a Deo recedente, maximam nihilominus illi extitisse fidelem, iuxta illud Isaiæ, & Apostoli: *Si fuerint filij Israel sicut arena maris, reliquiæ secundum electionem saluæ fient.* Ceterum hoc responsum non patitur sequens oratio: *Omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi.* Ex vi cuius fateri cogimur de alia domo Israël sermonem instituisse. Ergo doctore Apostolo nouimus duas esse domus Israël, carnalem alteram, alteram spiritualem, vnam naturalem, alteram insititiam; vnam progenitam ex semine Iacob, alteram ex fide: *non enim omnes,* ait *Rom. 9. ℣. 6* Paulus, *qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ; neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine*, &c. ergo carnali domui Israël comminatur Deus, nisi sibi dicto audiens fuerit a se amandandam omnino, atque in eius locum vocandam, & inferendam spiritualem domum Israël, hoc est, nationem gentium, ex quibus potissimum constat Ecclesia. Eadem dicendi ratio extat in Isaia, vbi montis etiam excelsi, & sancti mentio est: *Et erit in nouissimis diebus præparatus*, stabilis, firmus, *mons domus Domini in uertice montium, &c.* Christi religio, quæ dogmata, & institutа habet a sensibus remota, & supra humanum captum eleuata, *& fluent ad eum omnes, &c. Et dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, &c. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini, &c.* Vides, gentes inuitare domum Iacob carnalem ad domum Iacob spiritualem, hoc est, Ecclesiam Christi? præcedebant itaque gentes in itinere, & Iudæos cunctantes cohortabantur: neque segnius conscendebant per arduas aceliuis montis semitas, quam solet torrens Cedron per eiusdem montis decliuia sese præcipitare. *Fluent*, inquit Vates, *ad eum omnes gentes.* Fluere vero, Hebraice נהר, nahar, torrentium est proprium, cum se demittunt per montium prærupta: consonant itaque sibi Prophetæ vtriusque carmina. Sed his consentanea tractauimus supra.

Duplex domus Israel, altera carnalis, spiritualis altera.

Isa. 2. ℣. 2.

In terra, sancta scilicet, aut promissa, hoc est, Ecclesia, quam illa altera præsignabat. *Sup. c. 10. & 11.*

In qua placebunt mihi. Hebraice ibi occurram eis, accurram ad eorum amplexus: ibi eos beneuolentia prosequar, vel amantissime amplectar sic in Isaia. *Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*, id est, sicut sponsus, sic Deus. Hebraice pro gaudebit est ישיל, baghal, quod significat adamauit, ardenter amauit, duxit in vxorem, vt ea frueretur, fruitus est, potitus est optatis nuptijs, in delicijs habuit. Obserua Christi amorem ardentissimum erga Ecclesiam, propter quam reliquisse dicitur patrem, & matrem, vt adhæreret vxori suæ. Hebraice, ודבק, vedabaq, & agglutinabitur, quomodo etiam reddidit Matthæus, προσκολληθήσεται, proscolletheseтæ, sumpta metaphora ab ijs, quæ glutino sic committuntur vt putes vnū esse. Sed de hac re superius multa. Vide quæ eodem capite Isaias prædixerat: *Vocaberis uoluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur, &c.* nam delicias suas in hominibus locat qui seipsum contemplans felicissime viuit.

Isa. 62. ℣. 5.

Christi ardentissimus in Ecclesiam amor ostenditur.

Gen. 2. Matthæus. c. 19. ℣. 5.

Et ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum. Primitiæ, Hebraice dicuntur תרומות, therumoth: est autem therumah in singulari eleuatio, leuanda oblatio, quam quis Deo dicat, in Templo eleuandam, id est, donarium, anathema in Templo

Primitiæ eleuatio, siue oblatio pro eodem sumitur.

plo ſuſpendendum; vel quod dum offertur, eleuatur coram Deo. Vulgatus primitias, vel oblationem ſolet vertere. *Initium decimarum.* Hebraice, primitias donorum: nam משאת maſah, eſt munus, tributum, cenſus, debitum, veluti in libro Paralipomenon, *Inferre de Iuda, & Ieruſalem pecuniam, quæ conſtituta eſt a Moyſe ſeruo Domini.* Hebraice, onus, cenſus, munus Moyſis: idem in Prouerbijs. *Qui ſpondet pro oneribus*, ideſt, debitis. & in Geneſi. *Maiorque pars uenit Beniamin.* ideſt, portio, munus. Pecunia hæc erat ſemiſiclus, didrachmus, quem pendebant ſinguli per nomina recenſiti, vt habetur in Numerorum libro, & in Matthæo: de qua in Commentario de numiſmatis Hebræorum. Latius itaque patet nomen משאת, maſah, quam decima: appellatur autem a Hieronymo decimæ nomine, quod ſit tributum impoſitum, ſicut & decimæ, non vero ſpontaneum denarium, quales erant primitiæ.

2. Paral. 24 ℣. 6.
Prou. 22. ℣ 26. iuxta Hebr.
Geneſ. 43. ℣. 34.
Num. 30.
Matth. 10.
Hieron.

Sãctitas ſiue ſanctificatio late patet.

In omnibus ſanctificationibus veſtris. קדש, qodes, ſanctitas, vel ſanctificatio late patet: nam & ſanctuarium ſignificat, & oblationem Deo factam, item feſtiuitatem ſacram, & quidquid diuino cultui dedicatum eſt, vt alibi oportunius dicemus. Hoc loco pro ferijs ſacris videtur vſurpari, ſi ſuperioribus nectenda eſt oratio, hoc ſenſu: In vniuerſis feſtis, & ſollemnitatibus veſtris primitias, & decimas, donaria & tributa a vobis vel oblata ſuſcipiam, vel offerenda curabo. Si autem ſubſequenti periodo reſpondeat hæc ſententia, tunc ſanctificatio oblationem, munusve in vniuerſum ſignificat, quia Domino ſanctificatur, vt habetur in Leuitico. Fructus tribus annis immundi ſunt, quarto Deo ſanctificantur, quinto profani, & communes omnibus: vide Ieremiam. *Plantabunt plantantes*, & profanabunt, ideſt fruentur fructibus: & in Leuitico. *Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt, & illi ſanctificantur.* & infra: *Omnium decimarum ouis, & bouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quidquid decimum venerit ſanctificabitur Domino.* ad quem locum videtur alluſiſſe Propheta in præſenti, quoniam ſuperius dixerat: *Subijciam vos ſceptro meo*, vel tranſire faciam ſub virga: id eſt, quaſi paſtor proprius numerabo gregem mihi carum; nunc addit: Non decimum quemque tantum mihi ſanctificabo, ſed ſingulorum decimas, & vota, &c. vt is ſit loci ſenſus: In omnibus ſacrificijs, votis, & oblationibus veſtris eritis mihi grati quaſi incenſum ſuaue olens, & thymiama fragrantiſſimum: nam hoc eſt quod ſubditur.

Leuit. 19. ℣. 24.
Ierem. 31. ℣. 5.
Leuit. 27. ℣. 30.

XLI.

Quam accepta ſint Deo iuſti, eorumque oblationes.

In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos. hoc eſt, proſequar vos fauore, & beneuolentia, eritis mihi cariſſimi, placebitis mihi in modum odoris ſuauis, tanquam odoratum incenſum cum nomini meo adolebitur. Hebræa vox ניחוח, nihoach, a verbo נוח, noach, conſedit, requieuit, ſignificat quietem, recreationem, refocillationem, id, in quo ſenſus, vel deſiderium conquieſcit, vt in libro Iob: *Requies autem menſæ tuæ erit* refocillatio *plena pinguedine* ſcilicet, ſeu delitijs, & in Geneſi. *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.* & in Exodo idem repetitur de holocauſto. Paulus eam vocem reddidit Græco nomine εὐωδία, euodia. *Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis*, vel bonæ fragrantiæ. Idem iterum *Chriſti bonus odor ſumus.* & iterum. *Repletus ſum*, accepi *quæ miſiſtis odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam.* &c. vbi præſentem quoque verſum Prophetæ declarauit Apoſtolus.

Iob 36. ℣ 16.
Gen. 8 ℣ 21
Exo. 29. ℣ 18.
Eph. 5. ℣. 2
2. Cor. 2. ℣ 15.
Philip. 4. ℣. 18.

Vocatio gentium.

Cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas diſperſi eſtis. Diximus ſupra huiuſmodi promiſſiones ampliſſimas quadamtenus adumbratas potius quam comprobatas fuiſſe in reditu Iudæorum de Babylone, impletas vero & conſummatas in gentium vocatione, ex quibus pro maiore parte conſtat Eccleſia: gentium enim vocationem illa libertas per Cyrum facta ſignificauit apriſſime, quod filij Iſraël ab Aſſyrijs, & a Babylonijs abducti, in varijsque Aſiæ prouincijs diſſeminati, vulgato Cyro edicto auide confluxerunt Babylonem, poſitiſque ſimultatibus, & idololatrijs Zorobabelem ducem, Ieſum vero ſacrorum Pontificem ſequentes vno animo, eademque voluntate Hieroſolymam aſcenderunt inſtauraturi Vrbis patriæ, templique ſancti ruinas: quæ quidem res imago expreſſa fuit vocationis gentium ex quattuor mundi regionibus ad Eccleſiam ſub Chriſto duce, & ſacerdote æterno inſtaurandam, & renouandam. Quapropter a diuinis vatibus fere ſemper ſub ea comparatione redemptionis Babylonicæ Chriſti redemptio prædicitur, vt ab Ieremia. *Propterea ecce dies uenient, dicit Dominus, & non dicetur ultra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti, ſed uiuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de uniuerſis terris, ad quas eieci eos, & reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum*, &c. & inferius. *Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis ad te gentes uenient ab extremis terra, & dicent: uere mendacium poſſederunt patres noſtri, uanitatem, quæ eis non profuit*, &c. Sed eius argumenti ſunt plurima vaticinia Prophetarum.

Ierem. 16. ℣. 14.

Et ſanctificabor in uobis in oculis nationum. Glorificabor, ſanctus, potens, mirabilis prædicabor, non ſecus atque olim cum patres veſtros ex Aegypto eduxi: (*Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius*: id eſt: Iudæa occaſio fuit celebrandi nominis diuini, & Iſraël materia oſtendendæ ſuæ potentiæ) tum geſta præclara, quæ in vobis redimendis committam, tum veſtra viuendi ratio, & inſtitutum pluſquam humanum meam potentiam & bonitatem longius prædicabunt, quam redemptio Aegyptiaca, tranſitus maris rubri, vel legiſlatio montis Sinai potuit vnquam commendare. Itaque *in nobis* dupliciter accipi poteſt, paſsiue ſcilicet, vt dicunt, & actiue, in vobis liberandis, extollendis, vel in veſtra ſanctitate, pietate, & religione. Vtraque laus cumulatior Chriſto poſt crucem, quam Deo Patri poſt tranſitum maris rubri acceſsit, etenim quanto maiora pro nobis moriens oſtendit caritatis ſigna, tanto ardentius pectora humana in ſui amorem inflammauit, ita vt cum redemptore ſuo in amore referendo contenderent, & a nomine eius exornando nunquam ceſſarent. Paulus. *Vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.* Iſaias. *Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit.* Zacharias. *Et poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in prælio.*

Sanctificatio fidelium magna laus Chriſto.
Tit. 2. ℣. 10
Iſa. 43. ℣. 21
Zac. 10. ℣ 3

XLII.

Et ſcietis quia ego Dominus. Scientia practica, quæ importat cognitionem & pietatem, quæ ſcilicet ab intellectu deſcendit ad affectum, totumque hominem peruadit: nam ideo dicitur vnguentum a Ioanne. *Vnctio eius docet vos.* Vide pro ea analogia pſalmum. *Sicut unguentum in capite quod deſcendit in barbam, barbam* extremam vſque barbam *Aaron, quod deſcendit in oram ueſtimenti eius: ſicut ros Hermon* (& ſicut ros) *qui deſcendit in montem Sion*, &c. non ſecus fides complere ſolet totum fidelis animum, illius mentem illuſtrando, atque affectum ſuauiſsima amoris dulcedine leniendo.

1. Ioan. 2. ℣. 27
Pſal. 132. ℣ 2.

Suauis mentis illuſtratione, & amoris dulcedine.

Scietis quia ego Dominus. Olim in Aegypto, in mari rubro, in monte Sinai, in manu forti brachioque extento dimicans pro Iſraëlitis vix agnoſci potuit, quia ipſe eſſet Dominus: cum vero in Cru-

cem

cem elatus dispersos Israël collegit a quattuor A ventis, tum demum agnitus fuit, & habitus rex regum, & Dominus dominantium, & singulari honore ab vniuerso mundo exceptus.

XLIII. Quem vexatio non dat, dat beneficentia intellectum. Iob. 42. ℣. 5. Ierem. 31. ℣. 19.

Et recordabimini ibi viarum vestrarum. Tantis prouocati beneficijs redibitis ad cor, & quem vexatio non dedit, dabit beneficentia intellectum: pudebitque vos admissorum criminum,& præteritæ ingratitudinis. *Auditu auris*, inquit Iob, *audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo*, fastidio mihi sum, *& ago pœnitentiam in fauilla,& cinere.* & Ieremias: *Postquam ostendisti mihi*, B quanti me fecisses, *percussi femur meum*, ductus pœnitentia me ipsum corripiens, id enim est quod sequitur.

Varia signa veræ pœnitentiæ. Symmach.

Et displicebitis vobis. Septuaginta: Et percutietis facies vestras, palmis scilicet, in vos ipsos merito indignantes. Symmachus: & paruuli vobis videbimini: quæ editiones varia signa ostendunt veræ pœnitentiæ, sui displicentiam, indignationem, despectum, atque abiectionem extremam.

XLIV. Maximus Dei amor,& liberalis ostenditur caritas. Eph. 2. ℣. 4

Cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas. Redemptoris nostri C purus, & syncerus amor, quo vitam dignissimam pro sceleratissimis vltro posuit, mundum vniuersum expugnauit, & Crucifixo subiecit: quare Paulus ait. *Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos* Deus, filium suum misit in similitudinem peccati: non ob spem acquirendi honoris, vel lucri, non ob præcedentia merita, vel futura hominum obsequia, non sibi consulens, sed nobis vt benefaceret,bene voluit, & amauit. Sed parua sunt ista si maioribus comparentur. Non modo nihil sibi a nobis promittens lucri,vel promeritus commodi immerentes & inutiles dilexit, sed male acceptus a nobis, lacessitus, prouocatus, & grauissime infensus, cum maximum timeri poterat supplicium, tunc temporis exuberantissimum effudit suæ dulcedinis fluuium: nimius videri posset, & prodigus nisi Deus esset, qui non potest non esse profusus. Discant filij æmulari optimum parentem, ne sint vel in amando parci, vel in largiendo inuidi: & sciant eo vno facinore præclarissimo declarari legitimos Dei filios,si inimicos diligant,& bene illis faciant a quibus habentur odio,alioqui futuri degeneres. *Diligite*, inquit, *inimicos vestros, benefacite eis, qui oderunt vos, &c. vt sitis filij patris vestri, &c.* Obserua secundo ex hoc facto, Deum sibi promittere, quod scribit Apostolus: *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, &c. hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius*, hoc est, rubore suffundes faciem illius, vt supra explicabamus, nam idem est facies percutere, aut operire palmis, atque erubescere: idemque valet paruulum sibi apparere, atque confundi & verecundari.

De inimicorum dilectione.

Matth. 5. ℣. 44.

Rom. 12. ℣. 20.

INITIVM CAPITIS VIGESIMIPRIMI IVXTA HIERONYMVM.

XLVI. *PONE Faciem tuam contra viam Austri.* Hoc parabolicum Vaticinium connecti solet in Biblijs editionis vulgatæ cum capite præcedenti. Hieronymus vero ab eo exorditur nouum commentarium, initium faciens a capite vigesimoprimo, eo fortasse consilio quod eiusdem sit argumenti vtrumque Vaticinium, hoc solo diuersum; quod hoc ænigmaticum sit, illud apertum.

Ierusalem saltui comparatur & quare.

Fili hominis, pone faciem tuam contra uiam Austri, D *& stilla ad Africum, & propheta ad saltum agri meridiani.* Constat ex initio capitis vigesimiprimi secundum vulgata Biblia, parabolam dirigi contra Ierusalem: etenim eodem tenore verborum repetitur: *Pone faciem tuam ad Ierusalem,& stilla ad sanctuaria*, &c. Erat Ezechiel in Babylone cum hanc prophetiam suscepit. Babylon autem Ierosolymis est Aquilonaris. Vnde Ieremias existens Ierosolymis ollam incensam vidit a facie Aquilonis, & Babylonium iræ Dei ministrum in habitatores terræ sæuientem ea visione repræsentatum intellexit. E E contrario Ierusalem respectu Babylonis vergit ad Africum, qui medius est inter meridianum, & Zephyrum: est enim in gradu latitudinis quadragesimo secundo cum Babylon sit in quadragesimoquinto atq. in gradu longitudinis sexagesimo sexto,cum Babylon obtineat septuagesimum nonum. Itaq. ex æquo dici potest (si sphæram rectam considerem)Occidentalis regio respectu Babylonis sicut Australis.Ceterum in sacris literis illa Australis,Babylon vero Aquilonaris statuitur;ratione habita ad situm terræ promissæ,cuius caput ad Aquilonem potius spectat, quam ad Septentrionem. Quare scriptores sacri libenter inuertunt sphæram ad dispositionem patriæ orbis totius nobilissimæ, capitisque vniuersi, vt diximus capite quinto,Austrumque vocant eam regionem,quæ Africum aspicit, vtpote quæ opposita est proprio illorum Septentrioni, qui est Aquilonis:propterea Vates existens in Babylone iubetur respicere contra viam Austri, hoc est, contra Ierusalem quæ vergebat ad Austrum: deinde vero exactius nominata regione eadem, iubetur stillare contra Africum, quod Ierusalem directe Africum spectet respectu Babylonis. Neque vero quemquam decipiat initium capitis vigesimiprimi, in quo eadem prophetia repetitur explicatius, & loco Africi ponuntur sanctuaria, vt inde colligat Vrbem quidem aspicere Austrum, Templum vero Africum, hoc enim esse non potest, cum vrbs superior respectu Templi non secus Africana sit, quam respectu Babylonis, Templumque respectu Vrbis Aquilonem recta prospiciat, vt ex Vrbis delineatione, quam secunda parte inseremus,constare potest. De tota ergo vrbe hic sermo est, quæ modo Australis modo Africana dicitur ob rationes prædictas.

Et stilla. Stillare Hebraice נטף, nataph,idem sonat, quod Latinis,scilicet guttatim effundere, vel emittere, vt in libro Iudicum. *Cœli ac nubes distillauerunt aquis.* transfertur etiam ad sermonem, sicut & pluere, quod eloquium cum quadam suauitate ad pluuiæ similitudinem fluat, & auribus auscultantium blande illabatur. Sic Iob. *Super illos stillabat eloquium meum:* & in Deuteronomio. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.* Quoniam vero cum guttæ pluuiæ raræ cum impetu cadunt, indicium sunt grauioris procellæ impen-

Iud. 5. ℣. 4.

Stillare seu pluere idem quod loqui.

Iob. 29. ℣. 22. Deuteron. 32. ℣. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendentis: ſtillare in ſacris vſurpatur pro comminari aut vaticinari imminentem calamitatem, ſiue vt ait Hieronymus, non totam ſimul iram effundere, ſed paruas ſtillas: comminatione denuntiare, vt in Amos. *Et non ſtillabis ſuper domum idoli, &c.* & in Michæa. *Non ſtillabit ſuper iſtos, &c.* & Iob. *Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* tametſi alibi ſynonymum eſſe videatur cum verbo ſæuire, vt in libro Paralipomenon: *Non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem.* & iterum: *Idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum, & non extinguetur*, &c. In præſenti idem videtur eſſe quod prophetare, vt patet ex oratione ſequenti per ſynonymiam replicata.

Stillare pro comminari. *Hieron.*

Amoſ. 7. ℣. 16. *Michæ. 2. ℣. 6.* *Iob. 26. ℣. 14.* *2. Par. 12. ℣. 7. & 34. ℣. 25.*

Et propheta ad ſaltum agri meridiani. Paulo inferius, vbi Propheta parabolam explanat, pro ſaltu meridiano ſtatuit humum Iſraël, quaſi regionem totam Iſraëliticam ſaltum agri appellaſſe videatur quod ſit montuoſa & nemoroſa. Cui ſententiæ fauent quæ ſequuntur: *Et comburetur in ea omnis facies ab Auſtro uſque ad Aquilonem*, quæ competere non poſſunt vrbi priuatæ, ſed potius in latum patenti regioni. Ita quoque ſenſit Polychronius: Indicat inquit, fore, vt non modo capiatur Vrbs, ſed etiam omnem regionem finitimam peruadat malum. Idem inferius, Saltum agri dicit incolarum cœtum, & quos putabat Sedecias ſe habiturum ſocios, vt vndique illis ſpem ſalutis præcîdat. Theodoretus tamen ex Hieronymo hæc de Ieruſalem dicta exiſtimat, eamque appellatam quercetum (ſic enim ipſius habet codex) propter fructuum ſteriliratem: tale enim eſt quercetum, & propter mentis duritiam, ea enim eſt quercus natura; & propterea quod citra ordinem conſita ſunt in querceto ligna, ſed multa eſt in illis confuſio, & inſuper quia ferarum receptaculum eſt quercetum: & hæc omnia facile inuenientur id temporis in Ieruſalem fuiſſe.

Polychr.

Theodor.

Et dices ſaltui meridiano, &c. hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuccendam in te ignem & comburam in te omne lignum uiride & omne lignum aridum. Hieronymus: lignum viride & aridum, id eſt, ſanctos & peccatores, vt alij captiuitatis mala effugiant morientes, alij ſupplicijs tradantur æternis. Theodoretus commoratus eſt in translatione, & cum ſyluam Ieruſalem vocarit, iure etiam hoſtium exercitum ignem nuncupat; & ligna combuſta eos qui ab ipſis interfecti ſint; lignumque viride & lignum aridum, & diuitijs elatos & pauperie oppreſſos. Scholiaſtes: Hoc eſt, & principes & ſubiectos; & ſenes & iuuenes; & diuites & pauperes. Ceterum Hieronymi ſenſum probat ipſe Propheta paulo inferius: *Et occidam*, inquit, *in te iuſtum & impium, &c.*

XLVII.

Hieron.

Theodor.

Scholiaſt.

Hieron.

Non extinguetur flamma ſuccenſionis. Vt ne iterum Iudæi ſuſpicarentur vnius alicuius partis fore captiuitatem vt antea; propterea hanc illorum expectationem fallacem demonſtrans adiunxit illud: *Et non extinguetur flamma ſuccenſionis*, hoc eſt, ſuccenſa, vt etiam verterunt Septuaginta.

Eluitur ſiplax Iudæorum ſpes ſeu potius præſumptio.

Et comburetur in ea omnis facies ab Auſtro uſque ad Aquilonem. Rabbi Dauid: eorum qui euaſerint gladium facies comburentur in captiuitate præ pudore ſcilicet: qui Commentarius ſupponit phraſim quam paulo ſuperius expoſuimus in fine capitis vigeſimi. Carbonibus ignis comburere faciem, vel carbones congerere ſuper faciem vel caput alicuius, eſt illum ad verecundiam adducere: neque expoſitio diſplicet contextui: poſſumus tamen fortaſſe aptius per facies intelligere quidquid in regione illa amœnum erat, quidquid apparebat, quod ſpectabile & pulchrum erat: nam nomen פנים, panim, fere ſonat exteriorem ſeu anteriorem aſpectum non modo perſonarum, ſed etiam rerum. Vnde & aquis tribuitur in Geneſi. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* tribuitur etiam regno. Pſaltes. *Non auertas faciem Chriſti tui:* id eſt, ne regni tui Iſraëlitici ornamenta & ſplendorem corrumpas: at ſatis ſuſe egimus de facie capite primo: docte itaque Scholiaſtes: Vniuerſam, inquit, regionem circuibit calamitas, non vnam aliquam partem peruadet tantum. Theodoretus qui præcedentia de Ieruſalem interpretatus erat, hunc verſum aliquantum diſtorquet: Deinde docet, inquit ille, interiectas quoque gentes calamitatis participes futuras: ait enim, *& comburetur in ea, &c.* Neque aduertit interiectas gentes a Babylone ad Ieruſalem non eſſe in ea, ſcilicet vrbe, comburendas, ſed in ea regione, in eo tractu terræ ſanctæ: quare de regione præcipue locutum eſſe Prophetam ſuperius docuimus.

Comburetur facies, id eſt rubore ſuffundetur. *R. Dauid.*

Facies ſignificat omne pulchrum & viſui amœnum.

Gen. 1. ℣. 2. *Pſal. 131. ℣. 10.*

Scholiaſt.

Theodor.

Et dixi: A a a Domine Deus: ipſi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iſte? Rabbi Dauid: Ne mittas me, inquit, vt parabolice loquar, ipſi enim dicunt ſermonem meum non eſſe propheticum, ſed ad oſtentationem ingenij compoſitum. Theodoretus & Scholiaſtes. Ego quidem populi incredulitatem Domino indicaui cum dicerem eos opinari parabolam eſſe, quæ dicerentur, non autem vera: ipſe vero Dominus, quæ parabolice dicta fuerant, apertius me proferre iuſſit, & ita ait.

XLIX.

R. Dauid.

Theodor. *Scholiaſt.*

EZE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Gladium Regis Babylonis ſtragem magnam facturum in terra Iſraël, atque in filijs Ammon; eaque peracta, Babylonium in terra ſua perdendum prædicit Vates.

I. ET factus eſt ſermo Domini ad A me, dicens:

II. Fili hominis pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſrael:

III. Et dices terræ Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum, & impium.

IV. Pro eo autem quod occidi in te iuſtum, & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonem: B

V. Vt ſciat omnis caro quia ego Dominus, eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem.

VI. Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis.

VII. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. C

VIII. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

IX. Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Loquere: Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus. D

X. Vt cædat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat, limatus eſt: qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum.

XI. Et dedi eum ad leuigandum vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt vt ſit in manu interficientis.

XII. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſrael, qui fugerant: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper fœmur,

XIII. Quia probatus eſt: & hoc, cum ſceptrum ſubuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus.

XIV. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit,

XV. Et corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

XVI. Exacuere, vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, quocumque faciei tuæ eſt appetitus.

XVII. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus locutus ſum.

XVIII. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

XIX. Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambæ: & manu capiet conjecturam, in capite vię ciuitatis conijciet.

XX. Viam pones vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſſimam.

XXI. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiſcens ſagittas: interrogauit idola, exta conſuluit.

Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

XXII. *Ad dexteram eius facta est diuinatio super* A *Ierusalem vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones.*

XXIII. *Eritque quasi consulens fruſtra oraculum in oculis eorum, & sabbathorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.*

XXIV. *Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quod recordati estis, manu capiemini.*

XXV. *Tu autem profane, impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita:*

XXVI. *Hæc dicit Dominus Deus: Auser cidarim, tolle coronam: nonne hæc est, quæ humilem sublevauit, & sublimem humiliauit?*

XXVII. *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem po-* B *nam eam: & hoc non factum est donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei.*

XXVIII. *Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, & dices: Mucro, mucro euaginate ad occidendum, limate vt interficias, & fulgeas,*

XXIX. *Cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia: vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum uenit dies in tempore iniquitatis præfinita.*

XXX. *Reuertere ad vaginam tuam in loco, in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te,*

XXXI. *Et effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum.*

XXXII. *Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego Dominus locutus sum.*

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMIPRIMI.

II. PONE *Faciem tuam ad Ierusalem* C *& stilla ad sanctuaria & prophetа contra humum Israel, &c.* Sanctuaria memorat numero multitudinis quia duo erant, aula exterior, & cella interior; illa dicebatur sanctum, hæc sanctum Sanctorum. *Hieron.* Hieronymus: Quia supradixerat, ipsi dicunt ad me, nunquid per parabolas loquitur iste? & apertam populus flagitabat sententiam; idcirco id quod Dominus per metaphoram siue parabolam, &, vt alij vertere, prouerbium; D est locutus; nunc manifestius loquitur; saltus Hageb & Darom, & Theman esse Ierusalem, & Templum illius sancta Sanctorum, & omnem terram Iudææ, flammamque, quæ combustura sit saltum intelligi gladium deuorantem, qui eductus sit de vagina sua, vt interficiat iustum & impium: hoc est enim lignum viride, & lignum aridum. Vnde & Dominus; *Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Quodque ibi dixerat: *Et uidebit vniuersa caro quia ego Dominus succendi eam*, hoc est, syluam, siue flammam, nec extinguetur; hîc alijs verbis loquitur: *Vt sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrenocabilem.* Vere enim contra Ierusalem non est flamma sopita, nec extinctum incendium, nec reuocatus gladius, quia modicum tempus in medio, & Ierusalem cum Templo suo Babylonio igne succensa est, &c. *Luc. 23. ℣. 31.*

III. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te.* Aposiopesis est, quæ vehementem notat indignationis diuinæ furorem: quasi dicat: mecum congressura es o ciuitas impia, non cum homine aliquo carnali. Veniet quidem in te Babylonius, sed eius exercitus ego ipse dux ero, ego primus in te gladium meum vibrabo, arcum meum contendam, & in eo parabo *vasa mortis*, lethalia tela, *sagittas ardentibus* aculeis *Ps. 7. ℣. 14.*

aculeis munitas, nunc vide, an pares habeas viros ad pugnandum mecum? an sustinere valeas, vel declinare ictum gladij dextera mea vibrati? *Et ejciam gladium meum de vagina sua.* Vagina Theodoreto, Dei est longanimitas, gladius supplicium. *Theodor.* Euaginare gladium, aliquando terminum ponere patientiæ, & iustitiam exercere. Vnde in Genesi ait Dominus. *Non permanebit spiritus* (furor) *meus in homine in æternum,* vel non luctabitur, non erit sicut in vagina, non continebitur, frenabitur. *Genes. 6. ℣. 3.* & apud Isaiam. *Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul* tarditatem supplicij grauitate compensans. Atque hæc in metaphora. quoniam vero Nabuchodonosor reuera exercuit hanc cædem Dei nomine, ipse nomine gladij intelligendus venit. Vnde Isaias *Isa. 42. ℣. 14.* ait. *Radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen sunt in Rege Assiriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* & in psalmo. *Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.* Vbi Hieronymus: Ab impio, qui est gladius tuus, à viris, qui sunt manus tua, scilicet, per quos exeris vires tuas, & supplicia exerces. Sennacherib *virga furoris Dei* appellatur ab Isaia. *Isai. 7. ℣. 20.* *Psal. 16. ℣. 13.* *Hierony.* *Isai. 10. ℣. 5.*

Et occidam in te iustum, & impium. Oppositum extat in Genesi ab Abrahamo allegatum: *absit a te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatq. iustus, sicut impius: non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram,* repugnat enim eum esse iniquum, qui vniuersalem, & summam habeat administrationem populorum, à cuiusque sententia appellare non liceat. Item supra *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur,* &c. Ceterum ibidem huius quæstionis solutio multis est explicata. Sed nihilominus addendum videtur hoc loco Vatem iustos appellasse per catacresim, eos, qui tales videbantur, cum reuera fontes essent, & supplicium mererentur. Sicut apud Mattheum. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam,* id est, eos, qui se existimant iustos, vt ibidem omnes interpretantur cum D. Chrysostomo. atque ita intellexisse videntur Septuaginta, qui pro iusto, & impio conuerterunt, iniquum, & iniustum, videlicet sensum potius explicantes, quam verba, tametsi Hieronymus illorum versionem non admodum probet. Nescio, inquit, quid Septuaginta iniquum, & iniustum interpretati sunt, quasi non idem vtrumque significet. respondemus enim Hieronymo non idem esse vtrumque, sed iniquum significare hoc loco eum, qui talis est in corde; iniustum verò eum, qui foris talem se prodit. *Supra 18. cap. ℣. 4.* *Matthei. 9. ℣. 13.* *Chrysost.* *Hierony.*

Quomodo cum dei iustitia conueniat iusti cũ impio mors.

In quo differant iniquus, & iniustus.

Pro eo autem quod occidi in te iustum, & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsque ad Aquilonem.

IIII.

Et sciet omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium de vagina sua irreuocabilem. Ex quo semel ad te puniendum exemi gladium, exercitumque Babyloniorum eduxi de Chaldæa, par est, vt in reliquas etiam nationes, quibus cum eadem tibi causa est, eadem vltio exerceatur. quandoquidem tantam eladem exercui in te, quæ de meo vocaris nomine, ius omne postulat, vt à vicinis gentibus, quæ tibi per inuidiam insultarunt, similes pœnas repetam, nec ante reuertatur in patriam Chaldæus, quam meam in te, tuam in illis iniuriam vindicem. Sic apud Ieremiam dominus. *Bibentes bibetis, quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes; gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit dominus exercituum.* Hoc est, quod sequitur. *Et sciet omnis caro,* &c. id est, omnes gentes nouerint me, qui semel extraxerim gladium de vagina sua, non frustra illum exemisse, neque reponendum in thecam prius, quam expleuerit vindictam. R. Dauid: Eo, quod exercui in te grauem, ac seueram vltionem, de qua inimici tui lætati sunt, atque mihi auxiliati sunt in furore aduersus te, vt inferrem tibi maius malum, propterea, &c. Ingeniosum, textui gratum, & sacris scripturis accommodatum commentarium. in quibus legimus Deum post illatam plagam populo suo, deferuescente furore, iustam indignationem aduersus eos cõuertere, qui Deum ipsum irritauerant ad vindictam, vt in Zacharia. *Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum.* & in libro Paralip. *Iratus Dominus deus patrum vestrorum contra Iuda, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret vestra crudelitas, & peccastis super hoc Domino Deo vestro.* & in Psalmo. *Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt* irrisiones, & probra. Aliud est percutere, aliud persequi ad internecionem: illud est patris, hoc vero hostis; illud facit iustitia, hoc liuor; illud Deus sibi tribuit in Christi morte, dicens apud Isaiam. *Propter scelus populi mei percussi eum,* & Christus ipse & ipsum Patri ascribit, hoc loco psalmi; istud vero sanguinarijs Iudæis imponit. Quam bene Gregorius, dum Iobi plagas recenset, subdit: Communis fuit causa, commune factum, non vna voluntas. & Augustinus enarrans illud Pauli: *Pro nobis omnibus tradidit illum,* ait: Tradit Filium Pater, tradit Iudas: in eodem facto Deum laudamus, Iudam detestamur; quia Deus nostri amore filium percussit, Iudas, & Iudæi persecuti sunt, & ad mortem acerbissimam innocentem postularunt. Videtis, ait Augustinus, quia non est considerandum, quid fiat, sed quomodo fiat. Merito itaque Deus conuertit manum aduersus gladium ipsum, quo percusserat, atque contra eos, per quorum manus sum pserat de Israelitis vindictam. *Ieremi. 25. ℣. 28. et 29.* *R. Dauid.* Deus post illatam populo suo plagam indignationem suam effundit in eos, qui irritauerant Deum ad vindictã. *Zachar. 1. ℣. 14. & 15.* *2. Paral. 28. ℣. 9.* *Psal. 68. ℣. 27.* Discrimen inter percutere, & persequi. *Isai. 53. ℣. 8.* *Grego. 14. moral. cap. 25.* *August. tract. 7. in Ioan.* *Paulus Roma. 8. ℣. 3*

Et tu fili hominis, ingemisce in contritione lumborum. Quoniam exempla, & facta magis mouent, quam verba, iubetur Vates dolorem, quem animo conceperat ex reuelata clade, Hierusalem significare gemitibus, & suspirijs, qualia solent esse parturientibus propria. nam hoc significat *in contritione lumborum,* id est, præ contritione, quasi dicat: Ingemisce, eiulare, quasi parturiens solet præ dolore vehementi. Sic Isaias: *Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis.* *Isai. 21. ℣. 3.*

Et in amaritudinibus ingemisce coram eis, id est, ex animi amaro sensu, præ dolore mortifero. Amarum enim epithetum est perpetuum mortis propter eius acerbitatem, vt in psalmo. *Intenderunt arcum, rem amaram,* vel acerbam mortem, *vt sagittent in occultis immaculatum:* & in libris regum. *Siccine separat amara mors.* inde aquæ amaritudinum propinantur suspectæ de adulterio, non quod essent amaræ gustui, sed quod haustæ a noxia secum conuehebant mortem amarissimam. Obserua hoc præceptum non fuisse inane, sed efficax, quo scilicet accepto, repente correptus est tam acerbo lumborum dolore, vt quæ iubebatur, vel inuitus exequeretur. itaque coactus est profunde ingemiscere cum magno animi sensu, & angustiam morti similem suspirijs testari. tanti stat prophe-

Mors dicitur frequenter amara propter acerbitatem. *Psal. 63. ℣. 4.* *1. Reg. 15. ℣. 32.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Vide quanti ſtet prophetis populi ſalus.

tis populi ſalus. ſed hoc non eſt nouum miniſtris Dei. Vates noſter ſupra ligatur vinculis, & raditur nouacula: migrat è domo ſua, atque Iſaias diſcalceatur, & nudatur, &c.

Supra cap. 3. & cap. 5. & 12. Iſai. 20.

Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis, dices pro auditu, quia venit. Auditus, vel auditio eſt id, quod auditur. Hebræi enim obiectis accommodant nomina actionum, & potentiarum, vt Habacuch. *Domine audiui auditionem tuam, & timui*, id eſt, famam, hiſtoriam, geſtum tuum, & Iſaias ait: *Quis credidit auditui noſtro?* id eſt relationi noſtræ. Sic in præſenti vſurpatur pro nũcio, quomodo Septuaginta verterunt: Propter nunciũ; quia venit, ſcilicet ingruentis exercitus. *Et tabeſcet omne cor*. Septuaginta apud Hieronymum: Comprehendetur pauore omne cor. vel vt habent biblia Sixti: Quaſſabitur omne cor, vel frangetur, vt extat in Complutenſibus, & Theodoreti, (nam ea omnia ſignificat verbum θραύω thrauo, quo vſi ſunt Septuaginta) percelletur, liquefiet, friabitur pauore omne cor. vehementis timoris ſignum, quale illud Ioſue: *Pertimuimus, & elanguit cor noſtrum.* & iterum. *Pertimuitque cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt*. & in libris Regum. *Fortiſsimus quiſque, cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur*. Idem apud Iſaiam habetur: *Propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet, & conteretur. Torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturiens, dolebunt*, &c.

Hierony. Iſai. 13. ℣. Ioſue 2. ℣. 11. & cap. 7. ℣. 5. 2. Reg. 17. ℣. 10.

Et diſſoluentur vniuerſæ manus. Vt audacia ex bili feruente roborat vires, & membra confirmat, ſic timor frigore ſuccedente debilitat, & eneruat corporis, & animi facultates; Paulus enim ait: *Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite*, &c. ergo occupante pauore animos, & langueſcente corde, vnde in membra omnia deriuatur ſenſus, & motus; neceſſe eſt artus omnes tremere, viresque deficere.

Hebræ. 12. ℣. 12.

Et infirmabitur omnis ſpiritus. Vel concidet. Septuaginta: Et exanimabitur omnis caro, & omnis ſpiritus: deſeret animus corpora, & vis animum. Spiritus hoc loco eſt virtus vitalis, ſeu anima ipſa, qua caro ſubſiſtit.

Et per cuncta genua fluent aquæ. De hac re diximus cap. 7. Sed audiamus Polychronium: Quidam, inquit, dicunt hoc indicari belli magnitudinem, quippe ſanguinis vi toto corpore fluente; quidam vero intenſionem eſſe vilitatis animi, & puſillanimitatis, tamquam ſudore manantibus, vel corporis virtute ſoluta, & naturali excretionis infirmitate cedente. aut certe ex ſudore, vel naturali excretione repente coorta. Hieronymus: Infirmabitur enim omnium bellatorum ſpiritus, & tanta cunctos occupabit trepidatio, atque formido, vt timore cogente, artus, & viſcera diſſoluantur, & veſica humorem tenere non valeat, ita vt vrina genua polluantur: naturale eſt enim, vt timore cogente, veſica laxetur, & contra hominis voluntatem humor defluat.

Polychr. Hierony.

IX. *Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus*. ſeu politus, leuigatus, vt paulo infra, ad leuigandum.

X. Impiorum cædes vocãtur victimæ, & quibus rationibus.

Vt cædat victimas, exacutus eſt. Cædes impiorum in ſacris ſolet appellari victima. primo quia vtrobique effunditur viuentium ſanguis, ſecundo quia non minus eſt Deo grata, quam victimæ, vt videre eſt in Iſaia. *Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis*, &c. tertio quia illa Deus iratus placatur, non ſecus atque oblata victima; in libro enim regum filijs Saul crucifixis, Dominus alioquin infenſus, placatus eſt à furore iræ ſuæ. clade item fornicantium in Exodo, & morte Acham in libro Ioſue. Vſurpauit

Iſai. 1. ℣. 24. 2. Reg. 21. Exod. 32. Ioſue 7. ℣. 25.

nomen Victimæ Iſaias dicens. *Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorum, & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum. Victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom*, &c. & Ieremias. *Dies autem illæ Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt ſumat victimam de inimicis ſuis. deuorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum. Victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta fluuium Euphratem*, &c.

Iſai. 34. ℣. 6. Ieremi. 46. ℣. 10.

Vt ſplendeat, limatus eſt. Hebraice, vt ſit ei fulgor, politus eſt.

Qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Septuaginta: Interfice, contemne, repelle omne lignum. Hebraici codices, quos hodie habemus, ab vtraque lectione diſſidere videntur. ſic enim legunt אונשיש שכט בני משאת כל ען Onaſis ſebet beni moeſet col ghets. quod ita ſonat ad verbum: O (vel quomodo) gauderemus: ſceptrum filii mei reſpuit (vel faſtidit) omne lignum. contextum vero ſic accommodant recentiores: Quomodo gauderemus, cum hic gladius ſit exacutus ad excipiendam virgam filij mei, & auerſetur cæteras arbores? Alij ſic: An verò lætabimur cum tribus filij mei, Iuda videlicet (Dominus loquitur) omne lignum, & caſtigationem reſpuat? Vel virga filii mei, id eſt, caſtigatio omne iam lignum auerſatur. nec enim ex ligno adhibenda illi virga eſt ad caſtigandum, ſed ex calibe gladius ad excidendum. Atque ij quidem auctores loco verbi, moues, legunt נשיש naſis à verbo שוש Sos, quod eſt exultare, gaudere, lætari. Hieronymus autem aliter legiſſe videtur, atque aliter 70. Ego ita coniector, Hieronymum inueniſſe ſcriptũ non quidẽ אונשיש ò naſis, ſed potius מנשיא manſi, quod eſt participium verbi נשא naſa in coniugatione ſexta, ſignificatque, tollens de medio, mouens, remouens. Quare ipſe vertit: Qui moues ſceptrum filij mei. atque paulo inferius pro eodem verbo reddidit: cum ſceptrum ſubuerterit. Poſtea ſcriptorum incuria irrepſiſſe pro א ר & pro ר ד quarum figuræ non multum inter ſe differunt. Vtcumque ſit, ſententia vulgatæ editionis, à Hieronymo expreſſa, aptiſſime cohæret contextui (cæteræ non item) in qua, ſceptrum ſumi poteſt vel pro regno, vel pro tribu; nam vtrũque ſignificat Hebræa vox illi reſpondens שבט Sebeth, nempe virgam, vel baculum, atque adeo ſceptrum regni, & tribum, cuius nomen inſcriptum erat baculo, vt patet in Numeris. ſignificat regnũ in Geneſi. *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, &c. & tribum, ſeu populum, in pſal. *Redemiſti virgam hæreditatis tuæ*, &c. & Numeris. *Fratres quoque tuos tribum Leui*. &c. *Filius meus*. Iſraelem ſignificat, vt in Exodo. *Primogenitus meus Iſrael*. ac ſi dicat: O mucro, qui euertis, vel ſi euerteris virgam, hoc eſt, regnum & tribum filij mei Iſraelis, ſuccides etiam omne lignum, omnem baculum, omne ſcilicet regnum, & gentem depones. ſi tribum populi mei Iuda deſtruis, cætera regna minori negocio conficies. Verſio 70. Macta, nihili fac, &c. ſignificat, vt placet Scholiaſti, ne ſepultura quidem dignandos eſſe, qui in bello forent inrerimendi.

Sceptrum acceptiones. Nume. 27. ℣. 3. Geneſ. 9. ℣. 10. Pſal. 73. ℣. 2. Numer. 18. ℣. 2. Exod. 4. ℣. 22.

XI. *Et dedi eum ad leuigandum*. Hebraice: Dedit eum, Dominus ſcilicet. 70. Dedit eum paratum. Polychron. Vt dicat facile ſuo functurum officio. cum enim vellet oſtendere gladium ab internecione prohiberi non poſſe, oſtendit, orationis figura non modo illum potentem, ſed etiam ad cædem eſſe paratum, & paulo poſt expeditum illum effe-

Polychr.

cit

cit ad vincendum, & ad ſuum munus facile explen dum.

Vt teneatur manus. Ipſius ſcilicet Domini, qui ducem agebat in exercitu Babylonico. Theodoretus: Tale eſt illud Iſaiæ. *Numquid gloriabitur ſecuris ſine incidente cum ea? aut exaltabitur ſerra ſine trahente eam? Similiter ſi quis extulerit virgam, vel lignum*, & rurſus. *Virga Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea*, &c. Quam igitur virgam ad caſtigandum idoneam, & ſecurim, & ſerram inſtrumenta, quæ vim habent plantas deſtruendi, illic appellauit, hic gladium nuncupauit acutum, nitidumque factum propter eorum, qui puniuntur, ſupplicium.

Theodor. Iſai. 10. ℣. 15. Iſa. 10. ℣. 5.

XII. *Clama, & vlula, fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo*. Id eſt, aptatus, expolitus ad populum meum. Schol. Commiſerari eos, qui interficerentur, iubet Prophetam, & populum ſuum eos vocat, cum tam eſſent impij, vt neque ijs flecterentur ad ſeruiendum Deo. Theodoretus, & Polychronius: Quid huius ſimile bonitaris? iuſte punit, & lugere Prophetam iubet. non enim lubens punit, ſed populi ſcelere coactus. præcipitque Prophetæ, vt quaſi mulier eiulet, quia non ſolum populus, ſed etiam eius principes ſimul necati ſunt; & quod omnium maxime moleſtum, *qui habitabant prope me*, inquit, *in gladium facti ſunt* ſic enim legunt 70. vbi nos habemus, *qui fugerant cum populo meo*. cum enim ſacerdotes, ſcelerum populi participes fuiſſent, participes item fuere ſupplicij. hos ſi quidem οἱ παροικοῦντες μοι oi paroicuntes moi, prope habitãtes nominauit, vt qui intus in ſacro Dei templo degerent, quibuſque ſacrificiorum miniſterium commiſſum eſſet. Tale eſt illud Zachariæ *Dabo tibi* o, Ieſu ſacerdos, *de his, qui aſſiſtunt mihi*, hoc eſt, non deerunt de ſemine tuo ſacerdotes, qui mihi præſto ſint in templo miniſtrantes. Obſerua ſacerdotum excellentiam. præ cæteris popularibus, atque etiam principibus ſemper Deo præſto ſunt, quod eſt Angelorum proprium munus, vt in Tobiæ hiſtoria legimus, *Ego ſum Raphael vnus de ſeptem, qui aſſtant ante Deum*. Quibus etiam illud quodammodo competit angelorum priuilegium: *Angeli enim eorum ſemper vident faciem Patris mei*. nam videre faciem Regis, & aſtare illi, ſeu prope illum ſedere in conſilio, idem omnino ſignificat, ſcilicet eſſe Regi à ſecretis conſilijs, vt in Eſther: *Septem duces, qui videbant faciem Regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant*, &c. ea propter magnatibus Regum in ſacris tribuitur quandoque, honoris ergo, nomen ſacerdotum, vt in libro Regum: *Filij autem Dauid ſacerdotes erant*. pro quo, in libro Paralip. ſcriptum eſt: *Filij Dauid primi ad manum Regis*, hoc eſt, a ſecretis. alioqui ſacerdotes eſſe non poterant, cum eſſent de Tribu Iuda, *de qua nullus vnquam altari præſto fuit*, Apoſtolo teſte.

Scholiaſ. Theodor. Polychr. Iuſte punit Deus, & in ſuæ bonitatis indicium prophetam iubet deflere punien-dos. Zachar. 3. ℣. 8. Sacerdotum munus, & excellentia non ſecus atque angeli Deo præſto eſſe. Tobi. ℣. 12. 15. Matth. Eſther. 1. ℣. 14. 2. Reg. 8. ℣. 18. 1. paral. 18. ℣. 17. Hebræ. 7. ℣. 13.

Idcirco plaude ſuper fœmur. Septuaginta: Plaude ſuper manum tuam; vterque habitus eſt ſtupentis, & plangentis, Hieronymo, Scholiaſti, & Theodoreto ob pœnas tam graues, quam iuſtas, de quo geſtu nos ſupra. *Quia probatus eſt*. in iugulis ciuium, nec diſtortus eſt, aut obtuſus. 70. Quia iuſtificatus eſt, eodem ſenſu, hoc eſt, iudicatus aptus muneri ſuo, vel vt Scholiaſtes explicat, vt dicat eſſe quidem hanc damnationem, iuſtam tamen. Aquila vertit: Quia inueſtigauit. pro eo, ac ſi dicat: Etiamſi quis abditus fuerit, hunc inuenit gladius.

Plangentis, & ſtupentis habitus eſt plaudere ſuper fœmur. Hieron. Scholi. Theodor. Aquila.

XIII. *Et hoc, cum ſceptrum ſubuerterit, & non erit*. Vel ita vt non ſit. Metaphorice per virgam ſceptrum, & regnum Iuda, vel tribum Iuda intelligit, vt ſupra notauimus. ac ſi dicat: Probatus quidem eſt gladius, & gentium internecioni aptiſſimus, cum talem virgam tam validam, tam robuſtam ſuccideriſ, regnum ſcilicet Iuda, ita vt amplius non ſit futurum. 70. Et quid ſi etiam tribus repellatur? vbi Scholiaſtes: Tribum quidem, tribum Iuda dicit. ait vero: Etiamſi ipſa quoque repellatur, non id iniquum fore, vt ipſi dicunt. Theodoretus aliter: Tametſi nunc reiecta fuerit Iudaica tribus, tamen rurſus erit, conſequeturque, vt in priſtinum ſtatum reuocetur. Itaque in hanc ſententiam legiſſe videtur textum 70. Nunquid etiam tribus Iuda reijcienda? non erit, dicit Dominus Deus.

Scholiaſ. Theodor.

Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius interfectorum. חלל chalal non ſolum valet eum, qui occiſus eſt, ſed qui reus eſt mortis, damnatuſque à iudice, vel proſcriptus. Hieronymus: Iterum tibi, Propheta, impero, vt qui fœmur percuſſeras, præ ſtupore, & miraculo percutias & manus: vt non ſolum ſemel, ſed ſecundo, ac tertio gladius veniat ad interficiendum; primo enim venit Nabuchdonoſor quando tulit Iecoſiam, & ſecundo, quãdo regnabat Ioachin; tertio, quando Sedechias: & hic eſt gladius triplicatus, quando facta eſt magna occiſio, & in tantum multiplicauit ruinas, vt obſtupeſcerent animo, & corde tabeſcerent, & in omnibus portis eorum daret conturbationem. Polychronius: Significat, fore vt multi obſeſſi ad portas conſiſtant, & victoribus inſciis, fugæ occaſionem captent; neque verò effugiant hoſtium manus. *Qui obſtupeſcere eos facit*. Hebraice: Penetrans eos, vt cruore effuſo rigeſcant. *Et corde tabeſcere*. Vel liquefiat cor. *Multiplicat ruinas*, Hebraice מכשלים mucſalim, ſcandala, offendicula, ad quæ impingimus, atque adeo cadauera, quibus obſtruuntur viæ, & offenſio creatur dimicantibus.

XIV. Triplicatus gladius triplicem Nabuchodonoſoris aduentum ſignificat. ſiſo Iechonia, Ioachin & Sedechia. Hieron. Polychr.

Conturbationem gladij. R. Dauid נהמה ibchad, ſignificat quidem conturbationem, verum quibuſdam placet poſitum eſſe pro נהמה ribchah, hoc eſt, occiſio ſecundum regulam Algabetha, &c ſed vehementiorem metum, & tumultum ſignificat conturbatio; quod eſt gratius contextui. *Gladij amicti ad cædem*. Hebraice vox נוע ghatah ſignificat pallio operire; per translationem vero tribuitur irruptioni auium rapacium; inuolantium ad prædam expanſis alis, vt eam operiendo opprimant, vt in libro Regum: *Sed verſus ad prædam eſt*. vt vertere poſſimus: Gladij inuolantis ad cædem. Hieronymus tamen, genuinam ſignificationem ſequutus, vertit amicti ad cædem, id eſt, ex amictu, ſub quo latebat, repente exempti ad cædem. Quod confirmat R. Dauid dicens: gladium, coopertum hactenus, & quaſi palliatum, nunc diſcooperiam ad cædem. quomodo (addit) etiam interpretatus eſt pater meus, & Chaldæus.

R. Dauid. 1. Reg. 15. ℣. 19. Hieron. R. Dauid. Chaldæ.

XVI. *Exacuere, vade ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, quocumque facies tuæ eſt appetitus*. Hebraice: Quorſum facies tuæ conſtitutæ ſunt. faciem vero gladij, teſte Polychronio, ipſam aciem appellat, ſicut Eccleſ. *Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius*, &c. Hebraice: Et facies eius polita, &c. Locum verò ſic enarrat Theodoretus: Anceps, inquit, gladius, itẽque acutus, bene admodum in cuſpidem exacutus, fulguris inſtar ſplendeſcens, in vtramuis partem conuertere. habebis enim me vbicumque, tibi auxilium ferentem. Significat verò per hanc translationem, liberam facultatem factam Babylonio graſſandi in populum Dei, & vicinas gentes ſine diſcrimine.

Facies gladij pro acie accipitur teſte Polychro. Eccleſ. 10. ℣. 10. Theodor.

XVII. *Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam.* Eadem phrasis est ac superior: Percute manum ad manum. nam Hebraice legitur: Etiam ego percutiam manum ad manum; quem gestum admirantis, atque delentis esse diximus supra ex Hieronymo. Sicut etiam infra. *Complosi*, inquit, *manus super auaritiam tuam.* tametsi alibi sit exultantis, vt apud Ezechielem *Eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisus es.* & ita Psalmo. *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo omnis terra.* & alio Psalmo. *Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt.* & in Thren. *Plauserũt super te manibus omnes transeuntes per viam*, ideſt, de tuo exultabunt excidio. nam pro diuersa ratione gestus etiam significatio phraseos variatur. nam cum admiramur, & dolemus, semel tãtum, sed cum impetu, manus complodimus; cum verò lætamur blandius, & frequentius manum manu percutimus. primo modo sumitur loco citato Ezechielis: secundo modo in præsenti, vt sit tripudiantis gestus, qualis etiam iudicari posset ille alter versus superioris, *Percute manu ad manum*, id est, exulta, & tripudia, quod scias breui vindicandam iniuriam honori meo illatam. sic in Psalmo: *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* atque in hac sententia Hieronymus est, dum ait: Gaudet autem Dominus, & exultat, & hortator est gladij sæuientis, &c. tametsi Polychronius oppositum scribat: Hæc, inquit, faciam propter magnam indignationem. non enim hoc ideo dicit, quod sit gauisurus, sed pro eo ac si dicat: Ira exardescam, quia nec ipsis calamitatibus, ac supplicijs sunt meliores effecti. R. Dauid ex Chaldæo: Ego adducam malum in Hierusalem.

Complodere manus, admirantis, dolentis, atque exultantis signum est.
Infra cap. 22. ℣. 13.
Ezechi. 25. ℣. 8.
Psal 46. ℣. 1.
Psal. 97. ℣. 8.
Irene. 2. ℣. 15.
Ezechi. 22. ℣. 13.
Psal. 57. ℣. 11.
Hieron.
Polychr.
R. Dauid. Chaldæ.

XIX. *Pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambæ.* Theodor. Tamquam in imagine, inquit, tibi describito viã vnam in duas partes diuisam, quarum altera recta ducat ad Hierusalem, altera ad Rhabat filiorum Ammon pertineat. Hæc ait, quia Nabuchdonosor è Babylone profectus, contra Iudæam, & contra filios Ammon exercitum ducebat.

Theodor.

XXI. *Stetit enim rex Babylonis in biuio, &c.* Scholiastes: Prophetæ præcipit Deus, vt vias fingat duas, vnũ habentes initium, & ipse insistat, atque consideret, vtram ineat: illud enim διαταξεις diataxeis dispones, pro σκοπησεις scopiseis id est, considerabis, positum est. Ait ergo: Considerabis, an ingrediẽ dum sit in Rhabat, an vero in Hierusalem. Describit autem Propheta figuram deliberationis Babylonij. erat enim perplexus, in quam partem proficisceretur, non secus ac viator, qui in biuio consistens, quanam progrediatur, dubitat. Sic R. Dauid.

Scholiast.
R. Dauid.

Et manu capiet coniecturam. Hebraice: Manum facito initio viæ Vrbis, id est, signum, statuam, columnam elige, vel nota. hoc enim significat יד iad manus, vt in libro Regum *manus Absalon*, id est, columna in memoriam erecta. & iterum. *Erexit sibi Saul fornicem triumphalem*: Hebraice: Manum, id est, trophęum, & cippum triumphalem. R. Dauid pro *manum facito*, legit, locum eligito initio viæ: nec male. nam id significat manus in Deut. & Isaia, & alibi. Hieronymus: Vis, inquit, scire, quis iste sit gladius, & apertius personam discere gladij sæuientis? ausculta, quæ dico: pone duas vias, vt per illas veniat gladius Regis Babylonis, qui egredietur quidem vno itinere Chaldæorum; sed cum venerit per desertum, & solitudinem ad biuium terræ Arabiæ, quæ appellatur filiorum Ammon; quarum vna via Hierusalem ducit ad dexteram partem, siniſtra vero ad Rhabath filiorum Ammon, quæ est ciuitas metropolis, & hodie Philadelphia nominatur; memor, inquit, inrernecionis, quæ accidit Regi Assyrio, quando centum octoginta quinque millia vna nocte sunt cæsa, formidabit ad partem dexteram declinare, & ire contra munitissimam Hierusalem; sed stabit in ipso compito: & ritu gentis suæ, oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, quam prius ciuitatem debeat oppugnare. Hanc autem Græci βελομαντίαν belomantiãn, siue ραβδομαντίαν rabdomantian nominant, &c. Sane βέλος belos sagitta est, vel iaculum μαντία mantia vel μάντεια manteia diuinatio. inde βελομαντία belomantia diuinatio per sagittas. ῥάβδος rabdos, item est virga, scipio, baculus, vnde ραβδομαντία rabdomantia diuinatio est per baculos: atque huius quidem exemplum est in Osea. *Populus meus in ligno suo interrogat, & baculus meus annunciauit ei.* alterius vero meminit in præsenti Ezechiel. Porro vbi nos legimus, *commiscens sagittas*, septuaginta habent, ad faciendum ebullire virgam. Itaque apud interpretem Nicandri ita legimus: Apollo Vaticinos sanxit myrica prænuntiare mortalibus futura. proptera insignem fruticem hunc Nicander matin vocat, id est, vatem. Quin & Magi item Schytæ myricino vaticinabantur ligno; quod Dio tradit, vel salignis virgis, quas dissoluunt, ac separatim singulis humi constratis, diuinationem concipiunt, interim virgas apprehendentes, componentesque. Magi demum Persarum, dum sacrificant, ac comprecantur, fasciculos ex myrica pertenues manu tenent, vt Cælius auctor est. Tale quid tribuit Babylonio vates noster, cum expeditionis suæ exitum quæsijsset sagittas, commiscendo in pharetra, vt Hieronymus interpretatur, vel expoliendo, vt ex verbi Hebraici significatione multi eliciunt, vel in altum recta iaculando, vt in quam partem inclinarent cadentes, in eam ipse dirigeret exercitum; quod videtur ex Hebraicis verbis posse colligi: nam vbi legimus, *commiscens sagittas*, Hebraice, iaciens sagittas: eodemque modo Chaldæus est interpretatus. atque ex Hebræo Polychronius Græcus, cum ait: Hoc est, proijcere sagittas; hac enim locutione vsus est etiam Hebræus. Sane Hebræum verbum חלל kalal in tertia coniugatione valet aliquando iaculari, iacere.

Isai. 37. ℣. 36.
Osea. 4. ℣. 13.
Antiquus mos diuinandi per virgas.
Interpres Nicandri, in Theriacis.
Dion. 1. com posit. tertiæ.
Cælius Rhodig. antiq. lectionum lib. 7. ca. 29.
Hieron.

Interrogauit idola, exta consuluit. Polychronius. duo vult ostendere, & vt oraculum velit à Simulachris accipere, & symbolis vtatur quibusdam ad rem sibi propositam. Scholiastes: Diuinatione vsus est, quę dicitur ῥαβδομαντεία rabdomanteia id est, virgarum diuinatio, & haruspicio. nec mirum, si cum in multis comminiscantur dæmones, etiam in extis pecudum, quæ mactantur, comminiscuntur. Siquidem & apud Iob, tamquam equites apparẽt ac tamquam hostes, ac tamquam spiritus; & Apostolus transfigurari illos ait in angelos lucis.

Polychr.
Scholiast.

Ad dexteram facta est diuinatio eius super Hierusalem. Scholiastes, & Theodoretus: Sciendum est rerum futurarum nullam sciri à dæmonibus. verum è rebus coniecturam facientes, prædicere conantur, atque accidit interdum, vt recta ferantur, ac diuinent, sæpe tamen etiam falluntur; idque non modo ex rebus ipsis licet intelligere, sed etiam ex diuina Scriptura docemur; cum enim

Scholiast. Theodor.
Nihil è futuris sciunt dæmones: solis ductis coniecturis, ergo diuinator, sæpe fallitur.

per

per Sedechiam prophetam prædixissent Achabo A victoriam, à veritate exciderunt; neque enim prælio tantum victus, sed etiam interemptus fuit. Hic vero & datam Israeli legem non ignorantes, cernentesque non ex ea rempublicâ geri, atque insuper propheticas prædictiones audientes, vndique diuinam indignationem intelligebant consiari. Hanc igitur impio Regi per diuinationem præsignificabant, prius scilicet esse proficiscendum cum exercitu ad Hierusalem; & vallis, aggeribus, ac reliquis machinis vtendum.

Vt aperiat os in cæde. Vel in cædem ferino rictu inhians.

Vt eleuet vocem in vlulatu. Septuaginta in codice Theodoreti, & alijs habent: In clangore tubæ, hoc est, sonans classicum cum fremitu, & B clamore militum sese ad prælium adhortantium, vel exultantium de victoria, vt Polychronius interpretatur, atque Scholiastes, dum aiunt: Hoc est, vt irruat in aduersarios: nam qui superiores in bello sunt, solent cum vociferatione, atque impetu in delectos hostes, ac profligatos ferri.

Polychr.
Scholiast.

Vt ædificet munitiones. Septuaginta: Ad iacienda vallũ: Græce βελοστάσεις belostaseis, quod alij interpretantur arietes, alij balistas, sonant autem stationes tolorum. Scholiastes. βελοστάσεις belostaseis vocat instrumenta bellica, quibus lapides, aut gladios, aut eiusmodi alia tela contra mœnia hostium iaciunt oppugnatores.

Schol.

Eritque quasi consulens frustra oraculum. Cum hæc ab illo fiant, ij, qui obsidentur, contemnent, C non virtute freti, sed indolentiæ morbo laborantes; sibique persuadebunt frustra Babylonium diuinare, & in cassum sortiri de belli euentu, cum res ipsorum in tuto sint. Quod sequitur: *In oculis eorum*, vel coram eis, in eandem sententiam interpretatur Theodoretus: Ita, inquit, affecti sunt, quasi vaticinia ipsis bona significent, hoc enim innuit per illud: Coram ipsis, hoc est, quasi pro ipsis vaticinia facta sint: quamuis simplicior videatur eius orationis sensus esse eiusmodi: Ipse autem iudicabitur ab illis incassum consulere oraculum.

Et Sabbatorum otium imitans. Hieronymus sic interpretatur: Videbitur illis quasi Sabbatorum otium tenere, ludere videlicet, & nihil operis per- D petrare. Hebræus codex sic habet שבתי שבתת לחם Sebughe sebaghot lahem. Abest oratio hæc ab editione correcta Septuaginta, verũ in Complutensi extat in hũc modũ ἑβδομάζων τὰς ἑβδομάδας αὐτοῖς hebdomazõ tas hebdomadas autois quã sic vertit interpres: Cõputãs hebdomadas eis. apud Theodoretum, & alios codices habetur ἑβδομαζωντες ἑβδομάδας αὐτοῖς hebdomazõdes hebdomadas autois, cõputãtes, vel celebrãtes hebdomadas eis, vel sibi. Quã versionẽ Scholiastes tribuit Theodotioni. Illam vero ita tractat Theodoretus: Vt hebdomada hebdomadam celebrantes ita degunt. hæc autem erat ipsis vna ex tribus maximis celebritas; hoc est: Securi sunt, & animo tranquillo, atque iucundo, qualis esse solet eorum, qui festum solen- E ne patrium ex more concelebrant. Quoniam igitur in die festo duo sunt potissima, otium à rebus serijs, atque exultatio; Hieronymus primum traxit in similitudinem, loquens de Babylonio Theodosio, alterum accommodauit non quidem Babylonio, sed Israelitis. vterque sententiam secutus contextui conuenientem. Cæterum R. Dauid, quem iuniores sequuntur, aliter conuertit, scilicet: Iurantes iuramenta illis, hoc est: securi erant, non secus ac si ipsis Chaldæi iurassent. R. autem Selomo sic transfert: septies septem, hoc est 49. vicibus, misit sortem Babylonius, & toties exiuit sors contra Hierusalem, vt scilicet ad eam oppugnandam pergeret. Alij vero vtrumque nomen, tametsi primum sit generis masculini, alterum vero neutrius, iuramentum significare putantes, sic verterunt: Iuramenta iuramentorum ipsis. hoc est, ipsi fidunt pactis, & iuramentis, quæ Deus pro ciuitate, & templo seruandis, olim fecerat. quæ versio apte nectitur cum sequenti versu

Hierony.

R. Selomo.

Ipse autem recordabitur iniquitates ad capiendum. Vel in memoriam reuocabit, seu commemorabit, vt versu sequenti dicemus. id est: Dum ipsi deridentdiuinantem, fidunt que Dei tutelæ, iuramento firmatæ, ipse Babylonius contra confidit, se certo expugnaturum Vrbem, quod Rex Sedechias iuramentum per summam iniquitatem, & impietatem fregisset. Eam enim impietatem sibi reuocauit in memoriam dextrum augurium, & sagittæ decidentes contra plagam Iudææ. nam simul atque ea sors cecidit, Babylonius Rex, atque vniuersus exclamauit exercitus: Vltio diuina est contra Hierusalem propter iusiurandum violatum ab impio Sedechia. Nobiscum sensere Polychronius, & Scholiastes, qui iniquitatem, vel iniustitiam, quod vertunt Septuaginta, appellant Sedechiæ periurium.

Ipsi Babylonii fatentur diuinam vltionẽ euertisse Ierosolymam.
Polychro.
Scholiast.

Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, &c. Hebræus codex, Græcus Septuaginta & Latinus Hieronymi habet, pro eo quod in memoriam reuocastis, idemque sibi vult in editione vulgata: Recordati estis, quod recordari fecistis, sicut in Isaia. *Qui recordatur thuris, quasi qui benedicit idolo*, id est, non magis ei gratum facit, quam si veneraretur idolum. Est enim Hebræum מזכיר mazakir participiũ tertiæ coniugationis, quæ duplicem actionem inuoluit Hebræis, quasi dicat recordari faciens, vel commemorator. vnde in libro 2. Regum Scriptorem annalium significat: *Iosaphat erat a commentarijs.* ad verbum verti posset: Erat commemorator. eiusdem coniugationis est in præsenti verbum חזקיר hizkir, valetque commemorari, annuntiare, vt in Canticis. *Memores vberum tuorum super vinum*, vel commemorabimus amores tuos supra vinum. & in Genesim: *Vt suggeras Pharaoni*, Hebraice, vt facias mei meminisse Pharaonem, inde intelligitur illa phrasis, qua vsus est Christus apud Lucam: *Hoc facite in meam commemorationem*, id est, vt commemoretis, vel annuncietis mortem meam. nec enim tantum præcipimur offerentes, Christi mortis meminisse, sed etiam ipsam cum grata animi recordatione populo Christiano in memoriam reuocare, sicut & Paulus interpretatur, dicens: *Mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Fauẽt prædictis verba, quæ sequuntur, synonyma cum antecedente: *Et reuelastis*, inquit, *præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris*, vel secundum ad inuentiones vestras opere perpetrata: cum quibus probe nectitur: *Et recordati estis*, hoc est, commemorastis, prædicastis iniquitatem vestram; hoc sensu: Quandoquidem omnibus propalastis vestra peccata, ita vt hostes ipsi eorum memoriam faciant cum execratione; par est, vt ipsis vos tradam. Chaldæus, Pro manu capiemini, vertit: In manum Regis Babylonis trademini. Obserua, non dixisse Vatem: Pro eo quod tam nefarium scelus admisistis, sed pro eo quod in memoriam reuoca-

Iniquitates proprias publicãtes quo modo puniantur a Deo.

Isai. 66. ℣. 3.

Cantic. 1. ℣. 4.

Genes. 4. ℣. 14.

Lucæ 22. ℣. 19.

1. Cor. 11. ℣. 26.

Chaldæ.

Hiero.

R. Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis, nam publicum, & vniuersale huiusmodi ex- A cidium florentissimæ Reipublicæ non solet a Deo permitti, nisi ob publica flagitia, quæ scilicet exteri sermone vsurpant, & cum abominatione animæ. hoc enim iam vergit in nominis diuini contumeliam. Secundo obserua non dixisse. Quia mihi reuocastis in memoriam peccata vestra, sed hostibus vestris. quoniam huiusmodi supplicia non statim Deus exercet, cum præuaricationes nouit, sed cum ab hominibus audit iactari. hic est enim clamor. qui frequenti vulgi sermone editus venit ad aures Dei; de quo est sermo in Genesi.

Reipublicæ excidium fere nunquam Deus permittit, nisi ob publica peccata.

Genes. 18. ℣. 20. & 21.

Tu autem profane impie dux Israël, &c. Profanus Hebraice dicitur חלל chalal, hoc est, pollutus, cruentatus, vel sanguine dignus, reus scilicet mortis, proscriptus, damnatus neci, vt notauimus capite sexto. Dux vocatur נשיא nasi a נשא nasa, quod est leuare onus, quasi dicas baiulus. *Baylio* vocant Hispani, & Itali, & Galli, dicunturq. isto nomine viri in dignitate constituti, qui populi onera leuant, vt clare monstratur in Exodo. & Numeris. *Et ipsi vna tecum leuabunt, vel sustinebunt onus, &c.* daturque nomen hoc profanis principibus in Genesim. *Sichem filius Hemor princeps terræ illius.* & iterum. *Duodecim principes generabit.* & in Numeris. *Singuli duces per singulos dies offerant munera.* & in Leuitico. *Cum peccauerit princeps.* Et in Ezechiele. *Princeps ipse sedebit in ea.* Et iterum, *Super principem onus istud.* quibus locis, atque alijs, quos præterimus, temporali Regi, principi, vel duci accommodatur prædictum nomen נשיא nasi, nunquam vero Ecclesiastico: de qua re versu sequenti.

Profanus. sumitur pro pollato, seu proscripto. B

Duxvocatur baiulus. C

Exod. 18. ℣. 18. Numer. 11. ℣. 14. Genes. 34. ℣. 10. Numer. 7. ℣. 2. Leuiti. 4. ℣. 22. Ezechi. 44. ℣. 3 & cap. 12. ℣. 10.

Dies vltionis præfinita.

Cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinitæ. Hebraice. In tempore iniquitatis finis: ita vt legere possimus: In tempore iniquitatis præfinitæ, vel consummatæ, atque vt referatur nomẽ iniquitas, ac si dicat: Vltio adest opportuna, postquam scilicet tua iniquitas ad cumulum peruenit. quod de Amorræis dicitur in Genesi. Placet hæc lectio R. Selomoni, eamque sic interpretatur: Cum criminum vestrorum mensura plena erat, noua adiunxistis delicta: ita vt iam mensura super effluat, atque redundet. Nihilominus Hieronymi versio sensum reddit accommodatissimum: adest scilicet dies, secundum numerum tuarum præuaricationum decreta, quæ iustas a te exigat scelerum pœnas. D

Genes. 15. ℣. 16 R. Selomo. Hierony.

Auser cidarim, tolle coronam. Hebraice, Auferre, & tollere infinitiui pro imperatiuis, vel indicatiuis futuri temporis, auferam, tollam, &c. Cidaris Hebraice dicitur מצנפת mitsnepheth in præsenti, atque in Exodo. *Facies ei tunicam, Cidarim, & Baltheum.* Dicitur etiam tsaphin Zachariæ: *Ponite Cidarim mundam super caput eius.* atque צנפה tsenepha apud Isaiam. *Coronans coronabit te tribulatione.* Hebraice, cidarizando cidarizabit te cidari. vbi vltra prædictum nomen tsenepha est verbum צנף tsanaph, a quo triplex nomen deriuatur. Significatur autem R. Dauidi, circuire, circundare, inuoluere, vt in Leuitico. E *Et cidarim lineam imponet capiti.* Hebraice, cidari cidarabitur. Iocum autem Isaiæ ita vertit prædictus Dauid: Sic voluendo voluet te volutione, quemadmodum inuoluit homo pileum longa fascia, & quemadmodum reuoluit pilam, & mittit per terram spatiosam, &c. Comparat Isaias Sobnam, vinculis constrictum, folli luforio facto ex aluta vento inflata; quem pueri solent crebris funiculis circumligare, atque illum per locum spatiosum, vltro citroque iactare in ventum. Quod vt significet, ait: Cidarizando cidarizabit te cidari, id est, conuoluendo te conuoluet, vel crebrius te obuoluet cidari. Ex quibus locis colligere licet falsos esse, qui putarunt cidarim esse pileum, quem veteres, in orbem fascia religantes, capiti coaptabant. neque enim pileum sonant Hebrææ voces, sed fasciam vittam, (canefa dicimus Hispani voce Hebræa צנפה tsanefa) qua pileus ipse sæpius obuoluitur, & capiti firmius constringitur, in signum potestatis Pontificiæ, vel Regiæ; nam vtrique datur cidaris in sacris. quod præter allata testimonia confirmat locus alter Isaiæ. *Et eris*, inquit, *corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* pro corona est עטרת ghateret, quæ fasciam, vittamque significat, vt postmodum dicemus; pro diadema vero צניף tsaniph, quo etiam Zacharias vsus est, vt ostendimus superius; vtrumque nomen coronæ regali datur, Idem ergo significat tsaniph, quod ghatereth, hoc est fasciam, seu vittam, qua sacerdotes, & reges olim coronabantur. Chaldæus enim vertit pro cidari coronam laudis: & R. Dauid, atque R. Abraham eo loco Isaiæ tradunt eandem sententiam diuersis vocibus bis esse repetitam. Sed & feminis quoque non reginis tribuitur cidaris ab Isaia. *Et sindones, & vittas.* vbi pro vittas, Hebraice est צניפות tseniphot prædictum. Idem sentiendum puto de voce cidaris Latina, & Græca κίδαρις cidaris; nam vtraque videtur deriuata ab Hebræa צפירה tsephira ב. p. mutata in ד d. sibi cognatum. est autem צפירה tsephira sertum, corolla, qua tempora redimuntur, vt in Isaia. *Erit Dominus corona gloriæ, & sertũ exultationis.* id enim nomen à verbo צפר tsaphar circuire, circundare deriuat R. Dauid, atque Chaldæus, qui apud Ezechi. pro eodem nomine reddidit regnum, videlicet ea voce coronam, & per coronam regnum significari existimans. Nisi forte simplicius fuerit, cidarim nomen esse pluralis numeri, vt terminatio indicat; quod Chaldæi, & Rabbini inuariatum omnino proferunt צדרים tsidarim, eoque appellant pannos, telasue. quod videre licet in Haruch. vbi scriptum est: *panni reuenditor*, &c. Itaque à צדרים cidarim plurali orta videtur κίδαρις cidaris, & à צדר tsidar singulari, τίαρα, tiara. nam promiscue vsurpant alterutrum nomen pro altero 70. & Hieronymus, auctoresq. profani. Eiusdem significationis esse putamus nomen μίτρα, mitra. nisi quod hoc genus ornamẽti muliebre erat, vt tiara virile. nam inter feminea vestimenta numeratur à iurisconsulto; immo in lib. Iudith dicitur: *Imposuit mitram super caput suum.* vbi alij vertunt fasciam, & merito. nam ex auro texta vitta coronam fecisse creditur ad colligendos cincinnos. Idem tradunt Varro, & Lucretius, atque Hieronymus. sane mitram esse vittam, qua caput obligatur, videre licet ex Euripide: dicente: μίτραις mitraes ἀνὰ δ' ἕλιξι ῥυθμίζεσθαι πλόκαμον Anadetis rythmizesthe plocamon, id est, mitris reuinctis cõcinnare cincinum. Et ex illo Herodoti: Μίξαις κατειλίξατο, mitraes catililato, id est, mitris obuoluit, vel circumuoluit. Cælius: Mitram Homero posteriores tæniam esse dicunt, qua obligetur caput, siue fasciam malis dicere. vnde & mitrophori nuncupantur, qui vittam gestant circum tempora. Vtrumque confirmat Ouidius, dicens.

Varia coronæ nomina apud Hebræos.

Exod. 28. ℣. 4. Zachar. 3. ℣. 5. Isai. 22. ℣. 18. R. Dauid libro Radic. Leuiti. 16. ℣. 4.

Et regi, & Sacerdoti cidaris tribuitur.

Isai. 62. ℣. 3.

Zachar. 3. ℣. 5.

Isa. 3. ℣. 23.

R. Dauid. Chalde.

Ezechi. 7. ℣. 7.

Hiero.

Lege nostra 9. mulieribus ff. de auro, & argento. Iudith. 10. ℣. 3. Varro lib. 1. de lingua lat. Lucretius lib. 4. Hieron. super Isai. 3. Euripid. Herodot. Celius Rod. lect. 16. c. 10. Ouidi. epistola Deianiræ ad Herc. Apulei. lib. 7. & 8.

Ausus & hirsutos mitra redimire capillos.

Et Apuleius verbis disertis, quæ consulto prætereo. Seruius denique in illud Virgilij.

Et

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Vbi Poeta ornatum muliebrem, vt probrosum criminatur in viris. ipse ait: *Pilea virorum sunt, mitræ faminarum.* Bene quidem Seruius sexui femineo mitras accommodat. Sed in illo peccauit, quod mitras contraposuit pileis, quasi mitræ sint capitum feminarum tegmina, corollis cincta, cum reuera coronæ ipsæ sint circa tempora ductæ, non apices. tametsi per metonymiam pro toto tegmine capitis vsurpari possint. Sane quidem mitram à μίτος mitos, quod est filum deriuari autumat Cælius præallegato loco, sed rectius fortasse dicemus ab Hebraico מסגרת misgarah, inclinatum esse. Significat autem מסגרת misgarah, vel מסגרת misgeret coronam, cincturam, clausuram, à verbo סגר sagar, cinxit, clausit, coronauit, vt in Exodo. *Facies ei coronam auream per circuitum*: & iterum. *Ipsi quoque labio coronam auream interrasilem*, id est, apertionibus, & clausuris distinctam ad modum mytræ ex varijs tænijs contextæ. & libro Regum: *& inter coronulas, & plectas.* vbi pro coronulis legimus plurale eius nominis, scilicet מסגרות misgeroth. Est aliud nomen eandem fasciam, seu coronam significans, cuius supra meminimus, quod in præsenti versu Propheta vsurpauit, cum dixit: *Tolle coronam*, scilicet עטרה ghaterah, à verbo עטר gathar, cinxit, circumdedit, coronauit. Vtrumque extat in Canticis. *In diademate, quo coronauit eum mater sua*, & in libro Reg. *Tulit coronam regis illorum de capite eius.* & in Ezechiele. *Et coronam decoris in capite tuo.* & in Zacharia. *Accipies argentum, & aurum, & facies coronas.* & in Isaia supra citato. *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Vbi primo loco est ghatereth, altero vero cidaris. Et quantum ex allatis locis colligere licet, nomen hoc proprium esse videtur coronæ regalis, quæ olim, non secus ac cidaris, fascia erat alba, qua caput circumligabatur, vt nomen διάδημα diadema a verbo διαδεῖν diadin, hoc est circumligando, ductum testatur. atque ex eo, quod scribit Plutarchus, constat aperte: videlicet vxorem Mithridatis, diademate detracto, quod capite gestabat, & collo circumdato, suspendio vitam finijsse. itemque ex Iustini testimonio, referentis Alexandrum, cum desiliens ex equo, Lysimachum vulnerasset, medendi vulneris causa, diadema sibi detraxisse, (nam candida fascia erat) illoque Lysimachi vulnus alligasse: quod omen illum futurum regem designauit, sicut euētus docuit. Quibus consentit & alterum eiusdem Plutarchi testimonium, atque Dionis: Tigranem scilicet Armenium candidam fasciam insigne regium ante Pompeij pedes abiecisse dicitur, quasi dominationi cederet. Itaque corona, & diadema eiusdem erat formæ, ac cidaris, tiara, & mitra, hoc est fascia capiti circumducta, vel multiplicibus spiris, vt moris erat Medis, Persis, Armenijsque regibus, (turbante nunc appellant) vt prodiderunt Plutarchus in Antonio, & Artaxerse; Strabo, Iulius Pollux, Quintus Curtius, Athenæus, Eunapius in vita Eustathij, loquens de Sapore Persarum Rege, cui dat tiaram: itemque Assyrijs ex Iustino, atque Troianis ex Iuuenali. *Tunc miles*, inquit, *tremulus posita tulit arma tiara*; loquebatur autem de Priami ornatu: Vel additis redimiculis: per maxillas fluentibus, qualem Phryges in festis solennibus gestabant; quem ornatum nunc Episcoporum mitræ æmulantur: Vel simplici ductu circum tempora, vt Græcis, & Romanis olim in more fuit; quod notauit Valerius Max. & Plutarchus in Coriolano.

Exod. 25. ℣. 11. Et cap. 37. ℣. 12. 3. Reg. 7. ℣. 29. Canti. 3. ℣. 11. 2. Reg. 12. ℣. 30. Ezechi. 16. ℣. 12. Zachar. 6. ℣. 11. Isai. 62. ℣. 3. Plutarch. in Lucullo. Iustin. lib. 15. Dion. in Pōpei vita. Plut. Strabo lib. 11. Pollux lib. 6. cap. 13. Curtius lib. 3. Athenæ li. 12. cap. 3. Eunapius. Iustin. lib. 1. Iuuenal. satyr. 10.

Valer. max. lib. 6. cap 2. Plutarch.

Denique reperimus in Sacris aliud nomen coronæ, quæ fere Sacerdotum erat, scilicet פאר pear. Sonat autem ornatum, decorem, coronam, gloriam, & magnificentiam: ijs enim nominibus reddi solet a Septuaginta, & Hieronymo in Isaia. *Vt darem illis coronam pro cinere.* Septuaginta δόξαν doxan, gloriam scilicet, posuere, & paulo inferius. *Quasi sponsum decoratum corona.* Septuaginta: Quasi sponso circumdedit mihi mitram. Hebraice, Vti sponsum sacerdotabit me pear, hoc est: Non secus atque sponsi solent instar sacerdotum diademate exornari, sic me Dominus decorauit gloria, & magnificentia. Ex quo loco palam est, id genus ornamenti sacerdotem gestare consueuisse: quandoquidem sponsus, illo exornatus, sacerdotatus (liceat mihi id verbum effingere) appellatur ab Hebræis. quod idem ex eo loco Exo. aperte colligitur, vbi habetur: *Feceruntque tunicas byssinas opere textili Aaron, & filijs eius, & mitras cum coronulis suis.* Septuaginta: & cidarim ex byssо. Hebraice, & *Tsanepham* ex byssо, & Pearim decora, vel ornatus pileorum ex byssо. Vbi singulare nomen Tsanepha cidari Aaronis competit; plurale vero, hoc est פארים pearim, de quo nunc loquimur, coronis filiorum. Ezechiel etiam ait. *Corona tua circumligata sit tibi.* vel gloriam tuam ligabis super te. & iterum. *Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum.* Vtrobique hoc nomen reperitur, & significat, vt ex contextu liquet, fasciam, qua stringebatur pileus. Ipse autem pileus in loco Exodi citato, & alibi vocatur מגבעה migbaghah, hoc est collis, colliculus, galea, galerus formatus in modum collis, & legitur pluraliter tantum in Exodo. *Et Tiaras facies eis in gloriam.* Hebraice, pileos, vel galeros facies eis ad gloriam, &c. & loco Exodi supra citato. *Et mitras cum coronulis suis*, vel ornatus pileorum ex byssо. Sed de pileis sacerdotum agemus ad caput quadragesimumquartum.

Exod. 39. ℣ 25. 26. Ezechi. 24. ℣. 17. Et cap. 44. ℣. 18. Exod. 39. ℣. 26. Exod. 28. ℣. 39. Exod. 39 ℣. 26.

Porro ne quidquam, quod ad nostrum institutum faciat, relinquamus intactum; sciendum est apud Gentes sacerdotum coronas dici solere infulas, vt auctor est Festus. Infulæ, inquit ille, sunt flamenta, vel filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostiæ, templaque velabantur. Et Varro infulas ait dictas in hostijs, quod velamenta sint lanea. Sed an pileum ipsum sacerdotis, an potius coronam, ambientem illum, per id nomen intellexerint; nondum est exploratum. Virgilius aperte testari videtur infulam esse pileum, cum ait: *Lanea dum niuea circundatur infula vitta.* Constat enim ex iam dictis pileum circumdari solere vitta candida. infula igitur pileus erat. Contra alij sentire. Nam Seruius fasciam dicit esse in modum diadematis, a qua dependent hinc inde vittæ: quem secutus Gregorius Giraldus, & Alexander ab Alexandro: Ipse inquit, sacerdos lanea infula velatus, & fronde coronatus, aram manibus tenens, ad Orientem conuersus, deprecabatur; ea vero infula ex lana alba, & cocco fuit instar fasciæ, plerumque lata, nonnunquam tortilis, & rotūda, ex qua vittæ hinc inde defluebāt, &c.

Coronæ Sacerdotum apud gentes dicebantur infulæ. Festus. Varro. lib. 3. Virgil. 3. Georgi. Seruius super 10. Aeneid. Giraldus Syntag. 17. Alex. ab Alex. Gen. 4. cap. 17.

His præhabitis, veniamus ad versus elucidationem; quem Chaldæus paraphrastes interpretatus est de Sedechia Rege, & Saraia Pontifice, abductis in captiuitatem, vt auctor est Iosephus Antiquit. D. autem Hieronymus sic enarrauit: Post vrbis Hierusalem subuersione, & populi captiuitatem

Chaldæ. Iosep. lib. 10. antiqui. cap. 10. Hierony.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ducem Israël sermo dirigitur, per quem nemini dubium est significari Sedechiam, in quo Regum Israel de stirpe Dauid imperium finitum est: Venit, inquit, tibi dies, quæ longo tempore præfinita est in te, & propter te sacerdotium, & Regnum interijt populi Iudæorum. Cidaris enim, insigne Pontificis, est corona, hoc est diadema Regis indicium. Scholiastes vero ita habet: Cum sæpe & multa peccarent Iudæi; hanc se salutem habere putabant, quod esset apud eos diuinum templum. propterea non modo regnum deletum iri ait, sed etiam ipsum sacerdotium. Cum igitur in Sedechiam sententiam pronuntiasset; & in sacerdotium pronuntiat. nihil enim est aliud auferri cidarim, quam desistere interim a legali cultu.

Scholiast.

Alius Schol. Alius Scholiastes Sacerdotij, regnique euersionem per hæc significat. Sed apertius Theodoretus his verbis apostrophen fieri existimauit ad vtrumque principem spiritualem, & temporalem.

Theodor. Tu quidem, inquit, sacerdos, propter improbitatem, sacerdotali cidari spoliatus fuisti. Tu autem Rex, impietati addictus, te ipsum corona priuasti. vtrumq. igitur imperium sua deponat insignia, &c. Hæc ille. verum eorum sententiæ obstat, quod Propheta ad vnum tantummodo loquitur Principem, per quem ceteri omnes intelligunt Sedechiam. Quare non videtur satis commode aptari ea interpretatio, quæ ea verba refert ad Regem, & sacerdotem: præsertim cum nomen נשיא nasi, nunquam detur sacerdoti in sacris. Quod si dicas, sub Rege intelligi sacerdotem, quod Rex Sedechias sacerdotij vsurpasset insignia; opponam, hoc libere, & gratis assertum; cum nihil tale legatur in sacris, vel vitio detur Regi, cum a Propheta impietatis accersitur, vel a Ieremia corripitur Dei nomine. Si autem contendas, sub regno saltem intellectum esse sacerdotium propter vtriusque potestatis affinitatem, obijciam Prophetam non intellexisse cidarim sub corona, sed vtramque distincte nominasse; atque adeo neque sacerdotium nomine regni concepisse, sed solum regnum, cuius insigne cidaris est, sicut & corona. Præterea quoniam comminatio sequens, non est reuera comprobata in sacerdotio, sicut in regno, cum post captiuitatem Babylonicam in pristinum splendorem redierit Pontificatus; regnum vero in ducatum primo, deinde Aristocratiam translatum fuerit. denique quia vtrumque, cidarim scilicet, & coronam postmodum retulit singulari pronomine: Hæc, *Nonne hæc est*, inquit, *quæ humilem exaltauit? &c.* Quod nullo modo feciisset Vates, si de duplici loqueretur persona, & munere. Ergo bona pace prædictorum interpretum existimamus Prophetam solum Regem alloqui, atque duplici nomine illius insigne regium efferre. Vel si malis metonymicos per cidarim intellexisse pileum, seu apicem; coronam vero appellasse fasciam, seu vittam pileo circunductam.

Nonne hæc est, quæ humilem sublenauit, & sublimem humiliauit? Septuaginta: Ei non erit talis.

Theodor. Quod sic interpretatus est Theodoretus: Hæc obsessio superioribus haud similis futura est: finem vniuerso regno, & sacerdotio afferet. Symmachus:

Symmach. Neque hoc, neque illud. Hebraice, Hæc, non hæc. hoc est, nunquam amplius talis corona in capite tuo fulgebit. Quod vero sequitur: ita reddi potest ad literam: Humilem eleua, sublimem humilia; hoc est, vt Chaldæus, & R. Dauid interpretantur,

Chaldæ. R. Dauid. eleuabo, & humiliabo. Humilem porrò appellat Ieconiam, quem e carcere eductum regio habitu, & cultu honestauit, Heuilmerodach mortuo patre Nabuchdonosore, & cuius nepos Zorobabel ducatum obtinuit in Iudæos, reuertentes in patriam, iubente Cyro Persa. Sublimem vero Ieconiam vocat, qui tunc temporis potiebatur rerum; sed postmodum regno, filijs, & oculis orbatus est, vt videre est in libris Regum. Humilem, inquit, Ioachin eleuabo, & superbum Sedechiam deprimam. Hieronymus sensum expressit: Nonne hæc est corona, quæ, quos volebat, humiliabat, & quos volebat exaltabat? Sicut & Septuaginta, qui ita verrere: Humiliasti excelsum, & eleuasti humile, &c. Quam versionem in hunc modum elucidat Scholiastes: Dedecore affeciisti, & vilem pronuntiasti, ac pro nihilo putasti excelsum sermonem prophetarum. Humilem verò, & abiectam diuinationem, & dæmonum responsum, falsum & nullius momenti, subleuasti. Theodoretus autem hæc duo membra ad forum refert sæculare. Quod excelsum, inquit, erat, propter virtutem depressisti, & quod humile erat, propter iniustitiam verbis extulisti, corrumpens ius, ascita tibi comite iniquitate.

4. Reg. 24. v. 7. *Hieron.* *Scholiast.* *Theodor.*

Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. Plerique codices Græci, teste Hieronymo, bis tantum repetunt nomen iniquitas; sed vulgatus consonat Hebraicæ veritati; immo exemplari Vaticano correctissimo, vbi ter legitur ea dictio. Iniquitas non dicitur Hebraice עין ghauon, vt alias solet, cum reatum significat peccati. Sed עוה ghauuah à verbo עוה ghauah. quod est inique, ac peruerse agere, curuum esse: quasi dicat, inclinationẽ, obliquitatem, vel curuitatem ponam, seu dabo eam, Cidarim scilicet. nam alludit ad tiaræ regiæ dispositionem, & nomen; pileus enim erat albus in altum erectus, corona cinctus, dicebaturque tiara recta, vt ex Eunapio colligere licet: Tanta eius, inquit, eluxit eloquentia, vt parum abfuerit, quin Rex (Persarum Sapores) tiaram rectam abiecerit, & purpureum paludamentum, atque gemmata monilia deposita cum Eustathij penula commutauerit. Alexander etiam tradit, Sardis curru vehi, & rectam ferre tiaram solis Regibus fuisse concessum. Itaque subdit: Incurruum ad frontem pileum gestabant; quo habitu nonnulla Asianorum simulacra cum alibi depicta, tum etiam sculpta Romæ animaduertimus. Itaque ex recta Cidari incuruam facere, est regiam dignitatem, & potestatem imminuere, atque Regem in ordinẽ redigere. Sed obserua non semel tantum dixisse Vatem: *Obliquitatem ponam eam*, ne putaremus repente deturbandum de statu suo regnum Israel, sed iterum, atque iterum repetijsse: *obliquitatem, obliquitatem, obliquitatem ponam eam.* vt aperte significaret è supremo illo regni fastigio non temerario casu, sed per gradus quosdam demittendum esse Iudæorum principatum vsque ad alienigenarum dominatũ. Nam repetitio illa Hebræis extenuationem continet maiorem, ac maiorem in dies futuram, vt rei euentus comprobauit. Scimus enim sublato per Nabuchdonosorem Sedechia Rege, nunquam amplius regnatum esse in Iuda; sed post reductam captiuitatem rem, administratam per Duces Zorobabel, Nehemiam, & alios: deinde ad Pontifices Leuitici generis transijsse principatum cum sacerdotio, penes quos perseuerauit vsque ad Hyrcanum, qui diadema regium ausus vsurpare, misere extinctus est, succedente in eius locum alienigena Rege Herode. Hoc est igitur, quod vaticinatur Ezechiel, sensim, ac gradatim deprimendam, incuruandamque Cidarim, hoc est regni splendorem, & potentiam

Hieron. *Euseb. in vita Eustathij.* *Alex. ab Alexan. Genialium. 22.* Incurua cidaris seruorum; recta regum est. Casus reipublicæ Hebræorum.

tiam in dies magis ac magis imminuendam .

Et hoc non factum est. Vt scilicet hæc insignia pereant,& principatus aboleatur.

Donec veniat,cuius est iudicium . Vel cuius est ius. nam iudicium pro iure vsurpari diximus supra ex illo Exod. *portabit sacerdos rationale iudicij* , hoc est verbum,aut oraculum iuris. Dilatus est itaque regni Iudaici casus , donec veniret ille , ad quem de iure pertinebat principatus. hic autem manifestissime Christus Dominus est,vt mirari non desinam Lyranum , & alios,eam prophetiam ad Babylonium retulisse , ad quem scilicet pertinebat iudicium facere de Sedechia , quod & fecit . non animaduertêres de cidari , & corona esse sermonem , & quod Sedechias amiserat,venturo principi promitti, iudiciumque vocari ab Hebræis,quod Latini ius dicimus . Aptius fortasse alij de Zorobabele locum interpretantur , sed non vere : neque enim illi regni insignia tradita sunt , quæ futuro principi daturum se Deus pollicetur . Restat igitur , vt oraculum hoc vni Christo conuenire dicamus,qui solus Dauidici regni hæres, & legitimus rex huius vniuersitatis extitit;quod & obtinuit non solum iure Deitatis, sed etiam Redemptionis . ceterum de Christi regno augustissimo, atque de sacerdotio fuse differimus in commentario ad cap. 37.

Supra cap. Exod. 28. ỳ 29.

Christus Dominus aperte promittitur in hac prophetia.

Et hoc non factum est, donec veniat,cuius est iudicium. Septuaginta:Hæc non erit talis; Vel vt alij codices habent:Ei non erit talis. quod sic intellexit Theodoretus : Superiorum , inquit, oppugnationum hæc grauior erit ; non tamen extinguam penitus regiæ cognationis scintillam; quoad veneritis,ad quem attinet, cuique conuenit,& ipsi tradam regnum. Nam tametsi obsidionem, & depopulationem sustinuit Hierusalem à Nabuchdonosore, non tamẽ talem, qualem pertulit à Romanis post salutarem Crucem.postquam enim primo capta fuit, cum septuaginta transijssent anni , rursus instaurata est , & pristinam recepit felicitatem . sed post salutarem Crucem extremam subijt solitudinem , ipsique Iudæi ne ascendere quidem audent ad eos fines,lege prohibiti.idcirco dixit: Nec hæc talis erit, hoc est qualis futura : seruabo enim genus donec veniat , cui conuenit , & tradam ei . cum enim apparuerit ille, inquit, in quem pollicitationes referuntur , tum tradito ipsi regno,istos exterminabo . Hæc ille . Verum de cidari , & corona sermo erat Prophetæ , atque ad eam videri debent Septuaginta retulisse pronomen vtrumque , eam , & hæc : in eandem sententiam , quam reddunt verba Hieronymi , hoc est : cidarim quidem,& coronam vestram è gradu suo deijcere, humilemque facere decreui ; verumtamen non statim eam talem reddam , sed postquam aduenerit is,cui promissus est principatus.

Theodor.

Donec veniat, cuius est iudicij. Septuaginta:Donec veniat,cui debetur , vel cui conuenit, transtulerunt . Lyranus , & alij iudicium pro vltione accipientes,hunc versum de Nabuchdonosore interpretantur , ad quem scilicet pertinebat iudicium facere de Sedechia, sicut scriptum est in libro Regum . *Apprehensum ergo Regem duxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha. qui locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedechiæ occidit coram eo , & oculos eius effodit, &c.* Sed non cohæret ea interpretatio contextui. nam illi principi , cuius est iudicium , promittitur corona,quam amiserat Sedechias . *Donec veniat,* inquit, *cuius est iudicium, & tradam ei.* at vero corona Sedechiæ non fuit concessa Nabuchdonosori ; neque enim ille successor fuit legitimus Regum Israel,sed Tyrannus. non pertinet ergo ad illum id iudicium , de quo loquitur vates . Quare iudicium hoc loco nõ est vltio, sed ius ad regnum, vt supra dicebamus ex illo Exodi . *Portabit Aaron rationale iudicij* . hoc est oraculum iuris . videlicet duodecim lapillos,quibus inscripta erant Patriarcharum nomina,quæ testabantur iura, immunitates, & priuilegia filiorum Israel.

Exo. 23. ỳ. 29.

Polychronius ita explanat hunc versum : Illud ergo:Cui conuenit,indicat Zorobabelem,& Iesum filium Iosedech , quorum alter functurus erat Regis officio,alter sacerdotis . Illud vero: Donec veniat, pro donec reuersionis tempus aduenial , &c. Verum neque in Zorobabelem quadrat vaticinium , neque Iesu conuenit sacerdoti. Et quidem Sacerdoti conuenire non potest,cum de regio diademate tantũ hic mentio fiat, vt supra ostẽdimus. Duci autẽ Zorobabeli nihilo melius aptatur . nãque ille ducis munere functus est, non regis . Neque vero ipse , neque quisquam alius successorum ducum diadema regium capiti imposuit suo vsque ad Hircanum , qui sub aduentum Christi regiam coronam vsurpans,corona pariter , & vita spoliatus est. Præterea quoniam regium diadema , rectaque tiara non repente inclinanda,& incuruanda dicitur , sed sensim,& per quosdam veluti gradus, vt supra notauimus , antequam Principi legitimo tradatur;necesse igitur est longum tempus, variasque vicissitudines principatus interessisse à Sedechiæ casu ad venturum principem . at verò inter Sedechiam , & Zorobabelem exiguum temporum interuallum fuit, vnicusque Reipub. status, isque misertimus, nempe captiuitatis.Non est igitur Zorobabel promissus princeps , cuius est iudicium.Restat itaque,vt oraculum hoc vni Iesu Christo conuenire dicamus, qui solus fuit legitimus regni Dauidici hæres , & totius mundi princeps , vt iusto commentario suo loco differemus .

Polychr.

4 Reg. 25. ỳ. 6.

Vni Christo Regi conuenit hoc oraculum.

Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon , & ad opprobrium eorum . Dixerat vates supra duplicem viam delineasse Babylonium,incertumque,vtram insisteret , dexteram ne , quæ ducebat Hierosolymam ; an potius sinistram , quæ dirigebat in Rabath Ammonitarum : sortilegio autem edoctum cepisse dexteram , obsedisseque,& expugnasse Hierusalem. interim Ammonitæ extollebantur, & magnificabant se ipsos , quasi Nabuchdonosor non ausus esset aduersus eos bellum suscipere , irridebantque filios Israel, & Deum ipsorum blasphemabant,vtpote imbellem ad resistendum Babylonijs. Sic enim scribit Sophonias . *Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt populo meo , & magnificati sunt super terminos eorum: propterea, Viuo ego , dicit Dominus exercituum Deus Israel ; quia Moab,vt Sodoma erit , & filij Ammon,quasi Gomorra ficcitas spinarum,& acerui salis,& desertum vsque in æternum . reliquiæ populi mei diripient eos , & residui gentis meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua ; quia blasphemauerunt , & magnificati sunt super populum Domini exercituum* . atque Ezechiel. *Dices filijs Ammon: Audite verbum Domini . pro eo quod dixisti: Euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est, & super terram Israel, quia desolata est* , &c. Ergo ita poscente cum eorum superbia, tum diuisionis præfatæ ordine , vt doceremur quidnam contigisset ciuibus Rabath,ad sinistram iacentibus ; Propheta opportune vaticinatur aduersus prædictos Ammonitas : deinde in ipsum quoque Babylonium sententia pronunciatur, vt notauit Scholiastes, quo intel-

Sopho. 2. ỳ. 8.

Ezechi. 25. ỳ. 3.

Scholiast.

intelligerent qui hæc in Deum inania effuticbant, non Deorum ope vicisse Babylonium, sed impietate Israelitarum. *Ad opprobrium eorum*, non quod passi sunt, sed quo affecerunt filios Israel.

Mucro, mucro euaginate ad occidendum, limate, vt interficias, & fulgas. Librariorum errore ex casibus vocatiuis euaginate, & limate facti sunt modi imperatiui; euagina te, lima te. Errorem detegunt Hebræi codices, in quibus istæ voces infinitiui temporis sunt, non imperatiui. item Græci, qui participia legunt, gladius eductus, & exemptus. & Hieronymus, qui suam versionem sic explanat: O mucro, mucro, qui paratus es ad cædem, limatus, vt fulgeas, &c. Denique consequentia idem mendum redarguunt, scilicet: Reuertere ad vaginam tuam, &c. si enim mucro prouocatur ad vaginam redire, necesse est exemptum fuisse. quod si eductus erat, quorsum illi præcipiatur, euagina te? Legendum itaque, euaginate, vnica voce, non duplici. Atque hæc de littera. Quod vero attinet ad sententiam vatis, ea videtur esse: Clama aduersus filios Ammon, & dices: O mucro, mucro euaginate, & limate; vel, euaginatus es, & limatus, exemptus, vt alios interficias, limatus, vt alios terrefacias. Dum enim sæuis in Israelitas, Ammonitis internecionem intentas.

Polychro. Theodor. *Cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia.* Septuaginta: Excitare, vt splendeas in visione tua vana, & in diuinando mendacia. Quod Polychronius, & Theodoretus ita explicant: At non gladio, sed ijs, qui eo vsi sunt, vaticinatur. falsum vero vaticinium, & inanem visionem appellat, quippe quæ aliena esset à veritate. nam etiamsi vera tunc præsignificabant, attamen ea, quæ ex sacris Prophetis diuinam sententiam prænunciantibus, audierant, præmonstrare visi sunt. nam improbitate, ac nequitia pleni impuri dæmones, Nabucdonosori, quæ à prophetis erant prænunciata, suggerebant; Iudæis vero per falsos prophetas contraria prædicebant, pacem illis pollicentes, & hostium fugam; vt Deo non obtemperantes, sed resistentes, vsitataque Dei prouidentia destituti, hostibus ab ipsa iustitia traderentur, & ipsorum oracula vera declararentur. In eandem *Scholiast.* sententiam Scholiastes: Excitatus es quidem, inquit, Babylonie, ad supplicium Iudæorum; sed diuinatione vsus es, & mendacibus, ac inutilibus te ipsum tradidisti. Verum etiamsi res eum exitum habuit, idcirco habuit, quia ego ita antea prænunciaueram contra indigenas, & incolas ciuitatis. Et hoc est illud: *quorum venit dies*, &c. Qui quidem au- Reiicit alio rum interpretationē. ctores referunt falsum vaticinium ad sortilegium, quo Babylonius instructus fuit ad insectandam viam dexteram versus Hierusalem. Verum hæc interpretatio contextui, & sibi ipsi repugnare videtur, quantumuis ab illis coloretur. nam vanum, & mendax vaticinium dici non potest id, quod ex oraculis prophetarum depromptum est, exitumq. habet, verbis per omnia respondentem. tale au- Verum, & firmum vaticiniū est, quod exitu comproba- tur. tem fuit vaticinium diuinorum Nabuchdonosoris, impium quidem illud, & execrandum, vt pote quod ex pacto, cum dæmone inito, conceptum est, sed nullatenus vanum, aut mendax; immo verax & stabile. nam secundum eorum prædictionem vrbem obsedit, expugnauit, cepit, incendit, &c. Repugnat & contextui, quoniam in ea sententia vix potest versus cohærere cum præcedēti, neque cum sequenti. Quorsum enim vates, prophetans contra filios Ammon, atque aduersus eos lacessens exemptum gladium, diceret: O mucro limate ad cædem, excitare, vt splendeas in visione tua vana, & diuinatione mendaci, hoc est, vt ipsi volunt, secundum visionem diuinorum tuorum vanam, & mendacem: oppositum potius dicturus, scilicet, secundum visionem tuam veracem, & fidelem. Quare cum bona illorum venia existimo alium esse sensum loci, atque illum dativum, tibi, positum esse pro ablatiuo cum præpositione, scilicet, de te, Syntaxi Hebræis, & Græcis vsitatissima, vt diuinatio vana non sit ea, quam conceperunt vates, sed quam de Babylonij aduentu prænunciarunt diuini Ammonitarum. atque ea sit versus sententia: *Mucro, mucro euaginate ad cædem, limate, vt fulgeas, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita*, &c. hoc est, Ammonitarum. Inter vtrumque autem versum inferatur per parenthesim *dum tibi*, id est, de te *viderent* ipsi Ammonitæ *vana*, *& diuinarent mendacia*, hoc est, quantumuis ipsi à gladio Babylonio, tamen tu, ò Babylonie mucro, non solum contra Iudæam nudatus es, sed etiam contra Ammon, vt scilicet adigaris ipsorum iugulis, quorum decreta est internecionis dies. Deinde alia multum diuersa consequitur oratio.

Explicat loci sensum propria tentia.

Reuertere in vaginam tuam in locum, in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te. Quod ad litteram attinet, aliter viderur legisse Hieronymus in codice Hebræo, atque hodie legimus, quandoquidem transtulit *in vaginam tuam*, quomodo etiam verterunt septuaginta, nimirum interpretans nomen cum affixo pronomine תערך tagrac vaginam tuam: cuius vice hodie legimus תערה tagrah vaginam. Præterea pro reuertere, videtur legisse השב hasēb; imperatiui modi, cū hodie legamus השב hasab. cuius loco R. Dauid ponit futurum, Nunquid, inquit, reducam gladium in vaginam? Verum hæc versio non consentit sententiæ sequenti; *in loco, in quo creatus es, iudicabo te.* perperam itaque adiecit particulam, vt sensum distorqueret. Simplicius Hieronymus per imperatiuum vertit eam vocem, quomodo verrenda est, quibuslibet subiectis punctis, quæ facile apud Hebræos commutantur, etiam in verbis perfectis. Post hanc orationem septuaginta addiderunt: Et ne diuerseris, vel ne maneas, ac si diceret, ne amplius grasseris, & sæuias extra patriam, eo potius reuertere. *In loco, in quo creatus es* legunt multi codices Latini. quomodo etiam septuaginta transtulerunt, & sequentibus iunxerunt orationem ἐκ τοῦ τόπου τούτου, ᾧ γεγέννησαι ἐκ τοῦ τόπου τούτου, ὦ γεγέννησαι en to topo tuto, o gegennise. Alij vero legunt *in locum*, & cum præcedentibus nectunt, quibus consentit Hieronymi commentarius, qui eiusmodi est: Reuertere ad vaginam tuam, id est, in Babylonem ad locum, in quo factus es, & creatus, vt in terra natiuitatis tuæ iudicem te. Sensum autem loci in hunc modum explanant Polychronius, & Theodoretus. Itaque cum imperasset gladio, vt cernicibus admoueretur eorum, qui nefarie, ac sceleste vixissent, quippe cum illorum finis, & exitus iam aduenisset; imperat eidem gladio, dicens: Reuertere in vaginam tuam, & ne diuerseris in loco, vbi natus es, in terra tua iudicabo te. Vobis autem, inquit, ò Babylonij, quos gladium appello omnium, cum feceritis, quæ denunciaui; non hic, sed in vestra ipsorum terra, pœnas à vobis repetam impietatis. Scholiastes vero adiecit: Cum Hierosolymis ad exitum perduxeris tuum tēpus, nō in Iudæa, sed in loco, in quo factus es par pari referam. nam de Babylone conqueritur Deus per Isaiam dicens: *Et ego dedi eos in manus tuas, in*

Deum ipse, qui ad correctionē populi, cui tyrannos permittit, poenitentia sumptum, vindictam in tyrannos exercet.

R. Dauid.

Hieron.

Hieron.

Polych. Theodor.

Scholiast.

Isai. 47. ℣. 6.

vero

vero non dedisti eis misericordiam, &c. Locus, quem citat Scholiastes, extat Isaiæ 47. idemque argumentum tractat caput Isaiæ decimum, cuius bona pars est dilucidus eius loci, quem tractamus, commentarius: *Væ Assur*, inquit, *virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum, & erit, cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Hierusalem visitabo super fructum magnifici cordis* verba arrogantia, quæ ex tumore superbiæ oriuntur *regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius* fastuosum eius supercilium, *dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum depradatus sum. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus exercituum: Noli timere, populus meus, habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via* Aegypti, more Aegyptiorum, qui oppresserunt Israel, *adhuc enim paululum, modicumque & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum, & suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam*, cædem, *Madian in petra Oreb*, &c. Eiusdem instituti est capite decimumquartum sequens. *Sumes*, inquit, *parabolam istam contra Regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantiū, cadentem populos in indignatione*, &c. & mox. *Perdam Babylonis nomen, & reliquias, germen, & progeniem dicit Dominus: iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non vt putaui, ita erit. & quomodo mente tractaui, sic eueniet, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius*, &c. Verum hæc verba aduersari videntur vaticinio Ezechielis. Ille enim Babylonium iudicandum prædixit in terra natiuitatis suæ, postquam consummasset opus Domini, ad quod destinatus fuerat in Iudæam. Isaias autem in terra sancta conterendum minatur, & in montibus sanctis conculcandum. Huic obiectioni responderi posset, Ezechielem loqui de Nabuchdonosore, Isaiam vero de Sennacheribo Assyrio, quorum ille in terra sua impietatis pœnas luit, expugnata per Cyrum Babylone; istius vero exercitus in montibus sanctis Angelico gladio trucidatus, vt in libris Regum scriptura testatur. Quod si instes de Babylonio Rege sermonem esse Isaiæ; illumque conterendum in montibus sanctis prædicere; respondeo, Vatem de vtroque esse locutum. primum quidem de Babylonio, cuius progeniem conterendam prophetat, per quem intelligit Nabuchdonosorem; atque in eo vaticinio consentit cum Ezechiele. deinde vero de Sennacheribo illius prædecessore, quem proprio cognomine appellat Assyrium, quoniam regnum tenebat Assyriorum, eumque in montibus sanctis conculcandum vaticinatur. Consonant itaque sibi mirum in modum duæ prædictiones prophetarum.

Isai. 10.

Isai. 14.

Consensus prophetiæ Isaiæ, & Ezechielis de Nabuchdonosore, & Sennacheribo Assyriorum Regibus. 4. Reg. 19. ℣. 35.

Verum dicat quispiam. Quid est, quod Assyrium in montibus Israel perdere voluit Deus, Babylonium autem in terra sua iudicare maluit? an quia Babylonius minister erat diuinæ vindictæ, atque ad hoc munus accitus, & conductus, vt supra vidimus, Assyrius non item; & par erat Deum lictori suo non modo mercedem, sed etiam honorem exhibere? an quia Babylonius iustum suscepit bellum aduersus vrbem, periurio Sedechiæ lacessitus; Assyrius contra eam per tyrannidem inuasit? decebatque diuinam iustitiam, vt ducem suū cum victoria remitteret in proprias sedes, & vt inuasorem è conuerso in ipsa expeditione mulctaret? an potius quoniam Sennacherib non modo minatus est populo, sed etiam conuiciatus numini, cum Nabuchdonosor in perfidum potius Regem duxisset exercitum ob diuini nominis violationem vindicandam?

Et effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo in te. R. Dauid idem omnino significari putat secunda versus parte, atque prima; nisi quod vehementiorē iram innuit translatio apposita: Succendam, inquit, & excitabo furorem meum in te instar sufflantium in ignem, vt accendatur vehementius. Polychronius, & Theodoretus: Quam sit facile quiduis diuinæ potentiæ, per hæc ostendit. vt enim, inquit, insufflare facile est, ita facile admodum, & promptum est omnis generis te supplicijs afficere. Hieronymus autem morari Prophetam in metaphora gladij existimat: Faciam te, inquit, igne consumi, & tradam te in manibus hominum stultorum, & imperitorum, qui artem non habent cudendi gladios, & acuendi, vt nequaquam vltra acuaris, limeris, & fulgeas ad occidendum, sed sis ignis cibus, &c. Iuxta quem sensum, ignis, fornacem ignis significat. nam in fornace sufflamus metallum, quod conflare volumus. cuius metaphoræ meminit Isaias, Ieremias, & Ezechiel infra, ibique eam plenius examinabimus.

R. Dauid. Polychr. Theodor. Hierony. Isaiæ 66. Ierem. 6. Ezechiel c. 22.

Daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum, igni eris cibus. Septuaginta: In manus virorum barbarorum fabricantium corruptiones. quam versionem superiori versu interpretatus est Hieronymus. Porro Hebræa vox בער boghar vtrumque significat pecuinum, insipientem, & barbarum, vel furibundum; nec abs re. nihil enim est furibundo stultius, neque insipiente truculentius. Scholiastes vero: Barbaris, inquit, pro crudelibus positum est. Polychronius addit: Medorum, & Persarum impetum in Babyloniam indicat ijs verbis, qui omnia genera machinarum, ac tormentorum mœnia oppugnantes attulerunt. qui quidem germanum loci sensum mihi videtur assecutus. nam Hebræa ad verbum ita sonant: Dabo te in manus hominum ardentium, qui architecti sunt perditionis. hoc est, instrumentorum ad perdendum. nam eandem vocem vsurpauit noster vates supra, cum ait: *Vnusquisque habet vas perditionis in manu sua.* Et Chaldæus sic conuertit: Qui artifices sunt ad dissipandum. Videlicet, qui machinamentis construendis vigent. *Igni eris cibus.* id est, ædificia tua igni conflagrabunt.

Hierony. Scholiast. Polychr. Ezech. 9. ℣ 1.

Sanguis tuus erit in medio terræ. R. Dauid. In medio terræ, id est, intra terram, absumetur à terra, vt nemo vlciscatur sanguinem tuum. Simile est illud Iob. *Terra ne operias sanguinem meum*, &c. Vel sensus est: Sine misericordia trucidaberis, non colligent effusum cruorem vicini, uel cognati: nullus te planget: nullus cadauer tuum efferet, sed in sanguine tuo volutaberis, ibique tabesces. Fortasse etiam hæc phrasis valet idem, quod palam, audacter, inuerecunde cædem exercebunt milites. quasi dicat; Non in angulis, & receptibus clanculum, sed in medio terræ, in plateis scilicet, & compitis effundent sanguinem tuum: neque cruorem operient, aut cadauer abscondent, vt solent occisores,

Varius sensus huius phrasis sanguis erit in medio terræ. Iob. 16. ℣. 18.

fores, qui sibi a iudicibus timent. quinimmo impune grassabuntur in te, & cæde peracta deferent inhumata cadauera, sanguine proprio obuoluta, sanieque tabentia. Tale est illud: *Posuit cruorem belli in baltheo suo, & in calceamentis, &c.* hoc est, tantum abest, vt sepeliri curauerit mortuum, eiusque collegerit cruorem; vt potius illo cruentatum baltheum,& calceos publice gestauerit, & palam ostentauerit pro gloria. Verum secundum

3. Reg. 2. ℣. 5.

A sensum esse aptiorem probat oratio sequens.

Obliuioni traderis. Hoc est, non conderis in sepulchro. nam Mausolea reuocant in memoriam viuis mortuorum nomina, & facta. vnde synonyma sunt. Erit tui memoria, & conderis in sepulchro. Vt contra obliuioni traderis, & iacebis inhumatus. *Quia ego Dominus locutus sum.* cuius dixisse, fecisse est, ait Hieronymus.

Monumentum pro memoriali mortuis est, non sepeliri pro obliuione.

Hieron.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

ARGVMENTVM

Recenset varia ciuium scelera, vrbemque comparat fornaci argentarij, atque siluæ ferarum ob immania facinora incolarum.

I. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

II. Et tu fili hominis, nonne iudicas, nonne iudicas ciuitatem sanguinum?

III. Et ostendes ei omnes abominationes suas, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam, vt polluereturr.

IIII. In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem vniuersis terris.

V. Quæ iuxta sunt, & quæ procul a te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu.

B Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. VI.

Patrem, & matrem contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristauerunt apud te: VII.

Sanctuaria mea spreuisti, & sabbata mea polluisti.

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. VIII.

C Verecundiora patris discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. IX.

Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.

Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram, & superabundantiam accepisti X.

cepisti, & auare proximos tuos calumniabaris: A meique oblita es, ait Dominus Deus.

XIII. *Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui.*

XIV. *Numquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, & faciam.*

XV. *Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam a te.*

XVI. *Et possidebo te in conspectu Gentium: & scies* B *quia ego Dominus.*

XVII. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens:*

XVIII. *Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt.*

XIX. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quod versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem,*

XX. *Congregatione argenti, & æris, & stanni,* C *& ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea ignem ad conflandum. sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam: & conflabo vos.*

XXI. *Et congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius.*

XXII. *Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis, quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos.*

XXIII. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens:*

XXIV. *Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris.*

XXV. *Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, rapiensque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius.*

XXV *Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & profanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & a sabbatis meis auerterunt oculos suos & coinquinabunt in medio eorum.*

XXVII. *Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare ad sectanda lucra.*

XXVIII. *Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus.*

XXIX. *Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter: egenum, & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio.*

XXX. *Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni.*

XXXI. *Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.*

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS
VIGESIMISECVNDI.

II. Iudicare peccatores munus est prophetæ. Theodoretus.

ET tu fili hominis, nonne iudicas, nonne iudicas ciuitatem sanguinum? Vel: Nonne redarguis, & increpas? cur non expostulas cum illa? nam iudicare, omnia iudicis officia exercere significat. Theodoretus: Exposita vltione Babylonis, traducit rursus oratio- D nem ad Hierusalem, à qua diuerterat, Prophetæque præcipit, vt iudicis more redarguat, quæ illa scelerate designarat facinora. ipsamque ciuitatem sanguinum vocat, vt quæ multas iniuste fecerit cædes, &c.

III. Idololatria, & homicidio omnia perstringuntur crimina.

Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius, & quæ fecit idola contra semetipsam. Diximus supra, morem esse prophetarum præcepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decalogi ad duo capita referre; & omnia quæ ad primam tabulam pertinent, intelligere, modo sub secundo præcepto, modo sub tertio, interdum sub primo: quæ vero ad secundam Tabulam, perstringere in præcepto quarto, aliquando in quinto, nonnumquam in octauo; atque diuinæ legis violationem significare per transgressionem bini præcepti. Eiusmodi figura loquendi vsus est vates in præsenti; cum enim vrbem omnium vitiorum sentinam carpere statuisset, vniuersa eius crimina ad duo capita reuocauit, scilicet ad idolorum cultum, atque effusionem sanguinis. illo videlicet scelere, cetera contra Dei honorem admissa significans, isto vero reliqua aduersus proximum designata. quod & R. Dauid hoc loco innuit.

R. Dauid. In medio sui, significat, palam, insolenter, audacter

Effundens sanguinem. itaque tantumdem valet, atque crudelis aduersus ciues, iuris & æqui violatrix. *in medio sui* Palam, insolenter, audacter, & non tantum priuatim, & clanculum, R. Dauid teste. Vide extremum capitis præcedentis.

R. Dauid.

Tempus, & dies sumuntur pro eo, quod in tempore, aut statuto die fit. Scholias. Theodor.

Vt veniat. Ita vt veniat *tempus eius*, vltio in tempore constituto. nam tempus, & dies significant interdum id, quod fit in tempore, vel die, vt supra notauimus, & Scholiastes cum Theodoreto hoc loco obseruarunt: Multa, inquiunt, cædes, ò ciuitas sanguinum, quam patrasti in media ciuitate conciliauit tibi tempus supplicij, tu tibi attrahis calamitates.

Hieron. Theodor. Scholi. Ipsa sceleris cogitatio polluit.

Et quæ fecit idola. Septuaginta: cogitationes. Vbi Hieronymus: Adorasti opera manuum tuarum. Theodoretus vero: Quæ commenta meditaris, & ea in actum perducis, ijsque polluueris. Scholiastes autem: Ostendit, inquit, quantum fuerit eius erga idola studium, quod & ipsam polluit voluntate ipsa ac mente, quam per cogitationes declarauit.

Hiero.

Et appropinquare fecisti dies tuos. Hieronymus: Adduxisti tempus annorum tuorum, quod multo tempore dicebatur, & differebatur, vt ageres pœnitentiam, tu autem *secundum impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ*. Scholiastes: Cædes, quam fecisti in vrbe, calamitates tibi attulit. quippe nisi perpetrassent, quæ illis obijciebantur scelera, neque morti gladij traditi essent, neque captiuitati. R. Dauid: Homicidia fuerunt causa extremæ ruinæ Hierusalem. Vide, quæ notauimus in Commentario ad caput quartum de quadraginta annis regni Manassis, quibus Deum, alioqui cunctantem, compulit vrbem hostibus tradere.

Rom. 2. ℣. 5 Scholias. R. Dauid.

Scholias. Deus ostenditur non propensus ad vindictam, sed ipsis sceleribus quodam modo compelli. Theodore. Scelera statuta Diuinæ lõganimitatis tempora cõtrahunt, & mortem immaturam accelerant.

Scholiastes: ostendit porro his omnibus non esse Deum ad supplicium promptum, aut propensum, sed ab ipsis vel inuitum quodammodo ad hoc impelli. Theodoretus: Tempus enim certa quadam mensura præfinitum secundum diuinam longanimitatem, iniquitas amplior effecta contrahit. quod etiam factum fuisse Noe tempestate videre licet. Cum enim centum & viginti annorum tempus hominibus illis, qui tunc viuebant, ad pœnitentiam præfinisset; conspicatus eorum impietatem augescere, decretum tempus illud contraxit, & anno centesimo per diluuium supplicium illis infligit. hoc etiam hic innuit, cum dixit: *Et appropinquare fecisti dies tuos, &c.* Theodoreti obseruationem confirmare licet ex ipso textu Geneseos. *Non permanebit*, inquit, *spiritus meus in homine in æternum, quia caro est*. hoc est, Non continebo amplius conceptum furorem, non differam vlterius vindictam contra hominem, ex quo degenerauit in pecudem, cum sit spiritus. Qua propter Dauid in Psalmo ait: *Viri sanguinum & dolosi non dimi-*

Gen. 6. ℣. 3.

Psal. 54. ℣. 24.

diabunt dies suos, id est, non peruenient ad iustam ætatem, rapientur ante tempus, morientur in tempore non suo. & Iob: *Tolletur in primo flore botrus eius*: his occidit sol in meridie.

Iob. 15. ℣. 33.

Propterea dedi te in opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris, quæ iuxta sunt, & quæ procul à te. Scelerum deinde fructus recenset; hac, inquiens, de causa eiusmodi te reddam, cui gentes illudant, quamque irrideant omnes finitimi, & extranei.

Scholias.

Triumphabunt de te (septuaginta: illudent tibi) *sordida, nobilis, grandis interitu*; Scholiast Hæc verba sunt nationum insultantium Hierosolymorum ciuitati. Hoc ex septuaginta constat, qui paraphrasticῶς adiecerunt, vt in quibusdam codicibus, & clamabunt in te. id scilicet, quod sequitur: *Sordida, nobilis, grandis interitu*. Hebraice: Sordida nominis, vel polluta nomine, aut fama, grandis contritione. Septuaginta: Immunda nominata, & multa in iniquitatibus. Quod sic enarrat Hieronymus: Sordida, quæ munda esse desijsti: nobilis in malo, quæ quondam in bono cunctas vrbes nobilitate superabas: grandis interitu, vt quanto sublimior eras, tanto fortius rueres. Itaque Hieronymo perinde est *Sordida nobilis*, atque insigniter impura, vel nobilis meretrix. Eadem fere Theodoretus. ait enim: Insultantes in tuas miserias, impuram te, & iniquam, & improbitate insignem nominabunt. Potest etiam subesse antithesis inter duas priores voces, quo modo intellexit Scholiastes. Quæ olim, inquit, eras celebris, nunc humilis, & abiecta. & tunc legere oportet in Hebræo, sordida nominis, &c. Eadem contrapositio per interrogationem vehementius, & explicatius effertur ab Isaia. *Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij?* Quonam pacto ex matrona nobili, & fideli facta es sordida meretricula? & ex parente æquitatis facta es homicidarum receptaculum? *Grandis interitu*. Horrendum te manet exitium, cum à tam nobili sanguine, & conditione in tam insignem degeneraueris vilitatem, atque improbitatem. Quæ nobilis eras genere, opibus, regno, potentia, nobilis quoque adulterijs, & flagitijs, famosa eris interitu. Nam *potentes potenter tormenta patientur*. Non potuit non esse magna ruina eius, quæ è tam excelso fastigio gloriæ, in tam profundum se præcipitauit turpitudinis barathrum; neque potuit non excitari ingens fragor ex tam ingenti ruina.

Theodor. Scholias. Theodoret. Scholias.

Theodor. Scholias.

Theodoret.

Isai. 1. ℣. 21.

Nobiles potentes, magnates ingentibus implicitos sceleribus, ingens consequitur vltio.

Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. Septuaginta: Vnusquisque ad cognatos suos consociati sunt in te, vt effundant sanguinem. Deinde scelerum species enumerat, atque à principum insolentia exorditur. Ij vero (ait Scholiastes) erant reges, & sacerdotes, qui & mali auctores fuerunt aduersus tribus, familias, & gentes, exercentes omnem iniustitiam. Theodoretus: A cognatis ait eos nihil abstinere, sed cognationis iura confundere, iniustas cædes perpetrantes, &c. Qui quidem scriptores principum studia aduersus cognatos ipsos destinari crediderunt. Possunt etiam verba Septuaginta alio flecti: vt scilicet significauerint principes Israel, fœdere inito cum cognatis, & tribulibus, tyrannidem exercuisse aduersus infirmos homines, & plebeios. Hebraicus autem codex non habet, in cognatis, sed in brachio suo, sicut & Latinus, cuius nota est sententia, videlicet, principes non ex iustitia, sed ex potentia gubernasse Rempub. nam brachium, quo vires exerimus, symbolum habetur potentiæ.

Principes arguitur quia non ex iustitia sed ex potentia Resp. administrabant. Brachij simbolum potentiæ.

Patrem

VII. Alleuare & aggrauare significant de spicere & honorare.

Patrem, & matrem contumelijs affecerunt in te. Hebr. חקלו hecallù, alleuauerunt, id est, vilipenderunt. Oppositũ verbo כבד cabad, quod est grauem esse pondere, honore, diuitijs, gloria, &c. vtriusque mentio est apud Isaiam in eodem sensu: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris, &c.* hoc est, olim nihili ducebatur Galilæa, nouissimis autem diebus, eam visitante, & incolente Messia, erit honoratissima. Quo modo intellexit eum locum S. Matthæus, vt patet ex contextu. cum locus alioqui sit obscurissimus, quantumuis à veteribus interpretibus varijs glossematis instructus fuerit. Alleuiare itaque eo loci, sicut in præsenti traduxit Hieronymus significat vilipendi, aggrauari valet honorari. Septuaginta verterunt ἐ κακολόγουν, ecacologun maledicebant, hebraisinum inuoluentes græcæ dictioni: nam Hebræis, vt benedicere est genuflectere, reuereri, & honorare, ita maledicere est dehonorare, despicere, vilipendere. eam igitur vim Hebraici verbi explicare voluerunt Græco, vt constat in Exodo vbi similiter verterunt ὁ κακολογῶν, o cacologon, *qui maledixerit patri, vel matri*, pro participio מקלל mecallel à prædicto verbo deriuato, quod significat vilipendens, despiciens. atque ex antithesi eius verbi cum verbo honorandi facta à Christo Domino apud Matthæum, & Marcum. *nam Deus dixit: Honora patrem, & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur. vos autem dicitis: Quicumque dixerit:* (maledixerit) nolunt enim proferre impium verbum, religionis ergo. *patri, vel matri. munus quodcumque est ex me*, quod ad me attinet, quod mihi obueniet, *tibi proderit*, &c Vides in his omnibus locis maledicere oppositum esse verbo honorandi. atque adeo valere minus, quam sonat, scilicet non verbis esse contumeliosum, sed factis impium, & iniurium erga parentes. ergo etiam huic sceleri mortis pœna constituta erat.

Exod. 21. ℣. 16.

Mat. h. 15. ℣. 4. 5. Marc. 7. ℣. 10. & 11.

Patres non honorare factis capitis pœna mulctabatur.

Aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum, & viduam contristauerunt in te. Et hoc lex prohibuerat in Exodo: *Aduenam non contristabis, neque affliges eum. aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti.* & iterum, *viduæ, & pupillo non nocebitis.*

Exod. 22. ℣. 21.

VIII. Exod. 22 ℣. 22. Scholias.

Sanctuaria mea spreuistis. Septuaginta: Sancta mea, *& sabbata mea polluistis.* Schol. Offerentes cœca, & clauda, & vitiosa in sacrificium. dies dicit celebritatum, veluti Scenophegiæ, vel Tabernaculorum, Pentecostes, & aliarum solemnitatum: quibus, vt ait Isaias, omnes sibi subiectos pugnis adigebant in iudicia.

Isai. 58. ℣. 4.

IX. Detractores cum latronibus ac sicarijs comparantur. R. Dauid. Symmach. Theodoti.

Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem. R. Dauid: Qui rixas, & discordias seminabant, vt homicidia fierent. Symmachus, & Theodotio vertunt, Viri dolosi. Septuaginta habent, Viri latrones. Hebr. est אנשי רכיל anse rachil, viri mercaturæ, viri delationis, delatores verborum, qui aliorum dicta, hinc petita alio deferunt more mercatorũ, vt aliquod ex ea vectura lucrum reportent. merito latrones, & sicarios vocarunt septuaginta eiusmodi delatores, quod aliorum famam detrahendo diripiant, maiusq. inferant nocumentum, quam publici grassatores. Erat hoc vitium lege interdictum in Leuitico: *Non eris criminator, neque susurro in populis.* duplici enim voce latina vnius Hebraicæ diuitias exhaurire voluit Hieronymus. eandem vocem repetit Ieremias: *Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter.* Hebr. Principes desertores, desertionis, ambulantes delatorie.

Leuitic. 19. ℣. 16.

Hieron. Ieremiæ 6. ℣. 28.

Et super montes comederunt in te. Hoc est, idolis sacra faciebant, & idolothytis vescebantur, vt dictum est supra.

Scelus (incestum) *operati sunt in medio tui.* quod sequentia verba declarant.

X.

Verecundiora patris discooperuerunt in te. Nec defuere, qui cum patris vxore habuerint rem. id scelus prohibuit lex, in Leuitico. *Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies.*

Leuitic. 18. ℣. 8.

Immunditia menstruatæ humiliauerunt in te. Pro immundam menstruis compressérunt. hoc enim valet quandoque in sacris humiliare, Hebraicum scilicet ענה ghanah; cum est secundæ coniugationis. Tam erant, inquit, lasciui, & incontinentes; vt ne à mulieribus quidem, quæ fluxu menstruo laborabant (quod non solum est contra legem, sed etiam maxime impurum) abstinerent. Deinde in accusanda libidine immoratur.

Leuitic. 20. ℣. 18.

XI.

Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie. Theod. Hoc autem iniquitatis est incrementum, neque enim æquale est cum aliena vxore misceri, & proprij filij nuptijs insidiari; sed quanto fornicatione adulterium grauius, tanto adulterio sceleratior consuetudo cum nuru.

Theodor.

Frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Hieronymus hæc omnia breui paraphrasi elucidauit: Nouercæ contra fas, & licitum copulati, & immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te, non parcentes naturę, neque inducias dantes turpitudini, & ad vxorem proximi sui adhinnientes: quodque hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum, & frater sororis iura nesciuit, vt non vterinam, sed eodem patre violaret sororem.

Hieronym.

XII.

Munera accipiebant in te, vt effunderent sanguinem. Iura, & insontium cædes pecunijs vendebant. tum ad extremum veluti quemdam colophonem scelerum imponit.

Vsuram, & superabundantiam accepisti. Necessitatem pauperum vertens in lucrum, quod genus flagitij etiamsi non extremum, aut grauius cæteris positum esset; coniunctum tamen cum ijs, quæ dicta sunt, idoneum erat ad deterrendos eos, qui id commisissent, & ad persuadendum hoc auaritiæ genus effugiendum esse, vtpote cum sceleribus vel impijssimis coniunctum. cum homicidijs enim, & idololatria, & libidinibus turpissimis commemoratum est.

Vsura committur immanissimis flagitijs.

Et auare proximos tuos calumniata es. Septuaginta: Et consummasti consummationẽ malitiæ tuæ, quæ in oppressione. Quam versionem sic enarrat Polychronius: Illud enim συνετέλεσω, synetelesо (expleuisti) pro eo ac si dicat: Omnia commisisti scelera. illud vero συντέλειαν, syntelian positum est pro, cum intensione, & ex professo, non obiter. Mirum in modum expressere Septuaginta mentem vatis, atque Hebraici verbi potestatem. neque minus feliciter assecutus est Polychronius Græcæ versionis cum Hebraico fonte consonantiam, ex qua vulgatæ quoque nostræ cum vtraque resultat concordia. Etenim Hebræum verbum בצע betsagh sollicitum significat hominis cupidi, & auari studium rapiendi vndequaque aliena; vt ingens compilet thesaurum, expleatq. insatiabilem pecuniæ sitim. ex quo fonte in varios deriuatur riuos significatio verbi. nam auare rapere significat, vt apud Iob: *Quæ est enim spes hypocritæ, si auare rapiat.* Item vulnerare; quod auaritia vulneret hominem, & tamquam gladius sanguinem eius exsugat. nam pecunia sanguis est

Auaritiæ effectus, nomina, & supplicia. Polychro.

Iob 27. ℣. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioel 2. ℣. 8. miseris mortalibus, vt ait ille; Sic apud Ioelem. *Per feneſtras cadent, & non demolientur.* Hebraice: *Amos 9. ℣. 1.* Non vulnerabuntur. & Amos: *Auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam.* Hebraice: Vulnera eos in capite; quod reſpondet ſequentibus, & nouiſſimum interfice, &c. In ſecunda autem ſignificatione ſignificat ardentem cupiditatem explere, deſiderium ſatiare, conſummare, vel perficere aliquid pro votis, vt in *Thren. 2. ℣. 17.* Threnis: *Fecit Dominus, quæ cogitauit, compleuit* (auide) *ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis.* & in Zacharia: *Zachar. 4. ℣. 9.* *Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, & manus eius* (ſolicite) *perficient eam.* & in Iſaia: *Iſai. 10. ℣. 12.* *Cum* (feſtinato) *impleuerit Dominus cuncta opera ſua*, &c. Igitur verſio Hieronymi actionem verbi ſignificauit directe, oblique autem affectum. Translatio vero Septuaginta affectum recta declarauit, ex obliquo autem actionem calumniæ. ideoq. prima fronte ſibi videntur aduerſari, re vera eandem omnino continent ſententiam.

R. Dauid. R. Dauid, eumq. imitati alij Catholici, ſic verterũt Hebræa: Ditaſti proximos tuos per calumniam, hoc eſt, Aegyptios, & Aſſyrios locupletaſti pecunijs, per calumniã, extortis; quo ſcilicet tibi eſſent auxilio. Quæ translatio neq. verbi ſignificationi, neque contextui repugnat. immo vero cum ſenſum expreſsiſſe Septuaginta videri poſſunt; vt nihil aliud ſit conſummare conſummationem malitiæ in oppreſsione, quam implere faccos & thecas, ditari, vel ditare alios pecunijs per fraudem compilatis. Sane ſequentia plane quadrant cum prædicta ſententia. Procuraſti auxiliares exterorum copias nummis per vim, & fraudem conquiſitis, fiduciam tuæ ſalutis in hominibus collocans.

Dei obliuio mater eſt omnium flagitiorum.

Meique oblita es, ait Dominus Deus. Verbum שכח ſacach importat obliuionem cum neglectu, & in curia, ſicut oppoſitum eius זכר zacar, inuoluit *Iſai. 49. ℣. 15.* cum memoria diligentiam, & curam. Vide apud Iſaiam: *Numquid obliuiſci* (negligere) *poteſt mater filium ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui?* en opponitur obliuioni miſeratio erga infantem, nimirum quia verbum obliuiſci incuriam ſignificabat. Nunc obſerua, vnde tot ac tanta ſcelera orta ſint in vrbe alioqui ſanctiſsima? ex Dei obliuione. nam *Hieron.* vt notauit Hieronymus, ſicut memoria Dei excludit cuncta flagitia; ita Dei obliuio conuehit omnium vitiorum cateruam. Sed vnde nam ſubijt tantæ maieſtatis obliuio? ex neglectu legis. & vnde neglectus ortus eſt, niſi ex incuria? ſenſim, & gradatim deſcendimus ad ima. Sabbati cultus delicatus eſt, quaſi pupilla oculi quæ vel leuiter perſtricta, non leuiter lęditur. *Deus mandauit mandata ſua cuſtodiri nimis.* qui erga ea ſegnis eſt, erit deinde negligens. & qui legem negligit, *Sap. 6. ℣. 19. & 20.* diuinæ maieſtatis etiam obliuiſcetur, atque in fœda corruet flagitia. *Cura*, ergo, *diſciplinæ* (ait Sapiens) *dilectio eſt, & dilectio cuſtodia legum illius cuſtoditio autem legum conſummatio incorruptionis*; (innocentiæ) *incorruptio autem facit eſſe proximum Deo.* concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum, vt contra neglectus eius præcipitat in inferorum barathrum.

Negligens cuſtodia legum in Dei obliuionem præcipitat.

XIII. Auaritia vehementius exprobratur.

Ecce complosi manus meas ſuper auaritiam tuam, quam feciſti, & ſuper ſanguinem, qui effuſus eſt in medio tui. Hieronymus & Græci. Iraſcentis figuram, *Hieron. R. Dauid.* & habitum deſcribit oratio. Adde etiam cum R. Dauide, dolentis cum indignatione, vel indignantis ex dolore. Auaritia ſignificatur nomine בצע betſagh, quod à ſuperiori verbo exortum ſignificat quæſtum, lucrum, cupiditatem, atque rapinam, ſeu calumniam, vt ex ante dictis conſtat. R. Dauid notauit ex maiorum traditione viginti-quatuor ſcelera eſſe numerata in hoc capite, & nulli eorum niſi ſoli auaritiæ tribui euerſionem vrbis, certe Dei indignatio in furorem verſa videtur ob vnam auaritiam, ſub qua ſanguinis effuſio intelligenda eſt, vt ſupra diximus, quod ſcilicet auaritia radix ſit malorum omnium. quid enim flagitij non concipit auri ſacra fames?

R. Dauid, viginti quatuor ſceleribus hoc capite connumeratis, auaritiam præterit contendit.

Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut prævalebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? Septuaginta: Si ſubſiſtet cor tuum, ſi prævalebunt manus tuæ? &c. quaſi dicat: Miſeranda, phrenetica, tu ne auſa es me ad iracundiam prouocare? cum me ſceleribus iſtis irritabas, perpendebas ne qualibus te armis defenderes? nunquid conſiſtet cor tuum, & animus ſufficiet ad audienda tonitrua minarum mearum? aut brachia ſuſtinebunt pondus tam grauis clypei, quo retundas ictum fulgurantis haſtæ meæ in die, quo decreui tuam iſtam inſolentiam *Ieremi. 12. ℣. 5.* vlciſci? apud Ieremiam reperitur ciuſmodi exornatio: *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? Si in terra pacis* (vix) *ſecurus fueris, & quid facies in ſuperbia Iordanis?* nam pedeſtrem exercitum, & iter planum vocat ſuperiores comminationes, & calamitates; equitatum vero, & fluuij exundantis æſtum appellat ſupremam perniciem, per Babylonios inuehendam. In hanc enim ſententiam locum interpretatus eſt *Scholiaſtes.* Scholiaſtes Syrus apud Theodoretum: Victa es, dum curreres ad dimicandum cum peditibus; & quo pacto equitibus reluctari poteris? hoc eſt hoſtes vicini Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, atque alienigenæ exercitu pedeſtri bellum gerebant, & tu certans cum illis ſæpenumero fuiſti ſuperata. Qui fiet igitur, vt reſiſtas Babylonijs, cum equeſtri exercitu in aciem prodeuntibus? &c. Quiddam *Amos 4. ℣. 11.* ſimile eſt etiam in Amos, vbi plebs Iſraelitica cum irriſione prouocatur a Deo archiduce hoſtium ad certamen. *Poſtquam autem*, inquit, *hæc fecero tibi præparare in occurſum Dei tui Iſrael*, id eſt, ſi præcedentibus calamitatibus non eſt victum ferreum cor tuum; eia age, arma cape, deſcendeque mecum in ſingulare certamen. Verum prædicti ſunt tropi, & figuræ prophetis familiares. Sine tropo autem eſt verſus præſentis ſententia apud Theo- *Theodor.* doretum: Tam graues tibi afferam calamitates, vt manus tuæ diſſoluantur, & corde omni perturbatione completo, ſalutem deſperes.

XIV.

Deficere faciam immunditiam tuam a te, & poſſidebo te in conſpectu gentium, & ſcies, quia ego Dominus. נחל nachal eſt hæreditare, vel hæreditario iure acquirere; in ſecunda autem coniugatione eſt vendicare ſibi legatum. quomodo vſurpatur in præſenti. Paraphraſim loci ordinat Theodor. *Theodor.* & cæteri Græci. Quando enim in ſeruitutem redacti, inquit, exules eritis, atque experientia docti reſipiſcere, priſtina relinquetis ſcelera, intelligetis me eſſe Deum; tunc vos omnes liberabo ab exilio, mihique vos appropriabo coram nationibus, tanquam ſortem teſtamento paterno legatam, & vindicabo, vt hæreditatem meam, atque in meum reuocabo dominatum; ac tum gentes omnes diſcent meam potentiam, & nomen. Scho- *Scholiaſt.* liaſtes autem ſic enarrat verſum: Hoc eſt, efficiam, vt ſis hæreditas, ac poſſeſsio gentium in captiuitatem adducta, & inuita deſines colere amplius idola. Sapit hæc expoſitio verſionem Aquilæ, & *Aquil. Theodot. Hieron. Symmac.* Theodotionis, qui teſte Hieronymo, poſuerunt: Contaminabo te: vel Symmachi transferentis: & vul-

XV.

XVIII. Israel Argento confertur.

vulnerabo te; sed prior explanatio aptior est.

Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam omnes isti æs, & stamnum, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis scoria argenti facti sunt. Initio accusationis duo grauissima crimina obiecerat ciuitati, scilicet effusionem sanguinis innocentis, & idololatriam, qua se se polluerat. Exposuit hactenus primum iam alterum proponit sub metaphora impuri argenti. etenim argentum vocat Israelitas aptissima translatione. sicut enim argentum metallum est precioſum, candidum, splendidum, atque sonorum; ita Domus Israel olim pollebat sanguinis nobilitate, candore morum, religionis splendore, diuitiarum, & potentiæ fama. Sed proh dolor, *argentum tuum*, ait Isaias *versum est in scoriam*. generis enim claritatem scelеribus suis obscurauit, morum candorem patratis facinoribus denigrauit, Dei vnius cultum idololatrijs polluit, regnique potentissimi decus, & gloriam in ignominiam conuertit.

Isai. 1. ỳ. 22.

Omnes isti æs, & stamnum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Theodoretus: Similis est, inquit, populus iste, ò Propheta, argento adulterino, cui multum æris, & ferri, & stamni, & plumbi commistum sit, & eorum quidem metallorum, quæ dicta sunt materia varia omnis generis scelerum species declarauit. Origenes: Sedet Dominus in medio Hierosolymæ fundens eos, qui permisti fuerint argento, & ære, & plumbo, & accusat habentes materiam vilem in se ipsis, ac dicit: Argentum permistum facti estis. Cum enim creaturæ Dei optimæ adiungimus ex nostra malitia deteriora; plumbum addimus, & æs, & stamnum, prauam scilicet actionem, & dogmata impia, atque corporis indulgentiam; propterea igitur opus est igne. Scholiastes: Quia rursus Iudæi Dominum criminabantur, veluti sine delectu omnes interimeret; docet Prophetam, vt magnopere iustorum curam gerat, & eorum rationibus prospiciat. comparat porro æri quidem fortes, stamno simulantes pietatem, ferro potentes, plumbo graues auaritia, argento iustos. Alius Scholiastes: Aere significauit eos, qui sunt mente non sana, ferro habitum peccandi, stamno rationem falsæ cogitationis, plumbo ipsum, quod committitur, peccatum.

Theodor. Origen. Idolias. Alius Scho.

XIX. XX. Legati translatione, aurificis argenti, & ignis debitam exprimit scelerum vindictam.

Eo quod versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Hierusalem congregatione argenti, & aris, & stamni, & ferri, & plumbi in medio fornacis, & succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requiescam, & conflabo vos, &c. Translationem aurificis, purgantis argentum, vsurpant crebro prophetæ, maxime Ieremias, & Isaias, atque Malachias, & Psalmus, atque Ezechiel hic, eamque duobus verbis explicant, scilicet צרף tsaraph, quod est coquere, & liquare metallum, & נתך natac, quod est fundere, effundere, conflare. in qua quidem allegoria Hierosolymorum vrbs comparatur fornaci. Propheta hoc loco testante: *congregabo vos in medio Hierusalem congregatione argenti, & aris*, &c. Nabucdonosor Rex Babyloniæ respondet conflatori apud Ieremiam: *Probatorem dedi te in populo meo, robustum, & scies, & probabis viam eorum*, id est, examinatorem; qui expendas eorum precium, & bonitatis gradus. nam populum argento impuro conferri diximus supra. ignis refert obsidionem, & pressuram, quam populus sustinuit à Babylonio exercitu. furor Dei vento, nasus eius follibus; vel, vt Theodoreto placet, diuinæ virtutis efficacia follibus comparatur. sic Ieremias: *Furor meus conflatur, & succendetur.* Isaias: *Ardens furor eius, & grauis ad portandum: lingua eius quasi ignis deuorans, spiritus eius velut torrens inundans; præparata est enim ab heri Topheth*, iam pridem fornax structa, *a rege*, sæculorum, *præparata, profunda, & dilatata nutrimenta eius ignis*, pyra eius ingens, & *ligna multa; flatus Domini sicut torrens sulphuris, succendens eam*, id est, flatu Domini ardebit, vt solet ignis accendi iniecta copia sulphuris. Meminit etiam Ieremias plumbi, quod olim admisceri solebat argento, tum vt flueret, tum vt minori detrimento repurgaretur, antequam nota esset argenti viui efficacia ad id præstandum. Notat autem plumbum ob frigiditatem, qua temperat vim ignis, interius Dei subsidium, atque angelorum tutelarium opem, qua solet Deus interius fouere, quos igne tribulationis exterius coquit. Conqueritur itaque in hunc modum Deus apud Ieremiam: *Defecit sufflatorium, in igne*, vas fusorium consumptum est, vel combustus est follis ab igne, *consumptum est plumbum malitiæ eorum non sunt consumptæ*, sordes metalli non sunt excoctæ, *argentum reprobum vocate eos, quoniam Dominus proiecit illos*. id est, magnum est factum impendium temporis, ministrorum, aminiculorum. nihilominus adhæresunt argento sordes, neque liquatum est vlla industria. adhibitæ sunt minæ, & plagæ, neque auxilia interna desiderata; nec dum abdicauit ciuitas Idolorum cultum, etiam num à Babylonio oppressa. Laboraui ego conflans, ministri mei inopes consilij sunt. desistamus ergo à decoctione: proijcite metallum pro reiectamento: nullam eius habetote amplius rationem. Obserua, quam durum pectus peccatorum, & quomodo callum obducat ad flagella. de quibus Paulus: *Qui desperantes* dedolentes, sine sensu, *semetipsos tradiderunt impudicitiæ*, &c. & Psalmus. *Coagulatum*, induratum, *est sicut lac cor eorum*. & alius Psalmus. *Non est illis commutatio*. conuersio morum in melius, *& non timuerunt Deum extendit manum suam in retribuendo* id est, quando impij obstinati non cedunt plagis; deserit illos Deus, extenditque manum suam in pacificos suos, seu familiares, (sic enim verti solent Hebræa) vt illos coquendo tribulationis igne, puriores, & se dignos reddat: vel in retribuendo impijs derelictionem pro obstinatione; nam ea est merces obdurati animi: vel in retribuendo pacificis afflictiones (nam id sonat extensio manus) in præmium laborum pro virtute, & honestate susceptorum: *Vobis enim donatum est*, ait Paulus, *pro Christo non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini*, non secus ac cũ fidissimis seruis, in bello probatis, dantur à regibus honorificæ cruces pro mercede laborum. Sed de his alias fortasse plura. Prædictam autem sententiam Ezechielis sic elucidat Theodoretus ex Græcis: Quando, inquit, scelerum colluuionem admisistis, & argento vili similes per omnis generis improbitatem adulterinos vos ostendistis, fornacem vobis constituam ipsam Hierusalem: & carbonum instar, hostes inijciam, meamq. vim, & iracundiam veluti quoddam sufflatorium commouebo, & simul vos conflabo; vt eos, qui insanabili morbo laborant, non secus atque alienam materiam conficiam; eos vero, qui curationem admiserint, veluti quoddam purgatum argentum reddam. Scholiastes vero alius sic habet: Non absolute ait, punire volo: sed vt vos discernam, & illustriores ostendam iustos, vt Ieremiam, Godoliam, & si qui erant illorum similes. Hoc

Dei derelictio, consequitur eos qui flagellis appetiti, ab incœpto scelerum tramite non recedunt.

Induratum pectus, flagellis ipsis, callum obducit.

Legati translatione, aurificis argenti, & ignis debitam exprimit scelerum vindictam.

Isai. 1. ỳ. 22. Malachi. 3. Psal. 25. Ier. 6. ỳ. 27 Theodor. Iere. 7. ỳ. 20. Isai. 30. ỳ. 27. 28. & 33. Ier. 6. ỳ. 29 Ier. 6. ỳ. 30 Ephes. 4. ỳ. 18. & 19. Psal. 118. ỳ. 70. Psal. 54. ỳ. 21. Phil. 1. ỳ. 29. Theodor. Alius Scho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim indicant ipsa verba. nam insufflare in ignem, punitionem ostendit: at conflare, prouidentiam docet. non enim, quæ funduntur, consumuntur, sed discernuntur. nam hæc est etiam lex huius artis peritorum, vt solutas materias conflando discernant; & quod est immundum reijciant, purum eligant. Neque minus docte R.Dauid versum explanat: Eo quod versi estis omnes in scoriam, id est, postquam omnes à via recta recessistis; purgabo vos, ac separabo, seu auferam de medio vestri peccatores terræ, igne, in quem sufflabo iram, ac indignationem furoris mei, id est, gladio, peste, ac fame in medio Hierusalem: instar aurificum separantium ab inuicem metalla, mediante igne, in medio fornacis. *Et requiescam.* R.Dauid, Id est, & requiescere faciam vos in media fornace, ad conflandum relinquam, vel deseram vos in manu gladij, famis, & pestis in medio Hierusalem. nam הנחתי hinnacti est pro אניח aniach. D.autem Hieronymus, quod verbum sonat, sic interpretatus est: Ita, inquit, congregabo vos in medio Hierusalem, & Babylonis obsidione circundabo, vt succendam in vobis ignem ad conflandum: quodque ibi facit flammarum ardor immensus; hic fames, & pestilentia faciet: & tunc requiescam, & contemptus dolorem, pœnarum vestrarum vltione compescam.

R.Dauid

R. Dauid

D. Hieron.

XXIIII. Aliam assumit parabolam terræ, sitientis, & absque humore. *Hieronym.*

Fili hominis, dic ei vrbi, vel regioni: *Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris.* Septuaginta: Tu es terra non irrigata, neque pluuia facta est in te in die iræ. Versionem suam, & Græcam Septuaginta sic enarrat Hieronymus: Poterat diligens auditor inquirere, quæ esset scoria, quæ argenti violauerit puritatem, & ære, plumbo, stamno, ferroque miscuerit. Quod ibi igitur sub persona vrbis, & fornacis expressum est; & hic sub specie terræ, quæ non sit irrigata, neque pluuiam susceperit, prædicatur. & infra: Scire cupimus, quæ sit vrbis scoria, qui terræ durissimæ, & plenæ veprium, sentiumque squalor, *coniuratio*, inquit, *prophetarum in medio tui*, &c. Itaque secundum Hieronymum immoratur adhuc vates in exaggeranda vrbis immunditia, atque eam vtraque comparatione declarare nititur. Nam vt immundam faciat regionem, sentibusque, & feris refertam; illam dixit non complutam. etenim terra arida infrugifera est, veprium, & bestiarum ferax. Sed quid sibi vult, *in die furoris?* numquid in die furoris regiones tantum incultas præterit Deus, non potius omnes? nam iratus pluuiam temporaneam subtrahit, quam propitius largitur. ita est; nam bonus, & liberalis Dominus pluere solet super iustos, & iniustos. Sed interdum, quam regioni vniuersæ largitur pluuiam, alicui ciuitati subtrahit ob demerita ciuium; quemadmodum ipse docet in Amos: *Et plui super vnam ciuitatem & super alteram ciuitatem non plui. pars vna compluta est, & pars, super quam non plui, aruit.* Et in Deuter. *Cauete, ne forte recedatis a Domino, iratusque Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant.* Vel *in die furoris*, perinde est, atque ad diem furoris, subaudi, reseruata; quasi dicat: Propediem flammis tradenda. nam steriles montes inflammari solent, quo cineribus spinarum incrassati, ferant saltem gramina. Sane in hoc versu allusionem factam existimo ad illud cap. Deuteronomij: *Quando inuentum fuerit in terra hominis cadauer occisi, seniores ciuitatis vicinores tollent vitulam, quæ non traxit iugum, & ducent eam ad vallem asperam, atque saxosam, quæ numquam arata est, neque sementem recepit, & cadent in ea ceruices vitulæ, venientque ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, neque oculi viderunt,* &c. Porro vallis illa immunda manebat, vtpote inquinata victima piaculari, in quam deuolutus erat reatus sanguinis effusi: neque amplius arari poterat, aut seminari. reputabatur etiam maledicta, pluuijsque cœlestibus indigna. nam ea maledictio conuenire sola potest in fundum, vel agrum immundum; quam scilicet montibus Gelboe imprecatus est Dauid. *Nec ros, neque pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium,* &c. Propheta itaque ad eam legis consuetudinem respiciens, vrbem, quam sanguine redundare dixerat, merito immundam vocat, & consequenter maledictam efficaci maledictione, videlicet indignam, & priuatam cælesti pluuia. ex quo rursus effecta sit habitaculum ferarum, quarum deinde mentionem facit. Addidit autem, *in die furoris*, non casu terram illam cælesti pluuia caruisse, sed ob reatum, & maledictionem, Deo videlicet irato propter sanguinem in ea effusum.

Cõmunia beneficia subtrahit nonnunquam iratus Deus.

Amos 4. ℣. 7.

Deuter. 11. ℣. 16. & 17.

Deuter. 21. ℣. 1. & sequentibus usq. ad 8.

Terra maledicti ob scelera habitantium in illa.

2. Reg. 1. ℣. 21.

Græci, qui in versione Septuaginta nullum legerunt de immunditia verbum, quo superioribus necteretur præsens sermo, existimarunt aliam in hoc versu accusationem subijci contra ciuitatem. nam Schol. sic habet: Iterum in illos inuehitur, ostendens Dei erga illos beneficia, atque populi ingratitudinem circa diuinarum legum custodiam. Theodoretus vero: Atqui doctrinæ pluuiam per sanctos prophetas ipsi adhibebat: quam cum non reciperet, sed repelleret, veluti saxum quoddam, pluuiæ irrigationi aditum claudens; merito ipsam terram non irrigatam nominauit. Alius: Vult enim dicere ab illis, ne in calamitatibus quidem, quibus plectebantur, audiri prophetarum voces. Alius: Hoc est, nullam cepisti ex prophetarum doctrina vtilitatem. Vide illud Ierem. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes? quia oblitus est mei populus meus*, &c. Hoc est: Nunquid ager deserit niuem Libani de petra fluentem? num desiciuntur aquæ viuæ ex alto deriuatæ per canales? In hoc sensu pluuiam metaphorice debemus intelligere eam, de qua scriptum est. *Nubibus mandabo, ne pluat super eam imbrem*, videlicet diuinæ largitatis, & miserationis diuitem venam, quam non tantum durities humani cordis à se repellit, sed & ingratitudo.

Scholiast.

Theodor.

Alius Scho.

Alius Scho.

Ier. 18. ℣. 14.

Isai. 5. ℣. 6.

XXV. Prophetis non vaticinantibus ex ore domini ascribuntur omnia scelera populorum, & principum. *Apollin.*

Conturatio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens, rapiensque prædam, animas deuorauerunt. Apollinaris: Leonum exemplo, potentiam demonstrat opprimentium, ac spoliantium pauperes. rugitus alacritatem & propensionem eorum ad scelus indicat. ostendit autem, vt in cædem incumberent eorum, qui non prompte res suas abijcerent. Porro dum viri tollerentur, viduitas inde consequebatur. res mira. Nunquid pseudoprophetæ homicidia patrabant? minime. Sed quæstus gratia blandiebantur homicidis. ideo consequitur: *opus, & precium acceperunt*, id est, mercedem operis, vt Isaias etiam ait: *Merces eius cum eo, & opus illius coram illo.* Sed cuius operis precium acceperunt? absque dubio vaticinij ad voluntatem homicidarum somniati. hoc autem scelus erat par ipsi homicidio. quapropter illis ascribitur, quod sequitur: *Viduas multiplicauerunt.* Vide Ieremiam: *In prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulteran-*

Isai. 40. ℣. 10. & 62. ℣. 11.

Ier. 23. ℣. 14.

tium

tium, & iter mendacij, & confortauerunt manus peſſimorum, &c. Porro quod ait, *animas deuorauerunt*, ſignificat: vitam illis ademerunt. nam anima vitam ſonat Hebræis. Deinde in ſacerdotes accuſationem conuertit.

XXVI. Theodor. *Sacerdotes eius contempſerunt legem meam*. Theodoretus: Maximum hoc ſcelus. quos enim alijs duces eſſe oportuit, ij cœci degere perſeuerabant.

Theodor. *Et polluerunt ſanctuaria mea*. Apertius Septuaginta: Profanabant ſancta mea. Teodoretus: Non rite perficiebant, quæ ad eorum pertinebant miniſterium. Verum hoc deinde ſubijcit diſtinctius.

Inter ſanctum, & profanum non habuerunt diſtantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt. Hebraice: Non cognouerunt, hoc eſt, non habuerunt notitiam. Septuaginta: Non diſtinguebant. Theodor. Theodoretus: Non diſtinguebant, neque docebant, quid ſanctum & diuinum, & quid profanum & humanum. Profanum enim hoc loco non impium vocat, ſed id, quod commune eſt, & à rebus diuinis ſeparatum: pollutum, & mundum: vel vt Septuaginta dixere, purum & impurum vocat, quod ſecundum legem tale cenſetur. neque de cibis tantum & ſacrificijs loquitur, ſed etiam de indumentis, & alijs, quæ tum voluntate, tum præter voluntatem accidunt, vt de fluxu ſeminis, de menſtruis, contactu lepræ, cadaueris, morticini, & à fera capti, & de alijs omnibus, quæ lex prohibet.

Et à Sabbatis meis auerterunt oculos ſuos, & coinquinabar in medio eorum. Græci: Videntes enim propalam Sabbatorum diem contumelia affici, & opus lege non permiſſum perfici in die quietis, arguere nolebant eos, qui delinquere audebant, ſed veluti conniuentes oculis, diſſimulabant ea videre, quæ continenter cernebant. Eodem modo explanat verſum R. Dauid. Rurſus ad principes reuerſus ait: R. Dauid

XXVII. Theodor. *Principes eius in medio eius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & ad perdendum animas, & auare ſectanda lucra*. Theodoretus. Occaſione lucri faciebant, qui dominabantur, iniuſtas cædes: & quos oportebat eorum, quibus fieret iniuria, propugnatores eſſe, ij eorum, qui iniuriam faciebant, partes ſequebantur. Hinc ad Prophetas digreditur.

XXVIII. Adulatio vnctioni, & oleo comparatur. *Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento*. Hoc item ſupra docuit. eius translationis hæc ſumma eſt: Confirmabant pſeudoprophetæ adulatores, quæ à principibus perperam fiebant. Septuaginta: Prophetæ eius vngentes eos. Vbi obſerua adulationem in ſacris comparari oleo vnctionis, quod blandum eſt, & ſuaue: quod aſſentatio omni vnguento ſuauior inſluat capitibus ſuperborum principum: de qua in Pſalmo. *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*. Et in alio Pſalmo: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*, &c. *Supra cap. 13.* *Pſal. 54. ℣. 22.* *Pſal. 140. ℣. 5.*

XXX. Deus miſeri cors quærit occaſiones ignoſcendi, nec inuenit, ac propterea punit. *Supra c. 13 Scholias.* *Et quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem*. Actum eſt de ſepe etiam ſupra. Scholiaſtes. Cum poſuerit illud, *de eis*, dubitationem ſuſtulit, ne quis diceret: Atqui Ieremias, Vrias, Baruch, & eorum ſocij ſupplicabant pro eis: cum igitur illud adiecerit, *de eis*, qui accuſantur videlicet, ſoluit ambiguum; non enim dixit ex vobis, ſed *de eis*, prorſus à iuſtis impios ſeparans, quoniam male affecti erant erga prædicantes. Theodor. igitur, quod per Ieremiam dixerat: *Circuite vias Hieruſalem, & aſpicite, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem; & propitius ero ei*. hoc quoque ait. ex principibus, ex ſacerdotibus, & ex alijs omnibus inquirebam vnum certe virum, qui poſſet in interciſione ſepis ſtare, & eam, quæ propter peccata facta fuerat, apertionem, atque pœnarum introitum obturare, cohibereque inferenda ipſis ſupplicia; neque inueni. Ex quo perſpici poteſt, non ſolum diuinæ bonitatis magnitudo, ſed etiam Iudæorum impietas. Nam de Sodomis promiſit, ſi decem iuſtos inueniret, omnem ſe vrbem à ſupplicio illæſam conſeruaturum. hic vero cum vnum quæſijſſet, non inuenit. quamobrem eam inimicis tradidit euertendam. Docemur autem nos, quibus exploratum eſt diuinam iuſtitiam coniunctam eſſe cum miſericordia; non morari in tabernaculis peccatorum, neque Dei longanimitatem contemnere, theſaurizantes nobis iram in diem iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. *Iere. 5. ℣. 1.* *Gen. 18. ℣. 32.* *Rom. 2. ℣. 4. 5. & 6.*

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

ARGVMENTVM.

Sub parabola duarum meretricum declarat Idololatriam Samariæ, & Hierusalem, & supplicium prædicit.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt.

III. Et fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum.

IV. Nomina autem earum Oolla maior, & Ooliba soror eius minor, & habui eas, & pepererunt filios, & filias. Porro earum nomina Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba.

V. Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes.

VI. Vestitos hyacintho, principes, & magistratus, iuuenes cupidinis, vniuersos equites, ascensores equorum.

VII. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus, in quos insaniuit, in immunditijs eorum polluta est.

VIII. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam.

IX. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine.

X. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios, & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea.

A Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plus- XI.
quam illa insaniuit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ.

Ad filios Assyriorum præbuit impudenter, XII.
ducibus, & magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus, qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia.

Et vidi, quod polluta esset via una ambarum. XIII.

Et auxit fornicationes suas: cumq. vidisset XIV.
viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus.

B Et accinctos balteis renes, & tiaras tinctas XV.
in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræq. Chaldæorum, in qua orti sunt.

Insaniuit super eos concupiscentia oculorum XVI.
suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldæam. XVII.

Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis.

Denudauit quoque fornicationes suas, & dis- XVIII.
cooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore C eius.

Multiplicauit enim fornicationes suas, re- XIX.
cordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Aegypti.

Et insaniuit libidine super concubitum eo- XX.
rum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum: & sicut fluxus equorum fluxus eorum.

Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando XXI.
subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractæ sunt

clæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

XXII. *Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua: & congregabo eos aduerſum te in circuitu.*

XXIII. *Filios Babylonis, & vniuerſos Chaldæos, nobiles, tyrannosq. & principes, omnes filios Aſſyriorum, iuuenes forma egregia, duces, & magiſtratus vniuerſos, principes principum, & nominatos aſcenſores equorum:*

XXIIII. *Et venient ſuper te inſtructi curru, & rota, multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs ſuis.*

XXV. *Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: naſum tuum, & aures tuas præcident: & quæ remanſerint, gladio concident: ipſi filios tuos, & filias tuas capient, & nouiſſimum tuum deuorabitur igni.*

XXVI. *Et denudabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ.*

XXVII. *Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te, & fornicationem tuam de Terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius.*

XXVIII. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odiſti, in manus, de quibus ſatiata eſt anima tua.*

XXIX. *Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, ſcelus tuum, & fornicationes tuæ.*

XXX. *Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es poſt Gentes, inter quas polluta es in idolis earum.*

XXXI. *In via ſororis tuæ ambulaſti, & dabo calicem eius in manu tua.*

XXXII. *Hæc dicit Dominus Deus: Calicem ſororis tuæ bibes profundum, & latum: eris in deriſum, & in ſubſannationem, quæ eſt capaciſſima.*

XXXIII. *Ebrietate, & dolore repleberis: calice mœroris, & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ.*

XXXIV. *Et bibes illum, & epotabis vſque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus:*

XXXV. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia oblita es mei, & proieciſti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum, & fornicationes tuas.*

XXXVI. *Et ait Dominus ad me, dicens: Fili hominis, numquid iudicas Oollam, & Oolibam, & annuncias eis ſcelera earum?*

XXXVII. *Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus earum, & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt: inſuper & filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum.*

XXXVIII. *Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbata mea profanauerunt.*

XXXIX. *Cumque immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa, vt polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.*

XL. *Miſerunt ad viros venientes de longe, ad quos nuncium miſerant: itaque ecce venerunt: quibus te lauiſti, & circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.*

XLI. *Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te: thymiama meum, & vnguentum meum poſuiſti ſuper eam.*

XLII. *Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deſerto, poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſas in capitibus eorum.*

XLIII. *Et dixi ei, quæ attrita eſt in adulterijs: Nunc forniſicabitur in fornicatione ſua etiam hæc.*

XLIV. *Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierem meretricem: ſic ingrediebantur ad Oollam, & Oolibam mulieres nefarias.*

XLV. *Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum.*

XLVI. *Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam.*

XLVII. *Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladijs eorum: filios, & filias earum interficient, & domos earum igne ſuccendent.*

XLVIII. *Et auferam ſcelus de terra, & diſcent omnes mulieres, ne faciant ſecundum ſcelus earum.*

XLIX. *Et dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum veſtrorum portabitis: & ſcietis, quia ego Dominus Deus.*

EX-

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMITERTII.

II. Duæ Mulieres Israël, & Iudam significant.

DVAE Mulieres filiæ matris vnius fuerunt. Græci in superioribus vniuersum populum vnam meretricem nuncuparunt, quod vna plebs ab initio vocata fuerit. quoniam vero regnante Roboam facta est diuisio, & hi Ephraim, & Israel nominabantur, hi vero Iuda, & Beniamin; iure etiam vates secundum eam diuisionem vsus est parabolica, & translationis forma, vocatque ipsos a primarijs vrbibus; decem quidem tribus a Samaria, Iudam autem, & Beniamin a Ierusalem: asseritque eas vnius matris filias, non solum propter vnam generis stirpem, sed etiam quia secundum impietatem, communem habuerunt parentem Aegyptum, sicut & supra per translationem, matrem ipsorum Chethæam, & patrem Amorræũ appellauit. Eadem fere Theodoretus scribit: *Et fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earum, & fracta sunt mammæ pubertatis earum.* Theodoretus: Patres enim ipsorum Abraham, & Isaac, & Iacob pietate splenduerunt, earumque filij ita permanserunt, vt idololatriæ ritibus minime contaminarentur. Verum qui ex illis procreati sunt, cum in Aegypto commorarentur, gentis impietatem didicerunt. & adolescentiam eorum vocat initium, vnde tanta crenit multitudo; corruptionem vero, & mammarum casum impiorum dogmatum doctrinam. quemadmodum enim violatam virginitatem mammarum laxitas consequitur: ita cum quis a Deo defecerit; sequitur eius partis, quæ in nobis principatum obtinet, casus; cuius veluti tegumenta, & indumenta sunt mammæ: tum quia per similitudinem mulieres ipsas nominauit. mulierum quoque quarundam in Aegypto ob intemperantiam insignium ipsis nomina imponit, aitque: *Nomina autem earum Oolla maior, & Ooliba soror eius minor,* Idem: Cum superiora ænigmatice dixisset; ad id, quod apertius est, transtulit orationem, & meretricum illarum mentionem fecit, accusationem amplificans, dum cupit in ipsis, exemplo illarum mulierum, impietatis suæ sensum ingenerari. Scholiastes: Has meretrices aiunt maxime insignes in Aegypto fuisse; quarum nomina Samariæ, ac Ierosolymæ imponit, quod illarum fornicationem imitarentur. Polychronius: Alij dicunt meretrices has in Aegypto fuisse, & ad contumeliam comparare cum illis ciuitates. id autem idcirco ipsos opinatos existimo, quod propheta illorum impietatem, quam in Aegypto præ se tulerant, arguat. Alij vero dixerunt Oolla irrisionem significare, Ooliba irrisam, veluti quæ apud omnes viles essent, & irriderentur. Ego vero Hebræum quemdam audiui, cum diceret Oolla Tabernaculum, Ooliba Tabernaculum meum significare, & Tabernaculum quidem appellare decem tribus, quippe quæ ipsæ quoque essent in terra promissionis: Tabernaculum vero meum appellare Ierusalem, quod ibi Templum esset constitutum. Posterior interpretatio fuit etiam Hieronymi. A Samaria, inquit, appellatur Oolla, quod in lingua nostra sonat Tabernaculum, Ierusalem vero Ooliba, hoc est Tabernaculum meum. in ea si quidem, & in decem tribubus erat Tabernaculum non Dei, sed idolorum. aureos enim vitulos Ieroboam, vt populum auerteret a cultu Dei, collocarat in Dan, & Bethel. consentit & R. Dauid אהלה Aholah, inquit, idem significat, quod Tabernaculum eius, & est sensus: Deus non habet partem in Tabernaculo eius, id est in vitulis aureis, quos fecit Ieroboam Rex Samariæ, & אהליבה Aholibah valet Tabernaculum meum in ea; erat enim in Ierusalem Templum Domini, in quo ipse habitabat. itaque secundum Græcos tangit historiam quarundam feminarum Propheta, eamque in exemplum proponit eorum, quæ dicenda sunt. At vero iuxta Hieronymi, & Hebræorum expositionem parabolam vsurpat a se confictam ex analogia ipsius historiæ Israelitarum: quam eo ænigmate explanare instituit. & quidem vtra sit sententia probabilior; non facile dixerim. nam vtrinque sunt, quæ faueant, & quæ obstent. Græcis fauent circunstantiæ loci, & nominum, vt videntur, propriorum; quas vbi sacri scriptores adijciunt, historiam illos narrare multorum patrum opinio est in illud Lucæ de diuite Epulone, & Lazaro mendico, qui ex ratione appositi nominis Lazari eam historiam esse, non parabolam probare nituntur. Aduersantur autem Græcis nominum interpretationes a Hieronymo, & Hebræis assignatæ, quæ satis indicant illa esse accommodatitia ad rem, quæ tractabatur, neque Aegyptiarum meretricum fuisse vmquam propria, præterquam quod Hebrææ sunt voces, non Aegyptiæ, vt ex earum Etymologia videre licet, atque ex libro Paralipomenon, vbi ducis cuiusdam Idumæi nomen ponitur אהליבמה ahalibamah. assentiamur ergo Hieronymo, & R. Dauidi, & Polychronio, qui etiam opinionem aliorum, quam recitat, minus probare videtur: *& habui eas, & pepererunt filios, & filias*: Septuaginta, & fuerunt inibi, subaudi vxores; quod idem vulgatæ verbis adij-

Hebræorũ, & Hieronymi sententia de eiusdem nominibus. *Hieron.*

R. Dauid

Luc. 16. 19. 20. & deinceps.

Propria opinio.

Theodor. III.

IV. De nominibus meretricum sententiæ Græcorum.

Scholiast.

Polychr.

adiiciendum, vt Hebraicus idiotismus elucidetur. A
Schollius. Scholiastes: Hoc est vxores meæ appellatæ sunt,
Theodor. quippe nostra prouidentia dignatæ. Theodoretus: Coniunctionem vero, & societatem appellat eorum per legem consensum; is enim legem illis tulit: ipsi leges sibi latas obseruaturos sunt professi. Illud vero *pepererunt filios, & filias*, declarat ad quoddam tempus eos, sub lege degentes, pietate filios imbuisse.

Hactenus quidem eorum vtrisque adhibuit accusationem, deinde vero, facta tribuum diuisione, Samariam prius accusat, quam Oollam nominauit. etenim prior in vitulorum impietatem collapsa est, Dauidis Regno in duas partes diuiso.
Hieron. Hieronymus: Maior Samaria dicitur, & senior, vel propter multitudinem decem tribuum, vel quia, B post mortem Moysis, de Ephraim tribu Iesus filius Naue populo præfuit; vnde & Ieroboam, qui abscidit eas a domo Dauid, fuisse legimus.

V. *Fornicata est igitur super me Oolla.* Septuaginta: Et fornicata est Oolla a me. Hebraice תחתי tachtai, hoc est sub me, vel subter me, quo modo vertisse Hieronymum verisimile est; tamen in nullo Codice vulgato eam lectionem inuenimus; sensu tantummodo innuente, diuinamus. vtcumque autem sit, super, vel subter me, valet post me, pro me, vel a me, vt septuaginta verterunt. nam Hebræa particula interdum significat, pro me, vel loco
3.Reg.3.℣.12. mei, vt ibi: *misit ergo Abner nuntios ad Dauid pro se*, id est loco sui. Sane quidem fornicationis nomine intelligi idololatriam diximus multis supra. C
Sup.c.16. *& insaniuit in amatores suos*. Septuaginta: Et adiuncta est ad amatores suos. Scholiastes, &
Scholiastes. Theodoretus: Tamquam de muliere loquens, amatorum posuit nomen; innuit autem, significatque Dæmonas, quos colere peseuerauit. Tum
R. Dauid etiam impietatis genera docet R. Dauid עצב ghatsab, adamare significat, seu ardere, ac deperire aliquem, importatque turpem, & inhonestum amorem, seu concupiscentiam potius dixeris. præclare ergo Hieronymus traduxit, insaniuit, *in*
Hieronym. Scholias. *Assyrios propinquantes*: Septuaginta: Qui appropinquabant ei. Scholiastes: Ipsorum enim idololatriam imitati sunt, quasi diceret proximos sibi ingenio, & moribus. R. Dauid: Quasi fuissent pro-
R. Dauid. pinqui, vel quos reddidit sibi amicos, quemad- D modum fecit Achaz, quando accersito Rege Assyriorum, vt sibi esset auxilio, Dijs Syriæ immolare cæpit in ara structa, instar altaris, quod Damasci viderat, cuiusmodi se gessit Oolla, id est Israel. Sed simplicius est, propinquantes, id est venientes ad se, vt versu duodecimo interpretatus est Hieronymus. vicinos transferunt alij, sed male; longe enim distat Assyria a Palestina. Theo-
Theodor. doretus: Per ænigma iuuenes electos indutos hyacinthinis idola vocat, ita ab ipsis picta ac figurata. etenim consueuerant omnes antiquitus impietati dediti, habitibus in sua republica consuetis, Deos suos vestire. Græci siquidem & Romani Martem secundum propriam sui habitus armant figuram: Persæ autem secundum suam, & aliter Indi, ali- E ter Aethiopes. Attamen docet ipsos priores sibi auxilio Assyrios accersisse, neglecta Dei societate. accersito enim Phul (erat hic Rex Assyriorum) in auxilium contra Syros, tributum, & vectigal ipsi pendere polliciti sunt: hinc deinceps commercium impietatem introduxit. hæc illi. Verum exemplum, quod afferunt de Achaz, non est ad rem. nam de Oolla, hoc est Samaria sermo erat vati, non de Ooliba, id est Hierusalem. Achaz vero Rex erat Hierusalem, non Samariæ, Manehen Rex Israel voluit dicere: de quo scilicet scriptum est: *dabat Manahen Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius*. Sane Achaz aliquot post annis, auxilium popposcit a Teglath Phul Assar successore ipsius Phul. 4.Reg.15. ℣.19.

Vestitos hyacintho principes. sic nectit R. Dauid, exponitque principes vestitos hyacintho, qui cum rege Assyriorum ad eam venerunt, quos adamauit, atque ipsis permista, didicit eorum mores, & instituta. Atque hoc illud est, quod subiungitur: VI. R. Dauid. VII.

Et dedit fornicationes suas super eos, vel scortata est cum eis, qui Assyriorum erant electissimi, & maxime expetendi quos textus vocat. *Iuuenes cupidinis*, Septuaginta vero electos, Hebraice בחורי חמר bachure chemed, iuuenes appetitionis, vel desiderij, hoc est appetibiles, desiderabiles, illecebrosos, vt Isaias ait: *Super omne, quod visu pulchrum est*. Hebraice: super picturas, vel sculpturas desiderij. huic voci affinis est illa altera חמוד Chamud apud Danielem, *quia vir desiderij es*: Hebraice: Quoniam appetitio tu, idest totus amabilis, desiderabilis, atque item alia מחמד machmad in canticis, *& totus desiderabilis*, hebraice: Et totus ipse expetitio, vel amor. Quid significet hæc phrasis. Isaiæ 2.℣.16. Dan.9.℣.23. Cant. 5.℣.16.

VIII. *Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Aegypto, non reliquit. nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia sua, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam*. Theodoretus: Copulata, inquit, cum Assyrijs, eorumque superstitione perfusa, ne Aegyptiaca quidem instituta neglexit: immo illa studiosissime obseruauit: Hieronymus: Tantaque fuit fornicationis abundantia; vt non fornicati cum ea, sed fornicationem suam super illam effudisse dicantur. eadem Polychr. vt impietatis magnitudinem ante oculos ponat, hoc adiecit: Magna enim erat Aegyptiorum superstitio. Scholiastes hoc ait, quia cum defecisset a Babylonijs, ad Aegyptios se contulerat; & rursus ex societate, & consuetudine, illorum cultum consectabatur. Atque ita huius consuetudinis Israelis cum Aegypto extat memoria in libris regum: *Cumque deprehendisset Rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Aegypti*, &c. Ceterum de veteri commercio Israelis cum Aegyptijs ante tempora Moysis, non de nouo fœdere loqui videtur Propheta. Ergo ea est versus sententia; amplexa quidem est Assyriorum superstitiones; nihilominus non reiecit Aegyptios Deos, quippe quos amauerat a virginitate sua, & quorum immundis institutis ab infantia imbuta fuerat. Idololatriã fornicationis nomine reprehendit. Theodor. Hieron. Polychr. Scholiast. 4. Reg. 17. ℣.4.

IX. *Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum; in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidinem*. Theodoretus: Cum enim leges meas non obseruauerit, sed mihi dedicata alios amauerit: mea ipsam prouidentia destitui, tradidique eam illis, quos meæ prætulit societati. Hieronymus: propterea tradita est ipsis amatoribus suis Phul, & Thelgatphalnassar, & Salmanassar regibus Assyriorum, de quibus scriptum est: *& suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgatphalnassar regis Assur, & transtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse*, & alibi: *Contra hanc*, Oseæ regem Israel, *ascendit Salmanassar rex Assyriorum, cepitque Samariam, & transtulit Israel in Assyrios. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios, & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio*. Theodoretus, & Scholiastes: Ita, inquiunt, a me proiecta experientia didicit; qualis nam Ipsis, quos peccando amauit, traditur tortoribus puniendã. Theodor. Hierony. 1. Paral. 5. ℣.26. 4. Reg. 17. ℣.4. Ibid. ℣.6. Theodor. Scholiast.

mea

Universidad de Deusto
Biblioteca

mea esset societas, & quanta amatorum suorum improbitas; statim enim vt ipsam in seruitutem redegerunt, primum supplicijs illius enudarunt adulterium; deinde crudelissime, & absque vlla misericordia interfecerunt, filiosque ipsius, & filias bello captas abduxerunt. Appellat autem per translationem filios, & filias, subiectas illi vrbes, & pagos; ac si dicat: Non modo Samariam, sed etiam finitimas ciuitates, ipsi subiectas, ceperunt.

X. *Et factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea.* Hebraice ad literam: Et fuit nomen mulieribus, vel inter mulieres. septuaginta: Et facta est sermo apud mulieres, hoc est, vt Scholiastes exponit, facta est in opprobrium alijs ciuitatibus, Hieronymo idem confirmante: Ipsam, inquit, trucidarunt; ita vt in omnium mulierum exemplum iugulata sit, & in malam partem cunctarum sermone celebretur. Fauet etiam huic versioni, quod subditur, *& iudicia*, vel vltiones ex septuaginta, *perpetrauerunt in ea*. nam relatiuum illud numeri singularis prædictam Oollam refert tantummodo, non duas meretrices. quod ergo Hebraice habetur: Fuit nomen mulieribus; intelligendum est de prædicta meretrice nomine Samariæ, vt intellexerunt septuaginta, & Hieronymus; quin & Chaldæus ipse, qui sic transtulit: Factum est nomen eius inter prouincias; cuius metaphrasim interpretatus R. Dauid, sic habet: Et peruenit nomen insaniæ eius vsque ad cereras aures mulierum, siue prouinciarum. In eamdem sententiam interpretanda est vulgata lectio: *factæ sunt famosæ mulieres*; Samaria scilicet cum Sorore facta est insignis, & celebris flagitijs suis; omnis enim ciuitas ea, quæ ipsi acciderunt, in ore habet, & vbiq. diuulgat.

Scholiast. Hierony. *Chaldæ.* *R. Dauid.*

XI. *Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plusquam illa insanuit libidine.* Hieronymus: Videns Ooliba, id est Hierusalem, in qua erat Dei Tabernaculum, plagas sororis, non est exemplo commonita, vt retraheret ab errore pedem suum, sed auxit germanæ fornicationem. illa enim semel, & foris idola fabricata est in Dan, & Bethel; ista autem crebro & in excelsis, & in ipso Templo Dei adorauit statuam Baalis, & cum Assyrijs fornicata est. idolum enim Belis Assyriorum religio est, consecrata a Nino Belis filio in honorem patris Græci. eadem Hierusalem commisit; quæ Samaria, & similiter violato fœdere, quod mecum inierat, Syriorum Deos mihi antetulit. quorum etiam fiducia freta, opem meam contempsit. nam per duces, & præfectos initam cum illis societatem significat. R. Dauid: Maiora ista commisit crimina, tum confidendo in ope regum gentilium, tum etiam eorum immunditias, ac idola venerando. extat apud Ieremiam egregius huius ordinis commentarius, quem his subtexere libuit. *Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ: numquid vidisti, quæ fecerit auersatrix Israel? abijt sibimet*, ac si sui iuris esset, *super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. & dixi, cum fecisset hæc omnia: Ad me reuertere, & non est reuersa. Et vidit prauaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij, & non timuit prauaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide, & ligno: & in omnibus his non est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. & dixit Dominus ad ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel,*

Maiora fuerunt peccata Hierusalem, quam Samariæ. *Hierony.*

Iehel Idolum Assyriorum. *R. Dauid.* *Ierem. 3. ℣. 6.7.8.9.10. 11.*

comparatione prænaricatricis Iudæ, &c.

Ad filios Assyriorum. pactum Achaz cum Assyrijs, commemorat liber Regum, & idola gentium in templo Domini posita a Manasse. *& vidi, quod polluta esset via vna ambarum, & auxit fornicationes suas.* Apollinaris, & Scholiastes: Etiamsi earum essent similia instituta, non tamen paria. etenim Iuda Samariam scelere superauit; quod non solum externis cultibus operam daret, sed etiam illos in regionem induceret. XII. *4. Reg. 16. & 21.* XIII. & XIV. *Apollinar. Scholias.*

Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum. R. Dauid: In parietibus Templi intellige iuxta illud: *Ecce ab Aquilone porta altaris idolum zeli in ipso introitu*: & iterum, *& vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum*. diximus autem eodem capite, idolum zeli fuisse Belis Babylonij simulacrum, cuiusmodi pleraque alia vel sculpta, vel depicta in muris templi fuisse videntur. quæ fuit venerata stulta plebs Israelitica. Apollinaris autem, ac Theodoretus sic philosophantur: Præclare quidem, & valde apte idolorum imbecillitatem comice describit, docens nihil esse aliud, nisi colores, & figuras, & artis opificia. hos, inquit, cum conspexisset, nihilque aliud cerneret, quam picturæ artis imagines, eorum amauit consuetudinem; & vbique idolorum innuit cultum. quod argumenti genus fuse persequitur Ieremias in Epistola Baruch ad filios Israel, qui abducebantur Babylonem, ne forte deciperentur, conspectis elegantibus Deorum simulacris: *A Fabris*, inquit, *& ab aurificibus facta sunt, nihil aliud erunt, nisi id, quod volunt esse sacerdotes*, &c. *Expressas coloribus*. Hebraice משׁשׁ חקקים chaquqin bassasar, depictas minio. scribit Plinius de minio in hunc modum: Inuenitur in argentarijs metallis minium quoque, & nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis, & quondam apud Romanos non solum maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat auctores Verius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora. sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in vnguenta cænæ triumphalis, & a Censoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror; quamquam & hodie id experti constat Aethiopum populis, totosque eo tingi proceres, huncque ibi Deorum simulachris colorem esse. & paulo inferius: Auctoritatem colori fuisse non miror: iam enim Troianis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste, qui naues ea commendat; alias circa picturas, pigmentaque rarus. Hactenus Plinius. Facit etiam precioſum minium Ieremias dicens, nomine Tyranni cuiusdam: *qui dicit, ædificabo mihi domum latam, & cænacula spatiosa. qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide, seu minio*. Vides cedrinas regiarum trabes, alioquin auro graues, minio induci solitas, tamquam precioso, atque exquisito pigmento. Cuius quidem rei ea causa assignari potest; quod aurum ipsum non lucere modo, sed ardere potius videatur, coccineo minij colori, tamquam prunis accensis, permistum. Cur autem Deorum facies illo inungerentur, quod Plinius mirabatur, ex ipsius verbis intelligi valet; neque enim alius est color, qui in picturis proprie sanguinem reddat. quare introitum cum cerussa roseum, carnis humanæ colorem ad viuum refert. quem in Iouis facie denigrata ex sacrificiorum fuligine, pulchreque ingredientium in templum, renouare volentes Romani

XIV. *R. Dauid.* Idola figmenta quædam sunt. *Ezec. 8. ℣. 5.* *Apollinar. Theodor.* Idola nihil sunt præter colores figuras, & artis opificia. *Baruch 6. ℣. 45.* Deumio & eius vir mala. *Plin. lib. 33 cap. 7.* *Verius.* Homerus apud Plin. lib. 33. c. 7. *Ierem. 22. ℣. 14.*

veteres,

veteres minium admistum ceruſſa adhibebant. idemque in vſu fuiſſe Babylonijs, propheta teſtante, cognoſcimus. deinceps vero eundem colorem, vt alia pleraque a Dijs mutuati ſibi vſurparunt proceres tum Chaldæorum, quod ex hoc loco patet, tum etiam Aethiopum, vt Plinius ipſe auctor eſt; atque duces poſtremo Romanorum, cum triumphum agebant, quod apud eundem Verrius ſcriptum reliquit.

XV. De tiaris multa. R. Dauid. Polychr. Symmachus apud Theod.

Tiaras tinctas in capitibus eorum formam ducum omnium. R. Dauidi ſunt cidares pendentes, ac tinctæ, ornamentum, & indumentum capitis, a quibus extremitates defluebant a tergo. Polychronius: Tiaras vocat mitras, quibus capita vincire ſolebant. *Pro forma ducum*, conuertit Symmachus apud Theodoretum, aſpectus prædonum omnium. Septuaginta: Aſpectus triplex, hoc eſt varius, vt idem reddit Theodoretus, atque Scho- Alius Schol. liaſtes. alius autem Scholiaſtes ſic interpretatur locum: Vittas in capite plexas geſtabant, plexus vero triplex erat. hoc enim lex Chaldæorum præcipit, vt iuuenes capite geſtent; & vt videtur lex etiam Indorum præcipit, vt geſtent lineam cidarim. Hebræa vox שלישים ſaliſim, ternarios, vel triarios ſignificat. ſcilicet qui vel corporis robore, vel animi virtute triginta alijs præſtant, & reſpondet triario, ſuper cuius manu nitebatur rex. vulgatus, *vnus de ductibus*. alibi: *& protecerunt milites, & duces*. Hebraice milites, & triarij, vt ſenſus ſit: Vidit iuuenes tiaras geſtantes in capitibus, inſtar ducum, aut triariorum ceterorum Babylonis, vt moris erat reliquis principibus ſui ordinis: quæ ſententia ſimpliciſſima eſt, & vulgatæ pariter, atque fonti conſentanea. addit autem *tinctas*, vt eos diſtinguat a regibus, quorum tiaræ candi- Supra c. 21. ϒ. 26. dæ erant, vt diximus ſupra. magnatum vero tinctæ colore aliquo, quem non declarat Vates, fortaſſe, quia varius erat, & pro cuiuſque arbitratu eligendus.

XV. *Similitudinem filiorum Babylonis, & terræ Chaldæorum, in qua orti ſunt*. Appoſitio eſt, ac ſi dicat; quæ Deorum tiaræ ſimiles erant ijs, quas gerere ſolebant iuuenes nobiles Babylonis, & aliarum vrbium Chaldææ, in quibus nati erant. Porro illud *orti ſunt*, ſi reſpiciat iuuenes Chaldæos, ſignifi cat, quod diximus, illos ſcilicet more gentis ornatos, atque id ornamentum proprium fuiſſe patriæ R. Dauid. ſuæ, vt ſentit R. Dauid. ſi vero referatur ad viros depictos, innuit Deos illos non eſſe ab alia natione mutuatos, ſed a Chaldæis ipſis electos, quaſi dicat æmulabantur deorum ſimulacra, habitum iuuenum terræ Chaldæorum, in qua ipſis primum decreta eſt diuinitas, & ſacra conſtituta. Sed de hac re egimus plenius in commentario ad caput octauum.

XVI. Quare oculis aſcribatur concupiſcentia. *Inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum*. vel hos vt vidit oculis, animo deperire cæpit. Verum propheta concupiſcentiam oculis aſcribit, quod ipſi ſint animi internuncij, quibus vt ſeruis fideliſſimis fidem habet, & ſe ipſum credit. Sed illi non raro pulchrum mentiuntur, quod deforme eſt. præterea quia raro, quod placet oculis, diſplicet animo, naturaliſque connexio eſt viſus ad voluntatem; vt merito inſani iudicandi ſint illi, qui, quod concupiſcere non licet, ſibi licere putant aſpi- Genes. 3. ϒ. 6 cere. *Vidit*, inquit Moſes, *mulier pomum, quod pulchrum eſſet, aſpectuq; delectabile, & tulit, & comedit*. Sed quando vidit? poſtquam a ſerpente extimulata eſt. nam antea neque tangere, neque aſpicere audebat; quod Dei lege ſciebat ſibi eſſe interdictum, ne forte concupiſceret, & comederet, vt poſtea fecit, ſimulatque vidit. at donis iuſtitiæ originalis gaudebat. quid ergo nos non timere oportet, qui ab ea cecidimus? & qui fomite peccati non allicimur modo ad malum, ſed trahimur, & quaſi cogimur, captiuante, *nos*, vt ait Apoſtolus, *lege membrorum*, id eſt vehementer vrgente, *in legem*, ac vincula, *peccati? Pepigi fœdus*, ait, *cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine; quam enim partem haberet in me Deus?* ſubaudi ſi talia patraſſem. magnum ergo ſcelus eſſet cogitare de Virgine, quoniam ad magnum ſcelus inducit ea cogitatio. quod ſi ita eſt, fœderatas habere cogitationes oportet, ne deficiant ad illicita. ita plane; ſed beatus Iob pactum inierat cum oculis potius, quippe cogitationum legatis; alioqui ſuſpectam habebat fidem cogitationum. Vide Eccleſiaſticum de hoc argumento fuſe differentem.

Quam ſit timenda oculorum intemperantia. Ad Rom. 7. ϒ. 23. Iob. 31. ϒ. 1 & 2. Eccl. cap. 9.

Et miſit nuncios ad eos in Chaldæam. Theodor. Ipſa enim, inquit, cum ipſos, vt ſibi opem ferrent, accerſiſſet, & ex eorum commercio contraxiſſet impietatem; rurſus ab illis defecit. defectionem autem hic non a dæmonibus dicit, ſed ab ipſis Babylonijs; etenim Ioacim, & Ieconias, & Sedecias fœdera, quæ cum Babylonijs percuſſerant, violarunt. Theodor.

XVII. *Ad cubile mammarum*. Septuaginta: Diuertentium, quoniam de hoſpita muliere loquitur. eiuſmodi autem feminæ ſolent non ſolum appoſitis edulijs, ſed proſtituto corpore facere quæſtum, vt ſupra latius diximus. Hebraice: Cubile amo- Supra c. 16. rum, ſeu amantium. nam eadem vox דדים dodim vtrumque ſignificat. *meliora vbera tua vino*. vel amores dulciores, quam vinum, *polluerunt eam, ſtupris ſuis*. cum Babylonij Hieroſolymam veniſſent; Deorum vaniſsimorum inſtituta, ac ritus inuexerunt: quibus delectata plebs Iſraelitica a recta via declinauit: ſic verſum intellexit Polychronius. Polychr. Hieronymus autem ad tropologiam pie conuertit. An non mittimus, ait, nuncios ad Chaldæos? qui interpretantur quaſi dæmones, quando pandimus eis, atque præbemus frangenda in pectore vbera, vbi mentis hoſpitium eſt, & ſaturati voluptatibus, ab alijs tranſimus ad alias, & non tam fornicationem, quam meretricum numerum deſideramus, &c. Hieron. Cant. 1. ϒ. 1

XVIII. Animaidem, quod voluntas, & affectus. *Et receſſit anima mea ab ea*. Theodoretus: Perſpecta impietatis ipſius exuperantia; mea prouidentia illam orbaui. nam ſecundum allegoriæ ſpeciem, animam meam dixit, non quia in animum, & corpus numen diuiſum ſit, quod & a corpore, & a compoſitione vacuum eſt: ſed humano, & vſitato hominum more loquitur, &c. Anima hoc loco voluntatem ſonat, vel affectum. quam, inquit, olim fidelem mihi amore proſequebar, deinde fœdifragam exoſam habere cœpi. Theodor.

XIX. In memoriã Deo reuocat præterita ſcelera, ſimiliũ patratio. *Recordans dies adoleſcentiæ ſuæ*. Hebraice: Ad recordandum, hoc reuocans mihi in memoriam ſcelera illius olim in Aegypto patrata. ſic etiam habet Theodoretus. Obliuioni, inquit, tradideram, quæ tu in Aegypto deliquiſti. verum tu eorum memoriam poſterioribus tuis inſtitutis reuocaſti. conſueuit enim ſæpe priſtinorum peccatorum memoriam refricare improbitatis ſimilitudo. exempli gratia: eſto ſeruus ille nequam, cui decem millia talentorum remiſerat princeps; qui tamen illius aduerſus conſeruum inclementia prouocatus, vniuerſam a debitore ſummam exegit. R. autem Dauid: Recordata dies adoleſcentiæ, vt ſimilia iteraret crimina. Theodor. Matth. 18. ϒ. 34. R. Dauid.

XX. *Et inſaniuit libidine ſuper concubitum eorum, quo-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idolorũ cultum comitatur morum corruptela, & hæc ad illum inducit *Polychr.* *Scholiast.*

rum carnes sunt, vt carnes asinorum. Septuaginta: Pudenda equorum, pudenda eorum. Polychronius accusat illos hoc loco non solum de idololatria, sed etiam de intemperantia, & libidine; necessario enim consequitur idolorum cultum vitæ corrupte la. Sholiastes. Libidinis insaniam ante oculos ponens, ostendit idololatriam omnis impudicitiæ, atque luxuriæ illis occasionem fuisse. Theodoretus: Multam autem ipsorum impietatem, multorumque Deorum superstitionem pudendis equorum, & asinorum comparauit, quandoquidem idolorum cultum vocat fornicationem. animæ enim, quæ Deo coniunctæ, & dedicatæ sunt, cum deinde, eo relicto, dæmonum consuetudinem amplectuntur, merito adulteræ nuncupantur.

Theodor.

XXI. *Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ.* ideſt visitari fecisti, vel in memoriam reuocasti, vel ex R. Dauide, iterasti cultum idolorum, quæ olim in Aegypto venerabaris: redijsti ad veterem consuetudinem.

R. Dauid.

XXII. Socios culpæ in eiusdem culpæ vindicem assumit Deus non raro. *Scholiast.* *Theodor.*

Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego suscitabo homines amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua. Sholiastes: Multos enim finitimos populos excitatos Babylonius incitauit ad bellum contra eum, quod relictis Chaldæis adhæserit Aegyptijs. Theodoretus: Ab ipsis, inquit, rebus perspicies, quis nam ego sim, & qui nam amotores tui; ego enim a te neglectus longanimitatem exhibui, isti autem simulatque tuam defectionem didicerint, & armorum apparatu aduenient, equis, & curribus instructi, subiectosque sibi homines conducentes, vallisque, & aggeribus tuos aditus circumdabunt; hoc enim significauit, cum dixit: *Iacient contra te custodiam in circuitu.*

XXIII. *Principes Principum.* Hebræos שלישים, saliſim, id est, triarios vt diximus supra, vel vt Septuaginta conuertunt τριςάτας, tristatas, quam vocem sic explanat Hieronymus: Et tristatas, quos nos principes principum interpretati sumus, de quibus & in exodo legimus: *Electos ascensores tristatas.* pro quibus Latina simplicitas, *ternos statores*, transtulit. Tristatæ autem nomen est apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem; de quibus scriptum est: *Verumtamen ad tres primos non pertenerat*, qui principes equitum, peditumque erant, & tributorum, quos nos magistratus vtriusque militiæ, & præfectos annonarij rituli nominamus.

Hieron. *2. Reg. 23. ℣. 19.*

XXIIII. *Venient contra te instructi curru, & rota.* Sunt qui vertant in rheda, curru, & plaustro. sane רכז, hotsen, peregrinam vocem, Rabbi Dauid sumit pro rheda genere currus, vel pro omni armorum apparatu, quo modo intellexit Hieronymus, & Chaldæus: vel ex patris sui sententia pro רוכז, chotsen, hoc est humero, brachio, & metaphorice exercitu, seu copijs; pro quibus ea Latina vox bis vsurpatur à Daniele.

R. Dauid. *Hieron.* *Daniel. 11. ℣. 6. & 15.*

Et dabo coram eis iudicium. Sholiastes: Per hos iudicabo te, inquit: permittam illis causæ huius cognitionem, sententiam, & vltionem sceleris tui.

Scholiast.

Grauissimũ est hominũ Iudicium.

Et iudicabunt te iudicijs suis: quandoquidem eorum amplexata es religionem, & dilexisti consuetudinem, ipsorum subiacebis legibus, & potestati, vel iudicijs suis, non meis; quasi dicat: Crudelissime tecum agent; multo seuerius excruciaberis, quàm si in manus incidisses meas: tametsi enim prouocatus sum, & ardeo zelotypia, Deus ego, & non homo, qui castigo, sed non perdo; ipsi autem non sic arbitrabuntur, sed ad conterendum erit cor eorum. hoc argumentum late persequitur Isaias. Historiam huius allegoriæ petit R. Dauid

Isa. 10. *R. Dauid.*

ex libris Regum, vbi legitur Nabuchodonosor & filios Sedechiæ capite multasse, oculosque illi eruisse. *4. Reg. 25.*

XXV. *Nasum tuum, & aures tuas præcident.* Cælius legis cuiusdam Aegyptiæ meminit contra adulteros latæ, ad quam videtur alluisse propheta. In Aegypto, inquit, qui in spontaneo deprehensus adulterio foret, virgis ad plagas mille cædebatur, muliere naribus demutilata. Refert etiam Diodorus Siculus, atque Strabo Actisanem Aethiopum, regem latrocinantium maleficia non interitu, sed nasi mutilatione coercuisse; vt propter oris deformitatem peccare deinceps non auderent, relegatosque in vltima deserti Rhinocoruta, vrbem sic dictam ab excisis naribus, incoluisse: quem Persarum regem vult esse Seneca; quibus haud dissimile est. quod de Zopyro scribit Iustinus, qui vt se simularet transfugam, nasum sibi, labra, & aures præcidi fecit. atque illud Iosue: *Septuaginta reges amputatis pedum, & manuum summitatibus.*

Cælius Rodig. lect. antiq. lib. 21. 45. fine. Lex Aegyptia adulteris mulieribus nasum amputabat. *Diodor. Siculus lib. 2. 1. fine.* *Strabo lib. 16.* *Seneca lib. 3. de Ira.* *Iustinus lib. 1.* *Iosue 1. ℣. 7*

Vnde constat vel legem, vel consuetudinem fuisse apud varias gentes pro dedecore, & ignominia maxima hostibus, transfugis, atque adulteris amputare nares, labra, & aures, pedumve, atque manuum summitates. ad legem itaque Aegyptiorum, vel Assyriorum consuetudinem alludens propheta varicinatur adulteram Oolibam mutilandam esse naribus: quod supplicij genus in viris quidem turpe est, in feminis autem ignominiosissimum: quippe quæ in eo vno suam felicitatem locatam habent, vt appareant hominibus formosæ. Porro veritatem allegoriæ ijs verbis detexit Theodoretus: Alios, inquit, bello captos abducent, alios in prælio iaculis confodient, alijs extremas partes summo odio, & crudelitate amputabunt, & omnia, quæ ad te pertinent, prædabuntur. Sed multo accuratius Rabbi Dauid: Metaphorice, inquit, per nasum Regnum significatur; quemadmodum enim nasus reliquis facici partibus præeminet, sic Rex vniuerso populo; per aures autem summus Sacerdos. nam ille cum sancta sanctorum ingrediebatur, audiri faciebat vocem tintinnabulorum à fimbrijs tunicæ pendentium, ideoque per auditum summum sacerdotium repræsentatur: vel potius quia per eum, tamquam per aures, populus vocem Dei audire consueuerat.

Theodor. *R. Dauid.* Nisi regnũ auribus faceret dotium inde decus Ierosolymæ accrendum prædicit.

XXVI. *Et denudabunt te vestimentis tuis.* Scholiast. Omnes tibi diuitias, inquit, eripient, *& tollent vasa gloriæ tuæ.* Scholiastes alius, & Rabbi Dauid: Quæ erant in templo ad diuinum cultum pertinentia, dicit.

Scholiast. *Alt. Schol.* *R. Dauid.*

XXVII. *Et requiescere faciam scelus tuum de te.* Theodoretus. In illis malis cum versaberis, quæ calamitatem istam tibi inuexerunt. *Et reuelabitur ignominia fornicationum tuarum*: ijs supplicijs tuam impietatem omnem detegam: discent enim ij, qui tuas conspexerint calamitates, earum causam tuam iniquitatem fuisse, idcirco subiecit.

Theodor. Peccatum sibi ipsi supplicium.

XXIX. *Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post gentes.* Septuaginta: Fornicatio tua fecit tibi hæc.

XXX.

XXXI. *In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua.* Calix mensurã significat poculentorum, sicut pars, seu portio denotat mensuram esculentorum, quã scilicet architiclinus in conuiuio singulis partitur. Vtroque nomine significatur quicquid apponi solet conuiuis edendum, vel bibendum; atq; adeo per translationem quicquid ad singulos homines quoquo iure pertinet, vt in Psalmo: *Dominus pars hæreditatis* (portionis) *meæ, & calicis mei*, ideſt ipse mihi est pro cibo, & potu; omnia ad vitam necessaria in eo vno habeo. Aliquando vero

De significatione calicis *Psal. 15. ℣. 5*

signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat afflictionem, flagellum, seu vltionem ne- A
Ps.74.℣.9 cessario tolerandam, vt in Psalmo: *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita; bibent omnes peccatores terræ.* & alibi non raro: cuius translationis originem varie assignant doctores. quidam metaphoram prædictã conuiuij in ea etiam locutione obseruatam credunt; vt afflictio sit quasi poculum à Deo nobis propositum, & decretum: sed repugnat significatus. nam haustus conuiuarum lætitiam afferunt, & significant; potio autem ista mæstitiam grauem haurientibus parit. alij à veneficis, vel prauis cauponibus, qui mistionibus
Quid significet vinum mistum. purum vinum inficiunt, & corrumpunt. Verum psalmista vino meraco potandos dixit peccatores, non diluto aqua, quale solent propinare caupones; B
Isa. 51. ℣. 17. & 18. neque venenato, quale conficiunt venefici; immo neque mistione aliqua adulterato. nam *plenus mixto* hoc loco non significat mistionem alicuius liquoris, sed ipsius vini rubentis crassitudinem, & quasi fæcem. Hebræum enim verbum חמר, chamar, turbidum significat, & fæculentum, quale exprimitur ex vuis rubris. nam hæ, auctore Columella,
Columel. li. 3. c. 2. & rubellanæ dicuntur à colore, & fæciniæ à fæcibus, quoniam plus, quam ceteræ, fæcis afferant. significat etiam idem verbum effervescere, intumescere, vt in Psalmo *fonuerunt, & turbatæ sunt aquæ*
Ps. 45. ℣. 4. *eorum*, vel fremant, & intumescant aquæ, vt psalmo prædicto. *mistum* significet vinum, meracum quidem, & generosum, sed crassum, fæculentum, atque adeo effervescens, & intumescens, quale esse C
Isa. 27. ℣. 2. Deut. 32. ℣. 14. solet rubrum. Isaias, *vinea meri* (turbidi) *cantabit ei*. Et in Deuteronomio, *& sanguinem vuæ biberet meracissimum*. Hæbraice turbidum, hoc est rubrum, quod solet esse fæcatum, atque adeo feruidum. quod si ita est, non potuit translatio illa calicis peti à cauponibus, vel veneficis; cum Deus vinum meracum, generosum, & feruidum propinet peccatoribus. Hieronymus, & alij translationem ductam putant à potione medica, seu pharmaco,
Hieron. quod aspectum, ingenerat horrorem; haustum, amaritudinem, deinde nauseam, tremorem, vomitum, turbationem; coctum autem, grauedinem, ebrietatem, verriginem, & soporem. Verum pharmacis non adhibetur vinum, sed toxicum. propterea desumpta potius videri potest ea dicendi ratio D
Calix damnatorum. à potione, quæ damnatis ad mortem offerebatur
Amos 2. ℣. 8. apud Hebræos, cuius mentio est apud Amos: *Et vinum damnatorum bibant in domo Dei sui*, hoc est generosum, delicatum, pretiosum, quale propinari solet damnatis à familiaribus, & amicis, quo animosi reddantur ad tolerandos cruciatus, & mortis
Prouer. 32. ℣. 6. & 7. supremum agonem. *Date siceram mœrentibus*, (ait sapiens) *& vinum iis, qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur* egestatis suæ, *& doloris sui non recordentur amplius*. Extat eiusdem potus memoria
Marc. 5. ℣. 23. apud Marcum. *Et dabant ei myrrhatum vinum*, cum scilicet peruenit ad locum supplicij; & non
Cur myrrhatum vinum dominus recusarit. accepit, ne dolorum pro nobis sustinendorum acerbitatem leniret vel leuissimo illo refrigerio. ergo ex hoc genere officij postremo existimari potest E profectum prouerbium apud Hebræos vulgo vsurpatum, calicem bibere. quod perinde est, atque neci destinari, & calicem alicui offerri, quasi dicant, morti tradere. atque eam esse sententiam prædicti psalmi: *Calix in manu Domini*, hoc est iam iam morti tradere parat impios; sed non vniuersos simul, ne mundus pereat, sed singillatim nunc vni,
Dei misericordia in ipsa punitione elucet. nunc alteri porrigit damnatorum vinum. *Et inclinauit* (inquit) *ex hoc in hoc*, id est, ab ore alterius detractum calicem alteri porrigit, ita vt omnes impij ex eo sese potandos esse sciant. Sed quoniam hic sumus, non prætereamus Dei nostri pijssima misericordiæ viscera, & clementiam inauditam. Iudicis nempe seueriſſimam capitis sententiam à se ferendam declarat officiosissimo, & suauissimo poculo vini meraci generosi, non solum quoniam is potus præcedebat, atque significabat mortem; sed quia id officij genus libentius exhibuisset iudex ipse reis, quam damnationem. dum itaque seueritatem iustitiæ suæ occultare voluit, vsus circuitione, misericordiæ magnitudinem detexit. *recordare*, inquit, ad epulonem, *fili, quia recepisti bona in vita tua*. Iam ad nostrum redeamus institutum. vsurparunt frequenter prophetæ id pro-
Luc. 16. ℣. 25. uerbium, vt Isaias: *Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces, non est qui sustentet eam ex omnibus filijs, quos genuit*. pro sopore, Hebraice legimus תרעלה, Targhelah, id est tremoris, qualis est ebriosorum: pro qua voce vulgatus noster reddidit compunctionem in psalmo, *potasti nos* (inquit) *vino compunctionis*, sicut pro cognata eius רעל, raghal, alibi posuit
Ps. 59. ℣. 5 crapulam. *ponam* (inquit) *Hierusalem super liminare crapulæ omnibus populis*, vel super liminare tremulum, vel mobile, vt verterunt Septuaginta. significauit itaque Isaias appositio illo, omnes effectus vi-
Zachar. 12. ℣. 2. Isa. 28. ℣. 7 ni furoris Dei, idest ebrietatem, & tremorem, turbationem, & alienationem mentis. quare subijcit:
Isa. 51. ℣. 21. *Audi pauperecula ebria, & non à vino, &c.* Sed illos, atque alios expressit fusius ipse vates cum idem argumentum tractaret, quod Zacharias, vindictam
Zachar. scilicet Dei in hostes nouæ Hierusalem. *Sic erit* (inquit) *multitudo gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate, inebriamini, & non à vino, mouemini, &*
Isa. 29. ℣. 8. 9. & 10. *non ab ebrietate, quoniam miscuit nobis Dominus spiritum soporis. claudet oculos vestros, &c.* Idest potauit vos vino flatuoso, & soporifero. Ieremias item
Ierem. 25. ℣. 17. eundem tropum repetit. *accepi* (inquit) *calicem de manu Domini, & propinaui omnibus gentibus*. quorsum autem porrexerit calicem, declarat paulo post:
Ierem. 25. ℣. 27. *Hæc dicit Dominus: Bibite, & inebriamini, vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos*. Et iterum: *Calix aureus* (vinum flauum, &
Ier. 51. ℣. 7 meracum) *Babylon, in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes*. (quas recitauit cap. 25.) *Et ideo commotæ sunt*, vel insanierunt. quasi dicat, Babylon Dei nomine propinauit omnibus gentibus vinum damnatorum, hoc est fecit in illis nationibus stragem grandem. ad quem locum Ieremiæ alludens Ioannes ait: *Et mulier erat*
Apocal. 17 ℣. 4. 5. & 6. *circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen scriptum, Mysterium; Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terræ. & vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu, &c.* Vltimo enim versu aperte monstrauit, quid sibi vellet poculum in manu mulieris, videlicet ipsam sanctis, atque martyribus Iesu poculum damnatorum præbuisse, hoc est damnasse ad mortem, eo quod noluerint cum illa fornicari, sicut & ceteri fecerant populi gentium. vocat autem fornicationem idololatriam, vt sæpe monuimus, & meretricis nomine intelligit Romanam Rempublicam, quæ, tempore imperatorum, omnium abominationum terræ simulacra venerabatur. Sed hunc Ioannis lo-
Romana quæ tunc erat respublica, intelligitur nomine Babylonis, & meretricis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra c.16. Mar.16.ỳ.38. Matth.20.ỳ.22. Matth.26.ỳ.42.

Calix conuiuantium, & vique ad ebrietatem bibentium certatim.

cum alias tractabamus. est denique similis tropus apud Euangelistas: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Et ille: *Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, &c.* atque hæc quidem verisimilia sunt, nobisque olim non ingrata. verum postea re melius considerata, credimus eam dicendi formam desumptam esse à bibendi certaminibus; vbi conuiuæ coguntur ebibere certas mensuras vsque ad fundum calicis non sine fastidio, & agone, læsioneque virium corporis, & animi; nam eiusmodi potus initio suaues sunt, sed in fine acerbi. nam quod appetebat sitis, respuit satietas, naturaque ipsa perhorrescit, quod videt sibi esse noxium. Sed exhauriendus omnino calix offertur ipsius compotatoris manu, ebibendusque est vsque ad fæces. talis est potus, & concertatio peccatorum cum diuina prouidentia. nam dulce vinum voluptatum bibere volunt, fundum calicis, hoc est pœnarum acerbitatem exhaurire recusant. sed ebibant necesse est; *quia: Calix in mana Domini uini meri plenus*, turbida fæce, & *Inclinauit ex hoc in hoc: bibent omnes peccatores terræ.* Ex hac origine translationis magna accrescit lux superioribus locis Scripturæ, maxime vero postremo illi: *Transeat à me calix iste.* nam Christo fideiussori nostro propinatur fæx calicis voluptatum, quas nos bibimus, cum Babylone meretrice compotantes, & cum Deo quasi concertantes.

Peccatores cum Dei prouidentia concertant, dum voluptatum vinum, culpam scilicet bibere cupiunt, non autē fæces pœnæ: sed ebibant necesse est.

XXXII. *Polychr.*

Scholi.

Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum, &c. Polych. Quæ passa est, inquit, Samaria, ea tu quoq; patieris. calicem enim supplicium vocat, quippe quod soporē, & ebrietatē bibentibus afferat. Schol. vero: Velut per apostrophen oratio effertur pro: Ita tibi eueniet, vt Samariæ. quod autem sententiæ deerat, adiunxit effeciisse ebrietatem, vt dicat: Eandem, quam illa, pœnam feres, ducta captiua. præterea vero latiorem hauries calicem, hoc est mala, quæ tibi superuenient, maiorem tibi afferent ebrietatem, idest tenebras ex calamitate natas.

Theodor. Theodoretus autem sic: Profundum calicem vocauit ob calamitatis magnitudinem, latum autem propter septuaginta annorum tempus, deletionis vero, (sic enim habent septuaginta interpretes, vbi nos legimus tristitiæ calicem) nuncupauit propter solitudinem, quæ vrbem occupauerat. & illud *exhauries fæces*, apposuit, quia extremam pertulit obsidionem. cuius testas & *fragmenta* deuoraturam dixit, propter extrema, in quæ incidit, mala: Et vbera laceraturam, propter eam pœnitentiam, quam parituræ essent calamitates. Hieronymus dixerat ferme eadem: Et ipse calix erit profundus, & latus; profundus pœnarum magnitudine, latus tempore captiuitatis. quando autem ait, inebriata fueris, & dolore comprehensa, & biberis calicem vsque ad fæces, & in tantum hauseris, vt fragmenta quoque ipsius calicis deuores; tunc tædebit te fornicationis pristinæ, & lacerabis vbera, quæ subacta fuerant in Aegypto. pro quo Septuaginta posuerunt, Et celebritates, & neomenias tuas auferam, &c.

Hieron.

XXXV. *Hieron. Theodor.*

Voluptates carnis omnium vitiorum fundamenta sunt.

Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum.) Hieronymus: Vel retrorsum, aut post corporis vitia. Theodoretus: Quando meo cultui corporis voluptates antepositi; susci pe, inquit, intemperantiæ præmia. per hæc autem innuit fundamentum impietatis, scelera fuisse; inseruientes enim voluptatibus, in idolorum prolapsi sunt cultum. Polychronius: Optime vsus est confirmatione, illo verbo, *oblita es mei*, tamquam de viro, qui multa dederit beneficia, & ad honorem cuexerit, & veluti de vxore adultera, quæ suum virum auersata, adulterum amplexatur. eadem querela est apud Isaiam; *Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum, &c.* quod insolentissimæ impudentiæ genus est, cum non tantum clam sponso, sed in oculis eius, in ipsiusque cubile adulterum exceperit; hoc est non solum in lucis & excelsis, sed in ipso Dei templo idola coluerit, quod paulo inferius vtrique meretrici improperat. *Et hæc fuerunt in medio domus meæ.*

Isa.57.ỳ.8

XXXVI. *Scholiast.*

Numquid iudicas Oollam, & Oolibam. Scholiastes: Veluti ad prophetam conuertit orationem; irati porro depingit habitum, & figuram, cum modo ad ipsas peccatrices, modo ad ipsum prophetam conuertat orationem. Theodoretus: Illud: *num iudicabis*, alij interpretes verterunt: Iudicia mea, inquit, suscepta persona, ò propheta, fac iudicium de Samaria, & Ierusalem.

Theodor.

XXXVII.

Quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum, insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis. Egimus fusius ad cap. decimumsextum de Sinagogæ adulterijs, de homicidijs, & parricidijs filiorum, quibus nunc accumulat impudentiam. nam, vt alias notauimus, sanguinem gestare manibus, est de homicidio patrato gloriari: tale illud est Isaiæ: *Manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Et illud. *Inuentus est sanguis in alis tuis*, vel volis tuis. nam sonat כנף, canaph, extremum brachij, volam, alam, atque fimbriam vestimenti, scilicet extremum, vbi autem nos habemus: *Et cum idolis suis*, Septuaginta verterunt: Cum cogitationibus suis. quam sententiam in hæc verba enarrat Sanctus Cyrillus: Cum Samaria, tum Ierusalem non mediocriter contra religionem peccauerunt, atque adeo effrenatis cupiditatibus ad summum stuporem, insaniamque redacti, cum cogitationibus suis fornicabantur, hoc est quæ cōcupierant, idola videlicet colentes, tamquam cuiusdam spiritualis fornicationis prætextum faciebant, cum deficerent corde à Deo, qui eos loco vxoris acceperat.

Isa.1.ỳ.15 Ier.2.ỳ.21

Cyril.

XXXIIX. *Polychr. Theodor.*

Sed & hoc fecerunt mihi in die illa, polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea profanauerunt. Polychronius, & Theodoretus: Magnus impietatis excessus; primum enim filios mactare extremæ est impietatis: at etiam dæmonibus tales offerre victimas, sceleris est amplificatio. hæc vero etiam sabbato perpetrare, quo etiam necessaria interdicebantur, multo maiorem ostendit impietatem. sed quod post eiusmodi facinus etiam sacros aditus, & diuina penetralia conscenderint, quem tandem impietatis reliquit excessum? Idcirco etiam extremo loco illud posuit: *Etiam hoc fecerunt in medio domus meæ*: hoc, inquit, impium facinus in domo mihi dedicata ausi sunt.

XL. *Polychr. Theodor.*

Ecce venerunt, quibus te lauisti, & circunliniisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Alludit ad consuetudinem meretricum; quæ ante epulas solent lauare sese, comere, ornare, atque fucare, quo placeant suis amasijs. Polychronius, & Theodoretus omnia, quæ dicta sunt, tamquam de Muliere meretrice descripsit. significat autem initam ab ipsis cum Assyrijs, & Chaldæis societatem, & impietatem inde inuectam; declarat insuper lasciuos ornatus, & delicias, quas in dæmonum celebritatibus adhibebant, & vestimentorum permutationes, & reliqua omnia, quæ in eiusmodi conuentibus facere consueuerant. Scholiastes: Tamquam in muliere meretrice persistit oratio, quæ vultu pigmentis adulterato, & fucato ornatu amatores alliciat.

Scholiast.

Sedi-

XLI. Lectulorum forma duplex, alij cubiculares, alij triclinia-tes.

Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata es ante te. A verbo נטה, natah, quod est extendere, reclinare, vel inclinare. nascitur nomen מטה, mittah, reclinatorium, stratum, lectus, super quo homo reclinat, incumbit, & sese extendit. cum autem sint duo lectorum genera, alij cubiculares, in quibus noctu somno, & quieti indulgebatur; alij tricliniares, seu discubitorij, in quibus olim ad mensam, siue ad epulas accumbebatur; vtrumque significant Scripturæ sacræ prædicta voce. nam pro cubiculari sumitur in Genesi. *Adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput*. Et illud psalmi: *Lauabo per singulas noctes lectum meum*. pro discubitorio autem apud Esther. *Lectuli quoque aurei, & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario Stratum lapide dispositi erant*. Et iterum: *cum Rex intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther*. Amos etiam: *Super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare*. Vbi Septuaginta: Et vestimenta eorum ligantes funibus, peripetasmata faciebant adhærentia altari, hoc est ex vestimentis consutis stragula parabant ad sternendos lectos, in quibus accumberent, & iterum: *Qui habitant* (quiescunt) *in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabbato*, id est, qui primos discubitus habent in lectis, stratisque inter conuiuas. nam Hebraice est pro plaga in angulo lecti, idest in capite, in loco primario. Et tertio, *qui dormitis* (cubatis) *in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris*. nam de tricliniari lecto esse sermonem probant, quæ sequuntur; *qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij*. nam epulæ, & cantilenæ triclinio adhibentur, non cubili. hinc triclinium, sicut cœnaculũ ipsum Hebræis dicitur בית מטות, bethmitthot, idest, domus lectorum. vt ibi, *tollens Ioas &c. de triclinio*, apud Græcos varia sortiuntur nomina, secundũ varias illorum formas, quantitatem, & materiam, ex quibus constant; de qua re Pollux; & Cœlius. Latinis lecti dicti sunt, teste Varrone, a legendis herbis, & stramentis, ex quibus fierent. nam & Rex Indorum apud Philostratum in lecto è stramentis facto accubabat, iuxtaque ipsum ex agnatis eius ad summum quinque, ceteri sedentes in sellis epulabantur. tori quoque appellantur à tortis herbis, quæ accumbentium humeris supponebantur, vt vult Isidorus in etymologijs & Seruius:

Proximus ut viridante toro consederit herbæ:

Vnde & stibadia dicuntur, siue cubilia ex herbis facta, quas Græci στιβάδας, stibadas vocant, vel à stipitibus, quasi stipadium, vt placet Isidoro. eius nominis crebra mentio est apud Sidonium, Martialem, & Seruium, qui in illud Vigilij, *aurea compositi sponda*, stibadia, inquit, antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur, vnde & triclinium sterni dicitur. vide Isidorum de varijs lectorum nominibus. postea ex lignis, deinde ex materia arte fabre facta compositi sunt primum ab Archia artifice, vnde & Archaicos dictos volunt Iuniores quidam: alij quasi antiquos, hoc est rudes, inelegantes, impolitos: tales enim veteres initio faciebant, vt archaici sint ex antiqua consuetudine facti, non secundum posteriorem luxuriam. tales etiam punicani dicti, hoc est parui, humiles, primum à Cartagine aducti, vt notat Isidorus. deinde, auctore Plinio, victa Asia, Romam primum adducta triclinia (sic lectos vocat) ærata. postea crescente luxuria, ex auro, argento, ebore, & testudinum Indicarum putaminibus in laminas sectis contecti sunt: vt eodem loco, & alibi etiam testatur Plinius, atque Varro. Quocirca Apuleius. lectus Indica testudine perlucidus, plumea congerie tumidus, veste serica floridus, &c. sed hæc recentiora sunt. eamdem stratorum luxuriam Samaritis, & Hierosolymitanis exprobrat Amos: & Regi Persarum tribuit liber Esther, vt supra notauimus. neque minor luxus in lectorum apparatu, quam in materia, vel artificio fuit, cum olim cespitibus, seu herbis pelles hædinæ vix adderentur, vt Ouidius canit: *Qui poterat pelles addere, diues erat*. Homerus quoque collocauit eos in pellibus mollibus in arena maris. considera (ait Eusthatius) heroicam frugalitatem. filius Nestoris Regis peregrinos collocauit non in tapetijs purpureis, alijsque stragulis sumptuosis, sed in arena, ac pellibus, mollibus tamen. eiusmodi puluinis insedit Iudith, cum ad cænam Holophernis inuitata est. editio enim Septuaginta sic habet: Et accessit ancilla eius, & strauit ei ante Holofernem humi pelles, quas acceperat à Bagao ad quotidianum vsum suũ, vt manducaret accumbens super eas: & ingressa recubuit Iudith. Deinde vero stragula conchiliata, aut purpurea Babylonica lectis insternebantur. Homerus Phœnicem, Aiacem, Vlyssem, exceptos ab Achille tapetibus purpureis memorat. Et Virg. *conueniunt*, (inquit) *stratoque super discumbitur ostro*, Horatius: *rubro* ait, *vbi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos*. Cicero: Collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo magnificis operibus picto. Lucretius: *Nec calor optatus decedunt corpore febres, Textilibus si in pictura poterunt cubare rubenti lacteris, quam si plebeia in veste cubabunt*. ijs similia sunt quædam in prouerbijs, vbi meretrix apprehensum osculata iuuenem sic affatur: *Straui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto*. Atque eiusmodi scorti allegoriam prodigens vates dixit: *Sedisti in lectulo pulcro*. Hebraice: Super lectulum gloriæ, hoc est honoratum, glorioſum, splendidum, tum ex materia pretiosa factum, tum stragulis auro pictis instructum.

Sed quid sibi vult *Sedisti*? numquid non veteribus mos fuit ad mensam discumbendi? Respondeo accubuisse quidem olim ad mensam conuiuas, sed non omnes, neque semper, neque vbique gentium eam consuetudinem inductam fuisse; nam antiquior mos fuit sedendi, quam discumbendi. etenim legimus de fratribus Ioseph: *Sederunt coram eo*. quam historiam repetens Philo lib. de Iosepho sic habet: Iussit deinde sedere iuxta ætatis ordinem (non dum enim discumbendi mos receptus erat) mirabantur, &c. Atheneus quoque scripsit apud Homerum: Epulantur sedentes. & iterum: Veteres sedentes cibum cepisse vel ex illo manifestum esse dicit, quod Antolyco, qui ex Itha ca ad diuitem populum venerat, sedenti nutrix cibum apposuit. & alibi: Cum igitur sibi persuaderent Deos esse præsentes; moderate & temperanter dies festos agitabant antiqui. itaque neque solebant accumbere, sed epulabantur sedentes. Catullus quoque ipsos Deos sedentes, non accumbentes facit in carmine de Pelei, & Thetidis nuptijs. *Qui postquam niueis*, ait, *flexerunt sedibus artus*: Quare & apud Homerum frequentem in conuiuijs mentionem inuenimus factam throni, cathedræ, sellæ, quæ sunt instrumenta sedendi. Et Virgilius.

Hæ sacris sedes epulis: hic ariete cæso
Perpetuus solitis patres considere mensis.

Super quo versu Seruius: Perpetuis, inquit, hoc

Pollux lib. 6. cap. 1. & Cœlius 27. c. 25. & lib. 26. c. 29. Varro lib. 4 Philost. lib. 2

Isidor. lib. 2. Ethimolog. Seruius in lib. 5. Aene.

Sidon. Martial. Seru. lib. 1. Aeneid. Isidor. lib. 2. cap. 11.

Plin. lib. 33 cap. 11.

Plin. lib. 9. cap. 11. Varro lib. 3 Apul. li. 10

Amos 2. & 3. cap.

Ouidius.

Homerus 3. odys.

Eustharius, luxum tricliniorum reprehendit.

Iudith. 12.

Stragula cõchiliata, aut purpurea.

Homer. lib. 1. Illiad. Virgilius 1. Aeneid. Horat. lib. 2 Sat. 6. Cic. 5. Tusc. Lucretius lib. 2.

Prouer. 7. ¥. 16.

Sedendi ad mensam antiquus mos. Genes. 43. ¥. 33. Philo lib. de Ioseph. Atheneus lib. 1. Athen. lib. 5. & lib. 11. Idem lib. 7.

Catullus de Pelei, & Thetid. nup.

Serv. Aeneid. 7.

hoc est, longis, ad ordinem adæquatis sedentium. A maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus,& Cretensibus, vt Varro docet in libris de pop. Rom. Ouidius idem testatur, *ante focos olim scamnis cõsidere longis Mos erat, & mensæ credere adesse Deos.* Isidorus quoque ex Varrone testatur apud veteres Romanos non fuisse vsum accumbendi. Quod Macrobius in illos Virg. versus, *Hæc vbi dicta, dapes iubet, & sublata reponi Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili.* non vacat, inquit, quod dixit sedili; nam propria obseruatio est, Herculis sacris operari sedentes. sedentes itaque epulabantur veteres, vtpote frugaliores, & temperantiores. postea cum mollitie,& luxu inuectus est discubitus: quem habitum corporis compotationibus aptiorem existimarunt, quam sessionem, vt auctor est Plutarchus, dicens: Sicut lectus commodior est bibentibus, quam cathedra, propterea quod ille corpus continet, omnique motione vacuum præstat: ita maxime conuenit animã in quiete conseruare. Accubitus memoria fit in libris regum. *Nec enim discumbemus, priusquam huc ille veniat.* Hebraice לא נסיב, Ionasius. significat autem verbum סבב, sauau, circumdare, circuire, atque adeo discumbere in circuitu mensæ, vt conuiuæ solent. B inde מסב, meseu, accubitus, discubitus, torus, vel conuiuium, vt in canticis, *dum esset Rex in accubitu suo*, atque מסיב, mesiu, conuiua in psalmo. *Caput circuitus eorum.* Hieronymus, sel conuiuarum meorum. Verum apud Hebræos vsitatas fuisse accubationes in conuiuijs, ex veteri, & nouo testamento colligere licet, vt initio versus huius notabamus. obseruatumque est in Talmudico tractatu dicto Suca, veterum conuiuia fieri solita cum decubitu, decumbentibus scilicet conuiuis in lectis super latus sinistrum: non stantibus, aut sedentibus, vtnunc fit. atque hunc morem vtpote receptissimum apud gentiles suos obseruauit Christus, tum cum inuitatus à Pharisæo *discubuit*, tum cum postremam cænam fecit cum duodecim discipulis. ex qua discum bendi ratione, *Mulier quæ erat in Ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat.* Et Ioannes dilectus supra pectus Magistri inter cænandum recubuit, vt qui in sinu eius discumbebat ad mensam. quem habitum corporis atque situm conuiuarum ipse discubitus faciebat; nam necesse erat in singulis lectis anteriorem in prioris sinu recumbere; cum omnes pectora molliter erecta ad mensam haberent conuersa, reliquum autem corpus,& pedes extensos retro. alioqui difficile est alterutrum factum, sedente ad mensam Christo, comprobare:

Varro lib. de pop. Rom. Ouid. 5. fast. Isidorus lib. 20. Etym. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 6.

Plutarchus Sympos. 7^t, proble. 11.

De accubitu in mensis Hebræorum. 1. Reg. 16. ℣. 11

Cant. 1 ℣. 12.

Psal. 139. ℣. 10. Hieron.

Luc. 7. ℣. 38. & 31.

Vtriusquẽ cœnae subsequentes figuras adiecimus; tum vt horum locorum notitiae satisfacere melius possit ipsa accubitus imago ob oculos posita: tum quia omnes, quotquot circumferuntur huius rei imagines, non omnem rei difficultatem exhaurire videbantur, quarum vberiorem commentarium aliquando, si, Deo volente, vita superstes fuerit, edemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



COENACVLVM EX ANTIQVIS MONVMENTIS ET EVANGELICA HISTORIA DEPROMPTVM V

Universidad de Deusto
Biblioteca



PTVM VBI IOANNES IN SINV IESV CVM DISCIPVLIS RECVMBENTIS ACCVBVIT

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



COENATIO IN QVA PEDES RECVMBENTIS IESV PECCATRIX MVLIER STANS

Universidad de Deusto
Protected



STANS RETRO LACHRYMIS LAVIT CAPILLIS TERSIT ET VNXIT VNGVENTO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luce 16. ℣. 23. Porro illud Lucæ explicari vix posse videtur, nisi accumbens Abraham intelligatur, quem *diues vidit à longe, & Lazarum in sinu eius.* Quid enim aliud est in sinu Abrahæ esse, nisi in cælesti conuiuio ad pectus Abrahæ, qui vt paterfamilias inducitur, discumbere? nam de epulis sermonem esse declarant, quæ sequuntur: *mitte Lazarum, qui intingat digitum suum in aqua, & refrigeret linguam meam.* *Ibid. ℣. 24.* Quorsum enim aquæ refrigerium petijsset, nisi calices crystallinos aqua plenos vidisset in Abrahæ mensa? Porro Græcos, & Romanos, non illos vetustissimos, sed qui post monarchiam vixerunt, ad epulas suas accubuisse, passim e scriptorum monumentis, atque marmorum imaginibus intelligere licet. de quare mentionem fecit Philander, iustumque edidit volumen doctissimus Petrus Ciaconius Toletanus. Quod si ita est; quo pacto de meretrice ait Propheta noster: *Sedisti in lectulo?* nam sedenti sella, vel scamnum conuenit, lectulus nonnisi accumbenti. Respondeo, posterioribus quidem sæculis solemne fuisse viris discumbere ad mensam, pueris autem, atque feminis sedere. nam Aristoteles insigne virorum fuisse accubationem, auctor est ijs verbis: Quod si constet aliquem quidpiam eorum vel dicere, vel facere, quæ vetita erant, isque ingenuus sit, nec dum in conuiuijs publicis accumbat; castigandus erit ignominia, virgisque cædendus. & de Cassandro testatur Hegesander, comedere solitum in Sella apud patrem discumbentem; quod non dum aprum in silua interfeciisset illius enim certaminis præmium erat apud Macedonas accubitus. De feminis autem in hunc modum scribit Valerius Maximus: Feminæ viris cubantibus sedentes cænitabant, quæ consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno, & Minerua in sellas ad cænam inuitabantur. cuius conuiuij exemplar marmore sculptum hodie seruat Capitolium, nisi quod Iuno in eodem lecto cum Ioue accubante sedet. Isidorus quoque ex Varrone scribit apud veteres Romanos non fuisse vsum accumbendi. postea vero cæpisse viros discumbere, ac mulieres sedere; quod turpis visus esset in muliere accubitus. hunc morem, vtpote à naturali decoro profectum olim apud Hebræos obseruatum ex præsenti testimonio fit perspicuum. *Et sedisti in lecto.*

Philãder in commenta. Vitruuij.

Aristot. 7. de repub. Viri accumbebant, mulieres vero ac iuuenes sedebant in mensa. *Hegesander.* *Valer. Max. lib. 2. c. 1.*

De apparatu mensarum. *Et mensa ornata est ante te*, vel strata, aut instructa. Veteres enim ipsas mensarum tabulas alioquin ex cedro, aut ex alia quapiam preciosa materia factas varijs exornabant emblematis, vel imaginibus, deinde mappis villosis sternebant, diuersisque epularum generibus instructas apponebant discumbentibus. Ac de materia quidem & ornatu mensarum Plinius vbi de mensis citreis. Cicero: Tu maximam, & pulcherrimam mensam Citream à Q. Lusadio abstulisti. Seneca in sui temporis luxuriam inuehens, tradit citri radices insanis precijs esse licitatas ad mensarum, & lectorum ornamenta. Et Martialis:

Plinius lib. 13. c. 13. *Cicer. 6. in Verr.* *Seneca.* *Martialis lib. 9.*

Et testudineum mensa quater hexaclinon
Ingemuit citro non satis esse suo.

Suo dixit nempe orbi. nam quod rotundæ essent mensæ, eas orbes appellabant. Lucanus, *Vt Mauri Lybicis centum fient dentibus orbes.* Et alibi: *Sectosque Athlantide silua Imposuere orbes.* Aegyptij selectas mensas ex Persea faciebant, quæ arbor robusta erat, colore atro, visuque decora. Fiebant & ex arbore thya, Homero nota, admodum preciosæ mensæ. vide Plinium. Sane quidem mensas apud Romans mappis opertas non fuisse, ex eo videtur colligi, quod conuiuarum singuli per se mappam secum ad cænam adferebant, vt Martialis scribit.

Lucan. *Plinius lib. 13. c. 16.*

Mensæ operiebantur mappis apud Roman. *Mart. in 12*

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur.
Mantile e mensa sustulit Hermogenes.

Verum oppositum potius ex ijs versibus, ego conficio. nam mantile, quod Hermogenes rapuit, hospes strauerat. moris ergo erat mantilia mensis sternere; quod eodem ipse libro probat dicens: *Mensas, Ole, bonas ponis, sed ponis opertas: Ridiculum est; possim sic ego habere bonas.* neque enim risus poetæ nouitatem ab Olo inuectam testatur, sed potius consuetudinem fuisse mensas sternendi mappis; quam tamen Satyricus carpit de more suo. idem præterea. Isidorus testatur, dicens, mappas conuiuij, & epularum appositarum esse sic dictas, quasi manupas. & Plinius, de lino viuo scribens, ait; *Plin. lib. 19* Ardentes in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes magis, quam possent aquis, & Martialis ipse:

Martialis in Apophor.

Nobilius villosa tegunt tibi linteа citrum.

Porro mensæ ferculis instructæ à duobus portabantur seruis, & conuiuis accumbentibus apponebantur; mutabanturque toties, quoties noua addebantur obsonia: vt colligere licet ex Plutarcho, atque Athenæo. Sed aduertendum est per mensam instructam meretricis, accipiendam esse aram. etenim altare nihil aliud est, quam mensa, pane, carne, mero, & obolis delicioſis instructa, additis aromatum suffimentis, cantilenisque; quæ omnia in profanis mensis apponuntur pro conuiuarum vtilitate, & delicijs: in sacris autem in Dei cultum referuntur. vnde merito mensæ dicuntur altaria ab Ezechiele: *hæc est mensa coram Domino*, ait demonstrans altare incensi. Eiusmodi itaque aras apponebat meretrix ista Dijs Assyrijs, & Aegyptijs; cuius impietatis in præsenti accersitur; in quibus, ne nihil deesset voluptati, omnibus conuiuarum sensibus gratissima Xenia ministrabat: quare sequitur.

Mensæ singulæ singulis ferculis deseruiebant. *Plutarc. in vita Pelop.* *Athe. lib. 9* Mensa pro altari sumitur. *Ezech. 41. ℣. 22.*

Thimiama meum, & vnguentum meum posuisti super eam. eadem fere verba legimus supra, & interpretati sumus. Quoniam vero ibi promisimus longiorem hoc loco vnguentorum disputationem nos esse facturos; fidem nostram liberemus oportet. Vnguentum Hebraice dicitur שמן, Scemen, quasi dicas pinguedinem, significatque quicquid pingue est siue natura, siue ex artis condimento, vtpote oleum, adipem, atque vnguentum omne, quod ex oleo constat, vel ex alio succo pingui. neque enim omnibus vnguentis miscebatur oleum, vt videre licet apud Plinium, vbi innumera vnguenta commemorantur ex varijs aromatis absque mistione olei composita. quædam etiam ex vnico facta, quale erat Aegyptiorum στακτή, stacti, quod ex gutta myrrhæ, à quo & nomen habuit, constitisse scribunt Athenæus, Theophrastus, atque Dioscorides. quorum Theophrastus de vnguentorum materia sic scribit: Vnguentorum alia à floribus nomen mutuantur, vt rhodinum, violaceum, & susinum; alia à folijs vt myrteum, & oenantinum: alia à radicibus, vt nardinum: alia à ligno, vt palmeum: alia à fructu, vt melinum, myrteum, & laurinum. Aegyptium vero ex pluribus, ex cinnamomo, ex myrrha, atque alijs. Vnguentorum porro apud veteres præsertim Asiaticos frequentem vsum, & varia genera legimus tum in profanis, tum in sacris literis. erant enim medica, militaria, gymnastica, conuiualia,

Sup. Ezech. 16. ℣. 18.

Plin. lib. 13 cap. 1.

Athen. lib. 12. & 15. *Theophrast.* *Dioscorides. lib. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia, funebria, voluptuaria, superstitiosa, & sacra. & de sacris quidem, ne profanis admisceantur, diximus ad caput decimum sextum: nunc cetera brevissime persequemur. Medicorum vnguentorum compositionem latius tractarunt Hippocrates, & Galenus in eius vocis expositione, atque Dioscorides; quorum quatuor genera numerat Hippocrates, omnia Aegyptijs nominibus appellata, quippe ab eisdem inuenta, scilicet oleum Aegyptium, oleum Aegyptium album, vnguentum Aegyptium, & vnguentum Aegyptium album. quorum virtutes apud prædictos auctores videre licet. id tantum de omni genere vnguenti in vniuersum dici potest, conferre mirum in modum tum ceteris corporis facultatibus, tum præsertim cerebro. Vnde Plutarchus de Iside, & Osiride ex Aristotelis sententia dixit vnguentorum, florum, pratorum odoriferas respirationes non minus ad sanitatem, quam ad voluptatem conferre; cum cerebrum natura frigidum, & concretum calore, & lenitate resoluant. similiter apud Athenæum Massarius, O felix, inquit, an non nosti sensus nostros, qui sunt in cerebro, excitari suauibus odoribus, & puriores, suauioresque effici, sicut Alexis ait: sanitatis maximam partem bonos odores cerebro concedere? Ac propterea veteres, eodem teste, singulis membris corporis singula, & peculiaria vnguenta accommodarunt, vtpote Aegyptium vnguentum pedibus, & cruribus, phœnicinum maxillis, & mammis; sisymbrium alteri brachio, amaracinum cilijs, & cæsariei, serpillinum genubus, & collo; maxime vero cor vnguentis pretiosis perungi solitum idem tradit; quod odoribus suauibus foueatur, quodque animæ sedes sit existimatum, quæ iuxta nomen suum vaporibus odoratis admodum recreatur. hoc est enim, quod canit Regius Vates: *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* nam vt vinum intus, ita oleum foris lætificat, fortificat, lenit, iuuat, reficit, & excitat, non corporis tantum virtutes, sed etiam animales spiritus. Atque ea de causa adhibitum est non tantum ægris sanandis, sed etiam militibus, & athletis roborandis; quod & apud Ethnicos receptissimum scimus, & apud Hebræos vsitatum colligimus exillo psalmi: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quam præclarus est!* Vbi spiritualia præsidia, Dei beneficio sibi aduersus hostes collata, comparat Dauid cum largæ mensæ ferculis instructæ oleo, & vino, quod scilicet hæc tria mirifice cõfirmare vires hominis, robustumq; corpus reddere soleant, panis oleum, & vinum. Idem in alio psalmo repetitur tametsi obscuriori dicendi ratione. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ, et senectus mea in misericordia vberi.* Vel in oleo viridi, hoc est tametsi senex, hostes meos dispergam, & conteram, superque eos exaltabor, non secus atque cornu vnicornis, quod præ ceterorũ animalium cornibus durissimum est, inuictum, eleuatumque valde. vires enim mihi iuueniles adiecit oleum viride, diuinus scilicet fauor, quo me totum tamquam oleo delibutum sentio. Oleum autem viride vocat vnguentum, aut etiam viride dicitur oleum ab effectu, quasi reviresceré faciens senectam. Aristophanes porro Athletas humido, id est oleo, aqua misto, vt interpretatur Scholiastes, vngi solitos scribit: Extende genua, inquit, & gymnastico more humido temetipsum perfunde in stratis. Ad vnctionem militarem, & gymnasticam referri potest regia. nam & reges vnctione consecrabantur apud Hebræos, vtpote qui duces populi futuri essent in prælijs, aduersus hostes susceptis, vt constat ex libris Regum. *Vnges eum* (Saulem) *super populum meum*. ad quam consuetudinem alluxit psaltes, cum epithalamium Christi cecinit. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Quale vero fuerit id oleum, & quare sit dictum *exultationis* consequentia verba declarant: *Myrrha & gutta, & casia* fluebant *à vestimentis tuis, à domibus* à thecis *eburneis*, distillatæ, *ex quibus delectauerunt te.* quod vero adijcitur *præ consortibus tuis*, allusionem continet euidentem ad Dauidis vnctionem, qui à Samuele vnctus declaratus est Rex Israelis præ ceteris fratribus, tametsi natu maioribus, & secundum faciem ad id munus magis idoneis; hoc est enim, quod in libro Regum dicitur *unxit eum* Dauidem *in medio fratrum*, quod est, inter fratres ceteros vnice dilectum.

Enimnero vnguenti funebris mentio est in libro Paralipomenon: *Posueruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus, & unguentis meretricys* odoriferis, *quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum* bustum ei fecerunt *ambitione nimia*. extat & in Euangelio eius consuetudinis exemplum in Christi Domini sepultura, referente Ioanne: *Venit autem & Nicodemus ferens mistu-ram myrrhæ, & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus IESV, & liganerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire*. ad quam sepulturæ vnctionem retulit Christus delicioſum vnguentum, quo à Magdalena inter cænandum delibutus est, *præuenit*, inquit Marcus, *ungere corpus meum in sepulturam*, & alibi etiam aromata coempta legimus, quibus vngerent Iesum tertio die à sepultura.

Restat conuiuiale vnguentum, cuius illustrandi gratia reliqua vnguentorũ genera perstrinximus. hoc non tantũ ad voluptatem, sed etiam ad mentis sanitatem tuendam, quasi ebrietatis antipharmacum inuentum esse videtur. nam post liberam compotationem tum coronæ, tum etiam vnguenta mensis adhibebantur. Quocirca Lucretius *conuiuia, ludi*,

Pocula crebra, unguenta, coronæ, serta parantur, &c.

Vnguentorum in conuiuijs memoriam inuenimus apud omnes fere scriptores veteres, qui post Homerum scripserunt. Homerus enim apud Athenæum suos heroas frugalitatis studioſos, neque coronatos, neque vnguentis delibutos, neque suffimentis delectatos dicit. vnum dicit Paridem induci, cuius facies à Venere vnguento fuerit delinita. cognouit quidem Homerus vnctiones ex oleo, teste eodem Athenæo, sed non vnguenta odorata. itaque Iliacis temporibus, vt Plinius auctor est, non dum erat vnguentorum vsus, sicut neque thuris in sacrificijs: sed post expugnata Darij castra, in cuius apparatu scrinium vnguentorum inuenit Alexander, ad Græcos primum deuenit, inde ad Romanos. de vtriusque gentis luxu multa citatus iam Plinius, & Athenæus. nos quæ in sacris scripturis inuenimus, referamus. Carpit seueriſſime Amos vnguenta conuiuiorum, cum ait. *Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti.* Vbi Chaldæus: Excellentia precioſorum vnguentorum inunguntur. Hebraice est: capite vnguentorum. qua voce quidam præcipuum aroma, hoc est balsamum significatum existimant, quod Plinio teste ceteris odoribus præfertur, vnique Iudeæ

Hippocra. Galenus. Dioſc. lib. 1.

Plutarchus.

Athenæ.

Vnguentorum mirabiles effectus.

Pſal. 103. ℣. 15.

Vnguentum adhibetur militibus, & athletis roborandis. Pſ. 22. ℣. 5.

Pſ. 91. ℣. 11

Vnctio Regia.

1. Reg. 9. ℣. 16. & 1. Reg. 16. ℣. 12. atque 2. Reg. 1. ℣. 21.

Pſ. 44. ℣. 8.

1. Reg. 25. ℣. 13.

Vnguentum funebre. 2. Paral. 16 ℣. 14.

Ioan. 19. ℣. 39.

Marc. 14. ℣. 8. Mar. 16. ℣. 1

Vnguentum conuiuiale.

Lucret. lib. 4. de natura rerum.

Athen. lib. 1 c. 4. & xij.

Ath. lib. 15 Plin. lib. 13 cap. 1.

Amos 6. ℣. 6.

Plin. lib. xij. c. 25. & 16. cap. 32.

Universidad de Deusto

dæ conceſſum eſt. nam Aegyptium minoris omnino laudis fuit. quibus illud Exodi patrocinatur. *Sume tibi aromata prima myrrhæ, & præcipua.* Vbi Hebraice legitur: Aromatũ caput primum principiſũ. Exod. 30. ¥.23.

Eccl. 9. ¥. 8 ad hunc morem alludit Eccleſiaſtes: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* hoc eſt trade te cuticulæ curandæ. indulge ſemper balneis, & conuiuijs. namque veſtes candidæ, atque oleum ſymbola ſunt balnearum, atque compotationum: propterea quod à balneis exeuntes, albis induebantur, quas cænatorias Romani vocabant, quod cum ipſis accumberent. Philo in libro de vita ruretica auctor eſt Iudæos olim diebus feſtis conuiuia albatos agitare ſuiſſe ſolitos. idem mos ad Romanos tranſlatus, vt Horatius refert. *Ille Repotia natales alioſue dierum, Feſtos albatus celebret.* Quod vero de conuiuijs loquatur Eccleſiaſtes, conſtat ex verſu præcedenti. *Vade ergo,* (inquit) *& comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* deinde ſubdit, quam tractamus ſententiam: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, &c.* Cadit autem aptiſſime, vt, cum dixiſſet in balneis, & epulis lætitiæ eſſe indulgendum, deinde lætitiæ illius conuiualis duo ſigna, atque cauſas ſubijciat, veſtes ſcilicet candidas, atque oleum. quam quidem ſententiam ironice dictam à ſacro concionatore accipere debemus, non ex animo, vt Siſinnius Nouatianorum Epiſcopus, homo mollis, in ſuarum deliciarum excuſationem interpretabatur apud Socratem. ſed de his alias. In pſalmo etiam vnctio conuiualis memoratur: *Et non communicabo cum electis eorum.* Hebraice, non veſcar delicijs eorum. *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me.* feram id omne libenter, *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Opponit ſeueræ correctioni amici, inimici blanditias, & ſimulatam adulatoris laudem, vt Auguſtino, & Hilario placet: ceterum translatione ſumpta ab epulis, in quibus moris erat oleo pinguiſſimo, & precioſo capita conuiuantium inungi. eodem ſpectat ſermo Chriſti: *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua.* nam ad ieiunium diſſimulandum, ſymbola conuiuantium ſuadet adhibenda. Huc ſpectat mulieris peccatricis egregium factum, quæ caput Chriſti diſcumbentis in Bethania vnguento precioſo perfudit, atque iterum pedes; quod non adeo vſu receptum erat, vt ex diſcipulorum murmure colligitur. nam id officium vix delicatis principibus exhibitum apud Græcos ſcribit Athenæus. Atque in primis (quod tamen vti luxurioſum videtur reprehendere) mos fuit, inquit, Athenienſes pedes delicatorum vnguentis imbuere. & Plinius: Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat, linique iam non ſolum perfundi vnguentis gaudent. vidimus etiam veſtigia pedum tingi, quod M. Othonem monſtraſſe Neroni Principi ferebant. Vides non ſolum ab Athenæo, ſed etiam à Plinio huiuſmodi vnctionem pedum luxuriæ nomine perſtringi. verum Chriſtus illam admiſit, & approbauit, non luxuriæ, ſed altioris myſterij nomine. *Sinite* (inquit) diſcipulis admurmurantibus, *illam. quid illi moleſti eſtis? præuenit enim ungere corpus meum in ſepulturam.*

Cænatoriæ veſtes albæ.

Philo. in lib. de vita ruretica.

Horat. lib. 2 ſerm. Sat. 2.

Eccl. 9. ¥. 7

Siſinnius reprehenditur

Socrat. hiſto. Eccl. lib. 6. cap. 22.

Pſal. 140. ¥. 4.

Auguſt. & Hilarius.

Vngebantur capita conuiuantium.

Matth. 6. ¥. 17.

Matth. 26. ¥. 7.

Pedes inungere magnũ deliciarum argumentũ.

Athen. lib. 15. & lib. 13.

Plin. lib. 13 cap. 3.

Chriſtus pedum vnctionem laudat, non luxum aut delicias approbans, ſed myſterium indicans.

XLII.

Muſica in conuiuijs frequens. Hieron.

Et vox multitudinis exultantis erat in ea, menſa ſcilicet vel cum ipſa meretrice. Hieronymus ex Septuaginta: Siue & voce compoſita perſultabant, vel vocem harmoniæ perſonabant, vel omni genere muſicorum reſonabant: vt non ſolum viſu, ſed & auditu, & odoratu, & cunctis ſenſibus placeres amatoribus tuis. Scholiaſtes: Vtebantur etiam, inquit, muſicis inſtrumentis in Idolorum ritibus, quibus dæmones exhilarabant. lætitia quippe dæmonum eſt hominum interitus, quemadmodum angelorum gaudium peccatoris conuerſio, & vita. propterea illa canente, vel pſallente, dæmones agebant choreas, & tripudia. nam Baſilius in illud Iſaiæ: *Piloſi ſaltabunt ibi*, tradit ſaltationes didiciſſe homines à dæmonibus ipſis. Quod vero ad parabolam attinet, conſtat apud omnes fere gentes in conuiuijs præſertim ſplendidioribus, vtpote ſacris, natalitijs, nuptialibus, funebribus maxime in vſu fuiſſe muſicam; ſed apud Hebræos eam conſuetudinem viguiſſe, ex ſacris Scripturis in promptu eſt demonſtrare. Eccleſiaſticus enim de conuiuio verba faciens, ſympoſiarcham in hunc modum inſtituit: *Rectorem te poſuerunt? noli extolli. eſto in illis*, inter eos, *quaſi vnus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura tua explicita, recumbe.* Et iterum: *Loquere maior natu: decet enim te primum verbum, diligenti ſcientiam, & non impedias muſicam*, longis, & interminatis ſermonibus, *vbi auditus non eſt*, occupatis auribus in muſicæ harmonia, *non effundas ſermonem, & importune noli extolli in ſapientia tua. gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio*, concentus, *muſicorum in conuiuio vini, ſicut in fabricatione auri*, aureo apparatu, *ſignum*, ſigillũ, *eſt ſmaragdi, ſic numerus* modulatio, muſicorum, *in iucundo, & moderato vino*. & infra. *Vinum, & muſica lætificant cor: & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ, tibia, & pſalterium ſuauem faciunt melodiam: ſuper vtraque lingua ſuauis.* Vbi vides muſicam cum vino coniunxiſſe, vtriuſque autem ſuauitati prætuliſſe ſermones ſapientum, qui miſceri ſolent inter epulandum. Et iterum: *Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta, opus pigmentarij, in omni ore indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* Ad hanc quoque conſuetudinem alludit pſaltes: *In me pſallebant, qui bibebant vinum.* hoc eſt: ego eram canticum in eorum conuiuijs: me perſtringebant ſuis cantilenis. eandem carpit Iſaias: *Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris.* Et iterum: *Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ, cum cantico non bibent uinum.* Et Amos: *Qui canitis ad uocem pſalterij, bibentes uinum in phialis, & optimo unguento delibuti.* Sed & in nouo teſtamento muſicæ conuiualis exemplum eſt apud Lucam. cum enim filius ſenior appropinquaret domui: *Audiuit ſymphoniam, & chorum*, quibus celebrabat pater conuiuium ob filij iunioris aduentum. ad eum morẽ alluſiſſe videtur Paulus: *Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu, loquentes uobismet ipſis in hymnis, & canticis ſpiritualibus.* Nam admonere videtur eos, qui in conuiuijs accumbunt, ne ebrietate, & laſciuis cantilenis Deum offendant, ſed potius ſpirituali ebrietati ſtudeant, & ſacris carminibus Deum laudent. nam in cænis Chriſtianorum initio Eccleſiæ cantus eſſe adhibitos, auctor eſt Tertullianus, & Cyprianus. Porro Homerus vtriuſque muſicæ, ideſt eius, quæ voce, & quæ inſtrumentis fit, atque ſaltationis, quæ muſicæ comes eſt, crebram mentionem facit in epularum deſcriptionibus. nam cantum, & ſaltationem vocat conuiuarum anathemata, hoc eſt ſacra donaria, vel vt interpretatur Euſthatius, ornamenta conuiuiorum; & Lucianus, exercitium diuinum, & ſacrum, vtpote ſine quo nulla ſacra, feſtiui-

Sbcoliaſt.

Baſil. ſuper Iſa. 18. ¥. 21.

Saltationes didiciſſe homines à Dæmonibus.

Varia conuiuia.

Eccl. 32. ¥. 1. & 2.

Ibid. ¥. 4.

Eccl. 40. ¥. 20.

Eccl. 46. ¥. 1. & 2.

Pſal. 68. ¥. 13.

Iſaiæ 5. ¥. 11. & 12.

Iſaiæ 24. ¥. 8. & 9.

Amos 6. ¥. 5. & 6.

Lucæ 15. ¥. 25.

Epheſ. 5. ¥. 18. & 19.

In Chriſtianorum cænis cantus adhibebantur initio Eccleſiæ.

Tertull. in Apol. c. 39.

Cyprian. ad Donatum.

Homerus in Odis. ibi Euſtat.

Lucianus.

festiuitates nullæ fieri consueuerunt. Plato varias A saltationes pro diuersis festiuitatibus Deorum accommodandas scribit. Athenæus legibus antiquorum, & moribus constitutum esse dicit, vt in conuiuijs canerentur Deorum immortalium hymni, voce communi. meminit eiusdem consuetudinis Plutarchus, & Clemens Alexandrinus, ijs verbis: Cæterum in symposijs, & inter rorantia pocula ad psalmorum Hebraicorum similitudinem carmen canebatur, quod σκολιὸν, scolion, appellabatur, communiter omnibus voce pæana canentibus, nonnunquam etiam per cantici vices propinationes circumagentibus. qui autem erant ex ijs musicæ peritiores, & ad lyram canebant, &c. Solebant etiam conuiuæ se ipsos nominatim prouocare, cui propinaturi erant, & lyram tradituri, vt ex B Cicerone, Quintiliano, Plutarcho etiam constat. & quoniam non ordine conuiuij tradebatur lyra, sed alternatim propter obliquam illam lyræ circumlationem carmina illa scolia dicebantur, ac si diceres obliqua. Sed de scolijs compotantium Athenæus disseruit. Sane conuiualia ludorum oblectamenta, saltationes, choreas, psaltrias, sam buciſtrias epulis Romanorum fuisse adhibitas post Asiaticam victoriam, auctor est Liuius, eorumque abusum carpit seuere Cicero, & Clemens Alexandrinus. Est & tripudiorum eiusmodi in sacris literis memoria. nam in Exodo vitulum aureum coluerunt Israelitæ saltantes, choreasque ducentes: *Sedit*, inquit Moses, *manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*. Filiæ quoque Silo anniuersariam C Domini festiuitatem celebrant tripudiantes, saltantes per viridaria, vineasque. Sed ne hoc superstitiosum tantum fuisse credamus, vel profanum; certe chori, quibus victoriam Dauidis de Philistæo mulieres Israelitæ concelebrarunt, Dauidis saltatio corã arca Domini, & choreæ Mariæ, omni reprehensione vacant; ex quibus fortasse emanauit gentium in tripudijs superstitio, abususque lasciuus, cuius meminit in præsenti vates dicens: *Et vox multitudinis exultantis erat in ea*, mensa scilicet. hoc est inter conuiuandum, communi voce exultantes canebant Deorum suorum laudes, & tripudiantes, circum mensam certos ducebant choros, sacris festiuitatibus, quas agebant, accommodatos.

Et in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto. (Septuaginta, ebrij de deserto) *posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosissimas in capitibus eorum*. Contextus Latinus indicat ornatos monilibus adulteros à meretricibus. Sed in Hebræo contra hodie legimus; nam, dederunt, Hebraicum est generis masculini, & pronomen, earum, est femineum. suspicarer incuria librariorum corruptum pronomen, *eorum*, pro earum: sed in nullo codice Latino inuenio variatum genus pronominis *eorum*. similiterque legerunt Septuaginta, & interpretati sunt Græci. Hieronymus vtramque versionem explanando probat, vt iam dicturi sumus. orationis series Latinam postulat sententiam: fortasse corrupta erunt Hebræa, quæ suppetunt, exemplaria. Porro sensum E ita explicat Hieronymus: Qui venerunt ad vos ebrij, non vrbanæ alicuius elegantiæ, sed de deserto, ac solitudine rusticorum, ac latronum habitum præferentes. & in tantam exarsistis (ò sorores pessimæ) insaniam voluptatum, vt armillas vestras, & discriminalia imponeretis manibus, & capitibus amatorum vestrorum, siue vobis ipsis, vt plenæ ornatu turparemini. Polychronius, &

Theodoretus: Quid enim magis desertum, quam ij, qui colunt idola? ex illis enim, inquit, desertis animis, atque mentibus ad te deriuabantur impietatis documenta, quæ musicis organis excipiebas, iucundum, suauemque sonum resonantibus. Sed hæc mystica sunt. Venientes de deserto, vocat secundum Rabbi Dauid Aethiopas, seu Sabæos, qui Hierosolymam veniebant per Arabiam desertam. Hebraice enim legimus סבאים, Sabaim, quod plurale est nominis סבא, Seba, quod proprium fuit filij Chus, neporis Cham, proneporis Noe. *Filij Chus, Seba, & Hauila, & Sabtha*. Vnde metropolis ab eo ædificata, adeoque tota regio, quam nunc Prestanus, seu Princeps Nubianorum, sanguine, & fide successor Candaciæ reginæ, tenet, Sabæa dicta est. Vnde Sabaim appellantur incolæ eius regionis ab Isaia: *Sabaim viri sublimes*. ortum autem videtur ab eo nomine verbum סבא, Saba, quod est potando haurire vinum, quo vsus est Isaias: *Et impleamur ebrietate*, vel hauriamus siceram. fortasse, quia Sabæi dediti erant ebrietati. quapropter Septuaginta pro Sabaim apte verterunt ebrij: existimantes participium esse, non proprium gentis nomen. Diuus Hieronymus videtur legisse סבאים, Sebaim, relatiuo contracto quasi dicat, qui venientes erant de deserto. Rabbi Selomo deriuat vocem eandem à סבב, Sabib, quod est in circuitu. quasi illi habitarent prope desertum, quales erant Ammonitæ, & Moabitæ. ceterum eodem recidit vtraque versio, & cum illis præclare congruit nostra editio. etenim sensum vnicum vniuersæ reddunt, scilicet exceptos cum symphonia Sabæos, secundum nomen suum vinosos, qui de deserto veniebant Hierosolymam. Sed aduerte pro voce *viros*, Hebraice haberi אנשים, anasim, à singulari אנוש, enos, quod est ærumnosus, incurabilis, desperatus, vt in psalmo: *In labore*, miseria, *hominum*, valetudinariorum *non sunt*. hoc loco anasim sunt mancipia vilia, sordida, execranda, fæx mundi, Ethyopes deformes, pannosi. quare non parum accrescit orationis vis, ac si dixisset: In tantum exarsit meretricum libido; vt non dicam Assyrijs iuuenibus speciosis, vel Aegyptijs vrbanæ elegantiæ adolescentibus, sed eorum mancipijs execrandis, sordidis, latronibus deserti, Sabæis, D scilicet ebrijs, qualia scilicet solent esse mancipia, sese prostituerint: & ne quicquam ad amentiam illarum deesset, quo illos ad se allicerent, suis ipsarum gemmis, & monilibus decorabant. esto itaque versus intricati hæc paraphrasis dilucida: & mancipiorum, qui cum Assyrijs, & Aegyptijs adducebantur, Sabæorum inquam, qui ebrij de deserto veniebant, manibus armillas, & capitibus coronas imposuerunt meretrices insanæ. *Posuerunt armillas in manibus eorum*. moris fuit antiquis & feminis, & viris armillas in brachijs gestare ornatus gratia, vel honoris. nam Rebecam id ornamenti genus inter cetera à seruo Abrahami accepisse legimus. Isaias etiam, & Ezechiel cũ mundo muliebri recensent armillas. At vero in Genesi armillam suam oppignerat Iudas nurui suæ Thamar. atque in libris Regum Madianita ille miles armillam è brachio Saulis, & coronam de capite ablatam obtulit Dauidi. in Exodo quoque, & libro numerorum promiscue viris, & feminis tribuuntur armillæ. Sane Festus Pompeius in armillis, scribit viros militantes aureas armillas, quibus ab Imperatoribus erant donati, gestare solitos. Vnde etiam armillæ dictæ sint, quod antiqui humeros cum brachijs armos vocabant.

Vnde

Plut. li. 1. Symp. problem. 1. Clemens Alex. lib. 2. pæda. cap. 4. Scolia compotantium quæ.

Cicer. lib. 1. Tusc. Quintil. lib. 1. institu. Plutar. in Apolog. Athe. lib. 8. & lib. 15.

T. Liu. de cad. 3. Cicer. orat. pro Cælio. & 6. in Verr. Clemens Alex lib. 2 pæd. c. 4. Exod. 32. ℣. 6. Iudic. 21. ℣. 19. & 21.

Chori etiam sacri. 1. Reg. 18. ℣. 6. & 7. 2. Reg. 6. ℣. 54. Exod. 15. ℣. 20. & 21.

Exaggerat meretricum intemperantiam ex amasiorum penuria, & abiectione muneribus, & honoribus donata.

Hieron.

Hieron.

Polychr.

Theodor.

R. Dauid. Quæ gens Sabæa fuerit.

Genes. 10. ℣. 7.

Isa. 45. ℣. 14.

Isa. 56. ℣. 12

Hieron.

R. Solom.

Hominum miseria ipso nomine ostenditur.

Armillas in brachijs tum viri, tum fœminæ gestare solebant. Genes. 24. ℣. 53. Isa. 3. ℣. 19 Ezech. 16. ℣. 11. Genes. 38. ℣. 18. 2. Reg. 1. ℣. 10. Exod. 35. ℣. 22. Numer. 31 ℣. 50. Festus Pom. Quare dicantur armillæ.

Vnde etiam armo, ab ijs dependentia dicta sunt. A
T. Liuius lib. 10. dec. 1. eius honoris meminit Liuius: Papirius, inquit, consul equites omnes ob insignem multis locis operam corniculis argenteis, nempe vasculis instar cornu elaboratis, armillisque argenteis donat. Et Valerius Maximus de aureis, & argenteis armillis loquitur, quibus donati sunt equites quidam strenui: quibus consentaneum est, quod de armillis Saulis regis nuper referebamus, vt verosimile sit id honoris initio regium esse, postea cum uiris illustribus à regibus ipsis communicatum, post à feminis quoque vsurpatum non tam honoris ergo, quam decoris. neque enim nouum est feminas quicquid vsque precios um est ambire, & in suas delicias luxumque conuertere, atque adeo coronam regiam, quæ vel præcipuum est supremæ potestatis B insigne, vt mox dicturi sumus. Sed meretricũ istarum intemperantia superauit ambitionem. neque enim ab amasijs acceperunt ornatum, sed potius ipsis pro mercede armillas, debrachijs suis extractas, dederunt. Vnde Polychronius, & Theodoretus: Nihil enim ab idolis accipiunt, qui ea sibi colenda instituunt, immo dona sibi à Deo concessa ipsis offerunt, varium illis circumponentes ornatum.

Valer. Max. lib. 2. cap. 3. & lib. 2. c. 8.

Polychr. Theodor.

Et coronas speciosas in capitibus eorum. עטרת, ghatereth, idest corona à verbo עטר, ghatar, deriuatur, quod est circundare, munire, atque adeo cumulare, quod ijs abundare solemus, quæ circa nos sunt. in prima significatione sumitur ibi: *Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid.* Hebraice: coronabant. in secunda ibi: *Domine, vt scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos.* In tertia ibi: *Sapientia dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & coronæ inclytæ circundabit te.* Et in psalmo: *Qui coronat te misericordia.* Et Isaias: *Coronans coronabit te tribulatione.* Et in psalmo: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Hebraice: Coronasti annum bonitate tua. sed sensum huius versiculi psalmi mirifice expressêrunt Septuaginta, ac si dixisset: Cumulasti annum prouentu abundanti, quæ tua bonitas est. eorundem significatuum symbolum fuit corona veteribus. immo & vox Græca στέφανος, stephanos, à verbo στέφω, stepho, oritur, quod est cingere, cumulare, adimplere, vt testatur Athenæus, & Hesychius. Idemque ex Homero constat, cum ait: Verbis formam Deus ipse coronat, hoc est deformes implet dicendi gratia. Vnde corona est quasi complementum, & consummatio. cuius significatus etymologiam habes apud prædictum Athenæum. antiquitus enim, inquit ille, sacrificantes, id, quod Dijs acceptum referendum esse putabant, coronare consueuerunt: etenim teste Aristotele, nihil dijs mutilum, aut mancum, sed perfecta & integra offerimus. corona igitur est perfectionis, & plenitudinis symbolum: contra vero cum alicuius miseratione tangimur, nos quodam modo ipsos capillorum tonsura, coronarumque depositione mutilamus. neque aliud sibi voluit Aristoteles cum dixit, veteres in conuiuijs coronis vsos ad significandam, augurandamque fertilitatem annonæ, rerumque omnium abundantiam. Coronarum autem frequentissimum vsum inuenimus apud omnes fere gentes in sacris. nam & hostiæ, & sacrificij, & idola coronari consueuerunt. in certaminibus præterea vsus erat, in victorijs, atque triumphis; victorum enim hæc præmia fuerunt. in nuptijs etiam. vtpote sponsorum, & sponsarum ornamenta: in regum & Sacerdotum inaugurationibus, ceu illorum dignitatis insignia; quæ omnia satis aperte demonstrant arcus triumphales, statuæ nobiles, marmoraque

De coronis multa.

1. Reg. 23. ℣. 26.
Psal. 5. ℣. 13.
Prou. 4. ℣. 9
Psalm. 102. ℣. 4.
Isa. 22. ℣. 18
Ps. 64. ℣. 12

Corona abundantiæ, & eius symbolum.
Athenæus lib. 15.
Hesychius.
Homerus.

Deo nihil nõ perfectum & integrum offerri debet
Arist. lib. sympos.

Arist. apud Gelium lib. 17. cap. 26.

varia, quæ hodie Romæ visuntur. in funeribus quoque; nam cadauera, (teste Cicerone, vbi memini aureæ coronæ mortuo cuidam impositæ) sepulchra, cippi, atque columnæ corollis, & floribus decorantur, vt apud Lucianum in Nigrino videre licet. ac denique in conuiuijs tum sacris, tum profanis, ac præsertim nuptialibus. Quare Plinius: Et iam, inquit, tunc coronæ Deorum honores erant, & larium publicorum priuatorum, ac sepulchrorum, & manium; summaque auctoritas pactili coronæ. Sutiles saliorum sacris inuenimus, & solennes cænis. Athenæus quoque inde probat à veteribus conuiuiorum originem ad Deum fuisse relatam, quod coronis Deorum proprijs in ijs vterentur. Sed vt omittamus alias, quæ nil ad nostrum pertinent institutum, conuiuales certe coronas, si Athenæo credimus, inuenit vtilitas, vel etiam necessitas, confirmauit vero, atque auxit voluptas. nam cum veteres, quod Plutarchus scribit, inter epulas liberalius se ad bibendum inuitarent, largiusque biberent; ad occurrendum, medendumque capitis doloribus, quos vinum immoderatius hausturn parere solet, consueuerunt illud vincire, ac ligare fascijs, seu vittis ex lino, lanave confectis, vt Festus tradit, atque Isidorus, coronas, scilicet veterum fuisse laneas, vel lineas. accessit deinde ornatus coronarum ex frondibus, vel floribus contextarum, quo vtilitatem pariter comitarentur deliciæ. nam florum exhalationes mirabili contra hoc malum sunt præsidio, caputque veluti arcem muniunt ad ebrietatem pellendam. nam & calidi flores, molliter aperiendis meatibus, faciunt, vt perspirare vinum possit: & qui leuiter frigidi sunt, mediocri contactu vapores repellunt; vt violacea in primis, & rosacea corona: vtrunque enim horum astringit, ac reprimit odore suo: ex quibus caput grauatur, vt meminerunt Aristophanes, & Plinius, qui tradit primum ex hedera Liberum patrem capiti suo imposuisse coronam, eiusque inuentionis rationem tradit Plutarchus: Hedera, inquit ille, Bacchantes coronauit, vt minus à vino læderentur, hedera frigore suo ebrietatem restinguẽte. Athenæus quoque ait, hederaceis corollis veteres primum fuisse vsos; quod frondibus, atque corymbis tempora ligaret, molliterque astringeret, & sine graui odore refrigeraret. idcirco ait: Videtur Bacchus coronam vitis reliquisse, ac potionis dilutæ auctor fuisse; cuius coronæ mentionem quoque factam legimus in libris Machabæorum. nam Iudæos cogebat Antiochus hedera redimitos orgia celebrare. Ex nardo etiam vsitatas fuisse coronas auctor est Plinius. Lautissimum quippe, inquit, habetur ex nardi folio eas dari. & merito; est enim nardi odor suauissimus, vt habetur in canticis: *Nardus mea dedit odorem suum.* nardina scilicet corolla. & iterum: *Nardus, & crocus, &c.* Hebraice נרד, nerdi in plurali נרדים, nerdim, dicitur, vnde Græcum; atque Latinum vocabulum promanauit. fuerunt etiam eiusmodi coronæ epulares ex myrtho, teste Athenæo, ad vini euaporationem reprimendam. vnde Horatius.

Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrtho.

Rosæ quoque coronis adhibitæ, quæ teste Athenæo, aliquantulum refrigerandi, capitisque dolores mitigandi vim obtinent. Plutarchus etiam, qui violaceas rosaceis adnumerat, & in facultate refrigerandi comparat. De rosarum sertis Martialis.

Cicer. pro Flacco.

Lucianus in Nigri.
Plin. lib. 21. cap. 3.

Athe. lib. 5

Coronas cõuiuales inuenit necessitas, auxit voluptas.
Plutarc.

Coronæ antiquæ teste Isidoro ac Festo, aut lanæ, aut lineæ fuerunt.

Aristopha. in Auibus
Plin. lib. 21. cap. 3. & lib 16. cap. 1.
Frequens Bacchi corona ex hedera fuit.
Plutarch. 3. sympos. problem. 1.
Athenæ.

2. Machab. 6 ℣. 7.
Plin. lib. 21 cap 3.

Cãt. 1. ℣. 12
Cãt. 4. ℣. 14

Athenæ.

Horat. lib 1 od. 4.

Plutar. sympos. 3.

Martial.

Pin-

Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo
Ornenturque roſis tempora ſutilibus.

Ouid faſt. 3. Atque Ouidius in faſtis.

Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis,
Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.

Roſarum quoque vt aliorum florum in conuiuijs vſum apud Hebræos viguiſſe ex illo ſapientiæ facile colligi poteſt, vbi Salomon homines voluptuarios in hunc modum loquentes inducit: *Vino* *Sap. 2. ℣. 7. & 8.* *precioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos roſis, antequam marceſcant; nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. antequam marceſcant*: Inquiunt, quod roſæ, citiſſime euaporantur, eo quod odoris ſui ſunt prodigæ; emittunt enim, vt ait Plutarchus, odoris fluxum, vnde etiam nomen habent: nam Græcis roſa dicitur ῥόδον, quaſi fluens odor. Fiebant quoque ex lauro, atque ex lilijs, quæ, teſte Plinio, roſis ſunt nobilitate proxima, quæque in ſacris literis nobilitantur, & roſis coniunguntur, vt in *Eccl. 50. ℣. 8. & 39. ℣. 19.* Eccleſiaſtico. Adnumerat etiam Plutarchus prædictis cyprum, & crocum, quorum mentio eſt in canticis. nam à voce כפר, cephor, & כפרים, cepharim Græcus, & Latinus Cyprus effluxit. Ergo vt ad *Cant. 4. ℣. 14. & 4. ℣. 14.* noſtrum reuertamur inſtitutum, videntur meretrices illæ ex roſis, vel violis, alijſue odoriferis, & ſpecioſis floribus, & frondibus ſerta ſibi plexuiſſe decoris (nam hoc ſignificat פאר, Pear Hebraicum, *Hieron.* pro quo Hieronymus vertit ſpecioſas.) teſte enim *Pollux.* Polluce hunc fere delectum habere ſolebant veteres florum coronariorum; vt ijs potiſſimum vte- C rentur, quorum & color oculis, & odor naribus ſuauem voluptatem ſimul cum commoditate leuandi capitis, afferrent. proptereaque merito à vate dicuntur coronæ decoris, ſeu ſpecioſæ, & elegantes. atque eiuſmodi corollas amaſiorum capitibus, vel frontibus, aut certe collis imponebant. *Schol. Apol.* nam, vt teſtis eſt Scholiaſtes Apollonij, veteres tribus modis vtebantur coronis. nam vel capiti imponebant ſerta, vel fronti, & temporibus circumdabant, vel à collo ſuſpendebant. enimuero illud non expedit obliuiſci, per amaſios nos cum Prophe ta intelleXiſſe idola, quorum cultui ſplendidum illud conuiuium dicatum erat. nam ea cerimonia meretrices ſe ipſas profitebantur fideliſſimas, & amantiſsimas ſponſas Deorum, quippe eorum D amore corollis, delicijs nimirum ſuis, ſe ipſas ſpoliabant, in ipſorumque cultum libenter conſecrabant. neque ſingularis fuit ea ſuperſtitio, & ſine exemplo. nam etiam apud gentes moris fuit meretricibus ſtatuas Deorum diuerſi generis corollis exornare.

Roſa odoris prodiga.

Delicijs pro prijs ſe ſpoliare propter aliquē, amoris eſt iudicium.

XLIII. & XLIV. *Et dixi ei: Quæ attrita eſt in adulterijs: nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc.*

Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierem meretricem. Dixi, ideſt exiſtimaui, cogitaui, vt notauit *R. Salomon.* hic Rabbi Salomon. Ingredi ad feminam, dicunt Hebræi honeſta phraſi, quod nos, rem habere cum illa. quia proprium feminarū eſt in cubiculis clauſas contineri. Hieronymus verſionem ſuam alio- *Hieron.* qui ſuboſcuram dilucide interpretatur: Quam- E obrem dixi ei, vel Hieruſalem, vel Samariæ, vel vtrique: ſic attriuiſtis frontem, vt nequaquam ſecreto polluamini, vel mariti, vel hominum vitetis aſpectum: ſed inſtar meretricum publice proſtituamini, quoniam ingreſſi ſunt ad vos, quaſi ad *R. Dauid.* meretrices? Rabbi Dauid: Dixi de vetula inueterata in adulterijs, nunc, ideſt non fornicabitur amplius, ſed modo ceſſabunt fornicationes eius, poſtquam ciecta fuerit de terra ſua. alij ſic: Iam iam A migrabunt alio fornicationes eius, & ipſa. Septuaginta: Nonne in his mæchantur, & opera meretricis etiam ipſa fornicata eſt? quod in hunc modum intellexit Polychronius, & Theodoretus: *Theodor. Polychr.* Dicebam enim inſtrumentis vtens propheticis, in his inanimis adulterium veſtrum patratur, & fornicaria ſunt veſtra ſtudia. Scholiaſtes vero in his, *Scholiaſt.* inquit, eas redargui, & fornicarias, & adulteras eas appellaui. conſtat enim per omnes prophetas illis impietatem exprobratam eſſe. obſerua. vel *Ipſi Deo quo dammodo admirationem afferre videtur tanta in peccata procliuitas.* ipſi Deo ſtuporem facere videtur tanta plebis ſuæ in turpitudinem procliuitas. nam quaſi admirabundus exclamat: Ita ne ſe res habet? vetulam hanc nondum eſſe ſatiatam ſordibus meretricijs? attendite quam auide, quamque impudenter, ac ſi B iuuencula eſſet, amaſios euocauerit, allexerit, & in ſui contumeliam prouocauerit. nam ex eius promptitudine licentiam in reliquum nacti, ait Theodoretus, tamquam ad mulieres communes *Theodor.* omnibus proſtitutas, ita ad Samariam, & Hieruſalem ingreſſi ſunt animarum euerſores Dæmones, quique eorum cultum docti ſunt Chaldæi. deinceps igitur ad hos transfert orationem.

XLV. *Viri ergo iuſti ſunt.* Tranſitum facit à Dijs factis inſtar hominum ad ipſos homines veros. nam meretrix non ſe proſtituerat hominibus Chaldæis, ſed Dæmonum ſimulacris depictis forma Chaldæorum, vel Aegyptiorum. at vero per veros homines, Chaldæos ſcilicet ſupplicio affecta eſt. de ijs ergo ait: *Viri iuſti ſunt*. Rabbi Dauid, & Salo- *R. Dauid. R. Salomon.* mon per iuſtos intelligunt iudicij peritos, & in iu- *Polychr. Theodor.* dicando expertos. Polychronius, & Theodoretus iuſti epitheton appoſuit, non eorum iuſtitiæ prohibens teſtimonium; erant enim iniuſtiſſimi, iniquiſſimi, & impiiſſimi. Sed ex comparatione rerum à meretricibus geſtarum, iuſti ſunt, dixit: ac ſi dicat, ſi tecum comparentur, ij iuſti ſunt. quod *Supra. c. 16. ℣. 51.* etiam ſupra fecit, cum de Hieruſalem loqueretur; *Iuſtificaſti ſorores tuas, &c.* Sed aptius videtur, vt iuſtitia politica iuſti appellentur Chaldæi, quæ tametſi in hominibus idololatris vera virtus non eſſet, erat tamen virtus, quæ ius ſuum cuique dabat: eamque exercuit Babylonius cum plebe Iudæorum, quam hic meretricis nomine ſignificat propheta. nam vt in libris Regum legimus, Vrbem *4. Reg. 25. ℣. 7. 10. & 11.* incendit & euertit, incolas abduxit, regem ex fuga retractum filijs, atque oculis orbauit: quæ omnia ſunt iuſtitiæ vindicatiuæ propria munera.

Ii iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem. Polychronius, & Theodo- *Polychr. Theodor.* retus adulterij, & homicidij pœnas luent ſuos amatores iudices ſortitæ. Quale autem genus ſupplicij id futurum ſit, declarat dicens.

XLVI. & XLVII. *Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam.*

Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladijs eorum. Definita eſt lapidationis pœna adul teris in Leuitico. *Morte moriantur, & mœchus, & adultera*. Genus autem mortis paulo ante expreſ- *Leuit. 20. ℣. 10. & ℣. 2.* ſerat: *Siquis dederit de ſemine ſuo Moloch, morte,* inquit, *moriatur, populus terræ lapidabit eum.* Similis autem ſententia intelligenda eſt in ſequenti lege adulterarum, cum alia non explicetur. atque ex Ioanne ita eſſe conuincitur, vbi de adultera Pha- *Ioan. 8. ℣. 5.* riſæi ad Chriſtum aiunt: *In lege mandauit nobis Moſes huiuſmodi lapidare*. Sed hæc omnia metaphoricè dicta ſcimus. illud ſine tropo, *Filios, & filias earum interficient & domos earum igne ſuccendent*. Vide in libris regum rem geſtam, huius prophetiæ *4. Reg. 25.* commentarium: *Et auferam ſcelus de terra, & diſcent*

scent omnes mulieres, ne faciant secundum scelus earum. Scholiastes, & Theodoretus: Hæc illis sustinentibus, lapidibusque, & gladio, atque igni consumptis, omnis ciuitas percipiet vtilitatem, discens in alieno capite, qualia sint impietatis præmia. nam hic versus persistit in tropo. mulieres vocat ciuitates, ac si dicat, reliquæ ciuitates hoc documento coercebuntur. Scholiast. Theodor.

XLIX. *Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis, & scietis, quia ego Dominus Deus*. Polychronius, & Theodoretus impietatis vestræ, inquit, fructus feretis. non enim coacti ipsam suscepistis, sed voluntate, atque cupiditate; sed ex ipso supplicio maximam colligetis vtilitatem, quia me Dominum agnoscetis. quam vtinam agnitionem nos assequamur, non malorum experientia docti, sed diuina beneficia sentientes, & ingratum animum abominantes, ob Dei memoriam in singulos dies renouati, & sanctissimi spiritus virtute, Dei caritate inflammati, & Domini nostri Iesu Christi iudicis aduentum expectantes. Polychr. Theodor.

Supplicia in Dei cognitionem adducunt.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Sub metaphora lebetis pleni carnibus, appositique ad ignem obsidionem Hierusalem, & sub figura vxoris mortuæ vrbis excidium vaticinatur.

I. ET *factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens:*

II. *Fili hominis, scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Hierusalem hodie.*

III. *Et dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Pone ollam, pone, inquam, & mitte in eam aquam.*

IIII. *Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur, & armum, electa, & ossibus plena.*

V. *Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius.*

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes, & per partes suas eijce eam: non cecidit super eam sors. VI.

Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt posset operiri puluere. VII.

Vt superinducerem indignationem meam, & vindictam vlciscerer: dedi sanguinem eius super petram limpidissimam, ne operiretur. VIII.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. IX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

X. *Congere ossa, quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent.*

XI. *Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat æs eius: & consletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius:*

XII. *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.*

XIII. *Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.*

XIIII. *Ego Dominus locutus sum: Veniet, & faciam: non transeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus.*

XV. *Et factum est verbum Domini ad me dicens:*

XVI. *Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.*

XVII. *Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.*

XVIII. *Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere: fecique mane, sicut præceperat mihi:*

XIX. *Et dixit ad me populus. Quare non indicas nobis, quid ista significent, quæ tu facis?*

XX. *Et dixit ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens:*

XXI. *Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra: filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent.*

XXII. *Et facietis, sicut feci: Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.*

XXIII. *Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus: non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suum.*

XXIIII. *Eritq. Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia, quæ fecit, facietis, cum venerit istud: & scietis, quia ego Dominus Deus.*

XXV. *Et tu fili hominis: ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, filios, & filias eorum:*

XXVI. *In die illa cum venerit fugiens ad te, vt annunciet tibi:*

XXVII. *In die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit: & loqueris, & non silebis vltra: eritq. eis in portentum, & scietis, quia ego Dominus.*

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMIQVARTI.

I. Diei, & horæ prædictio certiores Hebræos facit, non casu, aut cæli influxu, sed Dei prouidentia vrbem igni traditam.

IN *anno nono*, à migratione Ioachin, vt primo capite notauimus, *in mense decimo*, hoc est Chaldæorum Thebeth, qui decimus est à Nisan, respondetque ex parte Decembri nostro, *decima mensis*, subaudi die.

II. *Scribe tibi nomen diei huius*. Hebraice: Nomen diei: articulum diei huius, *In qua confirmatus est Rex Babylonis*, in articulo diei huius, *aduersus Hierusalem*. Vnde scimus non solum diem, sed etiam diei horam prophetæ reuelatam, in qua ciuitas vallari cæpta est. hoc eodem anno, mense, & die cœpit Nabuchodonosor obsidere Hierusalem, vt constat ex libris Regum, & Ieremiæ. Ergo eam diem solenni ieiunio postea celebrarunt Iudæi, vt in eorum Kalendario videre licet reuelata itaque est eodem die, in qua ciuitas vallari cœpta est, Ezechieli in Babylone degenti, res gesta Hierosolymis, ac præceptum, vt eam sub ænigmate concaptiuis referret die ipso notato, vt & ipsi, & obsessi tum ex tempore, tum ex rerum euentu discerent non casui, neque Babyloniorum potentiæ Vrbis excidium esse adscribendum, sed eius voluntati, qui multo ante prædixerat ob ciuium impietatem

4. Reg. 25. ℣. 1. Ier. 52. ℣. 4

vrbem

Deus suorũ prophetarũ existimationi prouidet. *Polychr.*

vrbem esse igni comburendam: Ezechielem quoque prophetam esse veridicum, quippe qui Hierosolymæ statum è Babylone tam longe dissita nosse potuit, & palam facere. Sed hic Polychronius adiecit: Quoniam inquit pueriles erant mente & cum eadem audirent, ridicula putabant; necessario varietate distinxit orationis narrationem ad terrendos auditores. Theodoretus vero: Per ænigma iubetur propheta, quæ ciuitati euentura essent edocere, vt propter eorum, quæ dicerentur, obscuritatem, studiosiores ad interrogandum effecti auditores, exploratius oracula diuina percipiant. Scholiastes autem sic habet: Babylonius copijs suis adductis ad Vrbem oppugnandam accesserat. hoc vero agebat Deus, vt expugnationis dilatione illos ad pœnitentiam incitaret. verum non modo nihil profecerunt, sed potius prophetis exprobrabant tamquam mentientibus. Deus igitur iubet prophetam expugnationis parabolam in illos dicere.

Theodor. Ænigmata proponunt prophetæ, vt obscuritas studium excitet auditorum. *Scholiast.*

III. *Dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam.* Hebraice: Parabolabis parabolam, vel transferendo transferes sermonem. de qua phrasi supra dictum est; de translatione autem lebetis capite vndecimo: *Hæc est lebes, nos autem carnes, &c.* Ad quæ verba nunc videtur alluisse vates, atque etiam Micheas, vt infra explanabimus: *Hæc dicit Dominus Deus: pone ollam*, dicere iubetur, deinde facere, vt rebus verba iuuentur. gesta enim magis mouent; præsertim si sint insolita. sane prophetis familiare est rebus, & verbis vaticinari; vt non semel annotatum est in superioribus. In hac autem metaphora, vt bene obseruarunt Polychronius, & Theodoretus, ollam, vel lebetem vocat Ezechiel Vrbem ipsam: per aquam infusam intelligit obsidionem, & omnis generis calamitates, quæ vallum comitantur, vt apud Isaiam: *Adducet Dominus aquas fluminis fortes, regem Assyriorum.* Et in Apocalysi. *Aquæ multæ populi sunt.* Bene ergo dicentur Aquæ populi vallantes vrbem propter multitudinem, fragorem, tumultum, atque ingens periculum, quod ex eorum vallo non secus, atque ex inundatione vehementi creabatur ciuitati. Pecus pingue est respublica lasciuiens, quasi vitulus indomitus, qui incrassatus recalcitrat. Bestijs enim illos efficit similes, (inquit Scholiastes) quippe pristino honore spoliatos, hoc est Dei ope, & patrocinio. sed quid, si addas non modo bestijs comparatos, sed ijs etiam, quæ in macellum iam subductæ sunt ad victimam destinatæ? Carnes pecoris pinguissimi vocat indigenas, membra scilicet reipublicæ, vtpote caput regem, cor pontificem, viscera Sacerdotes, armos magnates, dextrum scilicet Leuiticæ tribus Sacerdotes, sinistrum è regio sanguine progenitos, femora, quæ musculosa sunt, viros bellatores, robur militiæ, vrbisque præsidium, crura infimos homines, hoc est artifices, & fabros, &c. ossa robustissimos, atque opulentissimos quosque, qui videbantur confidentiores, quibusque sufficiebant vires, & annona ad longam obsidionem sustinendam: vel magistratus, qui sustinent onus populi, propterea aliàs *angeli* solent appellari. ignis significat oppugnationem, famem, & pestem. frusta carnium extracta ex lebete, & temere proiecta in omnem ventum, designant ciues, qui vel excursionibus, peste, & fame perierunt circum Vrbis mœnia, vel profugos, qui discruciati sunt, seu captiuitate oppressi. rubigo est peccatum obstinationis, quod perseuerauit in Iudæorum cordibus.

Mic. 3. ℣. 3

Rebus & verbis vaticinabãtur prophetæ. *Polychr. Theodor.*

Isa. 8. ℣. 7. Apocal. 17 ℣. 1.

Deu. 32. ℣. 15. Scholiast.

Homo Dei ope propter peccata destitutus cum bestijs comparatur.

Respublica cum humano corpore, illius ciues cum membris eius cõferuntur. *Sophon. 1. ℣. 16.*

Electa, & ossibus plena. Septuaginta: Carnibus separatis ab ossibus. Hebraice, electione ossium imple. quæ quidem sententia cõcordauit versionem Septuaginta cum vulgata nostra. etenim illi significare voluerunt ossa solidiora separata à carnibus, congerenda quoque in ollam; idemque vulgatus intellexit, nimirum implendam ollam electissimis ossibus. neuter ossa proijcienda extra ollam vel dixit, vel credidit. quod ne nos crederemus, Hebræa litera nos admonuit. atque ex huius versus intelligentia pendet eius, qui subsequitur, sensus. IIII.

Compone quoque strues ossium sub ea. Septuaginta: Succende ossa sub eis. Hebræam litterã plane reddidit Hieronymus. nam דור, dor, seriem significat, ordinemue, & quicquid ordinate collocatur. Quare sumitur pro generatione, sæculo, vita, ætate hominum, quæ voluitur in orbem. eius etiam cognata מדורה, medura, significat, pyram, rogum, in hoc ipso capite: *Cuius ego magnam faciam pyram.* idque propter seriem lignorum congestorum in pyra. quoniam vero pyra nonnisi ad ignem ordinatur; Septuaginta sensũ retinentes, verterunt: Succende ossa sub eis; cum reuera littera sonet, struem ossium fac sub te, illis carnibus scilicet, vel partibus pecoris. etenim penitus ossa subter carnibus intra ollam congesta erant, non subtus ollã proiecta ob ignem; vt præter iam dicta probant, quæ sequuntur. V.

Efferbuit coctio eius, discocta sunt ossa illius in medio eius. Theodoretus: Igne, inquit, iniecto, ossa succensa consumpta sunt; fames enim consumptionem fecit; quique effugerunt famis impetum, ad summum malorum peruenerunt, obsidentium oppugnationes sustinentes. Rabbi Dauid, Loco, inquit, lignorum combures ossa: quasi innocentium interfectorum in Hierusalem ossa accenderint hunc ignem, totque mala vrbi attulerint sanguinariæ. præclare illi quidem, si certum esset, quod præmittunt, loco lignorum ossa subiecta ollæ. verum nobis id videtur improbabile, tum ex supra allatis, tum etiam quia ossa neque per se sola ignem accendere possunt, neque cum lignis illum fouere, cum sint natura sicca. denique quoniam vates discocta dixit ossa, non consumpta. idq; sonat Hebræum verbum בשל, basal, atque ita verterunt Septuaginta ἥψηται τὰ ὀστᾶ αὐτῆς, ipsitæ ta osta autis, cocta sunt ossa illius. postremo ex eo, quod additũ est in Hebraico, Græco, & Latino codice, *in medio eius*, quod manifeste significat intra ollam, non sub olla. Sane Polychronius aptius philosophatur ac si dicat, inquit, attigit quidem illos calamitas, & inutiles ad omnia redditi sunt. illud enim ἐξέζεσεν, exezesen, efferbuit, posuit, pro abiecta est. ex metaphora enim illud accepit aquæ exæstuantis, & ebulliẽtis, quæ ad suum interitum diffunditur. R. Dauid metaphoram simul, & Hyperbolem agnouit in verbo cocta: Tam grandem, inquit, accende pyram, vt ossa quoque tametsi durissima, & ad coctionem inepta, coquantur: quod dictum est per metaphoram de fortissimis, & robustissimis Israel; omnes enim perierunt gladio in vrbe.

Theodor. *Polychr.* *R. Dauid.*

Væ ciuitati sanguinum ollæ, cuius rubigo in ea est, & rubigo eius nõ exiuit de ea. Persistens in allegoria veritatem simul detegit, ciuitatem appellasse se ollam, sanguinem vero innocentium, atque impietatem rubiginem vocasse. est autem חלאתה, chelathah, pro qua voce Hieronymus vertit rubiginem, adustio, scoria, immunditia, sordes sue, quæ ob nimiam adustionem de carnibus, ceteriue esculentis ollæ adhærescunt. non bene itaque vertit R. Dauid spumam pro rubigine; neque VI.

Hieron. *R. Dauid.* Reprehenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim vitio daretur ollæ, quod carnibus plena, ad ignemque appoſita, adhuc retinuiſſet ſpumam; cum ipſa ſpuma ex decoctione carnium coaleſcat, neq; ſpuma ita tenaciter adhærere ſoleat æri, vt vel igne indigeat, vel igni non cedat. ad hunc locum Prophetæ videtur reſpexiſſe Paulus, cum dicit; *Deponentes ergo omne pondus, & circumſtans nos peccatum*, vel tenaciter inhærens nobis peccatum. ollæ enim comparaſſe viſus eſt corpora noſtra; rubigini autem, vel ſordibus peccata, quæ vix ita defricantur; quin aliquatenus eorum reliquiæ maneant cordibus noſtris impreſſæ.

Hebr. 12. ℣. 1. Peccati ſordes vix defricantur à nobis, quin maneant aliquæ eorum reliquiæ.

Per partes, & per partes ſuas eijce eam; non cecidit ſuper eam ſors. vel non cadet. præteritum pro futuro, ideſt euacua ollam fruſtatim, vt impleueras, fruſtaque extracta diſijce quoquouerſum. hoc eſt annuncia illos in omnem ventum eſſe ventilandos; idque temere, & citra delectum. non enim cecidit ſuper illos ſors, vt alij perirent, ait Hieronymus, alij ſaluarentur: ſed cunctis communis venit interitus. Apollinaris declarat neminem illatas effugiſſe calamitates, neque alij interitum, alijs ſalutem obtigiſſe, vt in prioribus obſidionibus: ſed omnes penitus partim fame, partim peſtilentia conſumptos. eos vero, qui hæc effugerint, aut pugnantes interfectos, aut vrbe expugnata mancipatos. Scholiaſtes: Nulla, inquit, occaſio eſt, nulla opportunitas ad eam conſeruandam inuenta. ſortem itaque occaſionem exponit; ſed melius ex Apollinari, & Hieronymo ſors valet, quod ſonat. ſimilis dicendi ratio extat in pſalmo: *Si dormiatis inter medios cleros* (ſortes) *pennæ columbæ deargentatæ, &c.* ideſt ſi iaciantur de vobis ſortes ad vitam, vel interitum, inter milites Babylonios, qui pro vexillo geſtant columbam, &c. Vterque autem verſus illuſtratur mirum in modum ex illo Ieremiæ: *Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum*, exoſos illos habeo, *eijce illos à facie mea, & egrediantur*, amanda illos extra ædes meas, ne amplius faciem meam videant. huic ſupplicio opponitur illud Euangelij: *Intra in gaudium Domini tui.* Ideſt recipio te in meum palatium, quod vos gaudium merito nuncupare ſoletis. *Quod ſi dixerint ad te: quo egrediemur? dices ad eos. hæc dicit Dominus, qui ad mortem ad mortem, & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem: & viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies*, calamitates *dicit dominus: gladium ad occiſionẽ, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli, & beſtias terræ ad deuorandum, & diſſipandum & dabo eos in fermentum*, vagationem, *vniuerſis regnis terræ*. idem argumentum perſequitur in ſequentibus Ieremias, quod in præſenti Ezechiel: *Diſpergam*, inquit, *eos ventilabo in portis terræ*. hoc eſt in fines terræ, nam porta, quia terminus eſt vrbis, fines regionũ ſignificat, vel in vrbes longinquas ſpacioſæ terræ. argumentum perſequitur pſaltes. *Dediſti nos tamquam oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos, vendidiſti populum tuum ſine precio*, gratis, *& non fuit multitudo*, fœnus, *in commutationibus eorum*. ideſt non modo non magni illos æſtimaſti, vel precia auxiſti licitantibus, ſed neque precium poſtulaſti vllum, neque permutationem pro tuis popularibus; vt qui pro nihilo illos ducebas, pro nihilo damnaſti, & tradidiſti hoſtibus.

Hieron. Apoll.

Scholiaſt.

Pſal. 67. ℣. 14.

Ier. 15. ℣. 1

Matth. 25. ℣. 21. & 23

Ier. 15. ℣. 2 3. & 4.

Ier. 15. ℣. 7 Porta terræ pro finibus terræ ſumitur.

Pſal. 43. ℣. 12.

Deus peccantes nihili æſtimat.

VII.

Sanguis in medio pro omnibus ſceleribus publicis ſumitur.

Sanguis enim eius in medio eius eſt. Diximus ſupra non ſemel, *in medio*, ſignificare palam, publice, non in angulis, ſed in medijs plateis. *Sanguinem* vero ſignificare facinora quæque truculenta, & inſignia. hoc autem loco, proprie ſumi poteſt pro innocentium prophetarum, vel infantium Dijs immolatorum cruore; vel tranſlatitie pro idololatria, atque ſceleribus, quæ illam comitari ſolent. vt ſanguis in medio vrbis idem ſit, quod in pſalmo: *Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem*, violentiam, & lites, *in ciuitate, die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia*, (quid autem ſit, *in medio*, explicat) *& non defecit de plateis eius vſura, & dolus*: atque ea ſit diuinæ indignationis cauſa, quam Ieremias ſignificauit: *Alienum fecerunt locum, libauerunt dijs alienis, & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum*: Atque iterum: *Propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Iudæ ſuper omnibus, quæ fecit in Hieruſalem*. Manaſſis autem geſta in libris regum deſcribuntur in hæc verba: *Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis, donec impleret Hieruſalem vſque ad os*. Videlicet vrbem facit ollam, vel lebetem, quam plenam dixit cruore vſque ad os. hoc eſt large manantem ſanguinis riuis. Talionis itaque ſententia in ciues fertur, vt quam innoxio ſanguine replerunt ollam, ſacrilego iterum impleant ſanguine, ideſt ſuo ipſorum. Verum locum iſtum eleganter explanat Micheas, dicens: *Audite Principes Iacob, & Duces domus Iſrael, numquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pedes eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum? qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, &c.* Quando nam? cum pœna talionis multati, atque intra vrbis mœnia quaſi victimæ in lebetem contruſi Babylonij furoris igne elixabuntur, coquentur, ardebunt, & contabeſcent. atque hæc quidem ad priorem ſenſum accommodata ſunt. Verum alterum etiam aſſignat Apollinaris non ingratum rextui, nec nobis iniucundum. ita enim habet: Docet malorum cauſam, & ait: Hæc patiuntur nimiæ cædis pœnas luentes. Quod ſi ad Chriſtum referatur; frequens eſt vox ſanguinis, & oſtendit inſignem ob eius effuſionem vindictam. pertingit enim propheta & ad ea, quæ ſui temporis erant, & ad ea, quæ poſterioribus ſæculis erant euentura. Rabbi Dauid ad ſanguinem Zachariæ inter templum, & altare effuſum refert hæc verba: Sed grandiora ſunt, quam vt vnius prophetæ cruore impleantur. nam amplecti etiam poſſant *hiſtoricõs* multorum millium innocentium cruorem per ſummam iniuſtitiam profuſum, vt ſupra diximus. ad prophetiam autem accommodatum eſt, Chriſti Domini noſtri ſanguinem innoxium repræſentari, vt ſentit Apollinaris; quem effuderunt Iudæi in medio Hieruſalem, in plateis, in vijs publicis, in compitis, in prætorio, palatio. Iudæi inquit effuderunt in medio Hieruſalem, hoc eſt palam, impudenter, & per ſummam crudelitatem, itemq; in plateis, & publicis vijs. non enim tantum mons cal uariæ ipſius ſanguine cruentatus eſt, ſed prætoria. num palatium, Herodis Regia, atria, baſilicæ, fora, plateæ, compita, & viæ vrbis publicæ conſperſæ. vt merito de proprio Redemptoris cruore illud pſalmi cantatum ſit: *De torrente in via bibit*, bibere poſſet, *propterea exaltauit caput*. Quoniam vere riui diuini cruoris ex monte Caluariæ in omnem terram circumiacentem effuſi ſunt. Eius montis fortaſſe memor propheta ſubiecit.

Pſal. 54. ℣. 10.

Ier. 19. ℣. 4

Ier. 15. ℣. 4

4. Reg. 21. ℣. 16.

Micheæ 3. ℣. 1. 2. 3. & 4.

Apoll.

R. Dauid.

Effuſio ſanguinis Chriſti punitur ineffuſione, & euerſione Hieruſalem.

Pſal. 109. ℣. 7.

Super

Universidad de Deusto Biblioteca

Montis Caluariæ descriptio.

Super limpidissimam petram effudit. Hebraice עלי נמרט, ghal, tsechiac selagh super limpiditatem rupis, idest in rupe limpida, nitida, arenti, minime herbida, vt in psalmo: *Qui habitant in sepulchris*. licet in locis arentibus, aridis, quales eligantur ad sepulchra excidenda, in rupibus. quasi dicat psaltes: Desertores Dei in rupibus glabris habitabunt extorres, exulesque ab humano conuictu. quæ nominis etymologia mirum in modum congruit monti Golgotha, vbi cruci affixus est Dominus, cuius tametsi decliuia manu plantatis arboribus non omnino essent incommoda (hortus enim in eius latere viresceba, in quo depositus est Christus;) summitas tamen illius nudam rupem ostendebat, arentemque canitiem; sed ista prophetice, illa secundum historiam. Idololatras innocentium infantium sanguinem in rupe nitida effundere solitos, quales plurimi visuntur colles in monte offensionis supra vallem Hinnon, vbi filios mactabant idolo Moloch, supra dictum est. vel si figurata sit dictio, translationem vsurpat hominis sanguinarij, truculenti, de qua egimus supra; ac si dicat: Nõ operuit facinora, non dissimulauit, quæ designabat scelera, sed pari audacia, atque crudelitate, & aduersus Deum se impiam, & contra ciues se profitebatur iniurioſam. Idem fere continet, quod subditur: *Non effudit illum super terram, vt posset operiri puluere*. Hieronymus: Naturale est enim, vt si sanguis effundatur in terram, combibat humus humorem sanguinis, vel paulatim terra operiatur, & puluere: cum autem super limpidissimam petram, & nullam habentem foueam sanguis fuerit effusus; labitur, & latam obtinet sedem. hoc autem indicat, quod non occulta, sed publica fecerit homicidia secundum illud: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Itaque sanguis in terram effusus, statimque absorptus crimen denotat graue, sed occultum; atque adeo venia dignius, quam flagitium publice patratum; vnde subiecit.

Psal. 67. ℣. 7.

Supra c. 21.

Ostendit ponas prouocari vindictam publicis, quã occultis peccatis. Hieron.

Genes. 4. ℣. 10.

VIII. *Vt super inducerem indignationem meam, & vindictam vlciscerer. Vt*, valet ita vt: neque enim in eum finem peccabant, sed eum merebantur euentum tam nefaria crimina. Septuaginta: Vt ascenderet (perueniret furor in vltionem) ac si dicat, conniuerem & ego, atque dissimularem me audire eas, quæ aduersus illam deferebantur criminationes; si ipsa quoque dissimulasset se facere, quæ audebat. perinde enim esset peccatum celatum, atque sanguis effusus in terram, ab eaque absorptus. nunc autem crimina palam admissa non secus furorem iudicis ad vltionem excitant, ac sanguis innoxius in petra nitenti sparsus, qui vehementer clamat, vindictamque suo iure postulat aduersus homicidam. obserua hic publica, & insignia populorum supplicia, nonnisi ob publica, & inuerecunde admissa delicta à Deo infligi solere. sed de hac re supra nonnihil.

IX. *Væ ciuitati sanguinum*, sanguinariæ, *cuius ego grandem faciam pyram*. Septuaginta: Magnificabo torrem, vel titionem. quod sic enarrat Scholiastes: Cum torre comparat Assyrium. ex ipso vero ait illum habere vim; vt ne quis ad Babylonium referat, quæ fiebant, quasi sua faceret potestate. Magnificabo, inquit, titionem, hoc est augebo malorum principium, vel imperium, & multiplicabo ligna, hoc est multas occasiones, veluti materiam igni, præbebo malorum, vt hanc quidem comburam, elixas vero carnes, hoc est vrbis incolas tabescere faciam, ita vt alij varijs calamitatibus, ve-

Scholiast.

A luti elixæ carnes exurantur, multaque ignis vi etiam ius esculentum absumatur, quicquid videlicet ad refrigerandum vsui esse possit, animoque solatium afferre.

Congere ossa, quæ igni succendam. Septuaginta: Multiplicabo ligna, & incendam ignem. Hebraice verba infinitiui modi sunt: multiplicare ligna, succendere ignem, concoquere carnes, condire condimentum, vt & ossa ipsa comburantur. vsurpantur autem infinitiui pro futuris, multiplicabo, succendamque, &c. vel pro gerundijs, grandem faciam pyram, multiplicando ligna, succendendo ignem, &c. quod autem Hieronymus verterit ossa, vbi Septuaginta legerunt τὰ ξύλα, ta xyla, idest ligna, occasio fuit affinitas duorũ nominum עצמים, ghatsamim, ossa, & עצים, ghetsim, ligna, quorum prius legisse videtur Hieronymus, posterius Septuaginta. Equidem in codicibus Hebraicis, quos videre licuit עצים, ghetsim, idest ligna inuenio, sed vtrumlibet cohæret cum sententia vatis. præterea vbi Hieronymus vertit: *Et coquetur vniuersa compositio*, Et Septuaginta legerunt: Et minuatur ius; Hebraice dicitur condi condimentum, & verbum quidem רקח, tacach, pigmentarijs tribuitur, qui multas, & varias species aromatum componunt, & condiunt. in Exodo: *Opere vnguentarij*, & in Paralipomenon: *Vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta*. Inde oritur רקח, recach conditura; de qua in Canticis: *Dabo tibi poculum ex vino condito*. Itemque מרקחה, mercachah, nomen, quod hic vsurpat vates, condimentum, conditura, compositio; eo vsus est Iob: *Feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet, quasi cum vnguenta bulliunt*: Vel & ponet tamquam coctura. atque hæc de viuorum. quod vero attinet ad sensum Rabbi Dauid ipsam metaphoram pigmentarij, quam verba præseferunt, retinens, sic interpretatur versum. condimentum, hoc est carnes, ossaque ipsa cocta condiet speciebus diuersis, vt comedentes delectet cibus, hoc est Hierusalem tot: tantisq; tribulationibus coquetur, tamque aduersis casibus conficietur, vt carnes solent, postquam decoctæ sunt, speciebus condiri, vt sapiant: tantamque delectationem capient hostes iugulando ciues, quantam conuiuæ ex cibo per se sapido, & bene condito solent percipere. huc illud Isaiæ afferri potest: *Victima Domini est in Bozra, & interfectio magna in terra Edom*. Vbi hostium cædem victimam, hoc est conuiuium Deo gratissimum appellat vates. quid enim aliud est sacrificium, quam conuiuium, in quo panis, vinum, sal, carnes, oleumque apponitur Deo, & ministris eius? Sed de vtraque metaphora supra egimus fusius. nunc institutum nostrũ persequamur. non displicet Dauidis explanatio, sed neque video esse necessariam, cum nomẽ illud מרקחה, mercachah, pro quo ipse legit condimentum speciosum, significare possit compositionem, aut commistionem diuersarum rerum in ollam cogestarum ad coctura, ipsumque ius è succis conditorum commistum, & confectum. quo respexerunt Septuaginta, cum verterunt: Minuatur ius. nam cum ius ollæ imminuitur, carnesque elixantur, & excoquuntur; ex vtrisque confectio quædam, & condimentum coalescit, quod Iob capite paulo ante citato coctura vocauit, Hieronymus compositum.

X.

Hieron.

Exod. 30. ℣. 25. & 35. 2. Paral. 16 ℣. 14. Can. 8. ℣. 2.

Iob 41. ℣. 22.

R. Dauid.

Isa. 34. ℣. 6. Sacrificia antiqua erant quasi conuiuia.

Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat aes eius. Hebraice ponere, idest pone, vt supra monuimus. significat autem vrbem ciuibus vacuam igni tradendam, & redigendam in

XI. Ipsam quoq; terram punit Deus propter scelera habitantium in ea.

cineres; vt ignis vi excoquatur immunditia illius, A
expurgeturque vrbs sanguinaria à sordibus idolo-
rum, cruoreque innocentium, vel redacta in fauil-
lam. Theodoretus: Vt ipsum per aes igni admo- *Theodor.*
tum liquefiat, & cum rubigine simul absumatur.
victis enim ijs, qui propugnabant, capta vrbs, de-
inde euersa est, & incendio consumpta. verumta-
men quamuis tot eam oppresserint mala, non est
à rubigine liberata, sed in ea remansit ad peccan-
dum propensio: propterea subijcit.

XII. Institer Deus saluti hominum inuigilat, ipsis etiam reniten tibus.

Multo labore sudatum est, & non exiuit de eo nimia rubigo eius. Similia horum tractauit vates capite vigesimo secundo sub metaphora metalli impuri, decocti in fornace, nosque ibidem quædam ex Ieremia adduximus ad eius loci illustrationem, quæ huic versui nihilominus aptari possunt. adde B
ex eodem Ieremia: *Laboraui rogans* (vel fatigatus sum puniendo) *interfeci, & disperdidi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi,* & ex Isaia:
Quousque pertutiam vos, addentes præuaricationem?
Et apud Oseam: *Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei.* ideſt dum marmora isthæc silice duriora sculpere nitor, hebetaui ferramenta omnia, ministros scilicet verbi defatigaui, immo confeci, diuersis ad eos factis reuelationibus, quæ magno ipsis stabāt; oportuit enim illos sæpius cum sermone bona omnia, & vitam ipsam simul exponere. sed obduruerunt marmora, cælari recusant, nihil proficimus tanto cum labore, nolunt effingi ad imaginem Dei sui homines ipsius figmenta, &c.
non secus de eisdem in præsenti conqueritur Deus: C
Multo labore sudatum, &c. Cuius orationis vis admodum crescit; si prophetia ista, quod placet Hie-
Hieron. ronymo, atque alijs, referatur ad tempus Dominicæ passionis, atque ad postremum Vrbis excidium.
tunc enim non solum prophetæ, vt antea, laborarunt, vt Vrbem à peccatorum rubigine purgarent, sed ipse ciuitatis auctor, & conditor Deus defatigatus est, æstuauit, sanguinemque sudauit:
Isa.5.℣.4. *Vt ablueret sordes filiarum Sion in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.* sed quod ad eorum maximam partem attinet, *inuacuum laborauit, sine causa, & vane*
Isa.49.℣.4. *fortitudinem* suam *consumpsit.* nōdum enim *exiuit de ea* ciuitate *nimia rubigo eius, neque per ignem quidem.*
allusionem hic supicor factam ad legis præscriptum, in Leuitico, atque Numerorum libro repe- D
Leuit.15.℣.12. titum: Vas immundum fictile frangetur, ligneum
Numer.31.℣.23. vero aquis mundabitur, æneum autem, quod potest ignem sustinere, igne lustrabitur. cuius legis ea videtur esse sententia ad mores accommodata, (neque enim de vtensilibus domus cura est Deo) si quis popularis delictum admiserit, capite luat, quod patrauit. neque enim tam preciosa est vnius ciuis vita, vt reipublicæ offensione debeat redimi.
si quis autem sacerdos, vel princeps deliquerit, quem non expediat occidi, supplicium sustinebit aquæ feruentis nomine significatum. si autem Respublica vniuersa peccauerit, quæ vasi æneo solido, & sonoro ob illius durationem, atque nominis celebritatem non immerito comparatur; lu- E
strationem meretur, sustinereque potest pœnam acerbiorem. nam etsi fames, pestis, bellumque in ciuitate grassetur, multique ciues extinguantur, respublica lustratur quidem & excoquitur, non tamen absumitur; supersunt enim ex quantumuis fœda pestis lue, quantumque sanguinario bello ciues aliquot, Reipublicæ nomen, gentisque spes.
itaque ciuitati expurgandæ solet Deus eiusmodi supplicium adhibere, quæ igni comparantur prædictis locis à Moyse, cum ob nimiam seueritatem, A
tum etiam ob efficacitatem. nam vix tam impiam inuenias rempublicam, quæ fame, peste, belloque appetita non resipiscat: vt merito eam legis sententiam considerans Deus, ipse admiretur, excandescat, & indignabundus clamet: *Et non exiuit ab ea nimia rubigo eius, neque per ignem.*

Immunditia sua execrabilis. Hieronymus: Per- XIII.
manet, inquit, adhuc in ea immunditia execrabi- *Hieron.*
lis, & sceleſta. hoc enim נאט, zimah, significat.
potest etiam conuerti: Immunditia obstinationis
eius. tale quiddam legimus in Ieremia: *Si mutare* *Ierem.13.*
potest Ethiops pellem suam, &c. ac si dicat: Obstinata *℣.23.*
est in scelere: non magis exuet impietatem Hierusalem, quam pellis nigredinem Ethiops, vel excoriata retinet turpitudinem natiuam Ethiopissa
hæc infælix.

Quia mundare te volui, & noluisti. Scholiastes: *Scholi.*
Ostendit oratio beneficij loco inferri calamitates.
Alius Scholiastes: Incredibilis Iudæorum demen- *Alius Scho.*
tia, cum ex beneficentia manaret correptio, eos
ne ipsa quidem beneficentia corrigi, sed in scele-
re, ac malitia, etiam dum punirentur, permanere.
En scopus aduersitatum à Deo immissarum, & vi-
scera misericordiæ Dei explicata vel in ipsa tor- *Dei misericordia in ipsa punitione elucescit.*
sione. mundare voluit, cum aquam feruere fecit;
lustrare & excoquere, cum ignem vehementiorem incendit; non perdere, non diruere vrbem. sed
quid facias pijssime iudex obstinatæ, quæ obfirmato animo sordibus inueteratis adhæret? vnum
illud, quod subijcitur remedium supereſt.

Sed neque mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te. ideſt, donec effuso furore
te perdam, & tua morte deferuescat indignatio.
Septuaginta: Et quid erit, si non fueris munda- *Timeant ij, qui differit conuerti ad Deum in horam mortis.*
ta vltra? insignis locus aduersus procrastinantes pœnitentiam vsque ad mortis horam. &
quid, inquit, si tum res non succedat? Ita ne tanti
momenti negocium committetur sorti? & quæ dementia ista est? Facit ad hoc institutum illud Ieremiæ: *Va tibi Hierusalem, non mundaberis post me, vs-* *Ierem.13.*
quequo adhuc? ideſt, væ tibi, quandoquidem non co- *℣.27.*
gnouisti tempus visitationis tuæ. iam non reuerteris amplius ad me, respondens: postea mundabor, & sapiam. *Vsquequo adhuc* differes penitentiam, vel ego differam vltionem? vel post quando adhuc mundaberis? quando tandem resipisces?
ac si dicat: Non prius id erit, quam adducaris in captiuitatem.

Ego Dominus locutus sum. Prædixi vobis, vt re- XIIII.
sipiscatis, *& venit*, iam est in foribus dies decreta,
& faciam, quemadmodum comminatus sum, *non transeam.* Septuaginta: *Nec parcam, nec placabor,*
omnes præcludit aditus, quibus elabi possent peccatores. nam similes comminationes solent illi deludere, meliora sibi promittentes de diuinâ misericordia, quam iustitiæ rigor intentat. modo causantes prophetam de suo cerebro fingere, quæ comminatur mala, modo in longum differendam vltionem, modo comminatoriam esse prophetiam, modo Deum quantumuis iratum facile flectendum vel vna lachrimula, vt veniam donet, vel saltem differat supplicium. denique si minus pœnitentia reorum, precibus certe amicorum placandum furorem diuinum: ne ita seueras pœnas à peccatoribus exigat. verum omnes latebras, & diuerticula præsens obstruit sententia: Non Ezechiel hæc vobis, sed *ego Dominus* prædixi, non longe abest dies interitus: iam iam impendet malum. nec ira percitus ista intentaui, vt comminarer, sed iustitia stimulante, vt punirem; nullus est locus procrasti-

cras tinandi, neque parcendi, nec precibus vllis
aures dabo. re ipsa exequar, quod semel statui, to-
tiesque me facturum prædixi.

Iuxta vias tuas iudicabo te dicit Dominus. Addunt hoc loco Septuaginta: Immunda, atque sordida, & nimia ad irritandum. sed versum istum, neque Hebræa legunt, nec vulgata biblia: videtur ex capite vigesimo huc per errorem librariorum ascitus. vtcunque sit, prædicto capite est à nobis explicatus. atque hæc de priori translatione, priorique parte capitis dicta sint. nunc pergamus ad alteram.

XVI. *Fili hominis: Ecce ego tollo à te desiderabile*, desi-
Hieron. derium, *oculorum tuorum in plaga*. Hieronymus supra, inquit, ollæ, lebetisque succensio obsidionem vrbis ostenderat: nunc captam eam, atque deletam, & omnem populum, vel interfectum gladio, vel ductum in captiuitatem propheralis sermo testatur. *Scholiast.* Scholiastes: Alia similitudine docet tanto eos timore percellendos, atque ita magnis opprimendos esse calamitatibus, vt natura ipsa vincatur, idest vt ne lachrimas quidem fundere sinãtur, aut lugere mortuos, vel vlla eis iusta funebria persoluere. Sumpta vero est similitudo ab vxore prophetæ, quæ ita obijsset, vt ipse eam fiere non sineretur, neque lugere, ne dum quidquam agere, quod mœstum propheræ animum deceret. vt vel *Alius Scho.* eo signo ostenderet ita euenturum populo. Alius Scholiastes. Dicit de vxore: Quoniam erat ei laborum domesticarum leuamen, collocutionis, & conuictus consors, ciuitatem autem loco vxoris ponit: habebat enim in ea splendidum templum, illustre sacerdotium, & proprias leges: propterea eam similem vxori facit. vxorem vocat desiderium oculorum, quasi dicat gratiosam, & amabilem. quia oculos conijcimus in rem, seu personam nobis cariss imam. nihil autem viro est, ait Hieronymus,
Hieron. Nihil viro est vxore bona amabilius. vxore bona amabilius, quæ à Deo homini prouidetur, & cui Domini lege coniungitur, & vnum cum ea corpus efficitur. *Viri* (inquit Apostolus) *Ephes. 5. ℣. 25.* *diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam*. Illud vero *in plaga*, Septuaginta verterunt *ἐν παραταξει*, en parataxi, quæ vox hoc loco non tam significat aciem, vt vertit Complutensis, aut præparationem, seu expeditionem, vt translatum legimus in noua editione ex Hieronymi com mentario; quam violentam manum, aut violen-
Scholiast. tam plagam, vt bene interpretatus est Scholiastes, dicens: Illud vero *ἐν παραταξει*, enparataxi, recte positum est. nam Babyloniorum manu hæc erant facienda vulneribus, ac violenta morte. atque idem prorsus sibi vult nomen Hebræum מגפה, magephah, scilicet consternationem, quæ fit cum impetu, & impulsione; quam apte reddidit Hieronymus nomine plagæ. tametsi amplius, & significantius est nomen Hebræum, quam Latinum. itaque vxor prophetæ tollenda de medio prædicitur morte violenta, aduerso aliquo casu, vel repentino dolore: *Et non planges, neque plorabis, neque fluent lachrimæ tuæ*.

XVII. *Ingemisce, tacens, mortuorum luctum non facies*. Græci: Nihil inquiunt eorum, quæ lugentes solent facere, sustineas, vt neque caput detondeas, neque pedibus nudis incedas, sed neque funebribus epulis, quæ parentalia vocantur, consolationem vllam accipias, & quod acerbius est, ne gemitibus quidẽ vim mœroris testeris. Humanum est carissimorum iacturam lachrimis, & lamentis prosequi, virile parcendo lachrimis, cordis mœrorem suspirijs testari, à quibus temperare omnino acerbissimum. etenim

A cor ipsum vi doloris constringitur, atque angitur vehementer, & nisi pateat spiraculum oris, quo libera effundat suspiria; vix gemitibus conceptum mœrorem exhalat. quod si ne gemendo quidem exæstuare datur, angustijs obruitur, & suffocatur, vel atra tristitiæ fuligine denigratur, non secus atque caminus, cum non habet spiramentum fumi. *Plenus sum sermonibus*, ait Eliu apud Iob. *Plenus. Et co-* *Iob 32. ℣. 18. 19. & 20.* *arctat me spiritus uteri mei; en venter meus, quasi mustũ absq; spiraculo, quod lagũculas nouas disrumpit, loquar, & respirabo paululum*. Quod si conceptis rationibus arctabat Eliu; quid pateretur, retento dolore, mœroreque compresso Propheta noster? *Silui*, inquit, Dauid *à bonis* (verbis) *& dolor meus renouatus est: concaluit cor meum intra me, & in meditatione* *Psal. 38. ℣. 3. & 4.* B *mea exardescet*; exarsit, *ignis bilis* ignitæ. necesse est igitur vatem acerbissimo dolore, ingentique mœrore afflictatum fuisse; cum lachrimari, suspirare, & singultire prohiberetur. sed tanti stat hominum salus diuinis prophetis. Vide quanti stet prophetis Hominũ salus.

Corona tua circum ligata sit tibi, &c. Septuaginta. Erunt crines tui colligati super te. Hebraice: פארך, Peerecha, corona, vel mitra tua. nam vt diximus supra צניף, Pear, fasciam sacerdotalem si- *Supra c. 21.* gnificat, qua illi pileum capiti aptabant. Septuaginta pro ea voce cæsariem, vel crines verterunt, sensum potius, quam nominis vim expendentes. quoniam in luctu moris fuit veteribus non solum pileos, omnemque additicium capitis ornatum ponere, sed etiam comam naturæ ornamentum C detondere. solebant, inquit Rabbi Dauid, lugen- *R. Dauid.* tes denudare, seu aperire caput suum, & auferre mitram, galerum, & tiaram de capite suo. cuius consuetudinis illa est ratio, quod vt coma, & pileus caput exornat, & tuetur; ita ingenuitatis, libertatis, dignitatis est symbolum. ergo in Saturnalibus ad libertatem indicandam pileata erat Romana turba, vt auctor est Seneca. contra vero *Senec. lib. 2. epist.* apertum, & detonsum caput subiectionis, captiuitatis, & miserrimæ sortis habet significationem. In Deuteronomio. *De captiuitate nudati inimicorum ca-* *Deut. 32. ℣. 42.* *pitis*, idest seruitute miserrima, qualem ostendit caput nudatum. Ideirco serui cum donabantur libertate, pileum accipiebant. vnde est illa dicendi forma: Ad pileum vocari, idest ad libertatem inuitari: testis est Liuius. & Gracchus, inquit, ita per- *Liuius. 4. Decad. 3.* misit, vt publice epularentur omnes ante suas fores pileati, aut lana alba velatis capitibus. loquebatur autem de seruis manumissis, qui ideo volones dicebantur, quasi velones, aut velati. Et iterum: Postera, inquit, die serui ad pileum vocati; ad quam consuetudinem alludit Sosia seruus apud Plautum.

Plautus in Amphi.

Quod ille innuit, faciat Iupiter;
Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.

Idest, vt fiam liber. & Macrobius: Dicet, inquit, ali- *Macrob. lib. 1. Satur.* quis: Me nunc dominos de fastigio suo deijcere, & quodammodo ad pileum seruos vocare. Plutar- *Plutarch. in Tit. Flamin.* chus item: Quemadmodum, inquit, consueuerunt serui, vbi manumissi fuerint, rasis capitibus pileum gerere, &c. Appianus quoque de Prusia loquens, eiusdem consuetudinis mentionem facit *Appian. de bell. Mithr.* dicens: Prusias obuiam processit Romanorum Imperatoribus togatus, & Italico more calceatus, capite raso, & pileatus; quomodo ornati nonnulli prodeunt in publicum eorum, qui testamentis libertate donati sunt. Idem agens de nece Cæsaris, *Idem lib. 2. Bell. Ciuil.* ex ijs (qui Cæsarem interfecerant) quidam pileum proferebant in hasta libertatis signum, vnluct fos- que ad libertatem patriam vocabant. eadem fere

scribit

Universidad de Deusto Biblioteca

Dion. Lambin. Lazius. scribit Dionysius. Lambinus quoque, ac Lazius testantur se vidisse nummos, in quorum altera parte expressa erat Bruti effigies, in altera pileus oblongus cum duobus pugionibus. videlicet Brutus ipse, Cæsare interfecto, cudi monetam curauerat cum partæ libertatis symbolo. Aurelius etiam Victor in Nerone: Ceterum, inquit, adeo cunctæ prouinciæ, omnisque Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumissorum, tamquam sæuo exempta Domino, triumpharet. Idem repetit Suetonius in eiusdem vita: Tantumque, inquit, gaudium publice præbuit; vt plebs pileata tota vrbe discurreret. Et quemadmodum pileus libertatis erat insigne, ita etiam coma: contra vero seruitutis signum caluities. radebantur enim serui ad cutem vsque, vt nunc solent remiges. vnde prouerbium, quod Aristophanes in Auibus vsurpat: Seruus cum sis, comam geris? Et illud alterum: Seruilis capillus. Eius rei meminere etiam vates sacri. Isaias: *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit, & erit pro crispante crine caluitium, &c.* Describit enim ijs verbis Isaias habitum captiuarum, itemque Micheas. *Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum, sicut aquila.* quæ scilicet non plumas capitis modo, sed totius corporis excutit confecta senio. atque huc referri potest Nazareorum Cæsaries, nunquam ferro tacta omni tempore consecrationis, vt legimus in Numeris. completo autem die voti, detonsa, videlicet quoniam illi comam nutriebant, vt ingenui libertique Domini, postea radebant, quasi in pristinam condicionem seruilem plebeiorum hominum redacti. Quare vbi habetur in nostris biblijs: *Nouacula non ascendet super caput eius*, Chaldæus vertit: Terror non ascendet, hoc est imperium alicuius. nam imperium est homini terrori, atque in sacris terror dicitur dominus, vel dominatus. in hunc sensum Isaias vsurpat vocem, dicens: *Dominum sanctificate, ipse sit terror vester.* Seruorum itaque signa sunt capitis nuditas, atque capillorum abrasio, quorum condicio cum miserrima sit, & sordidissima; apte vsurpant seruorum habitum, qui se miseros profiteri volunt, quales sunt lugentes, atque pœnitentes. quos idcirco scriptura solet vocare pollutos, & sordidos in Leuitico: *Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nec radat caput, nec barbam, &c.* Idest ne funeribus eorum interfit, quæ sordidæ sunt, & sordido habitu celebrantur: dedecent seruilia principem. cuius rei testimonia, atque exempla, cum in sacris, tum in profanis scriptoribus videre licet. vt in Leuitico; ait Moses Aaroni, & filijs eius: *Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere.* Loquitur de funere fratrum Nadab, & Abiu, qui cœlesti igne deflagrauerant. Vbi Hebraice legitur אל תפרעו, al typhranghu. Verbum autem hoc פרע, Paragh, symbolicam habet significandi rationem, quam vix Latino verbo explanare possumus, nisi forte verbis liberandi, & vacandi: tametsi latius pateat Hebraicum; valet enim liberum, otiosum, vacuum esse, spoliari, nudari, cæsarie scilicet, vel pileo. nam ab eodem profectum esse nomen פרע, Paragh, cæsaries, libertas, insigne, scilicet libertatis, quæ est coma, vt iam diximus, vel pileus, aut corona in numerorum libro: *Crescente Cæsarie*, libertate, *Capitis eius.* Sed vis verbi detegitur à Mose in Exodo: *Videns Moses, quòd nudatus esset populus; spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.* vbi verbum hoc bis legitur pro *nudatus, & spoliauerat*. Qua autem re spoliatus esset, seu vacaret populus, declarat Moses capite sequenti: *Nunc ergo depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi. deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Oreb.* idest, vt Chaldæus vertit, diademata, seu coronulas, quas capitibus suis imposuerant in monte Oreb in signum fœderis, cum Deo initi, atque immunitatis, qua præ alijs populis gaudebant, vt populus Dei dicerentur, & essent. ex quo loco constat, quid sibi velit Moses capite præcedenti, cum dixit, *quod nudus esset populus*, hoc est ecæsariatus, spoliatus, priuatus immunitate illa, quod vacasset à Deo, à lege, ab obedientia, atque adeo quod vacassent, ociosa essent in eis libertatis insignia, nimirum coronæ è capillatura, vel ex alia materia implexa diademata; quæ idcirco postero die auferri mandauit Deus. constat præterea, verbi significatio mystica qualis sit: videlicet vacuum esse à libertate, vacare priuilegio, spoliari immunitatis signo, nempe cæsarie, pileo, aut mitra. ad quam significandi rationem absque dubio alludit Apostolus dicens: *Num incredulitas eorum fidem Dei euacuabit?* atque iterum: *Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini.* Nam verbum hoc tradidit Græco καταργεῖν, catargin, quod est ocioſum facere; quasi dicat Romanis: Num eorum perfidia Dei constantiam irritam, & ociosam reddet? & Galatis, qui iustitiam à legis sacrificijs quæritis spoliati, vacantes estis à Christo, vacant in vobis Christi insignia, nomen, & dignitas Christiani. vel ista ponite, si legem obseruatis; vel si retinere vultis, valedicite legi. alterutrum enim vacet necesse est. Ergo ad rem; in præsenti loco Leuitici: *Capita vestra nolite nudare*, sensus est: Ne vos spolietis cæsarie signo libertatis, & immunitatis vestræ. Idem habetur in eodem Leuitico: *Caput suum non discooperiet*, licet non liberabit. & in numeris. *Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ipsius.* licet spoliet caput ipsius fascia, vel potestate. nam vt ornatus capitis in viro insigne est dignitatis, ita velamen mulieris est signum alienæ potestatis; propriæ vero subiectionis. vnde ab Apostolo appellatur ἐξουσία, exusia, hoc est potestas: *Ideo debet mulier habere potestatem* velamen, *super caput suum*, Ezechiel etiam ait: *Caput suum non radent, neque comam nutrient*, potestatē demittent, videlicet nutrient promittendam, *sed tondentes attondent capita sua.* Vel exæquando exæquabunt. Iob item audita filiorum morte, *tonso capite, corruit in terram*, & Ieremias ait: *Non sepelientur, neque plangentur, non se incident, neque caluitium fiet pro eis.* Ezechiel etiam, *radent super te caluitium, &c.* Ex allatis testimonijs sacræ scripturæ, non solum colligitur moris fuisse veteribus in luctu capita nudare, atque radere; sed etiam quale genus vitæ eiusmodi habitu æmulari vellent lugentes, nimirum seruile, quod est omnium miserrimum. sed adiungamus in eandem rem profana. Achilles, vt Homerus testatur, in exequijs Patrocli comam abscissam in defuncti amici manibus posuit, non sine astantium lachrimis. Idem factu dignum apud Sophoclem chorus canit in Aiace pro morte Tecmessæ. atque iterum in eodem referuntur coniux, & filius coram demortuo procumbentes, comas illi sacrasse dicentes: Thesaurus est hic supplicantium, tene hunc cirrum, ò parer. & apud eūdem in Electra: Accedo, inquit, Chrysothemis, tumulum propius, extremo loco pyræ resectas conspicor recens comas. atque huius consuetudinis etiam nunc æmulæ Romanæ

Isa. 3. ℣. 17. & 24.
Mich. 1. ℣. 16.
Nu. 6. ℣. 5.
1. Reg. 1. ℣. 11.
Isa. 8. ℣. 13.
Leui. 21. ℣. 1. & 5.
Leuit. 10. ℣. 6.
Nu. 6. ℣. 5.
Exod. 32. ℣. 25.
Roman. 3. ℣. 3.
Gala. 5. ℣. 4
Leuite. 10. ℣. 6.
Leui. 21. ℣. 10.
Num. 5. ℣. 18.
1. Cor. 11. ℣. 10.
Ezech. 44. ℣ 20.
Iob. 1. ℣. 20
Ier. 16. ℣. 6
Ezech. 27. ℣. 31.
Homerus.
Sophocl. in Aiace.

Aristoph.

Nazareorum Cæsaries libertatem significat.

Terror accipitur pro dominatu.

Dedecent sacerdotes seruorum, aut lugentium insignia.

Lugentes nudantes, siue radentes, capita, seruile, hoc est miserrimam condicionem referebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vxores in maritorum vita, functorum manibus, cum efferuntur, implicant è capite abcissam comam, quasi se ipsas perpetuo luctui, & squalori damnantes, atque in eius propositi pignus cincinnos illi tradentes. Suetonius in Caligula refert ob mortem Germanici regulos quosdã Barbaros Romanorum amicos posuisse barbam, & vxorum capita rasisse. Plinius item narrat Aegyptios post enectum Apim ipsorum Deum consueuisse alium quærere cum luctu, quem substituant, & donec inuenerint, mœrere, derasis etiam capitibus. Biblij quoq, apud Lucianũ sacra Adonidi faciebant derasis capitibus, lugentes demortuum. Sed de his hactenus.

Suetoni. in Calig.

Plin. lib. 8. cap. 46.

Lucian.

Celeri nobilitatis & libertatis insigne.

Et calceamenta tua erunt in pedibus tuis. Obseruauimus capite decimo sexto in versum istum, *calceaui te hyacintho*, calceos, vel soleas gestare antiquitus insigne fuisse & libertatis, & nobilitatis; discalceatum autem esse, importasse seruitutis abiectionem, & vilitatem. Itemque paulo superius ex Appiani testimonio notauimus, qui Prusiam pileatum, & calceatum dixit obuiam processisse Romanis Imperatoribus; cum se quasi eorum libertum profiteri vellet. quare calceorum depositio aptissime tracta est ad luctum, atque funera, in quibus lugentes miseros se, & sordidos volunt venditare, seruitutis habitum æmulantes, & merito id quidem; est enim gratissima analogia inter captiuos, & mortuos. nam mortuorum nomine captiui appellantur, & sepulchrum seruitus dicitur in sacris: apud Ezechielem ait Dominus: *Aperiam sepulchra vestra, & educam vos de tumulis vestris, populo meus, & inducam vos in terram Israel*. Et in psalmo. *Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant*, desertores alioqui vita indignos, *qui habitant in sepulchris*, captiuitatis, sub audi liberare solet. Aequum est ergo, vt eadem ratione mortuorum propinqui vice versa se ipsos faciant captiuos, atque abiecta mancipia, caput nudantes, soleasque detrahentes è pedibus. Sed eius cerimoniæ funeralis testimonium simul, & exemplum affert hoc loco Hieronymus. Habebis, inquit, comam, quæ tondetur in luctu, & calceamenta in pedibus, quæ lugentes solent abijcere. vnde Dauid Absalon filium fugiens, & pœnitens super nece Uriæ, nudis pedibus incedit. hæc ille. Abnero autem cæso à Ioab, iusta persoluisse creditur Dauid prosequutus feretrum vestibus discissis, cilicioque indutus, vt ex historia regum colligitur vbi habetur: *Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. porro rex Dauid sequebatur feretrum.* eundẽ forsan habitum gestans, siue etiã discalceatus. nam verosimile est vniuersos ritus funebres obseruasse eũ, qui conceptum animi dolorem ingentem, ob iniustam fœderati sibi Archiducis necem, vere ac serio testari volebat.

Appian.

Captiui dicuntur mortui, & sepulchrum seruitus nuncupatur.

Ezech. 37. ℣. 12.

Ps 67. ℣. 7.

Hieron.

2. Reg. 3. ℣. 31.

Neque amictu ora velabis. Videntur hæc superioribus aduersari. si enim caput nudare signum erat luctus, qui potuit esse mœstitiæ indicium faciem velare? sed si bene considerentur, cohæret vtrumque; nam æque lugubre est caput coma, vel pileo nudare, atque illud amictu superiecto omnino tegere. illud enim est detrahere ornamentum, & signum dignitatis; hoc vero sibi imponere onerosum, & sordidum gestamen damnatorum. Porro olim moris fuisse damnatis ad mortem caput operiri, facile colligitur ex libro Esther, vbi habentur hæc verba: *Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius*, scilicet Aman, vtpote iam ad mortem damnati: & fortasse idem indicat

Damnatis ad mortem caput operiebatur.

Esther. 7. ℣. 8

A cat ea dicendi ratione psaltes: *Vt operiantur sicut diploide, confusione sua*. à damnatis itaque ad lugentes manauit ritus caput operiendi; cuius cerimoniæ idem liber Esther meminit iterum. *Aman festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite*, atque in libris regum. *Porro Dauid ascendebat cliuum oliuarum scandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo operto capite ascendebat plorans*. Extat etiam apud gentes eiusdem ritus funeralis memoria. nam Plutarchus testatur filios parentes suos velatis capitibus, filias autem nudis, passisque crinibus efferre fuisse solitas. cuius consuetudinis duplicem rationem adhibet: vel quod filijs veneran di sint patres, tamquam dij, qui operto capite colebantur, filiabus autem lugendi, vt mortui, quos aperto capite lugere solebant: aut quod luctui maxime congruit id, quod est alienum à communi vitæ consuetudine. solebant autem fere mulieres quidem tectis, mares vero nudis capitibus in publicum progredi. Vnde siqua incidisset calamitas; tondebantur mulieres, viri comam alebant: eum alioquin hi tondere, illæ comam gerere sint solitæ. Homerus quoque cum cantor à cæna Troianorum, & Græcorum calamitates cecinisset, Vlissem operto capite fleuisse scribit; cessante autem cantore, caput detexisse.

Ps. 107. ℣. 29.

Esther. 6. ℣. 12.

2. Reg. 15. ℣. 30.

Plutarch. in probl. Rom.

Homer. in Odis 8.

Neque cibos lugentium comedes. Septuaginta: Panem hominum. quam vocem posuerunt pro Hebraica אנשים, anasim, quæ homines significat, aliquando & viros. Quare alij vertunt panem virorum, sed non satis ad rem. nam hoc loco אנוש, Enos, non est nomen naturæ vt אדם, Adam; neque sexus vt איש, is, sed condicionis miserrimæ, ad quam Adam per peccatum deturbatus est, vt ex illius etymologia constat. sonat enim, vt alias docuimus, miserum, ærumnosum, obliuiosum, &c. recte ergo vertit Hieronymus, lugentium, pro אנשים, anasim. Panes hoc loco per synecdochem sunt epulæ conuiuales, sicut apud Danielem: *Balthasar rex fecit conuiuium grande*, Hebraice, panem magnum. itaque panes lugentium, vel miserorum sunt funerales epulæ, quæ parentationem comitari solebant. Etenim omnium fere gentium more receptum fuisse legimus: vt non solum dies natiuitatis, sed etiam mortis atque funerationis, principum maxime personarum, cum alijs ritibus, tum præsertim epulis splendidis celebrarentur: hæ autem vel statim post mortem, vel in ipsa funeratione, & finito luctu exhiberi consueuerunt, vel ad mortuorum memoriam, vel ad hæredum gratiam, vel ad amicorum solatium. quæ omnia exemplis appositis illustriora sunt. Hebræis eam fuisse consuetudinem docet nos historia regum. in qua dicitur: *Cumque venisset vniuersa multitudo, cibum capere cum Dauid*. Scilicet post sepulturam, & exequias Abner. vbi Septuaginta legerant τῦ περιδιπνήσαι ἐκεῖ, tu peridipnisin heneca, ideſt, vt funebre conuiuium cum eo iniret. quod Græci vocant περίδειπνον, peridipnon; Dauid vero iureiurando affirmauit, se nihil ante solis occasum gustaturum cibi. apud Ieremiam quoque *domum conuiuij*, inquit Dominus prophetæ, *non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas, & bibas*: pro domo conuiuij Septuaginta habent θίασον, thiason, quod sonat, cætum vacantium rei diuinæ, saltantium turbam, atque conuiuantium pompam, sodalitatem, &c. quæ omnia ne conuiuijs quidem funebribus deerant. Hebraice מרזח, marzeach, appellatur id conuiuium, quæ vox quibusdam significat epulum funerale,

De ritu funeralis conuiuij multa.

Hieron. Vulgatæ editionis confirmatio.

Dan. 5. ℣. 1.

2. Reg. 3. ℣. 35.

Ier. 16. ℣. 8

Rabbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

R. Dauid. Hieron. Rabbi Dauidi, vt Hieronymo luctum, alijs carmina luctuosa. putant enim verbum רוח, razach, idem esse, quod attenuare, extenuare, vel carnis coctura, vel vocis elevatione. apud Amos, vbi idem nomen repetitur, Hieronymus vertit factionem. Amos 6. ℣. 7. Hieron. ait enim, *auferetur factio lasciuientium*. conuiuium, vel tabernam, seu compotationem intellexit, cum factionem posuit, idque satis ad rem accommodate. subdit Ieremias: Ier. 16. ℣. 6. *Et morientur grandes, & parui in terra ista non sepelientur, neque plangentur; & non se incident, neque caluitium fiet pro eis* (non lacerabunt vestes, neque lacertos, neque radent comam in signum mœroris, de quibus iam dictum est) & Ier. 16. ℣. 7 *non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo*. hoc est amici defuncti non conuenient more consueto ad capiendum cibum cum superstite propinquo; neque erunt præfecti funeris, qui epulum præparent, vt dolorem eius consuetudine familiarium, & amicorum leniant, vel paratum ad mensam inter conuiuas distribuant (nam hoc est frangere panem, diuidere, & partiri epulantibus, Lucæ 24. ℣. 35. vt apud Lucam: *Cognouerunt eum in fractione panis*;) defunctique propinquo mœrenti, & consternato cibum ori admoueant. quod genus officij & amicis debitum, & miseris necessarium esse solet. nam Homerus. & apud Homerum Achilles sæpius cibum recusat, interfecto Patrocio, & Dauid interfecto Abnero, Apollo li. 2. Argonau. vt supra notauimus. Quare Græci teste Apollonio Sardus de mor. gent. & Sardo de moribus gentium, triduo post obitum defuncti apparant cœnam necessarijs, coronatique lugentes adhortabantur, vt cibum caperent: quod quidem idem cunctanter faciebant; ne post carissimorum mortem vitam exoptare viderentur. Ier. 16. ℣. 7. addit vates: *Et non dabunt eis poculum calicis ad consolandum super patre suo, & matre sua*, vel poculum consolatorium, ad consolandum scilicet eos, qui parentibus orbati sunt. in quæ verba sic habet Hieron. Hieronymus: Moris autem est lugentibus ferre cibos, & præparare conuiuium, quæ Græci περίδειπνα, peridepna, vocant, & à nostris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus iusta celebrentur. Prouer. 31. ℣. 6. dicit & alibi scriptura diuina: *Date siceram mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo. bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius*. ad hunc morem respexit Tobias; cum Tobiæ 4. ℣. 18. filio suo eiusmodi dabat mandatum: *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus*. Ex quo loco patet moris fuisse, vt in ipsis sepulchris mortuorum epulæ ponerentur. ex qua consuetudine fluxit gentilium mos, ad quem alluditur in Eccle- Eccl. 30. ℣. 18. siastico: *Bona*, inquit, *ascendentia in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro*, idest bona rara, epulæ exquisitæ appositæ ori clauso diuitis ægroti nauseantis (nam in superioribus conferebat diuitem valetudinarium cum paupere valentem) similes sunt ferculis appositis in sepulcro. neque enim maiorem inde vtilitatem, & voluptatem percipit os diuitis clausum præ ægritudine, quam qui in sepulchris iacent. subdit mox in eandem sententiam: *Quid proderit libatio*, sacrificium panis, vini, & iuris, Ibid. ℣. 19. *Idolo? neque enim manducabit, neque odorabitur. Sic*, diues, *qui effugatur*, castigatur, *à Domino*, ægritudine, *& portans mercedes iniquitatis*. Baruch 6. ℣. 31. Baruch quoque agens de sacerdotibus Chaldæorum: *Rugiunt*, inquit, *clamantes contra Deos suos, sicut in cœna mortui*. Hoc ait, quia, vt auctor est Epiphanius, gentiles solebant cibum, potumque Epiphan. in Ancor. ad monumenta ferre, additis insolentibus clamoribus. nam ad sepulchra accedentes nomina defunctorum alta voce proferentes dicebant: Resurge tu, comede, & bibe. vel quia discedentes æternum vale sepultis inclamabant, vt Achillem fecisse in funere Patrocli memorat Homerus: *Salue mi Patrocle, atque vale*. Et Virgilius Aeneam clamasse in funere Pallantis: *Salue æternum mihi maxime Palla, æternumque vale*. Refert Iosephus Archelaum Herodis patris luctum diebus septem celebrasse, epulasq; ferales prolixe populo exhibuisse; qui quidem mos, inquit, apud Iudæos multos ad inopiam redegit. vulgus enim necessario adesse cogebatur, quod qui neglexisset, impius habebatur. Hieronymus denique cum Iudæorum ritum perstringit in epistola ad Paulam de obitu Blesillæ: Flentes, inquit, vsque hodie Iudæi, nudis pedibus in cinere volutari, sacco induti, ex superstitione Pharisæorum prius cibum lentis accipiunt, signantes quasi, quo edulio primam genituram perdiderunt. Apud Græcos frequens reperitur feralis conuiuij mentio. Homerus de funere Patrocli verba faciens canit: *At ille* (Achilles) *his epulum sepulchrale præbebat*. vbi Eustathius interpres distinguit inter epulum, quod in ipso sepulchro, & quod post sepulturam agitabatur, illudque vocari ait τάφον, taphon, hoc est sepulchrum, vel sepulchrale; hoc vero περίδειπνον, peridipnon, hoc est parentatio. Enimuero eiusmodi sacrificia, libationes, inferiasue, seu parentationes illi non solum ipso die sepulturæ, sed etiam tertio, septimo, nono, trigesimo, interdum quadragesimo, non sine quadam numerorum religione, defunctorum manibus statuerunt. Sed libet verba Homeri Latine referre.

Homerus. Iliad. li. 18. Virg. lib. 11 Ioseph. 2. de bello Iud. cap. 1.

Hieron. in epis. ad Paulam.

Homerus. Iliad. lib. 18

Eustath.

Discubuerunt apud nauem velocipedes Aeacidæ
Infiniti, at hic illis epulum funebre lautum instruxit.
Multi boues candidi mugiebant circa ferrum,
Dum iugularentur; multæ oues, & balantes capræ;
Multæ albis dentibus sues, fluentes pinguedine,
Vltæ extendebantur per flammam ignis.
Vndique autem circum cadauer multus fluebat sanguis.

Idem aliud epulum sepulchrale Hectoris describit in hæc verba.

Homerus. Iliad. vltim.

Aggesto a tumulo ridebant, ac deinde
Bene collecti conuiuabantur splendidum conuiuium
Aedibus in Priami.

Athe. lib. 7.

Athenæus quoque Hegesandri poetæ citat testimonium, vbi coquus quidam iactabundus hoc modo inducitur loquens: Quando forte ministro in funebri cœna; simul atque ex funere redierint. idem alibi meminit cuiusdam Dioclis, qui cum *Athe. lib. 8.* vxori suæ defunctæ parentalia celebrasset, multum simul cũ fletu obsonij deuorauit. id quod illi Theocritus Chius poeta his verbis exprobrauit: Noli *Theocritus.* flere, ò improbe, nihil enim obsonia comedendo, proficies. Lucianus in libro de luctu, cum aliorum *Lucian. lib. de luctu.* rituum, atque ceremoniarum, tum ad extremum cœnæ quoque exequialis mentionem facit ijs verbis luculentam. Post hæc omnia, inquit, restat περίδειπνον, peridepnon, ideſt, cœna funebris, iamque adsunt necessarij; vt defuncti parentes consolentur, suadentque, vt cibum capiant, quamquam isti per Iouem non inuiti ad id compelluntur, cum perpetuũ iam triduum enecti sint fame; at capiunt quidem illi, sed initio pudibundi, verentesque, ne post carissimorum obitum videantur adhuc affectibus humanis commoueri.

Apud

Universidad de Deusto Biblioteca

Romanorū funebres ritus. Liui. lib. 9. decad. 4.

Apud Romanos quoque funebrium huiusmodi epularum, & sacrificiorum frequentem, multiplicemque vsum fuisse legimus. Liuius testatur P. Licinij funeris causa viscerationem datam (carnis scilicet crudæ factam distributionem) & gladiatores centum viginti pugnasse, ludosq; funebres per triduum factos, postque ludos epulum. in quo cum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis orta coegit plerosque tabernacula statuere in foro. Tacitus loquens de morte Agrippinæ Neronis matris: Cremata est, inquit, nocte eadem, conuiuali lecto, & exequijs vilibus. Cicero item pro Murena: Q. Tubero, inquit, cum epulum Q. Maximus Africani, patris sui nomine, populo Romano daret, rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius; atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus statuit pelliculis hædinis lectulos punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaretur. Idem in Vatinium grauissime, & seuerissime inuectus hoc argumentum illustrauit. Atque illud, ait etiam scire ex te cupio, quo cõsilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Anij familiaris mei cum toga pulla accumberes? quem vnquam videris? quo exemplo, quo more feceris. cedo quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre; vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum populi Romani, festum diem argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo. quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de Balneis exeunti, præter te, toga pulla vnquam data est? cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Anius albatus esset; tu in templum Castoris te cum C. Figulo atrato, ceteriisque tuis furijs funestum intulisti, &c. & in oratione pro Plancio: Sepulchrum, inquit, L. Catilinæ floribus ornatum hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulisq; celebratum est. Suetonius item refert Anium Virellium medio Martio campo inferias, (exequia, & sacrificia) Neroni dedisse, ac solenni conuiuio ad citharædi cantum exultasse & plausisse. Catullus. Sed cœnam, inquit, funeris hæres, negligit iratus. & iterum: Vidistis ipsum carpere è rogo cœnam? Vnde illud Terentij, è flamma cibum petere. Apuleius in Floridis: Exclamauit, ait, viuere hominem, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. feralem vocauit cœnam, idest exequialem, quæ cadaueri ferendo, & defuncto funerando exhibebatur: seu quod veteres mortem appellarunt feram. memorat & Virgilius funebris conuiuij pompam in hæc verba.

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Ante Vrbem in luco falsi. Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat.

Et alibi.

Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat
Anchisæ magni, manesque Acheronte remissos.
Necnon & socij quæcumque est copia, lati
Dona ferunt, onerantque aras, mactantque iuuencos

Et alibi.

Quatuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontique inspergit vina sacerdos, &c.

Verum de lugentium ritibus satis. pergamus ad reliqua.

Tacitus lib. 14. hist. August.

Cicero pro Murena.

Virgil. 3. Aeneid.

Idem lib. 5.

Idem lib. 6.

Cicero pro Plancio.

Suetonius.

Catullus.

Terentius. Apuleius 4. Florid.

Feralis cœna quare sic dicta.

Locutus sum ad populum mane, & mortua est vxor mea vesperi, feciique mane, sicut præceperat mihi. XVIII. Theodoretus: Typum, inquit, quendã auctoris omnium rerum Dei perfecte exprimit propheta. cum enim plebs Israelitica proponsa Domino copulata esset, & sic in seruitutem redigenda foret, & interficienda, diuinum quoque Templum comburendum, formam quandam futurorum præbet prophe ta: cuius repente mortua vxore, præcipit ei, ne lugeat, ne ploret, neue luctuosum suscipiat habitum, ne ad eam mensam accedat, quæ consolationis ergo instruitur; verum silentio gemat, ostendens fore, vt ipse nulla clementia eos, qui sibi coniuncti erant, dignos censeat. præter voluntatem tamen ipsis infliget supplicium. non enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur ipse, & viuat. qua de causa prophetæ quoque, vt silentio gemat, præcipit: hoc ipso significans etiam se præter voluntatem sustinere illatas populo calamitates; cum & multa bonitate præstet, qua ad clementiam propensus est, & punire propter improbitatis exuperantiam cogatur. Theodor.

Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis, quid ista significent, quæ tu facis? XIX. Polychronius eo videlicet consilio inusitata fiebant; vt rei admirabilis nouitate perculsi, causam quærerent: qua cognita, corrigerentur. Polychr.

Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens. XX. & XXI.

Ecce ego polluam sanctuarium meum, &c. Theodoretus: Per ipsas res, inquit, vobis prophetiam ostendi, & in me ipso, quæ futura sunt, adumbraui. Quemadmodum enim ego, mortua coniuge, nihil eorum feci, quæ pro mortuis fieri consueuerunt: non lamentatus sum, non ploraui, non lugubrem vestem sumpsi: ita etiam vos filijs, & filiabus vestris interfectis, sanctoque Templo profanato, pro quo adhuc superbia elati gloriabamini barbarorum ingressu, & insuper infinitis alijs malis oppressi, neque lamentandi facultatem consequemini, neque vsitata faciendi vobis potestas concedetur, non capitis detondendi, non calceamentis pedes exuendi, neque lachrimarum fontibus doloris acerbitatem leniendi, neque illius faciendæ mensæ, quæ consolationis ergo instruitur, neque demum aliud quidpiam faciendi eorum, quæ consueta sunt. & recordabimini eorum, quæ ab Ezechiele facta sunt, & ex euentu eorum cognoscetis, tamquam portentum quoddam, & signum fuisse vobis prophetam, qui per ipsas res futura vobis prædixerit. Theodor.

Polluam. Non amplius habebo sanctuarium, stabile, purum; sed permittam impijs profanandum, diruendum, & inflammandum. *Sanctuarium meum*. Scholiastes: De templo soliciti erant, non vt impij, sed quia putabant eius gratia, vrbem permansuram. quod Ieremias illis exprobrat, dicens: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini est, &c.* Habræorum præsumptio de templo, comprimitur. Scholiast. Ier. 7. ℣. 4.

Superbiam imperij vestri. Septuaginta: Superbiam fortitudinis vestræ, Hebraice, pro superbia est גאון, geon, à גאה, gaah, quod est, excellentem esse, glorioſe, scilicet superbe, seu arroganter agere. in Exodo: *Glorioſe magnificatus est*. Hebraice: Superbiendo superbiuit, vel excellentissime glorificauit sese. extat idem nomen apud Isaiam: *Et fructus terræ sublimis*. Hebraice: Magnificus, excellens. & apud Micheam, vt mox dicemus, pro imperio Hebraice est עז, ghoz, à עזז, ghazaz, quod est confirmare, roborare, munire, quasi dicas ob firmi- Templi glorioſum nomen. Exod. 15. ℣. 1. & 21. Isa. 4. ℣. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmitatem, robur, munitionem, fortitudinem, arcem, asylum. in psalmis: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* ideſt regnum tuum forte, vel arcem regni tui. & in Prouerbijs: *Turris fortiſsima.* Hebraice: Obfirmationis: *Nomen Domini*, ideſt arx munita, obfirmata. & in libris Iudicum: *Erat autem turris excelſa*, munitionis, *in media ciuitate*. Et in psalmis: *Dominus fortitudo*, munitio, *plebis ſuæ, & protector ſaluationum Chriſti ſui*. Ideſt asylum, & præsidium, in quo saluetur Rex. apud Micheam vtraque dictio legitur: *Et ibit, & pascet in fortitudine Domini, & in sublimitate nominis Domini Dei ſui*. vbi Hieronymus pro nomine עז, ghoz, posuit fortitudinem: pro qua scilicet hic legerat, *imperium*. vice autem nominis גאה, gheon, pro quo hic reddiderat superbiam, ibi posuit, *sublimitatem*. in hanc sententiam: Administrabit Ecclesiam Christus pastor cum potentia, & gloria, qualis deceat eum, qui de nomine patris æterni appellatur, hoc est, quod dixit Ioannes: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre*. ideſt qualis decebat vnigenitum Dei filium. ergo in præsenti, *Superbia imperij* erit, regnum superbum, glorioſum. vel asylum sublime, munitio superba, Templum magnificum, vt Græci interpretati sunt, idque recte. & tradam, inquit Polychronius, Templum, ob quod superbia tumetis. idemque supra ex Theodoreto audiuimus. quasi dicat: Euertam præsidium istud vestrum magnificum, & munitissimum, in quo robur, & spem vestram locatam habetis, & de cuius protectione iure adhuc exultastis. & nunc frustra superbitis.

Psal. 109. ℣. 2. Prouer. 18. ℣. 10. Iudic. 9. ℣. 51. Ps. 27. ℣. 8 Miche. 5. ℣. 4. Hieron. Polychr.

Et desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra. Hironymus: Ecce ego iam nunc polluam sanctuarium meum, vt incendatur Templum, & cunctis alienigenis pateat, ac profanis, in quo habebatis superbiam, ideſt confidentiã, & spem, ac desiderium salutis vestræ, & ad cuius obsidionẽ vestræ animæ formidabant. Septuaginta verterunt: Desiderabilia oculorum vestrorũ, & quibus parcunt animæ vestræ. Hebraice ad verbũ habetur: Expetibile oculorum vestrorum, & commiserationem animæ vestræ, ideſt Templum, quod iucundo desiderio intueamini; nec vidisse centies satis est, iuuat vsque videre: & cui parcere hostes, cui impunitatẽ, & immunitatem donari desideratis, & quod miro, & quasi materno affectu prosequitur animus vester. Est autem inter vtramque orationem in origine colluſio quædam elegantissima מחמד עיניכם ומחמל נפשכם, machmad ghenechem vmachmal naphsechen. appetentiam oculorum vestrorum, indulgentiam animarum vestrarum.

Hieron.

Et filij vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent. ideſt quæ vobis reliquæ factæ sunt ex fame, & peste, vel quas reliquistis in Hierusalem; vt sermonem habeat ad concaptiuos; vel, vt sentit Scholiastes, quorum nullam curam geritis; sinebant enim eos, atque adeo cogebant suo exemplo in impietatem ferri præcipites, vel vt ipse quoque interpretatur, quos deseruistis, vt dicat quorum naturalem sensum repulistis: declarans, vt eos dæmonijs immolarent. fortasse etiam hic adhibita est appositio, & coniunctio illa initio versus apposita, valet nimirum, in hanc sententiam: Auferam à vobis Templum, imperij gloriam, & monumentum, atque carissimas vxores, quas iucunde aspiciris, & dulcissima pignora, quibus indulgetis, filios, inquam, vestros & filias, quas in sobolem procreastis. quasi dicat: Breuius auferam Templum, de quo gloriamini, vxores, in quas feruntur

Scholiast.

oculi; & filios, in quos rapitur animi affectus. Sed hic opponere quis posset non omnino respondisse portentum rei significatæ. etenim prophetæ erepta est vxor oculorum lumen. Israelitis vero præter vxores caras, filij, & filiæ, ideſt ipsa viscera, & insuper Templum, spes gentis, & cum Templo superbum imperium, & sacerdotium, eorum gloria. Ceterum hæc omnia in vnicæ vxoris morte affatim præsignata sunt. nam mulier Apostolo *gloria viri est*, atque familiæ radix; qua sublata, spes sobolis extinguitur. quare apposite repræsentauit vxor prophetæ mortua non solum vxorum ceterorum, sed etiam filiorum mortem, & glorioſi regni simul cum Templi casu iacturam.

Vxoris mors omnium expetendorum interitum significat.

1. Cori. 11. ℣. 7.

XXII. *Et facietis, sicut feci.* Non licebit sub omine mortis mutire, nedum lachrimari; tantum abest, vt plangere fas sit, ob metum Chaldæorum militum. loquitur autem cum his, qui abducendi erant captiui: in quorum oculis Babylonij vxores polluebant, & trucidabant, infantes vero allidebant ad petras. de quibus in psalmo: *Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.* Summa erit afflictio, suprema calamitas sine leuamine, luctus absque consolatione vlla. Hieronymus: Vix liberum habebitis genitum, ne offendatis victorum superbiam, si publice fiere videamini.

Ps. 136. ℣. 8. & 9. Hieron.

XXIIII. *Et erit Ezechiel vobis in portentum.* Rabbi Dauid: Sumit Dei ipsius personam, vt vehementius, & grauius claudat comminationem. propterea non dixit, ego ero vobis portentum, vt capite duodecimo fecerat: Sed *Ezechiel erit vobis in portentum.*

R. Dauid.

XXV. *Et tu fili hominis, Ecce in die, quo tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, filios, & filias eorum.* Septuaginta: Quando abstulero fortitudinem, elationem gloriationis, desiderabilia oculorum, & elationem animæ eorum. Hebraice: Vice fortitudinis est vox מעוזם, mangnaz, nomen cognatum illius, pro quo in versu superiore ponitur, *imperium*. Legitur id nomen apud Isaiam: *Factus est fortitudo pauperi*, ideſt asylum, & apud Danielem: *Polluent sanctuarium fortitudinis*, ideſt munitissimum. loco nominis, *dignitas*, Hebraice est תפארת, tiphereth, quasi dicat decus, ornatus, splendor, gloria, magnificentia. vt apud Esther: *Vt ostenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ.* vbi pro ea voce, Hieronymus vertit *iactantiam*. Et in psalmo: *Gloria virtutis eorum tu es*, hoc est decus, & robur eorum. & in Isaia: *Eris corona gloriæ in manu Domini*. Et in psalmis: *Reddidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici*. ideſt arcam Testamenti. hic vulgatus Pulchritudinem posuit pro tiphereth. Diuus autem Paulus modo gloriam, modo coronam reddere solet, alludens ad præsentem locum, Philippenses vocat. *Gaudium meum, & corona mea*. Et iterum: *Quæ est nostra spes, gaudium, & corona gloriæ*. Et iterum: *Vos enim estis gloria nostra, & gaudium*. Vocat autem Templum fortitudinem eorum, non solum quia firmissima erat munitio, in quam ingruentibus inimicis carnalibus sese tuto recipere poterant, sed etiam quia ipsis erat aduersus spirituales hostes præsidium validissimum. etenim, vt olim precatus est Deum Salomon, cum dedicatum est Templum nomini eius, preces, supplicationes, & vota, sacrificiaque pro peccatis in Templo oblata

Isa. 25. ℣. 4 Dan. 11. ℣. 31. Esth. 1. ℣. 4 Hieron. Psal. 88. ℣. 18. Isa. 62. ℣. 3 Psal. 77 ℣. 67. Phil. 4. ℣. 1 1. Thessal. 2. ℣. 19. & 20 Quare templum dicatur fortitudo. 3. Reg. 8.

acce-

acceptabat Deus, indulgebatque, atque propitiabatur populi sui ignorantijs, eumque à suæ iustitiæ vindicibus protegebat. gaudium vero dignitatis, siue gaudium, & decus Templum ipsum appellat, quod propter atriorum, & porticuum amplitudinem, ædificij proportionem, & symmetriam, materiæ quoquæ precium, & exquisitum ornatum, adeuntium animos exhilarabat. ob præsentiam autem fœderis, & diuini solij maiestatem, incredibili honore apud exteras nationes Israeliticam plebem cumulabat. *Non est*, dicebant, *alia natio tam grandis*, sub cælo, *quæ habeat Deos appropinquantes sibi.* itaque asylum erat in bello, gaudium domi, foris gloria. Sed nolo sistamus in vetusti Templi laudibus. quid obsecro nobis erit in sacra pixide in Templo asseruata Eucharistia, quando Iudæis Templum erat præsidio, gaudio, & decori? dubitas an sit asylum? audi psaltem diuinum: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Isaias etiam ait: *Ille*, Israelita Dei, *in excelsis habitat, munimenta saxorum sublimitas eius*, rupes munitissima receptaculum, *panis ei datus est* (constitutus quotidianus victus sic eum vocat Lucas) *aquæ eius fideles sunt*, perennes, *regem in decore suo videbunt oculi eius.* Quam tutus est, & ab iniurijs hostium securus, qui abruptam incolit rupem, si ei non desit cibus, & potus; tam secure gaudet Christianus populus, qui Christi corpus in Eucharistia sacra apud se retinet. Sed putas deerit gaudium, & decus, quibus adest Dei vnigenitus? audi Mosem vaticinantem vtrique populo felicitatem, temporalem illis, nobis spiritualem, immo potius vtrumque. *Beniamin*, inquit, *amantissimus Domini habitabit confidenter in eo*, securus iuxta Templum, quod in sorte sua structum est, deget, *quasi in thalamo, tota die morabitur, & inter humeros eius requiescet.* Quid deesse potest sponsæ, quæ ad dexteram sponsi recumbentis in thalamo ipsa sedet? an gaudium? an honos? hisomnibus cumulate fruebantur Israelitæ, dum stetit Dei Templum: nos vero locupletius abundamus, quibus non potest deesse in Ecclesia Dei verbum corporatum, panis speciebus obtectum. ipsum est præsidium aduersus hostes, gaudium præsentibus, qui faciei eius aspectu dignantur, absentibus autem honor, & laus, atque desiderium, de quo subditur.

Desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum. Septuaginta: Desiderabilia oculorum eorum, & elationem animæ eorum, seu eleuationem animæ, hoc est solicitudinem, & curam, id scilicet, quod vehementer expetunt, & de cuius iactura solicitantur. quod (vt supra diximus) vel ad superiora referri potest, Temploque accommodari; vel ad ea, quæ sequuntur, & significare filios, & filias eorum, &c.

In die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit, & loqueris. Paraphrasim huius sententiæ sic facit Theodoretus: Non solum, ait, in præsenti hæc ipsos edocebis, sed etiam quando prædictio euentu ipso fuerit comprobata, & impijs barbaris tradita fuerint, quæ sancta sunt, ac filij ipsorum, & filiæ occisi, & aduenerit inde aliquis, qui facta doceat; tunc in memoriam illis rediges prædictiones. haud sustinebis tacere, vt percipiant, mea voluntate, meoque permissu facta hæc fuisse, pœnasque facinorum ipsos luere, non autem ob vires hostiles, sed propter iustam meam indignationem passos esse, quæcunque pertulerint, &c. XXVII. Theodor.

Et non silebis vltra. Cum referet nuncius miserabilem Vrbis cladem; tu loqueris confidentius ad rebellem populum, vt qui vaticinij præhabiti suo ipsorum malo nactus es testimonium. neque vllus amplius audebit os tuum obstruere. *Erisque eis in portentum.* mutus olim in signum doloris eorum absque leuamine fueras, loqueris nunc ad eos exti mulandos, vt dent gloriam Deo, & confiteantur palam, suis ipsos sceleribus tam duras pœnas com meruisse. nuncius porro ille venit ad prophetam post quinque menses excidij, vt videbimus capite trigesimo tertio. Atque hic sit finis explanationis capitis vigesimiquarti.

Quare Templum dicatur gaudium dignitatis.

Deu. 4. ℣. 7

Sacræ Eucharistiæ encomium.

Ps. 22. ℣. 5

Isa. 33. ℣. 16.

Luc. 2. ℣. 4

Isa. 33. ℣. 17.

Deu. 33. ℣. 12.

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

ARGVMENTVM.

Minatur excidium Ammonitis, Moabitis, Idumæis, & Philistæis, eo quod de casu Vrbis, & Iudæorum afflictione exultauerint.

I. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis.

III. Et dices filijs Ammon: Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dixisti: Euge, euge super sanctuarium meum, quia pollutum est: & super terram Israel, quoniam desolata est: & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatem:

IIII. Idcirco ego tradam te filijs Orientalibus in hereditatem, & collocabunt caulas suas in te, & B ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas: & ipsi bibent lac tuum.

V. Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, et filios Ammon in cubile pecorum: & scietis, quia ego Dominus.

VI. Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel:

VII. Idcirco ecce ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te populis, & perdam de terris, & conteram: & scietis, quia ego Dominus. C

VIII. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod dixerunt Moab, & Seir: Ecce sicut omnes Gentes, domus Iuda:

IX. Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus, inquam, eius, & de finibus eius inclytas torræ Bethiesimoth, et Beelmeon, & Cariathaim,

X. Filijs Orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hereditatem: vt non sit vltra memoria filiorum Ammon in Gentibus.

XI. Et in Moab faciam iudicia: & scient, quia ego Dominus.

XII. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis;

XIII. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem, & iumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent.

XIIII. Et dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: & facient in Edom iuxta iram meam, & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

XV. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes, & implentes inimicitias veteres:

XVI. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis:

XVII. Faciamque in eis vltiones magnas arguens in furore: & scient, quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

EXPLA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMIQVINTI.

I. POST prædictam Vrbis Hierusalem euersionem, atque innumera mala, quibus Iudæi erant opprimendi; opportune conuertit orationem vates in gentes finitimas, propterea, quod potentiæ, & gloriæ Iudæorum inuidi, excisis Hierosolymis, ipsi exultabant, captisque ciuibus insultabant vel numinis infirmitatem, quod Templum & domicilium proprium tueri non potuisset, vel odium in suum populum, quem cum eripere posset, hostibus vltro tradidisset. Intererat autem diuinæ prouidentiæ, vt mortales nossent omnium dominatorem Deum, neque ex infirmitate talia permisisse fieri, neque ex simultate, vel odio in suæ gentis homines sæuijsse: quin potius, vt æquum iudicem à suis pro impietatis meritis pœnas exegisse; exterorum nihilominus confidentius se iactantium insolentiam repressurũesse. alioqui videri posset Hierosolymorum pietas ab idololatria superari, esseque deterioris præ illa condicionis, & sortis. Quæ quidem persuasio communis esset mundi ruina, religionisque omnimoda subuersio. quemadmodum quæ in Iudæorum vindictam fiebant comminationes, & increpationes aduersus gentes; communis erat omnium doctrina. nam propterea illos glorioſos fecit in Babylone captos; atque vt apud dominatores in honore essent, prouidit; quia horum gloria, & præclara existimatio commune futurum erat ad pietatem incitamentum, & nationum omnium vniuersalis institutio. Hæc in sequentibus quindecim capitibus tractat vates, nouum institutum auspicatus.

Deus neque ex infirmitate permittit suis malaque ex odio, sed ex vindictæ iustitia.

II. *Fili hominis, pone faciem tuam* Septuaginta obfirma, *faciem tuam contra filios Ammon*. Explicauimus supra, quid esset obfirmare faciem, scilicet, toruo vultu aspicere. aspectus autem minax ferociam prophetiæ, & comminationis rigorem indicat, cum propheta Dei indignabundi personam induere iubetur. Filij Ammon de Loth stirpe generati sunt, quorum ciuitas primaria erat Rabbath, vt supra vidimus, quæ postea Philadelphia appellata est à Rege Aegypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui (teste Hieronymo) Arabiam tenuit cum Iudæa.

sup. cap. 4.

Filij Ammõ, qui dicantur & Rabbath eorũ primaria ciuitas. *Hieron.*

III. *Audite verbum Domini*. Hoc dicit non quidem audientibus Ammonitis, sed vt Iudæos consoletur, ostendens Deo curæ esse illorum iniurias, neque diutius differendam hostium vltionem.

Iudæos cõsolatur Deus, ostendens sibi curæ esse iniurias vindicare.

Pro eo quod dixisti: euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est. Septuaginta: Eo quod gauisi estis. Tale illud est psalmi. *Dixerunt: euge euge, viderunt oculi nostri, &c.* Vbi explicat vates verba, quæ insultantium gestibus proferebant, quibus similia hic subaudienda videntur. Tractat hoc argumentum Sophonias. *Audi*, inquit Deus, *opprobrium Moab & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo*, insultantes iecerunt in populum meum, *& magnificati sunt*, vel quod magnificarunt os suum, seu linguas suas. idest, grandia verba, quæ locuti sunt, *super terminos eorum*. super regionem Iudæorum. eadem phrasis est psalmo prædicto. *Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt: euge euge, &c.* Inuehitur in eosdem Amos dicens: *Hæc dicit Dominus super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum*, idest, eo quod post innumerabilia scelera aliud multo fœdius accumularunt, nempe quod dissecuerint prægnantes in Galaath ad dilatandum terminum suum. quod ex Ieremia explicatur: ad filios Ammon. *Nunquid non filij sunt Israel? aut hæres non est ei? cur igitur hæreditate possedit Melchom*, Deus Ammonitarum olim Rex, *Gad, & populus eius in vrbibus eius*, Gad *habitauit?*

Soph. 2. ℣. 8

Dilatare os super aliquẽ quid significet.

Amos. 1. ℣. 13.

Ier. 49. ℣. 1

Qui dicantur filij orietis, variæ sententiæ.

Idcirco ego tradam te filijs Orientalibus in hæreditatem. Rabbi Dauid Persis, & Medis interpretatur. Certe Ieremias eo nomine significat filios Cedar. *Ad Cedar*, inquit, *& ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, hæc dicit Dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis, &c.* Ergo Polychronius, & Theodoretus: Alij, inquiũt, interpretes filios Orientis exponunt. Sunt autem, qui genus referunt ad Ismaelem. Scholiastes vero sic habet: Quidam interpretantur Saracenorum sed secundum tertiam editionem *filios Orientis* legendum, qui sunt Babylonij. ipsi enim & hos filios Ammon, & Iudæos oppugnarunt. fauet Scholiasti Ioseph. Ioseph. 10. antiq. c. 11.

IIII. R. Dauid. Ierem. 39. ℣. 28.

Polychr. Theodor. Scholiast.

Josephus, dicens: Quinto anno captiuitatis Hierosolymorum, qui est vigesimustertius Nabuchodonosor, castrametatus est idem in inferiori Syria, eamque detinens, expugnauit Ammonitas, & Moabitas, &c. Eius itaque opinioni accedamus, neque obstet Ieremiam id nomen tribuisse filijs Cedar. etenim analogum est, & multis prouincijs diuersa ratione potest conuenire: modo illæ respectu loci, in quo fit vaticinium, vergant ad Orientem.

Et collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua. Theodoretus: Vos in eorum redigã potestatem, qui sunt multo Babylonijs inferiores, & imbecilliores: qui quidem tentoria in vrbibus tuis collocantes, camelorum autem greges in tuis agris pascentes, vosque ipsos ouium constituentes pastores, &c. Nam de filijs Cedar, Ismaelitis scilicet, præsentem orationem intelligit Theodoretus: quibus consuetudo est sub papilionibus degere, & tentorijs, vt psalmus nos docet. *Habitaui*, inquit Dauid, *cum habitantibus Cedar*, vagabundus scilicet, & extorris. Atque in Canticis: *Sunt tabernacula Cedar, &c.* Ceterum non est necesse tentoria secundum historiam accipere, cum Ieremias Babylonios

Theodor.

Psal. 119. ℣. 5.

Can. 1. ℣ 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierem. 6. ℣. 2. 3. & 4. translate vocet pastores: *Speciosæ*, inquit, *& delicatæ assimilaui filiam Sion. ad eam venient pastores, & greges eorum fixerunt in ea tentoria in circuitu, pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt. Sanctificate super eam bellum.* Atque eadem figura in præsenti vsum Ezechielem auctor est Hieronymus. Sed esto, de veris pastoribus loqueretur Ezechiel; non propterea continuo erunt Ismaelitæ, sed cuiusuis gentis hominibus ea oratio accommodari potest. nam

Hieron.

Caulas collocare in vrbe, euersam illam esse significat. Scholiast.

secundum Græcos caulas collocare in vrbe periphrasis est, euersam illam esse significans. Sic enim habet Scholiastes: Hoc est tentoria in media vrbe figent, vt capta videlicet & desolata, quæ ne domicilium quidē habeat, vbi diuersari possint viatores. Itaq; solitudinis & vastitatis vrbis illorum hoc signum est, quæ scilicet instar agri aperti facta est.

VI. *Pro eo quod plausisti manu, & percussisti.* Septuagin ta: Insonuisti, *pede*, saltans scilicet, & tripudians, *& gauisa es ex toto affectu*, Septuaginta: Insultasti exanimo tuo. *Super terram Israel.* Hieronymus: Tanta fuit

Hieron.

insultandi lasciuia; vt cunctus simul populus manibus, & pedibus concreparet, & ex toto cordis clamaret affectu, eo quod terra Israel esset desolata. propterea ipse Dominus extendet manum suam ad percutiendum, & tradet eam in direptionem, nequaquam camelis, & ouium gregibus, sed manifestius gentibus, vt populorum numero penitus eradicetur, & pereat, &c.

VIII. *Pro eo quod dixerunt Moab, & Seir: Ecce sicut omnes gentes domus Iuda.* Post increpationem atque sententiam declaratam cōtra Ammon, transfert prophetiam ad Moab fratrem eius, atque finitimum. cum quo coniungit Seir, hoc est posteros Esau, quia ipsi quoque finitimi erant, & in eadem causa cum primo dictis versabantur, & aduersus vtrumque

Scholiastes

(ait Scholiastes) pronunciat sententiam: propterea quod dixerant nihilo meliorem esse Deum Israelis Diis gentium cæterarum vt enim illæ, aiebant, captæ sunt à Babylonia propter imbecillitatem Deorum, qui ab illis colebantur, ita etiam Israelis ob eius manus infirmitatem, quæ illis opem ferebat, &c. memorat blasphemias Moab Ieremias. vbi

Ier. c. 48. ℣. 27. & ℣. 26. & ℣. 42

idem tractat argumentum. *Fuit enim*, inquit, *in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum: propter verba ergo tua quæ aduersus illū locutus es, captiuus duceris.* Et iterum: *Inebriate eum quoniam contra Dominum erectus est.* Et infra: *Cessabit Moab esse populus, quoniam contra Dominum gloriatus est.* Eandem sententiam in eum quoq; pronunciat noster vates, dicens:

IX. *Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab.* Septuaginta: Dissoluam. quod scilicet paulo superius dixerat Ieremias: *Abscissum est cornu Moab & brachium*

Ier. 48. ℣. 25.

eius contritum est, hoc est, robur & vis omnis illius fracta est. nam tauri cornibus vires exerunt, sicut homines humeris & brachijs: Quocirca tum cornu tum humerus, tum etiam brachium symbola sunt virium, atque metaphoricōis potentiæ regni. Vel humerum vocat arcem, præsidium vrbium, quod contextui gratum est, & nomini חתף, chetheph, non repugnat. Sonat enim humerum latusque, seu angulum cuiuscumque rei, atque adeo ædificij partem firmissimam, quales sunt vrbium munitiones. vt comminetur vates Deum hostibus patefacturum præsidia, & arces vrbium Moab. Nisi mauis latus aperire, idem esse, quod aditum præbere: vt apud Ieremiam: *Ex omni confinio eorum adducam*

Humerus, brachium, & cornu, vires ac potentiam significant.

Ier. 49. ℣. 32.

interitum super eos. Hebraice: Ex omni latere, quasi dicat, aditum faciam hostibus ad munitissima quæque loca, vrbesque vestras, quantumuis clausas muro coctili.

Filijs Orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hæreditatem, vt non sit vltra memoria filiorum Ammon. X. & XI.

Et in Moab faciam iudicia. Implicata syntaxis, quam sic ordinare poteris. Quemadmodum tradidi terram Ammon filijs Orientis, Chaldæis scilicet, vt eam simul cum filijs Ammon hæreditate possiderent, sortemque haberet cum indigena hostis. similia in Moab faciam iudicia. Agit hoc ipsum Isaias qui inter cætera non sine sarcasmo, & irrisione, Moabitis excisis insultat in hunc modum: *Ini consilium, coge concilium, pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, absconde fugientes, vagos ne prodas, habitabunt apud te profugi mei, &c.* quasi dicat, videlicet supererit deinceps Moab inter gētes & castigata hospitalitatem profugis Israelitis nūc faciet, quam olim negauerat. non amplius prodet apud se latentes solicitata ab hostibus Chaldæis, vt solebat; non profugient ad eius vrbes populares mei. nullum enim eius vestigium in terra relinquam. Atque his aduersus Moab prædictis, vaticinium transfert ad filios Esau.

Isa. cap. 16. ℣. 3.

XII. *Hæc dicit Dominus Deus.* Hieronymus: Supra duo proposuerat contra Moab, & Seir, postea de Seir tacens contra Moab tantum locutus est, nunc reddit cœptum problema; quid videlicet Seir, hoc est Idumæa fecerit.

Hieron.

Pro eo quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis. Septuaginta: Et memoriam retinuerunt mali, & vlti sunt vltione. Hieronymus, Polychronius, & Theodoretus: Quoniam enim non modo vt Ammonitæ, & Moabitæ gauisi sunt de malis Iudæorum, sed etiam factis suam indicarunt inuidiam, & maleuolentiam, veterem illam seruantes iram. indignatus est enim, inquit, Esau Iacob probenedictione, qua illum impertiuit pater eius: propterea non alijs eum hostibus tradam, sed ipsimet populo meo ab illis iniuria violato. Hebraice ad verbum sic legimus: Pro eo quod fecit vlciscendo vltionem, & delinquendo deliquerunt vlciscentes se, ideſt, propterea quod grauissime deliquerunt, seueriſſimam vindictam reposcentes à filijs Iuda fratribus suis. Eandem criminationem multo explicatius illi opponit Abdias: *Propter interfectionem,* ait, *& propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum. in die cum stares aduersus eum; quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Hierusalem mittebant sortem; tu quoque eras quasi vnus ex eis & non aspicies* nec debueras cum voluptate aspicere *in die fratris tui*, calamitosum excidium domus Iuda, *in die peregrinationis eius*, cum captiui abducebantur, *& non lætaberis*, nec debueras lætari, *super filios Iuda in die perditionis*, interitus, *eorum, & non magnificabis os tuum in die angustiæ* (nec grādia, & acerba loqui debueras, cum illum oppressit afflictio) *neque ingredieris*, ingredi fas erat, *portas* vrbium, *populi mei in die ruinæ eorum, neque despicies & tu*, nec aspicere malum eius debueras, sicut & cæteræ circumuicinæ gentes, *in malis eius in die vastitatis illius. & non emitteris*, dimitti debuisses, *aduersus exercitum eius in die vastitatis illius; neque stabis in exitibus, vt interficias* eos, qui fugerint nec debueras opperiri in biuijs, vt interimeres eos, qui ex ipsis euaderent *& non concludes reliquos eius in die tribulationis, quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes. sicut fecisti fiet tibi: retributionē tuam conuertet in caput tuum, &c.* Videlicet Dominus requirens sanguinem Israelitarum, recordatus est, & non est oblitus clamorem pauperum. quem miserandum in mo-

Abdi. 1. ℣. 10. & seqq.

Vltio diuina exagitat eos, qui inuidiosè lætantur de malis proximorum. *Hieron. Polychr. Theodor.*

in modum eiulantes ediderunt; cum in Babylonem abducti, ab hostibus irrisi, ab Idumæis. fratribus multo peius accepti dicebant. *Memor esto Domine filiorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt, exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Quapropter, vt illos solatio quantulocumque afficiat, addit Vates Dei nomine.

Psal. 136. ℣. 7.

XIIII. *Et dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel, & facient in Edom iuxta iram meam, & furorem meum, & scient vindictam meam.* Scholiastes: Etiam in Idumæam supplicium constituitur, diciturque tradenda Babylonio. & paulo post etiam filijs Israel, &c. Hæc ait Scholiastes; quoniam supra, tum contra Moab, tum contra Seir pronunciata sententia est, tradendos scilicet filijs Orientis, hoc est, Chaldæis non secus atque Ammonitæ fecerant. Itaque Babylonij videntur exercuisse vindictam sanguinis Israelitarum, & pœnam talionis exegisse de Idumæis. quod vero nunc additur, *per manum populi mei*, fortasse significat occasione, vel causa iniuriæ populi mei: neque enim in scripturis, vel prophanis historijs inuenire licet, quando nam Iudæi vlti sint acceptam de Idumæis iniuriam, nisi hæc ad tempora nouissima referamus, cum illa alia Balaam prædictione hæc coniungentes: *Et erit Idumæa possessio eius.* Etenim Christi tempore maior seruit minori, & caro spiritui pendet tributa. De qua tropologia fusè Diuus Hieronymus.

Scholiast.

Num. 24. ℣. 18.

Caro spiritui seruit in regno Christi.

XV. *Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & vlti sunt se toto animo interficientes, & implentes inimicitias veteres.* Septuaginta: Pro eo quod fecerunt alienigenæ vltionem, & suscitauerunt vindictam insultantes ex animo, vt delerent vsque in æternum. Hebraice: Pro eo quod fecerunt vindictam, & vindicauerunt se vltione. Quod autem Septuaginta dixerunt: Suscitauerunt vindictam, mirifice explicat verbi energiam. etenim נקם, nakam, significat surgere, vel stare ad expetendã vltionem, statuere vindictam, nullatenus languescere, aut parcere subiecto, sed obstinato animo & ex cordis dolore vlcisci iniuriam. Vnde locus ille sapientiæ intelligitur: *Stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos, qui se angustiauerunt.* idest, quod in psalmo habetur: *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Et ille alter locus: *Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt.*

Sap. 5. ℣. 1. Psa. 57. ℣. 11.

Sap. cap. 11. ℣. 3.

XVII. *Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores.* Septuaginta: Et interficiam Cretenses, vbi Scholiastes. Philistæos maritimos dicit, hoc est, Phœnices; Cretensium enim erat colonia. Hebraice hi dicuntur כרתים, Cerethim à כרת, carath, quod est excindere, percutere. repeteturque hoc nomen apud Sophoniam: *Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* vel qui habitatis ad tractum maris gentis Cerethim. Septuaginta παροίκοι Κρητῶν, parici Creton, aduenæ, vel accolæ Cretensium. & iterum: *& erit Creta in pabula pastorum.* Atque in libris Regum: *Erupimus ad Australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni.* Et sequitur: *Ecce ipsi*, prædones, *discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem pro cuncta præda, & spolijs, quæ ceperant de terra Philistym, & de terra Iuda.* Et iterum: *Et legiones Cerethi, & Pheleti, & omnes Gethei sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth, pedites præcedebant Regem.* Ex quibus locis animaduertere licet nomina Cerethim, & Phelethim non secus atque Getheos esse Gentilitia, & propria familiarum ex certis vrbibus Philisthæorum, quæ quod essent bellicosissimæ, & fidelissimæ ad custodiam corporis sui electi sunt à Rege Dauid, sicut à principibus multis hodie adhiberi videmus Heluetios. Multo aliter sentit de Cerethim, & Phelethim Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, nimirum fuisse iudices Septuaginta causarum capitalium. Sed Chaldæus nobis fauet, qui vertere solet Sagittarios, & fundibularios, quamuis ea non sit vocum etymologia, sed muneris noratio. immo ipse Hieronymus hoc loco Cerethim dictos testatur, quasi iugulatores, quod ad satellites potius spectat, quam ad iudices. Porro de versione Septuaginta sic idem auctor scribit in præsenti. tractans locum citatum Sophoniæ: Pro quo, inquit, Septuaginta nescio quid volentes, Cretenses interpretati sunt. Cum & Aquila, & Symmachus, & Theodotio ipsum verbum Hebraicum כרתים, cherethim, vel interfectores, vel interfectionem verterint, non solum in præsenti loco, sed etiam in Sophonia. Hæc ille. cuius quæstioni respondit Scholiastes, sermonem esse de Philistæis maritimis, ideſt, Phœnicibus, quorum gens fuerat colonia Cretensium. sed contra dicere voluit: Phœnicibus, quorum colonia fuerunt Cretenses; hoc enim verosimilius est. etenim Phœnices primos inuentores nauigationis, multarumque artium scriptores agnouerunt Græci, ac Latini, quos infra referemus: tum etiam quia in Actis Apostolorum legimus portum quendam Insulæ Cretæ appellatum Phœnicem, absque dubio, quia illum occuparunt & habitarunt primi Phœnices. Alioquin enim si Cretenses duxissent in Phœniciam colonias, non appellassent portum suæ regionis nomine exteræ gentis. ergo sic existimamus: Cerethim, vel Crethim nomen esse gentis, vel prouinciæ Philisteæ, & Phœniciæ conterminæ, ex qua deducta colonia ad insulam Cretam suum illi nomen imposuit. dictaque sit Creta à Cerethim. portus vero illius Phœnix à Phœnicibus, qui illos in expeditione comitabantur. quemadmodum & in Hispania hodie quoque vigent nomina Tyri, & Sidonis imposita à Phœnicibus, quibusdam præsidijs ad portum Sanctæ Mariæ maris occidui. Vnde intelligitur non inepte vertisse Septuaginta, Cretenses pro Cerethim; cum idem omnino nomen esset coloniæ Cretensium, atque Cretim, vel Cerethim eius fundatorum.

1. Reg. 30. ℣. 14. & 16

2. Reg. 15. ℣. 18.

Cerethei, & Phelethei, cum Getæis, assumuntur, milites in custodia regis.

Hieronym. in quæst. Hebr. sentit Cereti, & Phelethei fuisse iudices causarũ capitalium.

Aquila. Symmac. & Theodo.

Scholiast.

Actor. 27. ℣. 12.

Creta vnde dicta.

Sophon. 2. ℣. 5

Scholiast. Phœnices dicuntur Cretenses.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Prædicit euersionem Tyri, eo quod exultauerit ob excidium Hierusalem.

I. ET factum est in vndecimo A anno prima mensis: factus est sermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus Ierusalem: Euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me: implebor, deserta est.

III. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super te, Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

IIII. Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram. B

V. Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus.

VI. Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio interficientur: & scient, quia ego Dominus.

VII. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego C adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq. magno.

VIII. Filias tuas, quæ sunt in agrò, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum.

IX. Et vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua.

X. Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: a sonitu equitum, & rotarum, & curruum mouebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas, quasi per introitum vrbis dissipatæ.

XI. Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent.

XII. Vastabunt opes tuas, diripient negociationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent.

XIII. Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, et sonitus cithararum tuarum non audietur amplius.

XIIII. Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltra: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

XV. Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non a sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulæ?

XVI. Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimen-

ſtimenta ſua varia abijcient, & induentur A ſtupore: in terra ſedebunt, & attoniti ſuper repentino caſu tuo admirabuntur.

XVII. *Et aſſumentes ſuper te lamentum, dicent habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi: Quomodo periſti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuiſti fortis in mari cum haueriſi?*

XVIII. *Nunc ſtupebunt naues in die pauoris tui: & turbabuntur inſulæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te.*

XIX. *Quia hæc dicit Dominus Deus: Cum dedero te vrbem deſolatam, ſicut ciuitates, quæ non habitantur: & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ:*

XX. *Et detraxero te cum his, quæ deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum, & collocauero te in terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cum his, qui deducuntur in lacum, vt non habiteris: porro cum dedero gloriam in terra viuentium.*

XXI. *In nihilum redigam te, & non eris, & requiſita non inuenieris vltra in ſempiternum, dicit Dominus Deus.*

EXPLA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO
EIVSDEM CAPITIS
VIGESIMI SEXTI.

I. ET *factum est in vndecimo anno.* A migratione Ioachin, & regno Sedechiæ, vt sæpius notauimus, *primo* die mensis. Non addit *mensis* nomen, vel notationem, sed ex sequenti oratione deducitur à Rabbi Dauid esse mensem אב, ab, ideſt, Iulium, quintum videlicet Hebræorum ordine. cum enim ciuitas capta sit mense quarto, die nona anni vndecimi regni Sedechiæ, & Prophetæ reuelatum sit prima die mensis, Tyrum dixisse, *confractæ sunt portæ populorum*; verosimile est illum loqui de prima die mensis quinti, in qua Tyrus, accepto intra viginti dies ab expugnatione Hierusalem nuncio, exultare potuit de ruina vrbis, cuius gloriæ inuidebat B maxime.

R. Dauid.

4. Reg. 25. ℣. 1.

Ier. 32. ℣. 5

II. *Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem, euge confracta sunt portæ populorum.* Quoniam de Palæstinis & Phœnicibus, vt placuit Scholiasti, vel Cretensibus, seu Cretim, qui vtrisque contermini erant, vaticinatus fuerat, Phœnicumque metropolis fuit Tyrus; consequens erat, vt de Tyro vaticinaretur: eo vel maxime quod illa ciuitas, vtpote inclyta, & potentiæ Hierusalem semper æmula, de eius casu præ cæteris insolentius exultauerat. Portas autem populorum vocabant Hierusalem frequentissimam vrbem, quæ ferebat ciuium & aduenarum comercio; quasi dicat, emporium, aut forum commune regionis. nam ad portas vrbium celebriores solebant relinqui amplæ plateæ pro C mercatibus, atque iudicijs; qualis erat Hierosolymis platea portæ aquarũ, & platea portæ Ephraim. Sed præ cæteris forum pecuarium insigne fuit, & amplissimum in platea portæ Gregis, vt in Vrbis Topographia videre licebit. ergo per portas populorum fractas emporium, vel mercatum celeberrimum dissipatum intelligit, nisi mauis cum Rabbi Dauide, portas populorum dictam, quasi omnium populorum ingressum, egressum, tumultum, & turbam, quod ad eam religionis ergo non solum Israelitarum, sed gentium omnium frequentissimus concursus fieret. Quare Isaias ait: *Fluent ad eum*, montem, *omnes gentes*, &c.

Scholi.

Hierusalem dicitur portæ populorũ ob ciuium, & aduenarũ multitudiné eo confluentem.

R. Dauid.

Ier. ℣. 2.

Conuersa est ad me (negociatio, quæ in ea exerceri solebat.) Septuaginta: Conuersæ sunt ad me gen D tes, ideſt, non amplius illam admirabuntur; sed ad me potius oculos conuertent. *Implebor*, mercibus & diuitijs abundabo: quando quidem, *deserta est*, Hierusalem, seu vastata. Contendebat Tyrus cum Hierusalem non solum de antiquitate, sed etiam de diuitijs, & frequentia. erat enim peninsulata, vt capite sequenti ostendemus, atque adeo emporium totius Asiæ, & Græciæ; sperabatque de-leta Hierusalem, commercia exterarum nationum, opes quoque suas & nomen, atque imperium magno incremento auctum iri. Ideoque de ruina æmulæ ciuitatis tantopere lætabatur.

III. *Propterea ecce ego super te Tyre.* Aposiopesis est, qualis illa Virgilij: Quos ego. subaudiendum, extendam manum meam.

Virgil. 1. Aeneid.

Et ascendere faciam super te gentes multas, sicut ascendit, intumescit, *mare fluctuans*. idem repetit inferius: *Adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ*, &c. Per hæc Babyloniorum intelligit exercitum; quem apte confert cũ fluctibus maris æstuantis, cum ad indicandam & innumerabilem eorum multitudinem, & armorum fragorem: nam cum aquarum fluctibus cuiuslibet rei exuberans abundantia comparari solet in sacris literis, vt in Isaia. *Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes.* Similiter etiam concursus militum, & armorum strepitus cum eisdem confertur vndis ab Ieremia. *Artum, & scutum apprehendent: vox eorum quasi mare sonabit*. Tum vero, quia ad Tyrum loquebatur; quæ cum peninsula esset, instar nauis medio mari continuis procellosi maris fluctibus verberari solebat. Similitudine itaque sibi notissimarum rerum, ideſt fluctuum, quos sæpe formidare solebat, aduenientis calamitatis figuram expressit.

Cuiuslibet rei ingentis & copia cum maris fluctibus cõparatur.

Isa. 11. ℣. 9

Ier. 50. ℣. 42.

Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius & radam. Septuaginta ventilabo, *pulverem eius de ea, & dabo*, ponam, *eam in limpidissimam*, Septuaginta nitidissimam, *petram siccatio sagenarum erit in medio maris*. Theodoretus: Dirutis muris, ita desertam fore inquit, vt cum quibusdam læuibus lapidibus comparari possit, quibus explicare sagenas piscatores consueuere. Scholiastes: Terram proculcatam diu, & protritam, atque oppilatam redigendam dicit in limpidissimam petram; vt ostendat multitudinem gentium illam incolentium, & proculcantium abducendam in captiuitatem, ipsamque solitudinem, & vastitatem futuram, ceu locum sale conspersum, tantaque solitudine occupandam esse prædicit; vt in ea piscatores sagenas suas madefactas exsiccent, & quæ in læuibus saxis mari propinquis facere consueuerunt; ea in Tyro præ nimia solitudine faciant. Vocat autem Tyrum mediũ maris propter situm; vel etiam, vt mira anthitesi vtatur huiusmodi: siccabuntur retia in medio maris. quasi dicat, pro aquarum infinita copia succederet siccitas ranta; vt humectans omnia, mare retia ipsa exsiccare possit. omnium rerum copiam in penuriam indicat conuertendam.

IIII. & V. Nemo confidat suis opibus; licet enim abundet, quasi aquis mare, Deo irato, mare in siccitatem conuerteretur. Theodor. Scholiast.

Quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Scholiastes: Quia quantum attinet ad humanam intelligentiam,

Scholiast.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiam, id erat impossibile; vt ex tantis copijs, frequentia, & robore in solitudinem redigeretur Tyrus. propterea dicit illam hoc esse passuram, ipso etiam omnipotente Deo denunciante interitum; vt credibile esset supplicium.

VI. Subiectæ vrbes filiæ metropolis dicuntur, & quare.

Filiæ quoque eius, quæ sunt in agro, gladio interficientur. hoc est, subiectæ illi vrbes, & vici, vtpote Sidon, & aliæ in continenti sitæ, euertentur. quæ propterea filiæ dici solent Hebræis, quod non secus ac filiæ matri, ipsæ metropoli subiectæ sunt. Deinceps apertius proponit, quod per similitudinem indicauerat.

VII. Ier. 23. ℣. 13.

Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babylonis ab Aquilone, regem regum. Meminit huius expeditionis & Isaias, idem argumentum tractans in hæc verba: *Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit: Assur fundauit eam, in captiuitatem traduxerunt robustos eius*, Tyri, *suffuderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam.* Sed nota, quam sibi conueniant vtriusque vatis sententiæ. Circa Nabuchodonosoris potentiam, & Chaldaici imperij amplitudinem, *talis*, inquit Isaias, *populus non fuit*, & Ezechiel, *Nabuchodonosor regem regum*. Quibus cecinit Daniel multis visionibus, & oraculis idem, professus, & Megasthenæus, qui nititur probare hunc regem fortitudine, & rerum gestarum magnitudine Herculem transcendisse. dicit enim eum vastasse Lybion ciuitatem, & Iberiam. Sed & Diocleus meminit actuum Nabuchodonosoris, ac Philostratus.

Regis Babylonis potentia. Megast. lib. 4. indicorū citatus à Iosepho lib. 10. anti. cap. 13. Diocl. lib. 2. Coloniarum Philostr. in Indicis & Phœnicijs histor. apud Iosephum.

VIII. Apud Iosephum citatum.

Et circundabit te munitionibus. Apud Iosephum scribit Philostratus, Nabuchodonosorem obsedisse Tyrum annis tribus, & mensibus decem; cum eo tempore in Tyro regnaret Ithobalus. quo autem regni sui anno, vel obsidionem inierit, vel vrbem ceperit; nondum compertum habemus. Hebræorum Chronologia captam dicit Tyrum anno decimotertio Nabuchodonosoris: quod manifestum continet vel mendum librarij, vel errorem historiæ. cum enim anno vndecimo Sedechiæ, qui concurrit cum decimonono Nabuchodonosoris, vt patet ex Ieremia, reuelatum sit vati, Tyrum exultabundam propter euersionem Hierusalem, dixisse *confractæ sunt portæ populorum, deserta est, implebor, &c.* Constat anno decimonono Nabuchodonosor, superstitem adhuc fuisse Tyrum. non est ergo desolata decimotertio, fortasse vigesimotertio legendum esset, quod est veritati consentaneum. Nam vt auctor est præter vatis nostri contextum, Clemens Alexandrinus, eadem expeditione cepit Nabuchodonosor Hierusalem, atque Tyrum; cum ergo tres annos & menses decem, tradente Philostrato, durauerit Tyri obsidio, consequens est anno vigesimotertio regni sui illam expugnasse; nam à decimonono, in quo capta est Hierusalem ad vigesimum tertium quatuor numerantur anni. Fauet & huic ratiocinio Isaias dicens: *Post Septuaginta annos*, Tyrum rursus instaurandam eodem scilicet tempore, quo Hierusalem reædificari præcepit Cyrus. Ex quo non inualido argumento colligitur eodem fere tempore desolatam.

Annus euersæ Tyri examinatur

Ier. 52. ℣. 5 & ℣. 12. atque ex vitio huius capitis.

Clemens. Alex. 1. Strom.

Isa. cap. 23. ℣. 17.

Et comportabit aggerem in gyro. Hieronymus Enarrans illa verba: *Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, &c.* Sic habet: Nabuchodonosor cum oppugnaret Tyrum, & arietes, machinas, vineasque muris non posset adiungere, eo quod cincta esset mari; infinitam exercitus multitudinem iussit saxa, & aggeres comportare, & expleto medio mari, immo freto angustissimo vicinum littus insulæ fecit continuum. Omne itaque caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est gestantium cophinos terræ, & lapides, quibus raduntur humeri, & caput decaluatur, &c. Fretum porro illud, quod inter vrbem, & littus intererat, Diodorus Siculus latum facit quatuor stadijs.

Hieron. in c. 29. Ezec.

Diod. Sicul. lib. 17. bib.

IX.

Et vineas, & arietes comportabit in muros tuos: Hebraice ובמי קבלו, vmchi kobolo, hoc est & balistam, seu arietem contra eam ponet במי, mechi, autem potest deduci ex radice מחה, machah, vt Rabbi Iuda, & Rabbi Ionatham arbitrantur. quæ delere, eradere, perdere, dispergere significat. Quapropter Rabbi Dauid exponit ictum machinæ (hoc est machinarum suarum) dabit in muros tuos: significabitque vox omne genus machinæ, quod muro applicatum dispergere possit. Quam interpretationem sequitur Tharghum. Si vero litera ם, mem, sit additiua, vt alij Rabbini sentiunt; significabit arcus, aut balistas, quibus à longe motis sagittæ iaciuntur ad mœniorum defensores, ac propugnatores arcendos. Quam vocem apprisime interpretatus est Hieronymus scribens vineas & arietes, quæ voces significant duplex machinarum genus. De primo Vegetius in hæc verba: Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari, barbaricoque vsu causias vocant. e lignis leuioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata pedibus septem, longa pedibus sexdecim. (sic legendum est, non sex, vt mendosi codices habent) huius tectum munitione duplici, tabulatis, cratibusque contexitur. latera quoque vimine sepiuntur; ne saxorum telorumque impetu penetrentur. extrinsecus autem ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus corijs, vel centonibus operitur. Istæ cum plures factæ fuerint, cinguntur in ordinem. sub quibus obsidentes tuti, ad subruenda penetra ut murorum fundamenta. Hæc Vegetius. vineas autem vocari arbitramur, quasi vimineas. De ariete autem Iosephus sic scribit: Est autem aries immensa materia, malo nauis assimilis: cuius summum graui ferro solidatum est, in arietis effigiem fabricato, vnde etiam nomen accepit. dependet autem funibus medius ex trabe alia, velut ex trutina, palis vtrinque fultus, bene fundatis: retrorsum autem magna virorum multitudine repulsus, ijsdemque simul rursus impellentibus missus, in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec est vlla tam valida turris, aut murorum ambitus adeo latus, qui, etsi priores ictus fortiter sustinuerit, assiduos vincat. hæc Iosephus. porro arietis exemplum visitur Romæ in arcu Septimij Seueri ad radices capitolij. Sunt & alia plura machinarum genera, quæ late persequitur Vitruuius, & alij.

R. Iuda. R. Ionathā. R. Dauid. in lib. radi. Targbum. Veget. lib. 4 de re militar. cap. 15. Ioseph. lib. 3 de bel. c. 9. Vitru. lib. x. Archi. c. 16 & sequent.

XI.

Et statuæ tuæ nobiles. Idola intellige, quæ Tyrij tam anxie custodiebant, vt vinculis ea annecterent, ne forte hostili carmine euocari possent, aut indignati discederent Hercules & Apollo, quoniam eorum adiutorio tutelam, & securitatē asciberent vrbis. Quare Septuaginta transtulerunt: Substantiam fortitudinis tuæ. Hoc idem sentientes gentes reprehendit Dominus apud Oseam, dicens: *Quia dixit: Vadam post amatores meos*, Baal scilicet & Astharoth, *qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum*, &c. *Et hæc nescijt; quia ego dedi ei frumentum, & vinum & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Vel statuas intellige trophæa, imagines que clarorum virorum, quibus vetustam generis nobilitatem Tyrij præferebant.

Q. Curtius lib. 4 de vita Alex. Plutar. probl. cap. 61. Diodor. Sic. Osee. 2. ℣. 5. & 8.

Vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel, vt Rabbini arbitrantur, vocat altissimas murorum turres, quas statuas fortitudines interpretari licet ex Hebræo: quoniam quasi hominum fortitudo, ac refugium esse consueuerunt.

In terram corruent. Hebraice תרד, tarad, à radice ירד, iarad, quæ descendere significat, poniturque in singulari, quasi dicat ex statuis tuis vnaquæque descendet in terram nec stabit vltra.

XIII. *Et quiescere faciam multitudinem Canticorum tuorum.* Hieronymus: Quiescere faciam vniuersam vrbis lætitiam, quæ prius canticis, & psalterijs personabat, quasi dicat omnia luctu ac mœrore complenda, nullumque solitis lætitiæ signis locum amplius relinquendum: vel de cantilenis sermo est in idolorum cultu adhiberi solitis: quæ ira offensus feriebant diuinas aures; vt delere decreuerit vrbem ipsam, quo silere eas faceret. Vel Tyrum sub meretricis imagine alloquitur, sicut Isaias fecit, hoc idem argumentum de cantilenis persequutus. *Post Septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis,* & quale canticum meretricium sit declarat, subdens. *Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit.* Allusit eleganter vates ad significationem vocis זונה, zonah, quæ significat prostituentem operas, vt lotrix, vel edulia, vt caupo, vel merces, vt institrix, vel corpus, vt meretrix. quibus omnibus hoc vnum commune est, vt merces suas exornent, quo mercatores alliciant. lotrix virentibus, & vernãtibus herbis pannos; caupo croco, & floribus edulia; institrix ordine, & rerum varietate merces; meretrix stibio, minio, ac pigmentis, vestibus, auro & gemmis, musicis instrumentis, ac cantibus corpori venustatem addere curat; quo magis expetatur. Quæ omnia auferenda à Tyro minatur Ezechiel irato Deo, reddenda pollicetur Isaias eodem placato.

Hieron.

Isa. 23. ℣. 15. & 16.

De varia acceptione vocis meretrix

XIIII. *Non ædificaberis vltra.* Hic textus aduersari videtur alteri Isaiæ dicentis: *Et erit post Septuaginta annos: visitabit Dominus Tyrum, & reducet eã ad merces suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ.* Quos concordare nititur Hieronymus dicens: Potest ergo, quod dicitur: *Nec ædificaberis vltra,* sic accipi: quod nequaquam vltra sit regina populorum, nec propriũ habeat imperiũ: quomodo habuit sub Hiram, & cæteris regibus: sed vel Chaldæis, vel Macedonibus, vel Ptolemæis, & postremum Romanis regibus seruitura sit. Theodoretus sic ait: Illud igitur, non ædificatur, morum innuit mutationem: quia secundum pristinam impietatem non ædificationem nanciscetur, quæ secundum prophetam Isaiam, sancta erit Domino: & res testatur, atque ea, quæ nunc viget pietas, &c. Polychronius: Considerandum, inquit, Deum magna nonnunquam minitari; non quod inferre velit, sed terrere. Quapropter cum pœnas ab incolis moderate repetijsset; non inuidit posteris eorum loci habitationem. non enim terram ipsam puniebat, sed incolarum superbiam deprimebat. quod fecisse videmus in Niniuitis. Scholiastes ait: Hominibus intulit supplicium, quibus neque à calamitatibus liberari datum est. quasi dicat: Non poterit eadem ciuitas, seu Respublica in integrum restitui, cuius omnes ciues extincti fuerint. aliam fore necesse est, quæ ab alia hominum natione alijs legibus, & moribus instaurabitur. Rabbi Dauid Kimchi: Nota, inquit; ciuitas Tyri, quæ modo extat iuxta maris littus, non est eadem, quæ antiqua illa, quæ erat in medio mari supra undam, ac limpidissimam petram ædificata, cui dictum fuit: Non ædificaberis in æternũ.

Varie à patribus concordantur hæc duo vaticinia.

Isa. 23. ℣. 17.

Hieron.

Theodor.

Polychr.

Scholiast.

R. Dauid. Kimchi.

& confirmare posset suam sententiam ex eo, quod Q. Curtius testatur, Alexandro extruenti aggeres, quo Tyrum insulam continenti coniungeret, magna uis saxorum ad manum erat, Tyro vetere præbente. Verum hæc difficultas facile soluitur, si attente perpendatur locus præsens: Nõ ædificaberis vltra; vltra enim respõdet voci עוד, ghod, quæ significat sæculum, nempe annos quinquaginta iubilei. præcipitur enim in Exodo de seruo volente permanere post septimum annum apud dominum suum: *Perforabit aurem eius subula, & erit ei seruus in sæculum.* hoc est toto tempore illius sæculi, vsque ad annum quinquagesimum, de quo præceptum est in Leuitico: *Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubilæus. reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam liber.* In eadem significatione reperitur hæc vox apud Iob, quam aptissime transtulit Hieronymus scribens: *Donec supereſt halitus in me;* hoc est, toto tempore vitæ meæ. Si ergo in hoc sensu accipiatur vox; negat Propheta toto vno sæculo ædificandam Tyrum, hoc est ante quinquagesimum annum, sed post septuagesimum, vt ait Isaias. Hanc eandem sententiam sequitur Theodoretus super sequentia huius capitis verba: *Et requisita non inuenieris vltra in sempiternum.* quæ interpretatur iuxta versionem Septuaginta in sæculum, quod pro breui tempore accipi putat in sacris, citans psalmum: *& sæculum,* tempus vitæ *nostrum in illuminatione;* hoc est manifestum est lumini *vultus tui.*

Auctoris sententia.

Exod. 21. ℣. 6.

Leu. 25. ℣. 10. & 11.

Iob. 27. ℣. 3

Theodor.

℣. 31.

Ps. 89. ℣. 8

XV. *A sonitu ruinæ tuæ, et gemitu interfectorum tuorum; cum occisi fuerint in medio tui; commouebuntur insulæ.* Exaggerat vates ruinam Tyri per allusionem ad casum excelsæ alicuius turris, aut magni ædificij, maxime si vi alicuius commotæ subtus exhalationis, vel incensi pulueris tormentarij, arctatis in cuniculo flammis, quærentibusque exitum, sublata in altum turris magno fragore ac strepitu ruat in præceps. tunc enim tota circum terra contremiscere videtur: subsequitur oppressorum confusus clamor: & hæc omnia procul aspicientium pauor, commiseratio, & luctus. Fuit, inquit Theodoretus, illustris Tyrus à principio, non in Asia tantum, sed etiam in Europa. necessario igitur, quæ ei accidit calamitas, nota fuit omnibus gentibus. Potuit enim dicere Tyrus: *quia eleuans,* vt ex altiori loco ruerem, *allisisti me.* Insulas autem cõmouendas ait; quia Tyrum, vt insulam alloquitur; ea vero fuit, teste Hieronymo, vndique mari cincta, pro vt in Græcis, Latinis, ac Barbaris Historijs legitur. verum postea à Nabuchodonosore Rege Chaldæorum, vel, vt nonnulli affirmant, ab Alexandro rege Macedonum iacti fuerunt aggeres, & oppugnationi, vineis, & arietibus locus præparatus, ac de insula facta fuit peninsula.

Theodor.

Psal. 101. ℣. 11.

XVI. *Et descendent de solijs suis omnes principes maris, &c.* Omnia quæ persequitur lugentium insignia, satis supra explicata sunt. Scholiastes ait: Cum audierint insularum incolæ flagella, quibus cæsa es, ipsi quoque vestimenta mutabunt, quorum etiam principes mitram deponent. Alius vero Scholiastes Gloriæ in contrarium mutationem per ea significari arbitratur.

Supra. 24. à ℣. 17. & deinceps.

Scholiast.

Ali. Schol.

XX. *Et detraxero te cum his, qui descendunt in lacum.* Foueam, vel sepulchrum intellige. *Ad populum sempiternum.* Hebraice: Ad populum sæculi, vel antiquum. hoc est, cum cadaueribus mortuorum. Rabbi vero Salomon sic interpretatur; Cum descendentibus in infernum, ad æternum ignem destina-

Æternas fore inferni pœnas esse Rabbini tenentur.

R. Salomon.

Scholiast.

Hieron. Ps.62.℣.9.

flinatis, consiituam te in sempiternum arsuram, A Scholiastes: Foueam mortem dicit, populum vero sæculi eos, qui ab initio ad inferos descenderunt. eundem amplectitur Hieronymus sensum, eis applicans psalmum: *Introibunt in inferiora terræ*, vbi cuniendorum æternus alitur ignis. *Tradentur in manus*, acies, *glady*, grauissimis confossi suppliciorum vulneribus. *Partes* cibus, possessio, seu portio, *vulpium*, malignissimorum, & callidissimorum spirituum, *erunt*, traditi eorum sæuitiæ cruciandi.

Beneficia nobis à Deo data dicuntur Dei gloria, & quare.

Cum dedero gloriam in terra viuentium. hoc est cum restituero ad pristinam fœlicitatẽ Israelitas, & gaudiũ, & laudis materiam illis obtulero. dicuntur enim beneficia à Deo nobis data gloria Dei: & merito, quia non modo diuinæ laudis, & gloriæ B

Isa.6.℣.3. Roman.3. ℣.23.

sunt materia, sed etiam stimulus. Quare eum Isaia assidue canit Ecclesia: *Plena est omnis terra gloria eius*. Paulus item ait: *Egent gloria Dei*, hoc est misericordia diuina; quæ est materia, & occasio glorificandi munificentissimum largitorem.

R. Dauid.

Cum dedero gloriam in terra viuentium. Rabbi Dauid: In illa scilicet, cuius malis lætabaris, quamque vt mortuam despiciebas, hoc est in Iuda, quæ reædificabitur, ac in pristinum statum reducetur. Vocat autem Hierusalem terram viuentium oppositio nomine ei, quo Tyrum nominauerat, scilicet terram mortuorum illis verbis: cum his, qui descendunt lacum: hoc est cum mortuis.

Terra viuentium Israel, quia in ea colitur Deus viuus: mortuorum dicitur Tyrus, quia ibi coluntur idola.

Terra viuentium. Sic dicitur terra Israel, tum quod ibi colatur vnice Deus viuus, & verus. est au C tem singulare Epitheton Dei veri viuus vt in psalmo: *Ad Deum fortem, viuum*. Et Paulus ait: *Regi sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor, & gloria*. Et iterum: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis*. Proprium autem est diuini cultus, similes efficere cultores Deo, quem colunt. Vnde colentes falsos ac mortuos Deos, mortui sunt. quod manifeste testantur psalmi dicentes: *Similes illis fiant*. Fient, nõ deprecatoria oratione, sed prophetica enunciatione. *Qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis*. nempe trunci, carentes oculorum visu, aurium auditu, pedum ingressu, ac denique omni sensu & motu, qui talia simulacra, quasi Deos, venerantur. Quare merito colentes Deum viuum, viuentes fient, & dicetur eorum terra, vi- D uentium terra. ¶ Vocatur etiam Hierusalem terra viuentium, quia in ea iacebant fideles non mortui, sed dormientes ad modicum tempus, dum consummantur agones fratrũ suorum, statim resurrecturi in vitam æternam. Extat apud Isaiam mirabile huius rei testimonium; si ei iungatur aliud Apocalypsis: quæ si attente consideres, audies querelas dormientium subtus altare. ad altare ho locaustorum alludit, in cuius crepidine effundebantur quodammodo cum sanguine victimarum animæ, non desuper, vt carnes concremandæ; nunquam enim comburebatur sanguis, sed effundebatur, vt sub altare flueret. quod aptissime interpretatus est ex psalmo Paulus sibi, & socijs conuenire dicens: *Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus, sicut oues occisionis*, iam iam mactandæ. id enim significat phrasis oues occisionis. quæ quidem animæ clamant ad Deum, dicentes: *Concepimus, & quasi parturiuimus, et peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra*, eximios labores, angustias, & tribulationes, ipsam quoque mortem, quam perpessi sumus pro te, paruus consequi videtur adhuc fructus: ita vt merito dicat Paulus: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus*. Et audierunt diuinum responsum: *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent*. Ex Hebræo sic verti potest: Et quasi corpus meum resurgent. quare ad eos in spem excitandos conuertit sermonem: *Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere*. hoc est corpora interfectorum, quæ iacetis in sepulchris. Ossa enim cadauerum iacent in puluere, in quem redactæ sunt carnes. quæ omnia etiam prædicuntur viram participatura. *Quia ros lucis, ros tuus*. Hæc est resurgentium, & laudantium cantilena: *Ros lucis, ros tuus*. Hebraice אור, or, lux nomen est refocillationis, gratiæ, lætitiæ, vitæ, adeoque omnis boni, transferturque ad significandum virorem, aut herbas virentes. & efficit mirabilem cum superioribus consensum, sicut matutinus ros arentem terram, puluereque opertam, virentem, herbidam, quæ quasi è morte ad vitam reducit: sic ros tuus, quo irrorantur tuorum pulueres mortuorum, lucem & vitam illis afferet. *Vade ergo populus meus; intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum, ad momentum, &c.* Ad morientes sermo Dei, ostendens mortem nihil aliud esse, quam somnum, aut noctis quietem mane surrecturis ad vitam. Hæc scribens Pater Hieronymus Pradus introiuit in cubiculum suum, & clauso ostio corporalium sensuum, absconditus modicum ab oculis nostris, quieseit ad momentum præsentis seculi. Nos autem dolemus non de iustorum morte, sed de carissimorum absentia, coniunctissimorumque separatione: hac tamen spe nos ipsi consolamur, quod aliquando *simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus*.

Apocal. 6. ℣.9. interpretatur Paulus.

Psal.43.℣.21. Roman.8. ℣.36.

1.Cor.15. ℣.19.

De resurrectione mortuorum.

Isa. 26. ℣. 20.

1.Thessal.4 ℣.17.

Ps.41.℣.3 1.ad Timot. 1.℣.17. Dei Epitheton viuus. Hebr. 10. ℣.31. Psal.113. ℣. 16. & Psal.134. ℣ 18. Terra Israel terra viuentium dicitur, propter spem vitæ, qua gaudet eius mortui. Isa. 26. ℣. 18. & sequent..

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMI PRIMI

IN EZECHIELEM

HIERONYMI PRADI
E SOCIETATE IESV

EXPLANATIONVM
ET
COMMENTARIORVM
in priora ſex, & viginti
capita.

FINIS.

INDEX

LOCORVM OMNIVM SACRAE SCRIPTVRAE.

QVI VEL EX PROFESSO VEL OBITER explicantur, vel certe ex proximorum interpretatione illustrantur.

PRIOR NVMERVS PAGINAM ALTER QVI POST litteram adiungitur, columnam indicat.

TESTAMENTVM VETVS.

EX GENESI.

Gen.1.℣.2. ET tenebræ erant super faciem abyssi. 258.b.2.
Gen.1.℣.2. Spiritus Domini ferebatur super aquas. 24.c.2
Gen.1.℣.6. Fiat firmamentum in medio aquarum. 24.c.2.
Gen.2.℣.7. Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. 24.d.2
Gen.3.℣.6. Vidit igitur mulier, quod esset bonum. 250.d.2.
Gen.3.℣.6. Vidit mulier pomum, quod pulchrum esset, aspectuque delectabile, & tulit, & comedit. 285.c.1.
Gen.4.℣.10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 309.c.1
Gen.4.℣.14. Vt suggeras Pharaoni. 265.d.2.
Gen.4.℣.15. Posuit Dominus Cain signum. 73.d.1.
Gen.5.℣.1. Liber generationis Adam. 176.b.2.
Gen.6.℣.3. Non permanebit spiritus meus in homine, &c. 97.d.2.
Gen.6.℣.3. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum. 261.d.1.
Gen.6.℣.17. Vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum. 24.b.1.
Gen.7.℣.22. Et cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra. 24.b.2.
Gen.8.℣.1. Adduxit super terram spiritum. 24.c.2.
Gen.10.℣.7. Filii Chus, Seba & Hauila, & Sabitha. 302.d.2.
Gen.13.℣.8. Fratres enim sumus. 143.c.2.
Gen.13.℣.9. Vniuersa terra coram te est, si tu ad dexteram tenueris, ego ad sinistram pergam. 22.c.2.
Gen.13.℣.11. Recessit ab Oriente, & habitauit in locis Iordanis in Sodomis. 109.b.1.
Gen.13.℣.12. Abraham habitauit in terra Chanaam. 208.d.1.
Gen.17.℣.1. Ego Deus omnipotens, &c. 136.d.1.
Gen.19.℣.22. Quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. 130.c.1.
Gen.19.℣.24. Pluit Dominus à Domino. 95.d.2.
Gen.19.℣.26. Versa est in statuam salis. 164.c.1.
Gen.20.℣.8. Vocauit seruos suos, & locutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum. 126.b.1.
Gen.20.℣.16. Hoc erit tibi in velamen oculorum. 158.c.2.
Gen.20.℣.16. Hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes, qui tecum sunt. 187.d.2.
Gen.20.℣.16. Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, &c. 151.b.1.
Gen.24.℣.8. Non tenebaris iuramento. 216.c.1.
Gen.29.℣.15. Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? 143.c.2.
Gen.32.℣.20. Placabo illum muneribus. 188.c.2.
Gen.39.℣.6. Nec quidquam aliud nouerat, nisi panem, quo vescebatur. 197.c.1.
Loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis. 126.b.1. Gen.44.℣.18.
Adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput. Gen.47.℣.31. 289.a.1.
Ligans ad vineam pullum suum, &c. 171.d.2. Gen.49.℣.11.
Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. 8.b.2. Gen.49.℣.10.
Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti, &c. 53.c.2. Gen.49.℣.9. & seq.

EX LIBRO EXODI.

AEdificauit eis domos. 62.c.1. Exod.1.℣.21.
Terram, quæ fluit lacte & melle. 190.d.2. Exod.3.℣.8. & 13.℣.5.
Non do vobis paleas. 61.a.1. Exod.5.℣.10.
Sed nunc dimitte peccatum mihi etiam hac vice. 87.d.1. Exo.10.℣.17.
Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum. 54.d.1. Exod.12.℣.3.
Calceamenta habeb tis in pedibus. 184.d.2. Exo.12.℣.11.
Peribit anima eius de cœtu Israel. 156.d.1. Exo.12.℣.19. & 31.℣.14.
Nec os illius confringetis. 6.c.2. Exo.12.℣.46.
Dominus autem præcedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis, &c. 40.c.2. Exo.13.℣.21.
Subuertit rotas currum. 51.b.2. Exo.14.℣.25.
Glorioſe magnificatus est. 415.c.2. Exod.15.℣.1.
Et vox multitudinis exultantis erat in ea. 302.c.1. Exo.15.℣.20.
Populus videbat vocem Domini. 1.c.2 Exo.20.℣.18.
Perforabit aurem eius subula, & erit ei seruus in sæculum. 326.2. Exod.21.℣.6.
Non suscipies vocem mendacii. 150.b.2. Exod.23.℣.1.
Portabit Aaron rationale iudicij. 269.a.2. Exo.23.℣.29.
Viderunt que Deum, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est. 40.c.1. Exo.24.℣.10.
Erat autem species gloriæ domini quasi ignis ardens super verticem montis. 40.a.2. Exo.24.℣.17.
Ipsi quoque labia eorum auream interrasilem. 267.b.1. Exo.25.℣.11.
Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. 40.b.1. Exo.25.℣.40.
Habebantque nomina filiorum Israel duodecim nominibus cælabuntur. 45.b.1. Exo.28.℣.21.
Sume tibi aromata primæ myrrhæ, & præcipuæ. 301.a.1. Exo.30.℣.23.
Dimitte me. 155.a.2. Exo.32.℣.10.
Videns Moses, quod nudatus esset populus, &c. 312.c.1. Exo.32.℣.25.
Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, &c. 253.c.1. Exo.33.℣.11.
Fecerunt que tunicas byssinas opere textili Aaron, & filijs eius, Exo.39.℣.27.

Universidad de Deusto Biblioteca

eius, & mitras cum coronulis suis. 267.b.2.
Exo. 30.¶.25. Opere vnguentarij. 309.b.2.

EX LEVITICO.

Leuit.2. ANima cum obtulerit oblationem. 165.d.1
Leuit.4.¶.2. Anima quæ peccauerit. 165.d.1.
Leuit.5.¶.1. Si anima peccauerit, portabit iniquitatem suam. 87.c.1.
Leuit.10.¶.6. Capita vestra nolite nudare. 312.c.2.
Leuit.10.¶.6. Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere. 312.d.1.
Leu.16.¶.22. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum. 87.c.1.
Leu.17.¶.10. Obfirmabo faciem meam contra animam illius. 79.a.1.
Leu.20.¶.10. Morte moriantur & mœchus, & adultera. 304.d.2.
Leu.21.¶.10. Caput suum non discooperiet. 312.c.2.
Leu.21.¶.1. Nec contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis, &c. 143.c.2.& 312.d.1.
Leu.25.¶.10. Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, &c. 326.a.2.

EX NVMERORVM LIBRO.

Num.5.¶.18. CVmque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ipsius. 312.c.2
Num.6.¶.5. Crescente cæsarie capitis eius. 312.e.1.
Num.7.¶.4. Vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. 181.d.2.
Nu. 14.¶.18. Auferens iniquitatem. 87.e.1.
Nu. 14.¶.18. Visitas peccata patrum in filios. 126.c.1.
Nu. 14.¶.21. Viuo ego, & replebitur gloria Domini vniuersa terra. 136.c.2.
Nu. 18.¶.1. Tu & filij tui & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij. 87.e.1.
Nu. 21.¶.6. Immisit Dominus in eos ignitos serpentes. 38.b.1.
Nu. 21.¶.8. Fac tibi serpentem æneum. 38.b.1.
Nu. 24.¶.4. Qui cadit & sic aperiuntur oculi eius. 60.d.1.

EX DEVTERONOMIO.

Deut. 1.¶.46. SEdistis in Cadesbarne. 72.d.1.
Deut. 4.¶.7. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi. 317.a.1.
Deut. 9.¶.25. Iacui coram eo quadraginta diebus. 155.a.2.
Deu.28.¶.14. Non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram. 22.c.2.
Deu.29.¶.18. Et assumat ebria sitientem. 117.b.c.2. & 19.
Deu.32.¶.42. De captiuitate nudati inimicorum capitis. 311.c.2.
Deut. 32.¶.5. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus. 81.e.1.
Deut. 32.¶.8. Quando diuidebat Altissimus gentes, &c. 245.b.2.
Deu.32.¶.13. Vt sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo, &c. 190.d.2.& 191.d.1.
Deu.32.¶.22. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. 52.c.1.
Deu.32.¶.34. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis. 233.d.2
Deu.33.¶.12. Beniamin amantissimus Domini habitat confidenter in eo, &c. 317.c.1.
Deu.33.¶.26. Ascensor cæli auxiliator suus. 41.a.1.

EX IOSVE.

Iosue 2.¶.11. & 7.¶.5. PErtimuimus, & elanguit cor nostrum. 262.b.1.
Iosue 2. ¶.11. Hæc audientes pertimuimus, & languit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus. 24.c.2.
Iosue 7.¶.10. Surge, cur iaces pronus in terra. 82.a.1.
Iosue 7.¶.13. Anathema in medio tui. 19.c.1.

EX IVDICVM LIBRO.

Iudic. 9.¶.8. FErunt ligna, vt vngerent super se regem. 6.b.1.
Iudic. 9.¶.51. Erat autem turris ex celsa. 316.a.1.

EX RVTH.

Ruth.4.¶.13. TVlit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem. 181.d.2.

EX LIBRIS REGVM.

1.Reg.1.¶.11. NOuacula non ascendet super caput eius. 312.c.1.
1.Reg.1.¶.18. Vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. 78.c.2.
Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum: Venite, & eamus ad videntem: qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. 1.c.1. 1.Reg.9.¶.9.
Sed versus ad prædam es. 263.d.2. 1.Reg.15.
Siccine separat amara mors. 291.c.2. 1.Reg.15.¶.32.
Erexit sibi Dauid fornicem triumphalem. 264.d.1. 1.Reg.15.
Recensui quæcunque fecit Amalech. 233.d.2. 1.Reg.15.¶.2.
Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. 22.a.2. 1.Reg.15.¶.19.
Nec enim discumbemus prius, quam ille veniat. 290.c.1. 1.Reg.16.¶.11.
Tollet arietem de medio gregis. 19.c.1. 1.Reg.17.¶.34.
Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid. 303.c.1. 1.Reg.23.¶.26.
In me sit Domine mi hæc iniquitas. 87.b.2. 1.Reg.25.¶.24.
Qui prohibuit te, ne venires in sanguinem. 73.b.2. 1.Reg.25.¶.26.
Et quidem faciens facies, & potens poteris. 73.e.1. 1.Reg.26.¶.25.
Non euenient tibi quicquã mali propter hanc rem. 87.b.2. 1.Reg.28.¶.10.
Reuersus est spiritus eius & refocillatus. 24.c.2. 1.Reg.30.¶.12.
Erupimus ad Australem plagam Cerethi, & contra Iudam. 321.a.2. 1.Reg.30.¶.14.
Misit ergo Abner nuncios ad Dauid pro se. 283.b.1. 2.Reg. 3.¶.12.
Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum, &c. 313.d 1. 2.Reg. 3.¶.31.
Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid. 313.d.2. 2.Reg. 3.¶.35.
Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, &c. 6.c.2. 2.Reg.7.¶.12.
Ipse ædificabit mihi domum, &c. Et dirigam domum eius vsque in æternum. 5.e.1.& a.2. 2.Reg.7.¶.13.
Iosaphat erat à commentarijs. 265.c.2. 2.Reg.8.¶.16.
Si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. 87.a.2. 2.Reg.14.¶.32.
Et legiones Cerethi, & Pheleti, & omnes Gethei sexcenti viri. 321.a.2. 2.Reg.15.¶.18.
Porro Dauid ascendebat cliuum oliuarum. 313.a.2. 2.Reg.15.¶.30.
Fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. 261.b.1. 2.Reg.17.¶.10.
Nequaquam, quia illius ero, quem elegit Dominus. 62.d.2. 2.Reg.16.¶.18.
Verumtamen ad tres primos non peruenerat. 286.c.1. 2.Reg.23.¶.19.
Posuit cruorem belli in baltheo suo, & in calceamentis, &c. 272.a.1. 3.Reg.2.¶.5.
Quatuor rotæ per bases singulas: tales autem rotæ, quales solent in curru fieri. 31.b.2. 3.Reg.7.¶.30.
Aedificans ædificaui domum. 73.e.1. 3.Reg.8.¶.12.
Sacerdotes tuos occiderunt, & ego relictus sum solus. 131.c.1. 3.Reg.19.¶.10.
Non fuit alter talis sicut Acab, qui venundatus est, vt faceret malum. 94.c.1. 3.Reg.21.¶.25.
Currus Israel & auriga eius. 150.c.2. 4.Reg.2.¶.12.
Si tacuerimus, sceleris arguemur. 87.a.2. 4.Reg.7.¶.9.
Quod Dominus onus istud leuauerit super eum. 150.d.2. 4.Reg.9.¶.25.
Tollens Ioas, &c. de triclinio. 289.c.1. 4.Reg.11.¶.2.
Carduus Libani misit ad cedrum, &c. dicens: Da filio meo filiam tuam. 6.c.1. 4.Reg.14.¶.9.
Posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem. 118.d.2. 4.Reg.16.¶.14.
Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium. 1.c.1. 4.Reg.17.¶.13.
Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Hierusalem vsque ad os. 308.b.2. 4.Reg.21. ¶.16.

EX LIBRIS PARALIPOMENON.

GEsta Dauid priora atque nouissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan Prophetæ atque in volumine Gad videntis. 1.c.1. 1.Par. 29.¶.29.
Vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta. 309.b.2. 2.Par. 16.¶.14.
Fratres Dominus Deus patrum vestrorum contra Iuda, &c. 261.b.2. 2.Par.28.¶.9.
Et exaudiuit eum, & dedit ei signum. 151.b.1. 2.Par.32.¶.24.

EX LIBRIS ESDRAE ET NEHEMIAE.

SVscitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum. 145.d.1. Esdræ 1.¶.1.
Et sedi, & fleui, & luxi. 72.a.2. 2. Esdræ 1.¶. 4
Iuxta manum Dei mei bonam mecum. 71.d.2. Nehemiæ 1.¶.8.

TOBIAS

Universidad de Deusto Biblioteca

TOBIAS.

Tob.12.¥.15. EGo sum vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. 53.d.1.

Tob.12.¥.15. Ego sum Raphael vnus de septem, qui astant ante Deum. 263.c.2

Tob.4.¥.18. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, &c. 314.d.1.

IVDITH.

Iudith.9.¥.13. CApiatur laqueo oculorum suorum. 163.b.2.

Iudith.10.¥.3. Lauit corpus suum, & vnxit se myrto optimo. 182.c.1.

ESTHER.

Esther.1.¥.4. VT ostenderet diuitias gloriæ regni sui, &c. 316.d.2.

Esther.1.¥.6. Lectuli quoque aurei, & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant. 289.a.1.

Esther.1.¥.14. Septem duces, qui videbant faciem regis. 263.d.1

Esther.6.¥.12. Aman festinauit ire in domum suam lugens, &c. 313.a.2.

Esther.7.¥.8. Et statim operuerunt faciem eius. 151.b.2.

Esther.7.¥.8. Nec dum verbum de ore regis exierat. 313.c.1.

Esther.7.¥.8. Cum Rex intrasset hospitij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther. 289.b.1.

IOB.

Iob.1.¥.20. TOnso capite corruit in terram. 312.d.2.

Iob.2.¥.13. Et sederunt cum eo in terra, &c. 72.b.2.

Iob.5.¥.24. Visitans speciem tuam non peccabis. 56.c.1.

Iob.7.¥.7. Non reuertetur oculus meus, vt videat bona. 119.b.1.

Iob.12.¥.10. In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus omnis carnis. 24.b.2.

Iob.16.¥.19. Terra ne operias sanguinem meum. 271.c.2.

Iob.27.¥.3. Donec superest halitus in me. 326.b.2.

Iob.26.¥.9. Qui tenet vultum solij sui. 32.d.2.

Iob.26.¥.13. Spiritus eius ornauit cælos. 145.d.1.

Iob 26.¥.13. Spiritus eius ornauit cælos. 24.d.2.

Iob.27.¥.3. Donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis. 24.a.2.

Iob.29.¥.2. Quando splendebat lucerna eius super caput meum. 52.c.1

Iob.31.¥.1.& 2. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, &c. 285.a.2.

Iob.31.¥.31. Vt desiderium meum audiat omnipotens. 128.b.2.

Iob.32.¥.18. Plenus sum sermonibus, plenus, & coarctat me spiritus veteri mei, &c. 311.a.2.

Iob.41.¥.22. Feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cum vnguenta bulliunt. 309.c.2.

PSALMI.

Psal.1.¥.1. IN via peccatorum non stetit. 234.c.1.

Psal.1.¥.2. Meditabitur die ac nocte. 65.c.1.

Psal.1.¥.3. Non resurgent impij, &c. 152.b.2.

Psal.1.¥.4. Non sic impij, non sic, &c. 156.b.2.

Psal.1.¥.5. Non surgent in iudicio. 211.b.2.

Psal.1.¥.5. Non resurgent impij in iudicio. &c. 156.b.1.

Psal.1.¥.6. Quoniam nouit Dominus viam iustorum. 156.b.1.

Psal.2.¥.1. Et populi meditati sunt inania. 65.c.1.

Psal.2.¥.3. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis, &c. 132.b.2.

Psal.2.¥.6. Constitutus Rex super Sion montem sanctum eius. 190.c.1.

Ps.3.¥.1.& 6. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me me, &c. Ego dormiui & soporatus sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me. 5.c.1.

Psal.5.¥.8. Ego autem in multitudine misericordiæ, &c. 163.c.1.

Psal.5.¥.13. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. 303.c.1.

Psal.6.¥.7. Lauabo per singulas noctes lectum meum. 289.a.1.

Psal.7.¥.13. Arcum suum tetendit, & parauit, &c. 98.b.2.

Psal.7.¥.14. Et in eo parauit vasa mortis. 126.d.1.

Psal.8.¥.5. Quid est homo, quod memor es eius, &c. 60.a.2.

Psal.9.¥.13. Quoniam requirens sanguinem eorum, recordatus est, &c. 160.d.2.

Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, &c. Psal.9.¥.13. 73.c.1.

In corde & corde. 154.c.1. Psal.11.¥.3.

Et opprobrium non accepit aduersus proximum suum. Psal.14.¥.3. 150.a.2.

Non derelinques animam meam in inferno. 3.d.2. Psal.15.

Neque memor ero nominum eorum per labia mea. Psal.15.¥.4. 150.a.2.

Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Psal.15.¥.10. 3.c.1.

Neque memor ero nominum eorũ per labia mea. 150.a.2. Psal.15.¥.4.

Eripe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Psal.16.¥.13. 261.b.

Ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum. Psal.17.¥.11. 46.d.1.

Dies diei eructat verbum. 179.c.2. Psal.18.¥.3.

Non sunt loquelæ, neque sermones. 150.a.1. Psal.18.¥.4.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. 156.b.1. Psal.20.¥.9.

In tempore vultus tui. 63.c.2. Psal.20.¥.10.

Diuiserunt sibi vestimenta mea. 3.c.2. Psal.21.¥.19.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Psal.22.¥.5. 300.d,1.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Psal.22.¥.5. 317.b.1.

Super flumina præparauit eum. 185.c.1. Psal.23.¥.2.

Qui non accepit in vanum animam suam, &c. Psal.23.¥.4. 150.b.2.

Vias tuas domine demonstra mihi. 94.c.2. Psal.24.¥.4.

Innocentes & recti adhæserunt mihi. 126.c.1. Psal.24.¥.21.

Dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ. Psal.25.¥.8. 35.c.1.

Ne tradideris me in animas tribulantium me. 201.c.1. Psal.26.¥.12.

Sedebit Dominus Rex in æternum. 51.a.2. Psal.28.¥.10.

Illustra faciem tuam super seruum tuum. 52.c.1. Psal.30.¥.17.

Oculi Domini super iustos, vultus autem Domini super facientes mali. Psal.33.¥.16. 79.a.1.

Vultus autem Domini super facientes mala 63.c.2. Psal.33.¥.17.

Non delinquent omnes qui sperant in eo. 105.c.1. Psal.33.¥.23.

Angelus Domini persequens eos. 81.a.2. Psal.34.¥.6.

Dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri, &c. Psal.34.¥.21. 319.d.1.

Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. Psal.35.¥.2. 121.a.1.

Montes Dei. 20.a.1. Psal.35.¥.7.

Os iusti meditabitur sapientiam. 65.a.2. Psal.36.¥.30.

Silui a bonis, & dolor meus renouatus est. 311.a.2. Psal.38.¥.3.

Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Psal.39.¥.7. 189.d.1.

Et non tradat eum in animam inimicorum eius. Psal.40.¥.23. 201.a.2.

Ad Deum, fortem, viuum. 327.c.1. Psal.41.¥.3.

Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus, &c. Psal.43.¥.12. 308.d.1.

Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Psal.43.¥.21. 317.a.2.

Quoniam propter te mortificamur tota die. 167.a.1. Psal.43.¥.23.

Diffusa est gratia in labijs tuis. 131.c.2. Psal.44.¥.3.

Circumamicta varietatibus. 182.c.2. & sequentibus sæpe. Psal.44.¥.10.

Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Psal.44.¥.8. 300.a.2.

Deus sedet super sedem sanctam suam. 51.a.2. Psal.46.¥.9.

Peccatum meum contra me est semper. 110.b.1. Psal.50.¥.5.

Tibi soli peccaui, &c. vt iustificeris, &c. 152.a.1. Psal.50.¥.6.

Ecce in iniquitatibus conceptus sum. 87.a.2. Psal.50.¥.7.

Spiritu principali confirma me. 57.b.2. Psal.50.¥.14.

Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem, &c. Psal.54.¥.10. 308.a.2.

Viri sanguinum. 73.b.2. Psal.54.¥.14.

Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Psal.57.¥.11. 321.d.1. & 264.b.1.

Dedisti metuentibus te significationem. 129.d.1. Psal.59.¥.1.

In velamento alarum tuarum. 37.b.2. Psal.62.¥.8.

Introibunt in inferiora terræ. 327.a.1. Psal.62.¥.9.

Intenderunt arcum rem amaram. 261.c.1. Psal.63.¥.4.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, &c. Psal.65.¥.18. 162.b.2.

Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, &c. Psal.66.¥.2. 52.c.1.

Explanatur fere totus. 41.b.1. Psal.67.

Dominus nomen illi, &c. 48.c.1. Psal.67.¥.5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.67.ỳ.7. *Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.* 313.c.1

Psal.67. ỳ.7. *Qui habitant in sepulchris.* 409.a.1.

Psal.67.ỳ.12. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* 56.c.1.

Psal.67.ỳ.14. *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ.* 308.c.1.

Psal.67.ỳ.14. *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ.* 220.c.1.

Psal.67.ỳ.26. *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuenculatum tympanistriarum.* 53.a.2.

Psal.68.ỳ.13. *In me psallebant, qui bibebant vinum.* 301.c.2.

Psal.68.ỳ.27. *Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt.* 261.b.2.

Psal.68.ỳ.28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* 87.b.2.

Psal.68.ỳ.32. *Placebit Deo super vitulum nouel lum.* 45.a.2

Psal.71. *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis: Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio, &c. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam, &c.* 5.c.2

Psal.71.ỳ.4. *Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* 52.c.2.

Psal.72.ỳ.18. *Veruntamen propter dolos posuisti eis, &c.* 74.c.2.

Psal.75.ỳ.3. *Factus est in pace locus eius, &c.* 72.a.1.

Psal.76. *Exurgat Deus. explanatur fere totus.* 41.b.2

Psal.77.ỳ.38. *Et abundauit, vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam.* 97.d.1.

Psal.77.ỳ.67. *Reddidit in captiuitatem virtutem eorum.* 316.d.2.

Psal.77.ỳ.39. *Recordatus est, quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.* 24.b.2.

Psal.78.ỳ.6, *Effunde furorem tuum in gentes.* 131.c.2.

Psal.79.ỳ.2. *Qui sedes super Cherubim, appare.* 55.d.1.

Psal.79.ỳ.9. *Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam, &c.* 172.c.2.

Psal.79.ỳ.11. *Cedri Dei.* 20.a.1.

Psal.80.ỳ.17. *Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra, melle saturauit eos.* 190.c.2.

Psal.84.ỳ.7. *Deus tu conuersus viuificabis nos.* 119.b.1.

Psal.86.ỳ.5. *Homo & homo natus est in ea.* 163.c.1.

Psal.88.ỳ.4. *Disposui testamentum electis meis: iurauí Dauid seruo meo vsque in æternum, &c.* 8.a.2.

Psal.88.ỳ.15. *Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.* 230.b.2.

Psal.88.ỳ.16. *Beatus populus, qui scit iubilationem, &c.* 146.c.1,

Psal.88.ỳ.18. *Gloria virtutis eorum tu es.* 316.d.2.

Psal.88.ỳ.33. *Visitabo in virga iniquitates eorum.* 126.d.1.

Psal.89.ỳ.8. *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* 326.b.2.

Psal.90.ỳ.1. *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur, &c.* 130.a.2.

Psal.90.ỳ.4. *Sub pennis eius sperabis.* 37.b.2.

Psal.91.ỳ.1. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberi.* 300.d.1.

Psal.94.ỳ.2. *Et in psalmis iubilemus ei.* 122.a.1.

Ps.101.ỳ.11. *Quia eleuans allisisti me.* 326.c.2.

Ps.101.ỳ.11. *Eleuans allisisti me.* 81.a.2.

Ps.102.ỳ.4. *Qui coronat te misericordia.* 303.c.1.

Ps.103. *Explanatur fere totus.* 41.c.1.

Psal.103.ỳ.2. *Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* 234.c.2.

Ps.103.ỳ.15. *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.* 300.c.1.

Ps.103.ỳ.29. *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulueremsuum reuertentur.* 24.b.2.

Ps.104.ỳ.4. *Qui facit Angelos suos spiritus.* 24.c.2.

Ps.105.ỳ.23. *Si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, &c.* 155.a.1.

Psal.106.ỳ.9. *Animam suam non saturabunt.* 114.a.1.

Ps.107.ỳ.29. *Et operiantur sient diploide, confusione sua.* 313.a.2.

Ps.108.ỳ.29. *Et operiantur sicut diploide confusione sua.* 113.c.2.

Ps.109. *Explicatur fere totus.* 54.b.2.

Ps.109.ỳ.9. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* 316.a.1.

Psal.109.ỳ.1. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* 4.b.2.

Psal.109.ỳ.4. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.* 96.b.1.

Psal.109.ỳ.6. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita, &c.* 53.c.2.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit, &c. Psal.109.ỳ.6. 253.c.2.

De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Psal.109.ỳ.7. 308.c.2.

Facta est Iudæa sanctificatio eius, &c. 256.c.2. Psal.113.ỳ.2.

Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Psal.113.ỳ.8. 327.c.1.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Psal.118.ỳ.1. 95.a.1.

Exultauit vt gigas ad currendam viam, a summo cælo egressio eius, &c. Psal.118.ỳ.6. 139.d.2.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Ps.118.ỳ.36. 195.a.1.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. Ps.118.ỳ.54. 122.a.1.

Feci iudicium, & iustitiam, &c. 230.c.2. Ps.118.ỳ.121.

Habitaui cum habitantibus Cedar. 319.d.2. Psal.119.ỳ.5.

Qui seminant in lacrymis, &c. 72.c.1. Psal.125.ỳ.5.

Euntes ibant, & flebant, &c. venientes autem venient, &c. Psal.125.ỳ.6. 23.d.2.

Eun es ibant, & flebant, &c. venientes autem venient, &c. Psal.125.ỳ.6. 109.c.2.

Nisi Dominus ædificauerit domum. 62.c.1. Psal.126.ỳ.1.

Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite, postquam, &c. Psal.126.ỳ.2. 112.a.1.

Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. Psal.126.ỳ.3. 223.c.2.

Non auertas faciem Christi tui. 32.c.2. Ps.131.ỳ.10,

Non auertas faciem Christi tui. 258.b.2. Ps.131.ỳ.10.

Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem Ps.131.ỳ.11. 241.a.1.

Sancti eius exultatione exultabunt, &c. Viduam eius benedicam. Ps.131.ỳ.16. 165.b.1.

Et in seruis suis deprecabitur. 132.d.2. Ps.134.ỳ.14

Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus. Ps.136. 72.a.2.

Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Ps.136. 19.b.2.

Super flumina Babylonis. 222.b.2. Ps.136.

Memor esto Domine filiorum eodem in die Hierusalem, &c. Psal.136.ỳ.7. 321.a.1.

Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, &c. Psal.136.ỳ.8. 316.b.2.

Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. Psal.138.ỳ.3, 120.c.2.

Caput circuitus eorum. 290.a.2. Ps.139.ỳ.10.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Psal.140.ỳ.4. 301.c.1.

Et non communicabo cum electis eorum. Psal.140.ỳ.4. 301.c.1.

Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Psal.144.ỳ.7. 68.d.2.

Mittit crystallum suam sicut buccellas. Ps.147.ỳ.17. 157.b.2.

Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. 24.c.2. Ps.147.ỳ.18.

PROVERBIA.

Sapientia dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta circundabit te. Prou.4.ỳ.9. 303.c.1.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, &c. Prou.8.ỳ.22. 2.b.1.

Cum eo eram cuncta componens. 54.b.1. Prou.8.ỳ.30.

Sapientia ædificauit sibi domum, &c. 94.b.2. Prouer.9.ỳ.1.

Venite, comedite panem meum. 197.c.1. Prouer.9.ỳ.5.

Cingulum tradidit Chananæo. 203.b.1. Pro. 31.ỳ.24.

Qui parcit virgæ, odit filium. 96.d.2. Pro. 13.ỳ.24.

Turris fortissima. 316.a.1. Prou.18.ỳ.10.

Oculum videntem, & aurem audientem Dominus fecit vtrumque. Pro. 20.ỳ.12. 149.b.2.

Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Prou.20.ỳ.27. 120.a.2.

Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui autem rectus est, &c. Pro.21.ỳ.29. 78.c.2.

Totum spiritum suum profert stultus. Prou.29.ỳ.11. 145.d.1.

Date siceram mœrentibus, &c. 314.c.1. Proue.31.ỳ.6.

Date siceram mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo. Proue.31.ỳ.6. 287.d.1. & 7.

EC-

ECCLESIASTES.

Eccles. 9. ℣. 8. OMni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. 301. a. 1.

Eccles. 9. ℣. 7. Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, &c. 301. b. 1.

CANTICVM CANTICORVM.

Cant. 1. ℣. 1. MEliora vbera tua vino. 285. a. 2.

Cant. 1. ℣. 4. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. 50. b. 2.

Cant. 1. ℣. 4. Memores vberum tuorum super vinum. 265. d. 2.

Cant. 1. ℣. 6. Sicut tabernacula Cedar. 329. d. 2.

Cant. 1. ℣. 12. Dum esset rex in accubitu suo. 290. b. 1.

Cant. 1. ℣. 12. Nardus mea dedit odorem suum. 303. d. 2.

Cant. 3. ℣. 9. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, &c. 50. c. 2.

Cant. 4. ℣. 14. Nardus, & crocus. 302. d. 2.

Cant. 7. ℣. 4 Nasus tuus sicut turris Libani, &c. 72. d. 2.

Cant. 8. ℣. 2. Dabo tibi poculum ex vino condito. 309. c. 2.

Cant. 8. ℣. 6. Fortis est vt mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. 117. d. 2.

Cant. 8. ℣. 8. Soror nostra parua est, & vbera non habet, &c. 180. b. 2.

SAPIENTIA.

Sap. 1. ℣. 1. DIligite iustitiam, qui iudicatis terram, sentite de Domino in bonitate. 132. d. 1.

Sap. 3. ℣. 4. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c. 132. a. 2.

Sap. 2. ℣. 8. Vino precioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, &c. 304. a. 1.

Sap. 5. ℣. 1. Stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos, qui se angustiauerunt. 321. c. 1.

Sap. 11. ℣. 3. Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. 321. d. 1.

Sap. 1. ℣. 13. Deus mortem non fecit, &c. 100. a. 2.

Sap. 18. ℣. 24. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta. 45. a. 1.

ECCLESIASTICVS.

Eccles. 15. ℣. 3. CIbauit illum pane vitæ, &c. 68. b. 2.

Eccles. 32. ℣. 2. Rectorem te posuerunt? noli extolli, & esto in illis, quasi vnus ex ipsis, &c. 301. b. 2.

Eccl. 40. ℣. 20. Vinum, & musica lætificat cor. 301. b. 2.

Eccl. 43. ℣. 28. Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius composita sunt omnia: multa dicemus, & deficiemus in verbis: consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. 2. c. 2.

Eccl. 44. ℣. 10. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt. 166. d. 2.

Eccles. 46. ℣. 2. Memoria Oseæ in compositione odoris facta, opus pigmentarij, &c. 301. c. 2.

Eccl. 49. ℣. 10. Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. 31. a. 2.

Eccl. 49. ℣. 27. Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion; vsque in sempiternum ostendit futura, & abscondita, antequam euenirent. 1. b. 1.

ISAIAS.

Isaia. 1. ℣. 15. MAnus vestræ sanguine plenæ sunt. 288. b. 2.

Isaia. 1. ℣. 21. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, &c. 159. c. 1.

Isaia. 1. ℣. 3. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. 69. c. 2.

Isaia. 1. ℣. 22. Argentum tuum versum est in scoriam. 205. a. 1.

Isaia. 1. ℣. 4. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, &c. 122. c. 2.

Isaia. 2. ℣. 2. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini, &c. 255. b. 2.

Isaia. 2. ℣. 2. Præparatus mons domus Domini in vertice montium. 185. c. 1.

Isaia 3. ℣. 26. Desolata in terra sedebit. 72. a. 2.

Isaia. 3. ℣. 9. Agnitio vultus eorum respondebit eis. 122. b. 2.

Isaia 3. ℣. 17. Decaluare, & tondere super filios deliciarum, dilata caluitium tuum, sicut aquila. 312. b. 1.

Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, &c. Isa. 4. ℣. 5. 144. a. 2.

Et fructus terræ sublimis. 315. c. 2. Isa. 4. ℣. 2.

Vt ablueret sordes filiarum Sion in spiritu iudicij, & spiritu odoris. Isa. 5. ℣. 4. 310. c. 1.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Isa. 5. ℣. 11. 301. c. 2.

Propterea dilatauit infernus animam suam. 6. a. 1. Isa. 5. ℣. 14.

Isaiæ caput sextum totum explicatur. 37. & deinceps.

Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi, &c. Isa. 6. ℣. 5. 64. d. 1.

Plena est omnis terra gloria eius. 327. b. 1. Isa. 6. ℣. 3.

Duabus velabant faciem suam. 151. b. 2. Isa. 6. ℣. 2.

Væ mihi, quia tacui. 60. d. 1. Isa. 6. ℣. 5.

Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. 3. b. 2. Isa. 7. ℣. 14.

Vocabitur nomen eius Emmanuel. 53. b. 2. Isa. 7. ℣. 14.

Si non credideritis, non permanebitis. 75. d. 2. Isa. 7. ℣. 9.

Radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersim. Isa. ℣. 7. & 20. 261. b. Isa. 7. ℣. 29.

Qui stridet in incantationibus suis. 65. a. 2. Isa. 8. ℣. 19.

Voca nomen eius, reliquiæ conuertentur. 72. a. 1. Isa. 8. ℣. 3.

Dominum sanctificate, ipse sit terror vester. Isa. 8. ℣. 13. 312. c. 1.

Et erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, &c. Isa. 8. ℣. 14. 144. b. 2.

Sicut in die Madian. 152. d. 1. Isa. 9. ℣. 4.

Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, &c. Isa. 9. ℣. 6. 54. b. 1.

Pater futuri sæculi. 179. d. 1. Isa. 9. ℣. 6.

Adhuc manus eius extensa. 200. c. 2. Isa. 9. ℣. 17.

Ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus, in signum, & prodigia in Israel. Isa. 8. ℣. 18. 151. c. 1.

Adducet Dominus aquas fluminis fortes, regem Assyriorum. Isa. 8. ℣. 7. 307. d. 1.

Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores, &c. Isa. 9. ℣. 3. & seqq. 52. d. 2.

Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Isa. 11. ℣. 5. 126. b. 1.

Habitabit lupus cum agno. 6. c. 1. 7. d. 2. Isa. 11. ℣. 6.

Quia repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientes. Isa. 11. ℣. 9. 324. b. 2.

Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Isa. 11. ℣. 6. 5. c. 2. 6. a. 1.

Erit sepulchrum eius gloriosum. 112. c. 1. Isa. 11. ℣. 10.

Dominus præcepit militiæ belli. 155. c. 1. Isa. 13. ℣. 4.

Ini consilium, coge consilium, pone quasi noctem, &c. Isa. 13. ℣. 3. 320. a. 2.

Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet. Isa. 13. ℣. 7. 262. b. 1.

Dominus præcepit militiæ belli, &c. 95. d. 1. Isa. 13. ℣. 4.

In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, &c. Isa. 14. ℣. 13. 51. b. 2.

Manus eius extensa, &c. 156. b. 1. Isa. 14. ℣. 27.

Vlulabit Moab. 65. a. 2. Isa. 16. ℣. 7.

Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. consummationem enim, & abbreuiationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ. Isa. 10. ℣. 22. 2. d. 2.

Vidi currum duorum equitum ascensorem asini, & ascensorem cameli. Isa. 21. ℣. 7. 49. c. 1.

Factus est fortitudo pauperi. 316. c. 2. Isa. 21. ℣. 4.

Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Isa. 21. ℣. 3. 261. d. 2.

Et induam illum tunica sua, & cingulo suo confortabo eum, &c. Isa. 22. ℣. 21. 227. b. 1.

Post septuaginta autem annos erit Tyro, quasi canticum meretricis. Isa. 23. ℣. 15. 326. b. 1.

Nec ædificaberis vltra. 326. c. 1. Isa. 23. ℣. 17.

Post septuaginta annos. 325. d. 1. Isa. 23. ℣. 17.

Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Assur fundauit eam. &c. Isa. 23. ℣. 13. 325. a. 1.

Cessant gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, &c. Isa. 24. ℣. 8. 301. d. 2.

Maledictio vorabit terram, & peccabunt. 105. c. 1. Isa. 24. ℣. 6.

Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium, &c. Isa. 25. ℣. 3. 227. a. 1.

Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum; salutes non fecimus in terra. Isa. 26. ℣. 18. 327. d. 2.

Vade ergo populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum, ad momentum, &c. Isa. 26. ℣. 20. 327. c. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Isa.29.℣.6. Qui egredientur impetu a Iacob, florebit, & germinabit Israel, &c. 106.a.1.

Isa.28.℣.11. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, &c. 69.c.2.

Isa.29.℣.10. Sic erit multitudo gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion, &c. 287.c.2.

Isa. 30.℣.27. Ardens furor eius, & grauis ad portandum, &c. 97.a.2.

Isa.30.℣.9. Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, &c. 69.d.2.

Isa.30.℣.12. Pro eo quod reprobasti verbum hoc, &c. 159.d.1.

Isa.30.℣.33. Præparata est ab heri Thopheth à rege, &c. 198.d.1.

Isa.31.℣.6. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israel. 130.c.2.

Isa.31.℣.6. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filij Israel. 94.c.1.

Isa.31.℣.3. Equi eorum caro, & non spiritus. 145.c.2.

Isa.31.℣.4. Si rugiat leo, & catulus leonis super prædam. 65.c.1.

Isa.33.℣.16. Iste in excelsis habitat, munimenta saxorum sublimitas eius.

Isa.33.℣.18. Cor tuum meditabitur timorem. 113.d.1.

Isa.33.℣.17. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo videbunt oculi eius. 317.b.1.

Isa.34.℣.6. Victima Domini est in Bozra & interfectio magna in terra Edom. 309.d.1.

Isa,38.℣.7.& 20.℣.3. Seruus meus Isaias nudus, & discalceatus trium annorum signum, & portentum erit super Aegyptum. 151.c.1.

Isa.38.℣.14. Meditabor vt columba. 65.a.2.

Isa.42.℣.14. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. 261.a.1.

Isa.44.℣.1. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro. 7.c.1.

Isa.45.℣.14. Sabaim viri sublimes. 302.b.2.

Isa.45.℣.1.et 8. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes, &c. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. 5 a.2.

Isa.47.℣.8. Non sedebo vidua. 72.c.1.

Isa.49.℣.4. Inuacuum laborauit, sine causa, & vane, &c. 310.c.1.

Isa.49.℣.16. In manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. 183.c.2.

Isa.51.℣.17. & 18. Elenare, eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, &c. 287.b.2.

Isa.51.℣.21. Audi paupercula ebria, & non à vino. 287.c.2.

Isa.52.℣.4. Quia hæc dicit Dominus Deus: In Aegyptum descendi, &c. 167.a.2.

Isa.52.℣.10. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. 80.a.1.

Isa.53.℣.1. Quis credidit auditui nostro? 262.a.1.

Isa.53.℣.4. Vere languores nostros ipse tulit. 87.c.1.

Isa.53.℣.6.& 12. Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, &c. Ipse peccata multorum tulit. 79.a.2.

Isa.53.℣.6. Et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum. 87.b.2.

Isa.57.℣.8. Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum. 288.a.2.

Isa.56.℣.12. Et impleamur ebrietate. 302.b.2.

Isa.57.℣.16. Non in sempiternum litigabo, &c. 97.a.2.

Isa.58.℣.12. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum fundamenta generationis, &c. 63.c.1.

Isa.61.℣.1. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me. 3.b.2.

Isa.61.℣.2. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro. 52.c.2.

Isa.61.℣.3. Vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. 226.a.2.

Isa.61.℣.3. Quasi sponsum coronatum corona. 267.a.2.

Isa.61.℣.3. Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. 217.a.1.

Isa.61.℣.11. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus, &c. 217.a.1.

Isa.63.℣.8. Propter scelus populi mei percussi eum. 261.b.2.

Isa. 63.℣.1. Quis est iste, qui venit de Edom, &c. 253.d.2.

Isa.62.℣.3. Eris corona gloriæ in manu Domini. 316.d.2.

HIEREMIAS.

Ier.2.℣.20. A Sæculo compegisti iugum meum, rupisti vincula mea, dixisti, non seruiam. 61.b.1.

Inuentus est sanguis in alis tuis. 288.b.1. Ier.2.℣.22.

Onager assuetus in solitudine, attraxit ventum amoris, &c. 202.a.2. Ier.2.℣.24.

Speciosæ & delicatæ assimilauit filiam Sion. 320.a.1. Ier.6.℣.4.

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est. 315.d.2. Ier.7.℣.4.

Vt suscitem iusiurandum, quod iuraui patribus vestris, &c. 245.c.2. Ier.11.℣.5.

Si mutare potest Aethiops pellem suam. 310.a.1. Ier.13.℣.23.

Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui, &c. 56.b.2. Ier.13.℣.11.

Væ tibi Hierusalem, non mundaberis post me vsque adhuc? 310.c.2. Ier.13.℣.17.

Propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda super omnibus, quæ fecit in Hierusalem. 308.c.2. Ier.15.℣.4.

Quod si dixerint ad te; quo egrediemur? dices ad eos, &c. 308.d.1. Ier.15.℣.2.

Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. 308.c.1. Ier.15.℣.1.

Dispergam eos, ventilabo in portis terræ. 308.d.1. Ier.15.℣.7.

Laboraui rogans, interfeci, & disperdidi populum meũ, &c. 310.b.1. Ier.15.℣.6.

Non sepelientur, neque plangentur, non se incident, neque caluitium fiet pro eis. 312.d.2. Ier.16.℣.6.

Et non dabunt eis poculum calicis ad consolandum, &c. 314.c.1. Ier.15.℣.7.

Et morientur grandes, & parui in terra illa non sepelientur, neque plangentur, &c. 314.a.1. Ier.16.℣.6.

Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo. 314.a.1. Ier.16.℣.7.

Domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. 313.c.2. Ier.16.℣.8.

Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino super latitudinem cordis. 94.d.1. Ier. 17.℣.1.

Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel, &c. 51.b.2. Ier.17.℣.12.

Recedentes à te, in terra scribentur. 156.c.1. Ier. 17.℣.13.

Alienum fecerunt locum istum sanguine innocentium. 308.a.2. Ier.19.℣.10.

Impellentur & corruent. 81.a.2. Ier.23.℣.12.

Confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque a malitia sua. 216.b.1. Ier.23.℣.14.

In prophetis Samariæ vidi fatuitatem, &c. 154.b.2. Ier.23.℣.13.

Aedificabo mihi domum latam, & cænacula spatiosa. 284.d.2. Ier.22.℣.14.

Ego cibabo eos absynthio, & potabo eas felle. 156.d.2. Ier.23.℣.15.

Bibentes bibetis, quia ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, &c. 261.c.1. Ier.25.℣.28.

Bibite, & inebriamini, vomite, & cadite, &c. 287.d.2. Ier.25.℣.27.

Conuertam conuersionem populi mei Israel, & Iuda. 212.d.1. Ier.30.℣.3.

Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, &c. 319.b.2. Ier.39.℣.28.

Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum, &c. 320.c.1. Ier.c.44.℣.27

Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est. 320.d.1. Ier.48.℣.25.

Nunquid non filij sunt Israel aut hæres non est ei? &c. 319.a.2. Ier.49.℣.1.

Ex omni confinio eorum adducam interitum super eos. 320.c.1. Ier.49.℣.32.

Arcum, & scutum apprehendent, vox eorum, quasi mare sonabit. 324.b.2. Ier.50.℣.42.

Confractæ sunt portæ populorum. 324.a.2. Ier.52.℣.1.

THRENI.

Quomodo sedet sola ciuitas, &c. 72.a.1. Thren.1.℣.1.

Sederunt in terra. 72.c.1. Thr.2.℣.10.

Sedebit solitarius, & tacebit. 72.c.1. Thr.3.℣.28.

Et maior effecta est iniquitas, &c. 87.b.2. Thren.4.℣.6.

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per uiam. 264.a.1. Thren.2.℣.15.

Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. 78.d.1. Thr.3.℣.44.

Oculus meus deprædatus est animam meam. 106.d.1. Thren.3.℣.51.

Universidad de Deusto Biblioteca

Thren.4.¥.7. *Rubicundiores ebore antiquo, Sappbiro pulchriores.* 40.d.1.

BARVCH.

Baruch.6.¥.31. *RVginnt clamantes contra Deos suos, sicut in cæna mortui.* 314.c.1.

EZECHIEL.

Ezechiel.1.¥.3. *FActum est verbum Domini, &c. Vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* 1.b.2.
Ezec.22.¥.13. *Percute manu ad manum.* 264.b.1.
Ezec.27.¥.31. *Radent super te caluitium.* 312.d.2.
Ezec.34.¥.24. *Et seruus meus Dauid in medio eorum.* 7.c.1.
Ezec.37.¥.22. *Aperiam sepulchra vestra, & educam vos de tumulis vestris, &c.* 313.b.1.
Ezec.41.¥.22. *Hæc est mensa coram Domino.* 299.c.2.
Ezec.44.¥.20. *Caput suum non radent, neque comam nutrient.* 312.d.2.

DANIEL.

Dan.5.¥.1. *BAlthasar rex fecit conuiuium grande.* 313.c.2.
Dan.8.¥.16. *Gabriel, fac intelligere istum visionem.* 53.b.1.
Dan.10.¥.12. *Ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni, &c.* 53.b.1.
Dan.11.¥.31. *Polluent sanctuarium.* 316.d.2.

OSEE.

Osea 1.¥.2. *SVme tibi vxorem fornicationum, &c.* 194.d.1.
Osea 1.¥.9. *Non populus meus.* 72.a.1.
Osea 2.¥.21. *Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram.* 163.a.1.
Osea 2.¥.8. *Quia dixit vadam post amatores meos, &c.*
Osea 3.¥.4. *Dies multos sedebunt filij Israel sine rege.* 72.a.2.
Osea 4.¥.13. *Populus meus in ligno suo interrogat, & baculus meus annunciauit ei.* 264.b.2.
Osea 6.¥.5. *Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei.* 310.b.1.
Osea 6.¥.11. *Sed & Iuda pone messem tibi.* 72.d.1.
Osea 4.¥.16. *Sicut vacca lasciviens declinauit Israel.* 62.c.2.
Osea 9.¥.7. *Scito te Israel stultum prophetam, &c.* 154.a.2.
Osea 10.¥.1. *Vitis frondosa Israel, &c.* 169.d.1.
Osea 11.¥.2. *Ex Aegypto vocaui filium meum.* 6.c.2.7.a.1.b.2. 8.a.1.
Osea 11.¥.4. *In funiculis Adam traham eos in vinculis caritatis.* 105.c.2.
Osea 11.¥.8. *Quomodo dabo te Ephrahim, protegam te, &c.* 78.a.2.
Osea 12.¥.14. *Ad iracundiam me prouocauit Ephrahim in amaritudinibus suis.* 117.b.2.
Osea 14.¥.1. *Pereat Samaria.* 105.c.1.

IOEL.

Ioel 2.¥.28. *EFfundam spiritum meum super omnem carnem.* 145.d.1.
Ioel 2.¥.28. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* 3.a.2.
Ioel 2.¥ 30. *Dabo sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* 135.c.1.

AMOS.

Amos 1.¥.13. *HAec dicit Dominus super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum.* 319.a.2.
Amos 2.¥.8. *Super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare.* 289.b.1.
Amos 2.¥.8. *Et vinum damnatorum bibant in domo Dei sui.* 287.d.1.
Amos 3.¥.12. *Qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabbato.* 289.b.1.
Amos 6.¥.4. *Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris.* 289.b.1.
Amos 6.¥.5. *Qui canitis ad vocem psalterij bibentes vinum in phialis.* 301.d.2.
Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti. Amos 6.¥.6. 300.c.2.
Auferetur factio lasciuientium. 314.a.1. Amos 6.¥.7.
In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius. Amos 9.¥.11. 8.c.2.

ABDIAS.

Abd.1.¥.10. *PRopter interfectionem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio.* 320.d.2.

MICHEAS.

Mich.3.¥.4. *AVdite principes Iacob, & duces domus Israel, &c.* 308.b.2.
Aspiciat in Sion oculus noster. 162.b.2. Mich.4.¥.11.
Mich.5.¥.2. *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* 3.a.2.
Mich.5.¥.4. *Et stabit, & pascet in fortitudine Domini.* 316.a.1.
Mich.7.¥.4. *Dies speculationis tuæ visitatio tua venit.*

HABACVCH.

Habacu.3.¥.2. *DOmine audiui auditionem tuam, & timui.* 262.a.1.
Habac.3.¥.8. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, &c.* 52.b.2.
Habac.3.¥.8. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, & regis mei, qui est in sancto.* 41.b.1.

SOPHONIAS.

Soph.2.¥.5. *VAe qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* 321.d.1.

ZACHARIAS.

Zach.1.¥.1. *FActum est verbum Domini ad Zachariam, &c. Vidi per noctem, &c.* 1.b.2.
Zach.1.¥.14. *Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna, &c.* 261.b.2.
Zach.3.¥.9. *Super vnum lapidem septem oculi sunt.* 50.c.1.
Zach.8.¥.15. *Sic conuersus cogitaui.* 119.b.1.
Zach.10.¥.3. *Quia visitauit Dominus exercitum gregem suum domum Iuda, &c.* 50.c.2. *& seq.*
Zach.9.¥.9. *Ecce rex tuus venit tibi.* 3.a.2.
Zach.12.¥.2. *Hierusalem superliminare crapulæ omnibus populis.* 287.b.2.
Zach.12.¥.10. *Effundam super domum Dauid spiritum gratiæ, & miserationis.* 145.d.1.

MALACHIAS.

Malac.1.¥.10. *NOn est mihi voluntas in vobis, et munus non suscipiam, &c.* 51.d.2.
Malac.2.¥.16. *Cum odio habuerit, dimittet operiet autem iniquitas vestimentum eius.* 158.c.2.
Malach.3.¥.1. *Ecce ego mitto Angelum meum: & statim veniet ad Templum suum dominator.* 3.d.2.
Malac.4.¥.2. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.* 178.c.2.

NOVVM TESTAMENTVM.

EVANGELIVM MATTHAEI.

LIBER generationis Iesu Christi. 176.c.2. Matth.1.
Ex ea, quæ fuit Vriæ. 181.d.2. Matth.1.¥.6
Gauisi sunt gaudio magno valde. 31.d.2. Matth.2.¥.10
Vt impleretur, quod dictum est. 6.d.2.8.b.1. Matth.2.¥.15.
Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. Matth.5.¥.28 216.b.1.

Matth.6.℣.17. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. 301.c.1.
Matth.9.℣.13. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. 261.c.1.
Matth.10.℣.5. Hos duodecim misit Deus. 71.b.2.
Matt.10.℣.14. Excutite pulverem de pedibus vestris. 185.c.1.
Matth.13.℣.9. Qui habet aures audiendi audiat 149.b.2.
Matt.13.℣.35. Eructabo abscondita. 68.d.2.
Matt.20.℣.16. Erunt novissimi primi, & primi novissimi, 215.a.1.
Matt.26.℣.42. Pater si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, &c. 288.a.1.
Matt.20.℣.22. Potestis bibere calicem. 69.b.1.
Matt.22.℣.43. Quomodo ergo David in spiritu loquens, vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? 4.b.2.
Matth.23.℣.35. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. 216.b.1.
Matt.25.℣.21. Intra in gaudium domini tui. 308.c.1.
Matt.26.℣.18. Apud te facio pascha. 61.b.1.

EVANGELIVM MARCI.

Marc.14.℣.8. VNgere corpus meum in sepulturam. 300.c.2.
Marc.5.℣.32. Et dabant ei myrrhatum vinum. 287.d.1.
Mar.16.℣.38. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? 288.a.1.

EVANGELIVM LVCAE.

Luc.1.℣.32. DAbit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob, &c. 8.b.2.
Luc.1.℣.34. Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. 181.a.1.
Luc.1.℣.34. Virum non cognosco. 61.b.1.
Luc.1.℣.68. In quibus visitauit nos Oriens ex alto. 126.c.1.
Luc.2.℣.15. Videamus hoc verbum, quod factum est. 17.b.1.
Luc.2.℣.31. Quod parasti ante faciem omnium populorum. 80.b.1.
Luc.2.℣.48. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. 154.a.1.
Luc.7.℣.38. Mulier, quæ erat in civitate peccatrix, &c. 290.b.2.
Luc.7.℣.47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, 241.a.1.
Luc.9.℣.5. Excutite pulverem de pedibus vestris. 185.c.1.
Luc.9.℣.53. Facies eius erat euntis in Ierusalem. 32.d.2.
Luc.13.℣.32. Dicite vulpi illi. 7.b.1.
Luc.14.℣.1. Sabbatho manducare panem. 197.c.1.
Luc.15.℣.25. Audiuit symphoniam, & chorum. 301.d.2.
Luc.16.℣.23. Dives vidit a longe, & Lazarum in sinu eius. 299.a.1.
Luc.16.℣.24. Mitte Lazarum, qui intingat digitum suum in aqua, & refrigeret linguam meam. 299.a.1.
Luc.16.℣.25. Recordare, fili, quia recepisti bona in vita tua. 287.b.2.
Luc.19.℣.8. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. 61.a.1.
Luc.22.℣.19. Hoc facite in meam commemorationem. 265.d.2.
Luc.22.℣.25. Qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. 188.b.2.
Luc.22.℣.37. Etenim ea, quæ sunt, de me finem habent. 4.c.1.
Luc.22.℣.37. Ea, quæ scripta sunt de me, finem habent. 2.b.2.
Luc.22.℣.49. Si percutimus in gladio? 244.b.2.
Luc.24.℣.15. Cognouerunt eum in fractione panis. 314.b.1.
Luc.24.℣.44. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & in Psalmis de me. 4.c.1.

EVANGELIVM IOANNIS.

Ioan.1.℣.12. FIlios Dei fieri. 198.d.2.
Ioan.1.℣.13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, &c. 145.d.2.
Ioan.1.℣.14. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. 316.b.1.
Ioan.1.℣.19. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 87.c.1.
Ioan.3.℣.3. Ninive civitas magna. 20.a.1.
Ioan.3.℣.6. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis & nescis, vnde veniat, aut quo vadat. 24.c.2.
Ioan.5.℣.39. Scrutamini, quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. 4.c.1.
De me enim ille scripsit. 4.c.1. Ioan.5.℣.17.
In lege mandauit nobis Moses huiusmodi lapidare. 304.c.2. Ioan.8.℣.5.
Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauisus est. 8.c.2. Ioan.8.℣.56.
Exultauit, vt videret diem meum; vidit, & gauisus est. 1.b.1. Ioan.8.℣.56.
Qui amat animam suam, perdet eam. 165.d.1. Ioan.12.℣.25.
Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius. 52.c.1. Ioan.12.℣.41.
Venit autem & Nicodemus ferens mistruram myrrhæ. 300.b.2. Ioan.16.℣.39.
Rex sum ego, & in hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. 8.b.2. Ioan.18.℣.37.
Vt impleretur, quod dictum est. 6.d.2.8.b.1. Ioan.19.℣.36.

ACTA APOSTOLORVM.

VIri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est, quod dictum est per Prophetam Ioel: Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo, &c. 4.c.1. Actor.2.℣.14.
Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum, quoniam non derelinques animam meam in inferno. 4.a.2. Actor.2.℣.25.
Vas electionis est mihi iste. 126.d.1. Actor.9.℣.15.
Ecce manus Domini super te, & eris cæcus. 20.d.2. Act.13.℣.11.

PAVLI EPISTOLA AD ROMANOS.

NVm incredibilitas eorum fidem Dei euacuauit? 312.b.2. Rom.3.℣.3.
Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato 217.d.2. Rom.3.℣.9.
Egent gloria Dei. 327.b.1. Rom.3.℣.23.
Si fuerit cum alio viro. 181.d.2. Rom.7.℣.3.
Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. 145.c.2. Rom.7.℣.14.
Captiuante nos lege membrorum. 285.a.2. Ad Ro.7.℣.23
Pro nobis omnibus tradidit illum. 261.c.2. Pa.Ro.8.℣.32
Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. 327.a.2. Rom.8.℣.36.
Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem. 214.c.2. Rom.10.℣.19.

DVAE EPISTOLAE PAVLI AD CORINTHIOS.

NOnne homines estis, nonne secundum hominem ambulatis? 60.a.2. 1.Cor.3.℣.3.
Ego autem vobis parco. 96.c.2. 1.Cor.7.℣.29.
Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, &c. 6.c.2. 1.Cor.10.℣.11.
Gloria viri est. 316.a.2. 1.Cor.11.℣.7.
Ideo debet mulier (velamen) habere supra caput propter Angelos. 188.d.1. & seqq. 1.Cor.11.℣.10.
Ideo debet mulier habere potestatem super caput suum. 312.d.2. 1.Cor.11.℣.10.
Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. 327.b.2. 1.Cor.15.℣.19.
Caritas patiens est, benigna est. 150.c.2. 1.Cor.13.℣.4.
Non fuit in illo, est, & non, sed est in illo fuit. 66.c.1. 2.Cor.1.℣.19.
Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. 145.c.2. 2.Cor.3.℣.3.
Littera enim occidit, spiritus autem viuificat. 247.b.2. 249.d.2. 2.Cor.3.℣.6.
Supra modum in sublimitate. 191.d.2. 2.Cor.4.℣.17.

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

QVæ sunt per allegoriam dicta: hæc enim sunt duo testamenta. 6.c.1. Gal.4.℣.14.
Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, &c. 217.d.1. Gal.4.℣.22.
In Agar ancilla significata, &c. 56.d.2. Gal.4.℣.24.
Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. 50.c.1. Gal.4.℣.26.
Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini. 312.b.2. Gal.5.℣.4.

EPI-

EPIS. PAVL. AD EPHESIOS.

Ephes.1.℣.9. *Reuelauit in eo dispensatione plenitudinem temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso.* 2.d.1.

Ephes.2.℣.19. *Iam non estis hospites, & aduenæ sed ciues sanctorũ.* 217.b.2.

Ephes.4.℣.11. *Et ipse dedit quosdam Apostolos, alios prophetas, alios, &c.* 51.b.1.

Ephes.4.℣.15. *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, &c.* 51.d.1.

Ephes.4.℣.16. *Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* 2.c.1.

Ephes.5.℣.18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c.* 301.d.2.

Ephes.5.℣.25. *Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.* 311.c.1.

Ephes.6.℣.15. *Calceati pedes in præparationem Euangelij.* 185.d.1.

EPIS. PAV. AD PHILIPPENSES.

Philip.2.℣.6. *Qui cum in forma Dei esset, &c.* 54.a.2.

Philip.3.℣.19. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusionem ipsorum.* 194.c.1.

Philip.4.℣.1. *Gaudium meum, & corona mea.* 316.d.2.

EPIS. PAV. AD THESALONICENSES.

1.Thess.2.℣.19. *Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.* 316.c.2.

1.The.4.℣.17. *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* 317.d.2.

1.Thess.4.℣.3. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, &c.* 194.b.2. *& seqq.*

EPIS. PAV. AD TIMOTHEVM I.

1.ad Ti.1.℣.17. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* 327.c.1.

1.Tim.3.℣.1. *Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat.* 69.b.1.

1.Tim.6.℣.16. *Lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit.* 41.c.1.

EPIS. PAV. AD TITVM.

Titum.2.℣.1. *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta.* 154.b.1.

EPIS. PAV. AD HEBRAEOS.

Imago bonitatis, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ. 2.c.1. Hebr.1.℣.3.

Cum sit splendor gloriæ, &c. 54.a.2. Hebr.1.℣.3.

Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit, &c. 49.b.2. Hebr.1.℣.2.

Fides est sperandarum substantia rerum. 238.c.2. Hebr.11.℣.1.

Deponentes ergo omne pondus, & circumstans nos peccatum. 308.a.1. Hebr.12.℣.1.

Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite. 262.c.1. Hebr.12.℣.12.

EPISTOLA IACOBI.

Adulteri nescitis, quia ad inuidiam concupiscit spiritus? 145.b.1. Iacobi.4.℣.4.

EPISTOLAE PETRI II.

In signum populorum, ipse est desiderium collium æternorum: ipsum exquisierunt quotquot de futura in nobis gratia prophetauerunt. 2.d.2. 1.Petri.10.

Aduenient autem dies Domini, vt fur, in quo cæli magno impetu transient, &c. 19.c.2. 2.Pet.3.℣.10.

EPISTOLAE IOANNIS I.

Nobis talem charitatem dedit pater, vt filij Dei nominemur, &c. 56.c.2. 1.Ioan.3.℣.1.

Peccatum ad mortem. 234.b.1. 1.Ioan.5.℣.16.

APOCALYPSIS.

Ego sum α, & ω, principium, & finis. 2.d.2. Apoc.1.℣.8.

Qui est, & qui erat, & qui venturus est. 47.c.1. Apoca.1.℣.8.

Facies eius, sicut sol lucet. 32.d.2. Apoc.1.℣.16.

Et in medio sedis, & in circuitu sedis animalia. 50.b.1. Apoca.4.℣.6.

Veni, & vide. 55.a.1. Apocal.6.℣.1. 3.5.7.

Et mulier erat circumdata purpura. 287.d.2. Apoc.17.℣.6.

Mitte falcem tuam, quoniam aruit messis terræ. 110.a.2. Apo.14.℣.15.

Auditu auris obediuit mihi. 149.b.2. Apoc.13.℣.9

Aquæ multæ populi sunt. 307.c.1. Apoc.17.℣.1.

PHRASIVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE PRO LOCORVM OPPORTVNITATE SPARSIM PERTRACTANTVR SACRAE SCRIPTVRAE STVDIOSIS PERVTILIS.

*SVNT ET IN EO VOCES NONNVLLAE, EX HEBRAICIS notatæ: quæ ad aliquas phraſes illuſtrandas maxime conducere videbantur, verum ne dubium tenerent lectorem, eæ * aſteriſco notantur.*

PRIOR NVMERVS PAGINAM INDICAT alter columnam:

Abominatio aduerſus Deum, iniquitas aduerſus proximum militat. 121.d.2
Abſtracta pro concretis frequentia Hebræis. 70.a.2
Abſtractum pro conuerſo ſæpe vſurpat ſacra ſcriptura. 126.b.1
Abundantia quid ſignificet. 209.b.1
Accingere lumbos quid ſit. 187.d.1
Actus pro obiectis vſurpant Hebræi. 115.a.2
Ad præpoſitio interdum ponitur pro ita vt. 216.b.1
Aduerbij geminatio auget verbi ſignificationem apud Hebræos. 131.d.2
Aedificatio dici ſolet filiorum generatio. 217.b.2
Ah interiectio triplicata vehementem affectum ſignificat. 81.b.2
Ah interiectio dolentis, auerſantis, & deprecantis. 81.b.2
Alæ magnæ exercitus magnos ſignificant. 220.b.2
Alæ vocantur Origeni veſtium ſummitates. 180.c.2
Alas pro brachijs frequenter vſurpat ſcriptura. 37.b.2
Ambulare in iudicijs eſt legem non tranſgredi. 146.a.1
Amictum expandere ſuper fæminam, & illam ſibi deſpondere. 180.c.2
Ambiguus quid ſignificet. 252.c.1
Anima pro deſiderio. 201.e.1
Anima pro ventre. 114.a.1
Anima pro vita ſeu ſalute accipitur. 165.d.1
Anima pro homine frequenter vſurpatur. 230.b.1
Animi indignationem vultus ſeuerus indicat. 103.a.1
Ante, & retro apud Hebræos valet intra & extra. 65.b.1
Aperto capite quid ſignificet. 254.c.1
Appellatiua nomina ponit ſæpe Hieronymus loco propriorum. 72.a.1
* Aphiquim quid ſignificet. 104.d.1
Applicare ramum ad nares quid. 121.d.2
Apprehenſio, ſeu viſio quid ſignificet. 112.c.2
Arma vnde dicta. 303.a.1
Aſpicere Hebræa phraſi eſt aliquando, oblectari. 162.b.2.
Aſſumere, vel portare iniquitates domus Iſrael quid ſignificet. 87.d.1
Auditus pro voluntate ſumitur, & quare. 149.a.2
Auditus pro re audita. 262.a.1
Audire aures ſignificat efficaciam actus. 149.d.1
Aure audire ſignificat efficaciam actus. 149.d.1

B

* Bachal proprie quid ſignificet. 81.a.2
Baculus ſignificat ſubſtantiam, vel ſuſtentationem. 82.b.1
Blaſphemia pro maledictione. 98.d.1

Carum

Universidad de Deusto Biblioteca

C

CArum nomen odor significat. 192.d.2
Cadere verbum, quid significet. 152.b.2
Cadere quid significet. 152.a.b.2
Capite aperto quid significet. 254.c.1
Captiuitatis & seruitutis signum est discalceatum esse, & nudis pedibus incedere. 184.c.2
Caro fœminam significat aliquando. 145.d.2
Carmen varia significat ex Hebræo. 65.c.1
Cardinali numero repetito vtuntur Hebræi pro distributiuo. 139.c.1
* Car vnde dictus. 79.c.2
Carnis variæ acceptiones. 145.d.2
Chanaan quid significet. 221.c.2
* Chamas quid sit. 121.c.2
* Chananim varia significat. 105.a.2
Cherub de medio Cherub Hebraismus est, & quid significet. 136.c.2
* Cherub vnde oriatur. 138.d.1
Ciborum copiam significat saturitas panis. 209.a.1
Clamare vel loqui in auribus quid significet. 126.a.1
Columna ignis quid significet. 34.b.2
Complere indignationem quid sit. 98.b.1
Comburetur facies, idest, rubore suffundetur. 258.a.2
Comparationem efferre solent Hebræi per positiuum adiuncta præpositione a, vel ab. 211.d.2
Confidere, est superbire. 193.a.1
Confidere audacem esse etiam significat. 192.c.2
Contendere iudicio cum aliquo, quid sit. 253.a.1
Conuersio quid significet. 212.d.1
Coram Deo, idem est quod palam. 210.d.1

D

DAmnationis signum velare faciem. 151.b.2
Dare manum dexteram est pacisci. 224.c.2
De acceptione huius vocis (Dei) 20.a.1
De significatione verbi reuerti. 22.d.1
(Dei) quid significet Hebræis. 20.a.1
Dei nominis repetitio quid significet. 176.c.1
Deleri de libro vitæ significat mori. 156.d.1
Delere, & exterminare idem, quod occidere. 164.a.2
Desideriorum vir, quid significet. 167.c.1
Dexteram manum dare est pacisci. 224.c.2
Dextera & sinistra non semper accipiendæ sunt prorsus pro latere dextro & sinistro. 22.b.2
Diadema vnde dicatur. 267.c.1
Dicere vsurpatur pro velle, præcipere, & facere. 179.c.2
Dies Domini vindictam significat. 155.c.1
Dies pro infortunio, seu calamitate. 152.d.1
Discalceatum esse est signum captiuitatis & seruitutis. 184.c.2
Discrimen inter percutere, & persequi. 261.b.2
Domus pro familia. 62.c.1
Ducem in medio populi esse significet. 151.d.1
Dura facies quæ sit, & quando in bonum, quando in malum sumatur. 70.a.1

E

EIjcere quid. 81.a.2
Effundere iram quid sit. 111.a.1
Effundere significat copiam eius, quod effunditur, & nihil remanere ex eo. 131.c.2
Emissarij quid significent. 114.c.2
Enallage figura vsitata sacris scriptoribus. 119.a.1
Esse in medio, quid significet. 50.b.1
Et, coniunctio, idem valet, quod inquam. 190.a.2
Et, coniunctio quid significet. 246.c.2
Et factum est, quid significet. 17.b.1
Euntes ibant quid significet. 23.d.2
Euge interiectio, varie accipitur. 106.c.2
Exemplum fieri quid sit. 164.b.1
Expandere amictum super feminam est illam sibi despondere. 180.c.2
Extendere manum idem est quod punire. 200.c.2
Extra portas idem valet, quod in agro. 240.a.2
Exterminare & debere idem, quod occidere. 164.a.2

F

FAcie ad faciem aliquid facere, quid significet. 253.a.1
Faciem ponere, quid sit. 164.a.1
Faciem tegere verecundiam significat. 151.a.2
Faciem velare reuerentiæ signum. 151.b.2
Faciem velare damnationis signum. 151.b.2
Facies comburetur, idest rubore suffundetur. 258.a.2
Facies significat omne pulchrum, & visui amœnum. 256.b.2
Facies dura, quæ sit, & quando in bonum, quando in malum sumatur. 70.a.1
Facies illuminata, hilaris, & læta in sacris signum est fauoris. 52.c.1
Facies & pennæ pro eodem sumuntur. 22.c.2
Facere veritatem, quid sit. 120.b.2
Facere iudicium & iustitiam quid sit. 230.d.1
Facere aliquid facie ad faciem, quid significet. 253.a.1
Facere est perficere. 146.a.1
Filiorum generatio dici solet ædificatio. 217.b.2
Filius hominis, hoc est homo. 60.c.2
Firmamentum quid significet. 24.c.2
Forte, non est dubitantis, sed declarantis arbitrij libertatem. 62.c.1
Frater, & propinquus Hebræis quis dicatur. 143.d.2
Fructus ventris hoc est filij. 112.b.1
Futurum pro præterito sæpe in sacris accipitur. 224.c.1

G

GEminatio aduerbij auget verbi significationem apud Hebræos. 131.d.2
Geminatio verbi cum participio in sacra Scriptura significare solet vehementiam affectus, vel actiones verbi. 23.d.2
Geminatio vocis exaggeratio est operis, vel effectus in opere. 165.b.1
Generatio filiorum dici solet ædificatio. 217.b.2
Geminare pilum, quid sit. 180.b.2
* Ghacrab quid significet. 63.d.1
Gladius pro hoste armato sumitur. 165.c.1

H

HAbitare quid significet. 208.c.1
Hebræi solent efferre comparationem per positiuum adiuncta præpositione, a, vel, ab. 211.d.2
Hebræi vsurpant actus pro obiectis. 115.a.2

Homo

Homo quid significet. 60.a.2
Homo homo, quid significet. 163.c.1

I

* IAdagho quid sit. 239.c.2
* Iah est compendium nominis. Iehouah. 48.c.1
Ibant, & non reuertebantur, &c. quid significetur hac phrasi. 139.b.2
* Iehouah quid significet, & quam vim habeat. 47.d.1.& 105.b.2
* Ie suagh quid significet. 48.c.2
Ignis columna quid significet. 34.b.2
Ignis pro omni calamitate & pernicie accipitur. 170.a.2
In, particula sumitur pro iuxta, vel secundum. 163.c.1
In auribus loqui, vel clamare quid significet. 126.a.1
In medio sui significat palam, insolenter, audacter. 274.b.1
In dispensatione plenitudinis temporum, quid sibi velit. 2.d.1
In medio, quid significet. 19.c.1
In medio esse, quid significet. 50.b.1
In medio esse quid significet Hebræis. 38.d.2
In præpositio quid significet. 50.b.2
Indui mœrore quid significet. 115.c.2
Indicatiuus modus seruit Hebræis pro cæteris. 74.b.1
Indignationem animi vultus seuerus indicat. 103.a.1.
Indignationem complere quid sit. 98.b.1
Iniquum, & iniustum an sit idem. 261.d.1.& in quo differant.
Iniquitas aduersus proximos, abominatio aduersus Deum ipsum militat. 121.d.2
Iniquitas culpam, & pœnam significat. 208.e.2
Iniquitas & pœnam, & culpam significat. 164.b.2
Iniquitas significat culpam. 87.a.2
Iniquitas significat pœnam. 87.b.2
Iniquitas significat reatum, qui nascitur ex culpa, cui merito respondet pœna. 87.a.2
Irati animi signum repetitio. 112.d.1
Iram effundere quid sit. 111.a.1
Iudicium significat declinare a malo, iustitia facere bonum. 230.b.2
Iudicium significat consuetudinem, & institutum, & etiam castigationem. 95.a.1
Iudicio contendere cum aliquo quid sit. 253.a.1
Iudicium sanguinum, & sanguis quid significet. 115.b.1
Iudicia pro meritis. 115.d.2
Iudicium, & iustitiam facere quid sit. 230.d.1
Iuramentum quid significet. 216.c.1
Iustitiam, & iudicium facere quid sit. 230.d.1
Iustificatio pro oris specie. 201.d.1
Iustitia significat, facere bonum, iudicium declinare à malo. 230.b.2

L

* LAcach quid significet. 222.d.1
Lamentatio quid significet. 65.d.1
Lapides grandes, idest grandinis. 157.b.2
Leuare manum est vocare, & orare 245.c.1
Leuare manum quid significet. 245.c.1
Leuare manum est percutere. 245.d.1
Leuare manum est auxiliari. 245.d.1
Leuare manum iurare est. 245.c.1
Libanus varia significat. 221.a.1
Lignum quid significet. 169.b.1
Loqui ex cælo quid significet. 98.a.1
Loqui vel clamare in auribus quid significet. 126.a.1
Lumbos accingere quid sit. 187.d.1

M

MAnum dexteram dare est paciscì. 224.c.2
Manum extendere idem est, quod punire. 200.c.2
Manum leuare, vide Leuare manum.
Manus pro vltione. 156.b.1
Manus Domini, quid significet. 20.c.2
Medicus pro principe vsurpatur. 245.d.1
Membrorum longus ductus imperij robur significat. 220.c.2
Mendacium dicitur vanitas. 154.c.1
Meretrix vox varie accepta. 326.b.1
Meretricari, & mercari pro eodem. 193.b.2
Mercari, & meretricari pro eodem. 193.b.2
* Mesi proprie quid significet. 188.a.1
Misereri est commoueri. 179.d.1
Modus indicatiuus seruit Hebræis pro cæteris. 74.b.1
Mœrens varias habet significationes in idem recidentes. 72.b.2
Mœrore indui quid significet. 115.c.2
Monere idem est, quod limare quasi ferrum mentes. 78.a.2
Mori significat deleri de libro vitæ. 156.d.1
Mortem truculentam sanguis significat. 165.c.2
Morte morieris, quid significet. 73.d.1
Mutare vultum quid significet. 78.e.2

N

* NAtá multa significat. 87.d.1
Natiuitas quid significet. 176.b.2
Nominis Dei repetitio quid significet. 176.c.1
Nominibus vsu receptis loquitur Scriptura, non curans, an propria sint. 154.a.1
Nomina appellatiua ponit sæpe Hieronymus loco propriorum. 72.a.1
Non bonum Hebræa phrasi quid significet. 250.a.1
Numero Cardinali repetito vtuntur Hebræi pro distributiuo. 139.c.1

O

OBfirmare vultum quid sit. 164.a.1
Obfirmare vultum idem est ac seuero, & implacabili vultu aspicere. 78.d.2
Oculus parcet, quid significet. 96.c.2
Oculi rotarum quid significent. 24.a.1
Oculo videre, videre videndo, significant efficaciam actus. 149.d.1
Odor, hoc est bonum nomen. 192.d.2
Offendiculum ponere, est in mentem reuocare exitium, quod mouet errantes. 74.c.1
Oleum viride vocatur vnguentum. 300.e.1
Oolla, & Oliba quid significent. 282.c.1.a.2
Orcus varias habet significationes. 150.a.2
Operire aliquando est coquere. 81.b.2
Oplanim Hebræis quid significet. 137.c.2

Universidad de Deusto Biblioteca

P

PAnis saturitas significat ciborum copiam. 209.a.1
Parcet oculus,quid significet. 96.c.2
Parcere est conniuere. 179.d.1
Parare idem est quod expedire. 80.a.1
Pecus pro possessione & omni substantia sumitur. 171.b.1
Pennæ variæ varias exercitus nationes indicant. 220.d.2
Pennæ & facies pro eodem sumuntur. 22.c.2
Pessimi, hoc est, duri, exitiales, implacabiles. 167.a.2
Phrasis Hebræa quando duo sunt connexa vnum pro altero vsurpare solet. 163.a.1
Pilum germinare, quid sit. 180.b.2
Pluere seu stillare idem quod loqui. 257.c.2
Pondus dicitur supplicium. 164.b.2
Ponere offendiculum est in mentem reuocare exitium quod manet errantes. 74.c.1
Ponere faciem,quid significet. 164.a.1
Populus terræ idem significat quod ciues vrbis. 237.b.2
Populus terræ quis nam dici soleat. 115.c.2
Portare vel assumere iniquitates domus Israel, quid significet. 87.d.1
Præcepta non bona, hoc est,tyrannorum, quibus subijciuntur,mandata grauia. 250.b.1
Præparare significat roborare, seu stabilire. 185.d.1
Præsens pro futuro tempore stabile,decretum, & firmum propositum significat. 61.a.1
Præteritum pro futuro sæpe accipitur in sacris. 224.c.1
Primitiæ,eleuatio siue oblatio pro eodem sumitur 255.c.2
Profundus sermo idem est qui difficilis. 69.c.1
Propinquus & fraterHebræis quis dicatur.143.d.2

Q

QVæ in anima fiunt in cubili fieri dicuntur. 120.a.1
Quia, particula aliquando aduersatiua est. 62.d.2
Quiescere quid significet. 62.d.1
Quoniam particula, Hebræa phrasi ponitur pro, porro,seu, autem. 167.a.2
Quoniam, particula æquiualet particulæ propterea. 241.a.1

R

RAmum ad nares applicare, quid. 121.d.2
Recreationem ex laboribus vnctione significari putat Polychronius. 182.e.1
Repetitiones factæ per aduerbium, gerundium, participium, vel nomen verbale exaggerant affectum, & augent verbi significatum. 73.d.1
Repetitio nominis feci quid significet. 176.c.1
Repetitio, irati animi signum. 112.d.1
Reuerentiæ signum velare faciem. 151.b.2
Reuerti,verbum quid significat. 22.d.1
Reuerti & non reuerti, non sunt contraria. 23.b.1
* Ricmah quid sit. 182.c.2.& seqq.
Rotas non conuerti quid significet. 137.c.1
Rota in medio rotę quid significet. 137.c.1
Rotarum oculi quid significent. 24.a.1
Rotarum ethymologia. 137.d.2

S

* SAcab proprie quid significet. 91.c.1
* Sachath quid significet. 238.c.2
Sacra scriptura duobus peccatis,altero contra præcepta primæ tabulæ, altero contra secundæ vniuersitatē scelerum significare solet. 132.a.1
* Sadai quid significet. 48.a.1.& 136.d.1
Salus pro iustitia sumitur. 178.d.2
Sanctitas siue sanctificatio late patet. 256.b.1
Sanctificatio modica quid significet ex Patrum sententia. 144.b.1
Sanctificatio significat Templum. 144.c.1
Sanctificatio,siue sanctitas late patet. 256.b.1
Sanguis,& iudicium sanguinum quid significet. 115.b.1
Sanguis truculentam mortem significat. 165.c.2
Sanguis in medio,pro omnibus sceleribus publicis sumitur. 308.e.1
Sanguis homicidiū significat,& transfertur ad omnia scelera significanda. 131.e.2
Sanguinem alicuius de manu alterius requirere quid significet. 73.c.2
* Sarar quid significet. 62.c.2
Saturitas panis significat ciborum copiam. 209.a.1
Scandalum quid sit. 162.b.2
Scribi in terra quid significet. 156.c.1
Sacra scriptura miro artificio tristia facta subticet. 136.e.2
Scriptura sacra vitam vocat iucunditatem, lætitiam felicitatem. 248.a.1
Sedere pro manere. 72.d.1
Sedere signum mæsti animi. 72.d.1
Sermo profundus idem est qui difficilis. 69.c.1
Seuerus vultus indicat indignationem animi. 103.a.1
Significatio vocis, firmamentum. 24.c.2
Significatio varia vocis, spiritus in sacris. 24.a.2
Signum quid significet. 151.c.1
Signum irati animi.repetitio. 112.d.1
Signum quid significet. 44.c.2
Sinistra, & dextra non semper exacte accipiendæ sunt pro latere sinistro,& dextro. 22.b.2
Speculator quid significet. 72.c.2
Spiritus varie vsurpatur in sacra scriptura. 24.a.2
Spiritus me arripuit, inuasit, venit in me, factus est super me, & similia quid significent. 71.a.2
Spiritus aliquando virtutem animalem significat. 75.a.1
Spiritus est virtus vitalis. 262.c.1
Stare verbum,est præstari, impleri. 216.b.2
Stare quid significet. 152.a,b.2
Stare verbum,quid significet. 152,b.2
Stare in concilio quid significet. 156.b.1
Stetit super Cherubim Hebraismus est. 138.c.2
Stillare pro comminari. 258.a.1
Stillare seu pluere idem quod loqui. 257.c.2
* Sub,cum constituitur immediate cum altero verbo quid significet. 119.b.1
Summitates vestium Origeni alæ vocantur. 180.e.2
Superbia quid significet. 209.a.1
Super sæpe vsurpatur pro iuxta. 222.a.2
Supplicium dicitur pondus. 164.b.2
* Susati quid significet. 50.b.2

T

TAcere aliquando significat perire. 60.d.1
Tegere faciem verecundiam significat. 151.a.2
Tempus præsens pro futuro, stabile, decretum, & firmum propositum significat 61.a.1
Tempus & dies sumuntur pro eo, quod in tempore, aut statuto die fit. 274.b.1
Templum significat sanctificatio. 144.c.1
Terra lacte & melle fluens quomodo intelligatur. 245. c.2
Terræ populus idem significat quod ciues vrbis. 237.b. 2
Tharsis vox quid significat. 23.a.2
* Thaclas quid sit. 184.c.1
* Thel abib quid significet. 71.c.2
* Thopheth quid significet. 198.c.1
Traducere filios per ignem quid sit. 198.b.1
Tropo locus esse non debet cum grammaticus sensus cum literali apte cohæret. 45.b.2

V

VAe quid significet. 65.c.2
Vanitas dicitur mendacium 154.c.1
Varia significatio vocis spiritus in sacris. 24.a.2
Velare faciem damnationis signum. 151.b.2
Velare faciem reuerentiæ signum. 151.b.2
Ventis alatis Angeli comparantur. 46.e.1
Ventus turbinis varie accipitur. 20.e.2
Verecundiæ signum tegere faciem. 151.a.2
Veritatem facere, quid sit. 120.b.2
Vestium summitates Origeni alæ vocantur. 180.e.2
Via quid significet. 109.a.2
Via appellatur interdum actio. 234.c.1
Via legem & vitam nostram significat. 94.d.2
Videre oculo, significat efficaciam actus. 149.d.1
Vindictam significat dies Domini. 155.c.1
Vineæ, & arietes quid significent. 325.b.2
Vir desideriorum quid significet. 167.c.1
Virga seu baculus vocatur panis substentans. 165.c.1
Visus pro intellectu sumitur. 149.a.2
Visio seu apprehensio quid significet. 112.e.2
Visionem non regredi quid significet. 112.c.2
Vitam in viuentibus esse, quid sit. 112.e.1
Vita viuere quid significet. 231.d.2
Vitam sacra scriptura vocat iucunditatem, lætitiam, fælicitatem. 248.a.1
Viuere vita quid sit. 231.d.2
Vocis geminatio est exaggeratio operis vel affectus in opere. 165.b.1
Volare non raro vsurpant Hebræi pro procul dissilire. 38.c.1
Vmbilicum non præcisum fuisse, significat egressum populum adhuc retinuisse mores Aegypti. 178. a. 2
Vmbra est potestas in subditos. 226.c.2
Vna & vna, idest vna & altera. 110.d.1
Vnctione recreationem ex laboribus significari putat Polychronius. 182.e.1
Vnus & alter, vel vnus, & vnus significat singulos. 37.a. 2
Vnus & vnus apud Hebræos idem valet, quod vnus & alter. 239.a.1
Vt, particula valet idem quod ita vt. 216.b.1
Vultum mutare quid significet. 78.e.2
Vultus seuerus indicat animi indignationem. 103.a. 1
Vultum obfirmare idem est ac seuere & implacabili vultu aspicere. 78.d.2
Vultus absolute minacem & toruum vultum significat. 63.c.2
Vultum obfirmare, quid sit. 164.a.1

Z

ZAchar quid significet. 73.a.3

VERBORVM ET RERVM LOCVPLETISSIMVS.

PRIMVS NVMERVS PAGINAM secundus columnam indicat.

Universidad de Deusto Biblioteca



A



ABLVTIO aquæ quos vsus conferat infanti. 178.c.2
Abrasio barbæ quid significet. 93.b.1
Absolutissima idea totius visionis Ezechielis. 34.d.2
Absurdum est Salomonem loqui amatoria in Canticis, quia Deus ipse loquitur cum Ecclesia. 50.b.2
Achilles cibum sæpe recusat mortuo Patroclo. 314.b.1
Adamantis proprietas. 70.c.1
Adonidis lasciui Dæmonis simulachrum. 121.b.1
Adonis quis fuerit. 124.a.2
Adonidis nomen vnde sumptum. 124.c.1
Adorare solem quam malum. 121.c.1
Adorabant antiqui ad solis ortum. 121.b.2
Aduenæ qui fuerint. 163.d.2
Aduentus Dei in montem Olineti prænotabat futurum Christi Domini aduentum in eum montem, vt inde in cælos ascenderet. 146.a.2
Adulteros expilare solent meretrices. 193.c.2
Adulterium frequens Cetheæ regioni. 207.d.1
Aegyptij rubrica signabant omnia in æquinoctio, putantes huiusmodi colorem liberasse primogenitos Israel a perditione. 129.c.2
Aegyptijs crux futuram vitam significabat. 129.a.2
Aegypti regionis descriptio. 203.b.1
Aenigmata proponunt prophetæ, vt obscuritas studium excitet auditorum. 307.a.1
Aenigma quid sit. 219.c.1
Aes sordidorum symbolum, argentum puritatis. 205.a.1
Aequitatem diuinæ seueritatis statera significat. 100.b.2
Aeternæ quietis symbolum est solium. 51.a.2
Ahiezer gestabat aquilam in vexillo variegato ex albo & rubro colore. 44.d.2
Affectus, quo Deus optimos vineæ suæ fructus expetit. 173.b.2
Afflictiones & dolores sunt vincula Adam, vincula caritatis. 106.a.1
Alatus fuit serpens Moysis. 38.c.1
Alæ Cherubinis quot fuerint. 37.a.2
Alarum sonitus iubilationem significat, & præsentem Deum. 25.b.1
Allegoria mista verborum & rerum. 6.a.2
Allegoriæ duplicis signa. 8.b.1
Allegoria duplex. 6.a.2
Allegoria & Metaphora solet esse prophetis frequentior. 5.c.2
Altaris porta quæ dicatur. 118.c.2
Altare incensi vetium ante thronum. 36.b.1
Amantes prosperitatem, quam vident in peccatoribus, facile illorum imitantur mores, sed frustra. 251.c.2
Amentia & odium Dei confunduntur. 154.a.2
Ammon filij qui dicantur, & Rabbath eorum primaria ciuitas. 319.c.1.
Amor sponsa dicitur. 51.a.1
Amor Christi in Ecclesiam ardentissimus. 255.d.2
Amor Dei maximus, & liberalis ostenditur charitas. 257.c.1
Amor mutuus fidelium dicitur rota in rota. 51.d.1
Amor Christi & seueritas mystice ostenditur. 52.c.2
Amorem & zelum Dei electrum & ignis significat. 117.a.2
Amoris est indicium delicijs proprijs se propter aliquem spoliare. 304.d.1
Amorrhæum & Cetheum nominat Exechiel inter septem nationes, quoniam ille scelcribus, iste impudicitia reliquas superabat. 177.c.1
Amuletum quid? 158.a.2
Amygdalina virga impendens flagellum significat. 111.b.1
ἀναχεφαλαίωσις quid. 2.d.1
Angelicæ naturæ symbolum est aquila. 46.c.1
Angeli quatuor tutelares Ecclesiæ quatuor Cherubinis reseruntur. 53.a.1
Angelorum principes septenario numero cõputantur in sacris, hoc est, numero vniuersi. 53.d.1
Angeli comparantur alatis ventis. 46.c.1
Angelorum imaginibus sexuum distinctionem apponere ridiculum & indecorum. 36.c.1
Angeli podere induti apparent, vtpote sacerdotum Dei familiarium, quales ipsi Angeli sunt. 127.c.1
Angelus cur in specie columnæ apparuerit. 34.c.2
Angelus percutiens mystice Christum referebat. 53.a.2
Angelorum ministerio diuina prouidentia suauiter agit rerum vicissitudines, & regnorum permutationes. 138.a.2
An imaginaria vel corporea fuerit Ezechielis prima visio. 20.a.1
Animalium quatuor facies Deus destinauit ad specialem populi sui prouidentiam significandam, non autem ad vniuersalem 46.a.1
Animalium formæ quomodo componantur, & de earum origine 46.a.2
Animalium quatuor facies trophæa sunt partæ victoriæ. 46.d.2
Animalia visionis Ezechielis non fuerunt quadrupedia. 33.a.1
Animalia Ezechielis habuerunt vultum hominis, exuuias vero animalium reliquorum. 39.b.1
Animalia in visione Ezechielis quid significent ex Hebræorum sententia. 44.c.1
Animalium vna facies non potest significare vnum attributum diuinum, quin aliqua alia significet. 43.c.1
Animalium quatuor facies quomodo intelligantur. 38.c.2
Animalia Ezechielis non habebant singula singulas facies, neque vultus brutorum, quia loquuntur. 39.c.1
Animæ operationes tribuuntur linguæ. 68.c.1
Animam hominis quanti faciat Deus, & quanti velit ab eadem proprium æstimari decorem. 205.c.2
Animæ pulchritudo. 200.b.1
Anima laqueis, hoc est, peccatis irretita, non agnoscit Deum, ab eis libera, incipit agnoscere. 160.c.1
Anima idem quod voluntas, & affectus. 285.d.2
Annus trigesimus Iubilæi non commemoratur ab Ezechiele. 17.a.2
Annus Hebraicus & Chaldaicus frequenter habet tredecim

Universidad de Deusto
Biblioteca

menſes. 91.b.2
Annus euerſæ Tyri examinatur. 325.c.1
Antiqui ad ſolis ortum adorabant. 121.b.2
Apollinaris ſententia contra nudas & indecentes figuras effingentes. 22.c.2
Apoſtoli, Euangeliſtæ, Paſtores, & Doctores quatuor rotas Eccleſiæ indicant. 51.b.1
Apoſtoli & Apoſtolici viri Cedris ſignificantur. 50.c.2
Apparatus ſolij Dei qui in tabernaculo & in Tẽplo, ſimilis erat oſtenſo Moyſi in monte. 40.b.1
Apparitiones quatuor Chriſti quatuor Cherubicis faciebus repræſentantur. 55.c.2
Appellatio viri erat cognomen vxoris. 181.d.2
Aqua doctrinæ. 182.c.1
Aquæ ablutio quos vſus conferat infanti. 178.c.2
Aquilæ comparatur Nabuchodonoſor. 220.c.1
Aquila ſymbolum imperij. 220.a.2
Aquila ſymbolum eſt angelicæ naturæ. 46.c.1
Aquilam geſtabat Abiezer in vexillo variegato ex albo & rubro colore. 44.d.2
Aquila Perſarum inſigne. 220.c.1
Aquilæ ſenectus, unde dicatur. 46.d.1
Aquilinas pennas aſcendens Chriſtus in cælum detexit. 54.a.1
Aquilæ comparantur Babylonij. 220.a.2
Aquila arreptum unguibus Draconem geſtans, vetus erat Lacedæmoniorum ſtemma. 45.c.2
Aquilonis regio quid ſignificet. 21.a.1
Arbores ramoſæ ſunt infructuoſæ. 169.c.1
Arca dicitur gloria Domini. 35.c.1
Arca teſtamenti appellabatur gloria Dei. 60.a.1
Arca quare uocetur gloria Dei. 47.a1
Arca fœderis cur dicta gloria Iſrael. 51.c.2
Arca teſtamenti recedit e templo. 70.d.2
Arcæ teſtamenti forma. 35.d.1
Architectis comparantur miniſtri verbi. 61.c.1
Arietes ſignificant Duces & Heroes. 77.c.2
Aries machina. 77.d.2,78.a.b.1
Argentum & aurum fame pereuntibus non prodeſt. 113.c.2
Argentum puritatis ſymbolum, aes vero ſordidorum. 205.a.1
Argento iudicium, vino iuſtitia ſignificatur. 132.b.1
Armillas in brachijs tum viri, tum feminæ geſtare ſolebant. 302.d.2
Armillarum ſignificatio varia. 188.c.2
Arrogantiæ digna pœna contemptus eſt. 215.d.2
Artaxerxem uocat Hieronym. Aſſuerum. 84.c.2
Aſcendens in cælum Chriſtus detexit aquilinas pennas. 54.a.1
Aſſuerum uocat Hieronym. Artaxerxem. 84.c.2
Aſſyriæ regionis deſcriptio. 203.b.1
Auaritiam frequenter uocat Paulus Idololatriam. 194.a.2
Auditorum culpa eſt, mentiri prophetas. 159.c.2
Auibus, non reptilibus comparantur fideles. 226.d.2
Aures perforare quid ſignificet. 189.d.1
Aures perterebrant grauia præcepta, uerum eorum obedientia totum caput exornat. 189.a.2
Aurichalcum quid. 33.c.2
Auriga non poteſt dici, niſi qui currum moderatur. 31.c.2
Aurum & argentum fame pereuntibus non prodeſt. 113.c.2
Auro naturæ & gratiæ dona innuuntur. 183.d.2
Aurum ſuperbiæ & impietatis materia. 114.c.1
Auxilium manus ſignificat. 171.c.1

Baal idolum fuit in templo Domini. 118.d.1
Babel confuſio. 145.c.1
Bacchi corona ex hedera fuit. 303.c.2
Babylon cur dicatur mare. 151.c.2
Babylon cur vocetur terra Chanaan. 221.b.2
Babylonij fatentur diuinam vltionem euertiſſe Ieroſolymam 265.b.2
Babylonij aquilæ comparantur. 220.a.2
Babylonicum opus. 183.a.1
Babylonicum inſigne columba. 220.d.1
Barbæ abraſio quid ſignificet. 93.b.1
Barba uirilitatis indicium. 100.c.1
Bel Idolum Aſſyriorum. 284.c.1
Bellum Dei aduerſus peccatores. 95.d.1
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. 303.c.1
Beneficiorum varia genera ſponſæ collata diſcolori ueſte ſignificantur. 182.c.2
Beneficentia dat intellectum quem non dat uexatio. 257.a.1
Beneficia collata ſponſæ cur Deus improperet. 199.c.1
Beneficiorum aDeo acceptorum obliuio auget maxime ſcelerum grauitatem. 199.a.1
Beneficia nobis a Deo data dicuntur Dei gloria, & quare. 327.a.1
Benignitas Dei multis modis oſtenſa. 180.b.1
Benignitas & prouidentia Dei. 100.c.1
Beſtiarum plaga quæ fuerit. 165.c.1
Brachia habuerunt Seraphini. 37.c.2
Brachia humana habuerunt Cherubini. 36.c.2
Bullæ collo appenſæ cernicalia uocantur, quaſi in eorum tutela ſecuri dormire poſſent. 159.a.1
Byſſus quid ſit. 185.d.2
Byſſus Hebraica candida fuiſſe demonſtratur. 186.d.1
Byſſina faſcia Virginis ſignum. 187.a.1

C

Caldarij ſimilitudine euerſionem urbis Ieruſalem minatur Ezechiel. 96.c.2
Cælum pro templo in ſacra ſcriptura uſurpatur. 38.c.2
Cæli quomodo aperiantur. 19.c.2
Cæleſtes orbes aptiſſime ſignificantur rotarum forma & colore, nec non & ipſo curru. 49.c.2
Cæleſtis patria promittitur ſub ingreſſu terræ promiſſæ ſiue reductionis in Ieruſalem. 213.c.1
Cæna feralis, quare ſic dicta. 315.d.1
Cænatoriæ ueſtes albæ. 301.a.1
Cæſaries libertatis, & nobilitatis indicium. 100.c.1
Calamitates erudiunt homines, ut ſciant uerum Deum. 115.d.2
Calceus ſignum eſt uſucapionis. 184.c.2
Calcei hyacinthino colore cur dentur ſponſæ. 185.c.1
Calceus in militia ſymbolum eſt conſtantiæ animique trepidi. 185.d.1
Calcei nobilitatis, & libertatis inſignia. 313.a.1
Calceamenta ſoluere ſignum luctus. 185.c.1
Calcei hyacinthini indicant pedibus ſponſæ omnem ſubditam dominationem. 185.b.2
Calceamenta in ſacra ſcriptura quid ſignificent. 184.b.2
Candelabra quæ fuerint in Tabernaculo, et quæ in templo. 135.a.2
Caligo, nubes, fumus, tenebræ cum Deo tribuuntur, nimiam claritatem ſignificant. 135.c.2
Calix conuiuantium, & vſque ad ebrietatem bibentium certatim. 288.a.1
Caluariæ mons excelſus dicitur. 225.d.2
Caluariæ montis deſcriptio. 309.a.1
Caluitium lugentium eſt. 113.d.2
Caluitium & raſura luctus indicium. 100.b.1
Captiuitate peracta, qui nam reuerterint in Ieruſalem. 144.c.2
Captiui dicuntur mortui, & ſepulchrum ſeruitus nuncupatur. 313.b.1
Capitis velamen ſignum ſubiectionis. 188.d.1
Caput vituli geſtabat Eliſama in vexillo aureo. 44.c.2
Caput hominis in vexillo viridi geſtabat Eliſam. 44.c.2
Caritas & munus prælati. 150.c.2.151.a.1
Caritas amorque Ezechielis in ſuos oſtenditur. 143.b.2
Carnium ad cines & lebetis ad vrbem analogia duplex. 142.c.1
Caro ſpiritui ſeruit in regno Chriſti. 321.a.1
Carrucæ uectatione diuinam prouidentiam repræſentari Græci patres tradiderunt. 49.a.2
Caſtitatem & fidem coniugalem ſignificat pectoralis faſcia. 187.b.1
Caſtrum ſymbolum eſt ſeruitutis, deſertum vero libertatis. 352.b.2
Caſus reipublicæ Hebræorum. 268.c.2
Caulas collocare in vrbe euerſam illam eſſe ſignificat. 320.a.1
Cauponæ vocantur Idololatræ. 194.b.1
Cauſa omnium malorum, præteritorum obliuio eſt. 206.a.2
Cedri medulla ſtirpem regiam ſignificat. 221.d.1
Cedri Apoſtolos, & Apoſtolicos viros ſignificant. 50.c.2
Cedro cur comparetur Chriſti regnum. 226.b.2
Cedro Chriſtus comparatur. 225.c.2
Centrum Eccleſiæ Chriſtus. 2.b.1
Cerethei, & Phelethei cum Getheis aſſumuntur milites in cuſtodiam regis. 321.a.2

Cerebim, & Phelethim etymologia. 321.b.2
Ceruicalia & pulutilli quid significent ex patrum sententia. 158.b.1
Cethææ regioni adulterium frequens fuit. 207.d.1
Chalcholibanum quid. 33.a.b.2.& seq.
Chaldæi quare piscatores dicantur. 151.c.2
Chaldæorum imperas in Vrbem irruentium comparatur imbri & procellæ. 157.a.2
Chaldææ regionis descriptio. 203.b.1
Chaldaicus & Hebraicus annus frequenter habet tredecim menses. 91.b.1
Chanaan regionis descriptio. 203.b.1
Cherubini in templo constituti, vt testatum sit omnibus quanti Deus faciat Israelitas. 47.a.1
Cherubini quot alas habuerint. 37.a.2
Cherubini quatuor quatuor angelos tutelares Ecclesiæ referunt 33.a.1
Cherubini & Seraphini, quos viderunt Vates, ex qua Angelorum Hierarchia fuerint. 37.d.2
Cherubini non in quatuor partes simul aspiciebant, sed in vnam tantum. 139.c.1
Cherub interpretatur agens currum. 138.c.1
Cherubini visionis Ezechielis similes erant Cherubinis templi. 32.c.1
Cherubini oculati prælatos Ecclesiæ referunt. 137.c.2
Christus dominus aperte promittitur. 269.a.2
Cherubinis quaternis Euangelistæ, totidemque faciebus Euangelia significantur. 54.c.2
Cherubini vestibus carent. 36.a.2
Cherubinis depictæ cortinæ Tabernaculi. 184.b.1
Cherubini humana brachia habuerunt. 36.c.2
Cherubini oraculi templi quali forma fuerint effecti. 36.c.1
Cherubinorum imagines, quam ob causam toties repetitæ fuerint in tabernaculo & templo. 46.c.2
Cherubinorum facies quales fuerint. 32.a.1
Christus mystice repræsentabatur in Angelo percutiente. 53.a.2
Christi ardentissimus in Ecclesiam amor. 255.d.2
Christus Ecclesiæ centrum. 2.b.1
Christi resurrectionem innuit leonis pectus. 53.c.2
Christus in die palmarum se profert hominem, Deum, Regem, Sacerdotem. 54.c.1
Christi redemptoris nostri triumphum decantat Paulus ad Hebræos. 11.v.2. 49.b.2
Christus semel introductus per natiuitatem, iterum introducitur per resurrectionem. 49.c.2
Christus non est subiectum aut obiectum omnium scripturarum, licet sit finis. 5.b.1
Christus leoni comparatur. 53.c.d.e.2
Christi mortem innuunt vituli pedes 53.c.2
Christus non solum in seipso repræsentat facies Cherubicas, sed etiam earum dispositionem & situm. 53.b.2
Christus Cedro comparatur. 225.c.2
Christus quatuor faciebus Cherubicis repræsentantur. 53.b.2
Christus non mystice tantum, sed secundum litteram sæpe continetur in scripturis sanctis. 4.c.1
Christus pedum vnctionem cur laudauit. 301.d.1
Christus mediante morte obtinuit imperium orbis. 57.d.2
Christus finis legis. 2.b.2
Christum continet scriptura in sensu litterali, non solum in mystico. 6.d.2
Christus est corpus Prophetarum. 2.a.1
Christus cur Nazaræus vocetur. 226.c.1
Christi amor & seueritas mystice ostenditur. 52.c.2
Christi quatuor apparitiones repræsentantur totidem Cherubicis faciebus. 55.c.2
Christus crucifixus exprimit quam deformis sit peccati facies. 110.c.1
Christi Ecclesiæ vbertas. 245.e.2
Christus summa omnium legalium. 2.e.1
Christo regi vni quod oraculum conuenit. 269.c.2
Christum Deum & hominem significat electrum. 52.a.1
Christum referebat vir lineis indutus. 127.b.2
Christus ascendens in cælum detexit aquilinas pennas. 54.a.1
Christi sacerdotium Leuitico succesit. 57.a.1
Christi redemptio duplici nomine eoque coniuncto solet nominari, nempe strage & salute. 253.b.2
Christus cur octauo die circunciſus. 72.c.2
Christus cum virgulto & flore confertur. 226.c.1
Christi regnum cur cedro comparetur. 226.b.2
Chori etiam sacri. 302.a.2
Cidaris tribuitur & regi, & sacerdoti. 266.d.2
Cidaris incurua seruorum est, & recta regum. 264.d.2
Cilicium lugentium & miserorum habitus. 113.b.2
Cinere volutati Iudæi mortuos lugent. 314.a.2
Circunciſionem non Iudæi tantum, sed & aliæ gentes obseruabant. 248.c.2
Circunciſus octauo die quare fuerit Christus. 72.c.2
Citra condignum punit Deus. 206.b.2
Cogitationes proprias diudicare difficile est. sicuti, quisnam loquatur ore energumeni, an spiritus oppressi, an spiritus mendacij. 120.c.2
Cognomen vxoris erat viri appellatio. 181.d.2
Color ianthinus & hyacinthinus idem. 184.c.1
Colore & forma rotarum necnon & ipso curru aptissime cælestes orbes significantur. 49.a.2
Coloris rubri est sapphirus. 40.d.1
Columba Babyloniorum insigne. 220.d.1
Columbæ gemitus cantus est. 113.c.1
Columna nubis & ignis præcedens Israel amica tantum fuit, non duæ. 40.c.2
Comam nutriebant Hebræi. 213.d.2
Comam quare nutriebant Nazaræi. 100.c.1
Commercium sequitur consuetudo, consuetudinem lasciuia, lasciuiam impudicitia. 193.d.2
Comminatio dura aduersus eos, qui sibi & suis longam vitam promittentes, omne facinus aggrediuntur. 111.e.2
Comprimere furorem & iram continere non sit sine maxima lucta & agone. 97.e.1
Concionator pacem peccatoribus denuncians pernicies est reipublicæ. 160.b.2
Concionatores qui suos conceptus quasi diuina oracula iactant, reprehenduntur. 154.c.1
Concupiscentia cur oculis ascribatur. 285.d.1
Coniunctio(&) præposita historiæ ex Doctorum sententia. 17.a.1
Confessio peccatorum diuinam iustitiam glorificat & defendit. 151.e.2
Confiteri tanto minus quis debet in suo decore, quanto fuerit sublimior. 193.b.1
Confusionis operibus confusio, & erubescentia remedium est. 212.a.1
Confutatur hæresis negantium contritionem continere peccati odium. 206.b.2
Connubium Dei nostri cum Israel varia phrasi exprimitur. 181.e.2
Consensus prophetiæ Isaiæ, & Ezechielis de Nabuchodonosore, & Sennacheribo Assyriorum regibus. 271.d.1
Consuetudo præferendi ignem ante Regem vnde orta. 36.b.1
Constantiæ animique trepidi symbolum est calceus in militia. 185.d.1
Continere iram & furorem comprimere non sit sine maxima lucta & agone. 97.e.1
Conuertendus Israel in fine seculorum. 214.c.1
Conuerti ad Deum qui differunt in horam mortis, timeant. 310.c.2
Conuiuij funeralis ritus. 313.a.2
Conuiuium lugentibus exiberi solitum περίδειπνα, peridepna, Græcis dicitur. 314.c.1
Cor duplex. 145.b.1
Cor duplex. 120.b.2
Cor humanum sæpe contendit delictum occultare. 120.e.2
Cor humanum duplici habena, præmio scilicet & pœna ducitur, ac in officio continetur. 208.d.1
Cor nouum nouam voluntatem significat. 235.d.1
Cor nouum, eius mundities, & pœnitentia, & à Deo, & à nobis procedere dicuntur. 145.e.1
Cor peccatoris procacis, qui nescit erubescere quam difficile sit mundare. 203.b.1
Cor vnum quid sit. 145.b.1
Cordis humani profunditas tractatu explicatur. 120.a.1
Corona abundantiæ, & cumuli symbolum. 203.c.1
Cerrus Bacchi frequens fuit ex hedera. 303.c.2
Corona quorum fuerit ornamentum. 189.b.2
Corona Ecclesiæ Christi quanto sit maioris precij, & dignitatis, quam fuerit Israelitica. 190.b.1
Corona, sertum, & germen quomodo in eiusdem vocis significatione conueniant. 110.d.2
Corona sponsæ, gloriæ & regni sponsi societate potiri. 189.d.2
Coronæ antiquæ aut laneæ, aut lineæ fuerunt. 303.b.2

Coronas conuiuales inuenit neceſſitas, auxit voluptas. 303.b.2
Coronæ ſacerdotum apud gentes dicebantur inſulæ. 267.c.2
Coronæ epulares ex myrtho. 302.e.2
Coronæ varia nomina apud Hebræos. 266.d.1
Coronarum vſus. 303.b.1
Corrigitur Plinij locus lib.6.cap.26. nat. hiſt. 19.e.1
Cortinæ & veſtes ſanctuarij ex byſſo albi coloris conſtabant. 186.c.1
Cortinæ Tabernaculi Cherubinis depictæ. 184.b.1
Creta vnde dicta. 321.d.2
Crimina atrocia Deum natura mitem reddunt inexorabilem. 98.e.1
Crucis ſignum geſtant lugentes. 129.e.1
Crux Aegyptij futuram vitam ſignificabat. 129.a.2
Culpæ feditati reſpondet ſupplicij deformitas. 115.a.1
Culpæ ſocios in eiuſdem culpæ vindices aſſumit Deus non raro. 286.b.1
Culpam dolor & labor conſectantur. 124.d.1
Cultus idolorum varius. 195.d.2
Cupiditas inſatiabilis, quadruplex. 202.d.1
Cupiditas inſatiabilis peccandi. 202.e.1
Cur in ſpecie columnæ apparuerit Angelus. 34.e.2
Curulis ſella triumphantis indicium. 51.c.2
Curru geniali tres tantum duci ſolitos affirmat Pauſanias, ſponſum cum ſponſa, & paranympho. 50.d.2
Curru traducebantur ſponſæ. 50.d.2
Curru vehi triumphantes non eſt Romanorum inuentum. 49.b.1
Currus Dei quid ſignificet. 49.d.2
Currus myſtice Eccleſiam ſignificat. 50.c.1
Currus quid ſit. 49.d.2
Currus partes ſingillatim ſingulis orbibus applicantur. 50.a.1
Currus templi. 35.c.2
Cuſtodia legis Rempublicam bonis omnibus ditat, decorat, & munit. 192.b.1
Cyrus aſcenſor aſini, quia humili loco natus, Darius cameli, quia de regio ſemine ortus. 49.e.2

D

DAemon alios ex filijs Iſrael quaſi in holocauſtum totos ſibi cremari petierat, alios quaſi praecula per ignem traduci. 198.c.2
Dæmones nihil e futuro ſciunt, ſolis ducti coniecturis caſu diuinant, ſæpe falluntur. 264.e.2
Damnatorum pœnæ. 156.d.2
Damnatis ad mortem caput operiebatur. 313.e.1
Damnandi non ſignantur vt plures futuros ſignificetur. 129.c.2
Damnati quomodo ſurgent in iudicio. 211.b.2
Damnatur hæreſis Deo crudelitatem tribuentium. 252.d.1
Danielis encomium. 167.e.1
Daniel 27. ætatis anno inter magnos Patres commemoratur à Deo. 167.c.1
Danielem virginem fuiſſe affirmant Patres. 167.c.1
Daniel Eunuchus. 165.d.2
Darius aſcenſor cameli, quia de regio ſemine ortus, Cyrus aſini, quia humili loco natus. 49.e.1
Dauidis humiliatio quos fructus pepererit. 151.e.1
De anno embolyſmico. 91.b.2
De aurichalco. 33.c.2
De chalicolibano. 33.a.b.2. & ſeq.
De electro. 25.d.2. 33.c.d.1. & ſeq.
De allegoria rerum. 6.a.1
De veſte poderis. 127.c.1
De allegoria verborum. 5.d.2
De connectione (&) præpoſita hiſtoriæ Doctorum ſententiæ. 17.a.1
De duplici nomine Prophetarum. 1.a.1
De allegoria miſta verborum & rerum. 6.a.2
De rotarum Ezechiel forma antiqua ſententia. 31.b.1
De locutione hyperbolica. 8.d.1
De ſerico. 188.b.1
De tranſitu ab hiſtoria ad prophetiam. 5.a.1
De tranſmigratione Babylonis. 20.c.1
De viſionibus Ezechielis. 10.b.1
Decipulæ & laquei populi dicuntur falſi prophetæ. 163.c.2
Decretum iuramento confirmatum irrenocabilem iudicat executionem. 96.a.1
Decreta Dei ſunt quaſi prima principia in ſcientia, quæ intellectu pro ſe ipſa ſine vlla probatione conſtant. 234.c.2
Definitio zeli. 97.e.2
Delictorum & miſeriæ propriæ memoria, vnicum aduerſus ſuperbiam medicamentum. 199.c.1
Deliciæ & luxus Sedeciæ quos fructus pepererint. 151.e.1
Denarij merces participatio Euangelij eſt. 215.b.1
Deſertum populorum quid ſit. 252.e.1
Deſertum ſymbolum eſt libertatis, caſtrum vero ſeruitutis. 252.b.2
Deſiderium nocium peccandi exaggeratur. 204.c.1
Deſolatio & interitus conſequitur peccatum. 105.e.1
Deus frequenter apparuit vectus carruca calorum, vel Cherubinorum. 41.a.1
Deus decipere & indurare quomodo, & cur dicatur. 164.c.e.1
Deus domum ſceleribus contaminatam non amplius vt ſuam vult reuerti. 131.b.1
Deus quomodo lætetur vindicta qui ita miſericordia lætari ſolet. 97.d.2
Dei comminatio in præſules & in peccatores miſericordia. 73.d.2
Deum in memoriam reuocat tribulatio. 105.d.2
Deus peccatores nihili æſtimat. 308.d.1
Dei prouidentia quæ malos ſeruos domo expellere ſolet, electos fugientes perſequitur, vt reducat. 252.b.1
Deus priuſquam miniſterium det, dat gratiam ad illud. 61.b.1
Deus punit iuxta peccatorum merita. 109.a.2
Dei nomen Sadai quid ſignificet. 48.a.1
Deus cur à dextris ſtet. 135.e.1
Deus eos qui ſibi obſequentes Babylonio ſe dederant, conſolatur, mirifice ſeipſum exhibens vicem earum. 144.e.1
Dei benignitas in hoc maxime ſplendet, quod vocat indurator, neque ſubtrahit auxilium ab iis, quibus ſcit non profuturum. 61.e.2
Deus punit citra condignum. 206.b.2
Deus in ipſa vindicta ſe patrem oſtendit. 97.d.2
Deo nihil non perfectum & integrum offerri debet. 303.d.1
Deus vt ſententiam ferat vaſtationis vrbis & Templi, in veſtibulum ſanctuarij regreditur. 128.b.1
Deus aliquando dicitur iurare. 96.c.1
Deus memor pacti, quod pepigerat cum Iſrael, coactus peccatorum multitudine paradiſum ſuum delere cogitat. 109.a.1
Deus laceſſit impudentes ignominijs, vt erubeſcant. 204.d.2
Deus quaſi dolens de nece filiorum Iſrael, filios ſuos compellat, & benignitate plena oratione. 198.d.2
Dei odium aduerſus peccatum mirifice oſtenditur, & exaggeratur. 104.b.1
Dei miſericordia & iuſtitia, electro & igne ſignificantur. 52.c.1
Deus temperat iram, & differt vindictam: verum poſtmodum maiore impetu effundit eam. 97.c.1
Deus indicaturus obturat aures, quaſi non potens continere quin miſereatur, ſi miſeros audiat. 122.e.2
Dei bellum aduerſus peccatores. 95.d.1
Deus clemens facillime ſuorum precibus acquieſcit. 81.d.2
Dei punitio miſericordia interueniente iuſtificatur in ſemetipſa. 79.c.2
Deus non parcit, vt parcat. 97.c.1
Dei gloria quid ſignificet. 127.e.2
Dei verbum comparatur pillulis deauratis. 69.b.1
Deus conſtituit tribunal in cordis humani baſilica, in quo tribunali cauſas iudicat humanas. 120.c.1
Deus vnde ſibi aſſumpſerit nomen Redemptoris Iſrael. 47.c.1
Dei benignitas & prouidentia. 100.e.1
Deus domo egreditur vt vindicta ſumatur de ea. 135.d.1
Deus iuſte punit, & in ſuæ bonitatis indicium prophetam iubet deflere puniendos. 263.b.1
Deus neque ex infirmitate permittit ſuis mala, neque ex odio, ſed ex vindice iuſtitia. 319.b.1
Dei verbum non audire proximum eſt ſubtractioni eiuſdem, & derelictioni. 64.b.1
Deus non propenſus ad vindictam, ſed ipſis ſceleribus quodammodo compellitur. 274.d.1
Dei ſpiritus omnia gubernat. 132.a.2
Deus non ſolum idolorum cultum probibet, verum eorum cultus in veri Dei cultu miſceri non patitur. 104.d.2

Dei nomina non humano more inania, sed solida, & ex factis desumpta. 48.c.1
Dei filio quare tribuatur Redemptoris nomen. 52.c.1
Deus libenter contulit sacerdotum existimationem in publica accusatione. 154.a.2
Deum suum reliquit Ierusalem, sicut fecerat Chanaam. 206.c.2
Deus destinauit faciem quatuor animalium ad specialem populi sui prouidentiam significandam, non autem ad uniuersalem. 46.a.1
Dei iustitia non contra homines, sed contra peccata desæuire solet. 235.b.1
Deus permittit ad nutum succedere optata, vt in suis consiliis capiatur impius. 163.b.2
Deus an puniat peccata parentum in filijs. 232.d.1
Dei gloria quare uocetur arca. 47.a.1
Deus post illatam populo suo plagam indignationem suam effudit in eos, qui irritauerant Deum ad uindictam. 261.a.2
Dei nostri connubium cum Israel uaria phrasi exprimitur. 131.c.2
Deus ipse loquitur ore prophetarum. 143.c.1
Dei præsentia & iubilatio significatur alarum sonitu. 25.b.1
Deus cur improperet sponsæ collata beneficia. 199.c.1
Deus uerax cognoscitur in executione uindictæ comminatæ. 165.c.2
Deus vbique equitat super Cherubim non in templo solum. 138.c.2
Deus reputat quasi non facta, quæ non fiunt ex corde, & ueraciter. 163.b.1
Dei derelictio est pœna inueteratorum scelerum 122.d.2
Deus suo nomini parcit nostræ consulens utilitati. 199.b.2
Dei mandata quare iudicia & iustitiæ dicantur. 146.a.1
Deo tribuitur indignationis clamor humano more. 126.b.1
Dei & sui ipsius obliuiosus homo uocatur Enos. 199.b.1
Deus non patitur suos diutius in oratione affligi. 82.a.1
Deus colendus est, & quia Deus est, & quia noster est. 246.a.2
Dei magnum beneficium est punitio, ne sequatur peccata derelictio 201.c.1
Dei iusiurandum duplex. 208.d.2
Dei benignitas multis modis offensa. 180.b.1
Deus ipse prælietur aduersus Israelitas militibus Assyriorum. 155.c.1
Deus iustificat suam prouidentiam cum peccatoribus induratis. 62.c.1
Deum natura mitem crimina atrocia inexorabilem reddunt. 78.c.1
Deus suo nomini consulens peccatoribus miseretur fidelibus. 246.c.2
Deum recedere faciunt peccata. 119.a.1
Deus quasi hominis manu assumit, ne terreat assumptum. 117.c.1
Deus duplici de causa prædixit Apostolis & prophetis futuras tribulationes. 62.c.2
Dei decreta sunt quasi prima principia in sententia, quæ intellecta per se ipsa sine ulla probatione constant. 234.c.1
Deus ipse uindex uindictam exaggerat. 95.c.1
Deus proijciet a se templum quasi barbam abrasam. 96.b.2
Dei iustitia misericordia permista est. 78.b.2
Deus non parcit propter iustitiam, prædicit hoc idem ex misericordia. 132.b.2
Dei ira magna ferrea sartagine significata. 78.c.1
Dei benignitas etiam contumaces seruos non dedignatur uocare filios. 62.a.1
Deus non respondet peccatoribus induratis interrogantibus. 244.c.1
Deus stat iuxta idolum ostendens propterea velle demittere templum. 118.b.2
Deus non alit domi vindices iræ, sed aliunde uocatos mercede conducit. 100.d.1
Dei onus quam leue, & iugum quam suaue. 251.c.1
Deus ipse qui ad correctionem populi, cui tyrannos permittit, pœnitentia suorum placatus, vindictam in Tyrannos exercet. 270.b.2
Deus præstiti iuramenti non seruati uindex est. 224.d.2
Dei amor maximus, & liberalis ostenditur charitas. 257.c.1
Deus dicendo facit, loquendo facit eloquentes. 75.d.2
Dextra & læua manus quid significet. 21.b.1
Dianæ soluizonæ templum quod nam fuerit. 187.a.1
Dici, & horæ prædictio certiores facit Hebræos non casu, aut cæli influxu, sed Dei prouidentia urbē igni traditam. 506.d.1
Difficultas prophetiæ Ezechielis. 10.a.2
Dignitas prophetiæ Ezechielis. 10.c.1
Dilectio inimicorum. 257.b.2
Discolori uestæ uariæ beneficiorum genera sponsæ collata significantur. 183.c.2
Discolor seu polymita uestis. 182.a.2
Discolor vestis quid significet in Hebræorum republica. 183.b.2
Discrimen inter hieroglyphica & literas. 48.a.2
Discrimen inter ueros & falsos prophetas. 62.b.1
Discrimen inter manna & Eucharistiam in collatione uitæ æternæ. 247.d.2
Distinctio sexuum in Cherubinis non fuit. 36.c.1
Diuinæ prouidentiæ partes duæ, præmium, & pœna. 132.a.2
Diuinandi per virgas antiquus mos. 264.b.2
Diuinæ seueritatis æquitatem statera significat. 100.b.2
Diuino nomini maior fit iniuria a suis, quam ab alienis. 255.c.2
Diuites vocantur leones. 209.b.2
Diuitijs coniuncta superbia. 209.c.2
Diuitiæ non ex benedictione Dei, sed ex iniustitia possidentis quandoque eueniunt. 209.d.1
Diuitum præcordia ad libidinem mollia, ad liberalitatem dura. 209.b.2
Doctores, Apostoli, Euangelistæ, & Pastores quatuor rotas Ecclesiæ significant. 51.b.1
Doctoribus omnibus conueniunt quæ de prophetis dicuntur. 154.c.2
Doctrinæ aqua. 182.c.1
Doctrinam legis fasciæ significant. 179.c.1
Doctorum sententiæ de (&) coniunctione. 17.a.1
Dolores & afflictiones sunt uincula Adam, uincula charitatis. 106.a.1
Dolor est quasi pondus comprimens, & emolliens cor durum. 106.d.1
Dolores uocantur simulachra, & quare. 106.d.1
Dolor conterit oculos, & quomodo & quare. 106.d.1
Dolor est quasi funis coarctans. 105.c.2
Dolentes, & ploratus à cæde eripiuntur. 130.c.1
Dolor & labor culpam consectantur. 124.d.1
Domus Israel duplex: altera carnalis, spiritualis altera. 255.a.2
Domum sceleribus contaminatam non amplius ut suam vult reuereri Deus. 131.b.1
Domus pro familia. 62.c.1
Domus Iuda significat domum, & familiam regum Iuda. 88.d.1
Dona naturæ & gratiæ auro innuuntur. 183.d.2
Dormire in sinistrum latus, obsidionem, in dextrum, excidium significat. 86.d.2
Dotes Ecclesiæ quatuor. 56.d.1
Dulcis exoriatio ad peccatores. 235.b.2
Duplicis allegoriæ signa. 8.b.1
Duplici nomine insigniti Prophetæ. 1.a.1
Duplex domus Israel: altera carnalis, spiritualis altera. 255.a.2
Duplex uæ temporalem & æternam indicat mortem. 200.a.1
Duplex Prophetarum munus. 1.a.2.
Duplex cor. 120.b.2
Duplex Ecclesiæ status. 50.c.1
Duplex allegoria. 6.a.2
Duplex Dei iusiurandum. 208.d.2
Duplex cor. 145.b.1
Dux uocatur baiulus. 266.b.1

E

Ecclesia comparatur tentoriis Cedar, grano sinapis, & thesauro abscondito, fermento, & igni, quo caruerunt fatuæ virgines. 172.a.2
Ecclesia cur dicatur Regnum cælorum. 50.d.1
Ecclesia dicitur regnum, & quare. 50.d.1
Ecclesia cur dicatur vinea. 172.c.1
Ecclesia non est viridarium non est nemus sed vinea. 170.b.
Ecclesia vere libera. 56.d.2
Ecclesia quomodo sit contra Ierusalem ad orientem: 147.c.1
Ecclesiæ centrum Christus. 2.b.1
Ecclesiæ Christi libertas. 245.c.2
Ecclesia quomodo sit ædificata in monte Oliuarum, 146.d.2
Ecclesiæ angeli quatuor tutelares quatuor Cherubinis exprimuntur. 53.a.1
Ecclesiæ dotes quatuor. 56.d.1
Ecclesiæ primates inducunt victoriæ trophæa. 53.c.1
Ecclesiæ pulchritudo non fucata, sed uera. 192.c.2
Ecclesiæ filiorum quomodo sit peculiare accepisse potestatem

vt filij Dei fiant, si etiam synagogæ filij uocantur Dei filij. 198.d.2
Ecclesiæ corona quanto sit precioſior quam Iſraelitica fuerit. 190.b.1
Ecclesiæ ſtatus duplex. 50.c.1
Ecclesiæ ſtemmata quatuor ſignificantur quaternis faciebus rotarum. 56.a.1
Eccesiæ traditiones non omnes ſunt litteris mandatæ. 246.c.2
Ecclesiæ quaſi proprie conuenit diuinitatis participatio, Iſraeli vero in typo, & quadantenus. 56.b.2
Ecclesiæ veſtis uerſicolor eſt ſacra ſcriptura. 5.c.1
Ecclesiam currus myſtice ſignificat. 50.c.1
Effectus timoris. 113.e.1
Effectus mortificationis. 57.e.2
Efficacia miræ pœnitentiæ. 233.d.2
Effuſio ſanguinis Chriſti punitur in effuſione, & euerſione Hieruſalem. 308.d.2
Effuſio ſanguinis quid ſignifieet. 73.b.2
Electrum Chriſtum Deum & hominem ſignificat. 52.a.1
Electrum & ignis Dei miſericordiam & iuſtitiam demonſtrat. 52.c.1
Electrum & ignis ſignificat amorem & zelum Dei. 117.a.2
Electrum quid. 25.d.2.33.c.d.i. & ſeq.
Elementa uocantur ad audiendum Dei verbum, vt prouocẽtur homines elementis ſtupidiores. 103.c.1
Eliſama geſtabat vituli caput in aureo rexillo. 44.c.2
Embolyſmus quid. 91.b.2
Emendatur Plinij locus lib. 6. cap. 26. natt. hiſt. 19.e.1
Emmanuel quid ſignificet. 50.e.1
Encomium Danielis. 167.e.1
Encomium & fructus pœnitentiæ. 105.d.2
Energiæ & vis ſymbolum manus. 20.c.2
Enos vocatur homo Dei & ſui ipſius obliuioſus. 199.b.1
Epulæ ſepulchris apponi ſolitæ. 314.c.1
Error Theodori Mopſueſtiæ. 3.d.1. Damnatur. 3.c.2. Redarguitur ex ſacris ſcripturis, & Patrum teſtimonijs. 4.b.1 Reſpõdetur eius rationi. 5.b.2
Erubeſcentia confuſionis operibus remedium eſt. 212.a.1
Eſculenta omnia ſignificare ſolet panis. 197.b.1
Eſdras nouos characteres Hebræos inuenit. 128.e.2
Euangeliſtæ Apoſtoli, Paſtores, & Doctores quatuor rotas Eccleſiæ indicant. 51.b.1
Euangeliſtæ quaternis Cherubinis, totidemque faciebus Euangelia ſignificantur. 54.c.2
Euchariſtiæ ſacræ encomium. 317.b.1
Euchariſtia & manna in collatione vitæ æternæ quid differant interſe. 247.d.2
Euerſionem Ieruſalem caldarij ſimilitudine minatur Ezechiel. 96.c.2
Excelſa quæ ſint. 104.a.2
Exempla eorum, qui iuſtitiæ filij ſceleratorum fuerunt, & eorum qui ex aduerſo ſcelerati, & filij iuſtorum. 232.b.1
Exemplum quanto efficacius ſit ad malum quam ad bonum. 238.e.1
Exemplum quid. 98.d.1
Exercitus cur ſit dictus populus Iſrael per deſertum gradiens. 44.d.1
Exhortatio dulcis ad peccatores. 235.b.2
Exhortatio exterior cum interna inſpiratione coniuncta conuertit peccatorem. 74.c.1
Ezechielis prima viſio an imaginaria vel corporea fuerit. 20.a.1
Ezechielis prophetæ difficultas. 10.a.2
Ezechiel non meminit trigeſimi ætatis ſuæ anni. 17.d.1
Ezechielis prophetæ dignitas. 10.a.1
Ezechiel non computat trigeſimum annum ab inuentione libri legis. 17.a.2
Ezechielis prima & vltima uiſio fuit imaginaria. 10.c.1
Ezechielis prophetiæ ſumma. 66.a.2

F

Facies quatuor Cherubicæ Chriſtum indicant. 53.b.2
Facies vitulina ſignificat ſacrificium Chriſti. 22.b.1
Facies Cherubinorum quales fuerint. 32.a.1
Facies in viſione Ezechielis quid ſignificet. 21.c.2.32.b.1b.2
Facies quatuor animalium quomodo intelligantur. 38.e.2
Facies peccatoris quam deformis. 110.a.1
Facies quatuor animalium trophæa ſunt partæ victoriæ. 46.d.2
Facies una animalium non poteſt ſignificare unum attributum diuinum, quin aliqua alia ſignificet. 43.c.1
Facta noſtra vt uidere poſsimus, alios eiſdem induamus. 201.e.1
Factis prophetare iubetur Ezechiel. 75.b.1
Fallaces vitam promittunt, cum mortem donent. 159.b.1
Famis & peſtis plagæ, & ſimilia ſpiritus appellantur, quoniam agiles ſunt & efficaces. 167.c.2.
Fame pereuntibus non prodeſt argentum & aurum. 113.e.2
Fames & peſtis vocantur ignis. 101.b.1
Famis ſagittæ uocantur locuſtæ. 98.b.2
Famis uis atrocisſima, quæ naturalem vincit amorem, & pietatem. 95.d.2
Faſciæ doctrinam legis ſignificant. 179.c.1
Faſcia pectoralis ſignificat caſtitatem, & fidem coniugalem. 187.b.1
Faſcia hyſſina Virginis ſignum. 187.a.2
Feracitas terræ ſanctæ. 173.a.1
Feralis cena quare ſic dicta. 315.d.1
Fidelium mutuus amor dicitur rota in rota. 51.d.1
Fidem coniugalem & caſtitatem ſignificat pectoralis faſcia. 187.b.1
Fideles in deſperatis rebus ſemper ſperant meliora de Dei bonitate. 117.b.1
Fideles auibus comparantur non reptilibus 226.d.2
Fidelium ſanctificatio magna laus Chriſto. 256.d.1
Fidelium peccatum malus eſt quam infidelium. 94.b.1
Fideles cur comparentur auibus. 172.d.1
Filiæ interdum appellantur oppida & reipublicæ. 201.a.1
Filio Dei quare tribuatur redemptoris nomen. 52.c.1
Filius eius parentis dicitur quis, cuius mores imitatur. 177.d.1
Filius potius dicendus eſt quis eius, quem moribus imitatur, quam eius a quo genitus eſt. 238.a.2
Filiorum neſaria immolatio. 197.e.2
Filij propter parentum merita eripiuntur ab ira Dei 167.d.2
Filios per iguem transferre, ſeu traducere quid ſit. 198.b.1
Filiæ imitantur matres. 206.d.2
Filum narrationis præcidere ſolet interdum ſacra ſcriptura. 5.c.1
Finis legis Chriſtus. 2.b.2
Florida virga proficuam correptionem ſignificat. 111.d.1
Fœdera quatuor Dei cum hominibus. 55.d.2
Fœderis arca cur dicta gloria Iſrael. 51.c.2
Fœminis igniominioſiſsimum eſt nudari. 205.a.2
Fœminis vinum prohibitum. 191.b.2
Fomes libidinis eſt vinum. 191.b.2
Forma Cherubinorum oraculi templi. 36.c.1
Formæ animalium quomodo comparãtur, & de earum origine. 46.a.2
Forma & colore rotarum, nec non et ipſo curru aptiſsime ſignificantur celeſtes orbes. 49.c.2
Fornicata cur dicatur non autem adulterans mulier quæ coniugata dicitur. 195.d.1
Fornicatio idololatria vocatur. 194.c.1
Fornicarius dicitur prophanus & quare. 203.e.2
Fructus & encomium pœnitentiæ. 105.d.1
Fructus vineæ. 171.c.2
Fructus maturi ſignificant maturam uindictam. 110.e1
Fumus ſignificat incendium. 136.c.1
Fumus, nubes, caligo, tenebræ cum Deo tribuuntur, nimiam claritatem ſignificant. 135.e.2
Funebres ritus Romanorum. 315.a.1
Funeralis conuiuij ritus. 313.a.2
Furorem comprimere & iram continere non ſit ſine maxima luctu & agone. 97.e.1
Furor iræ implacabilis non ſolum uiuentium, ſed & inſenſibilium ruinam ſignificat. 103.b.1
Fur dicitur peſtilens. 231.d.2

G

GAlaad corrigendum non Galgala. 213.d.1
Galgalæ tribuitur nomen Sodomæ. 207.e.2
Gehenna cur vocetur infernus. 198.d.1
Gementes cur columbis aſſimilentur. 113.c.1
Gemitus columbæ cantus eſt. 113.c.1
Geniali carruca tres tantum duci ſolitos affirmat Pauſanias, ſponſum cum ſponſa & paranympho. 50.d.2.
Genera & nomina uaria veſtimentorum. 183.b.1
Gentium vocatio. 256.e.1
Gentibus ſpes eſt ſalutis. 169.d.2
Gentium vocatio earum ſolatium, Iudæorum confuſio fuit 214.d.2

Gentium appellatione ignominiose vocantur Iudæi. 61.d.1
Gentium idola, quibus seruierunt nonnunquam Iudæi. 125.a.1
Gentium vocatio. 136.b.2
Germen, sertum, & corona, quomodo in eiusdem vocis significatione conueniunt. 110.d.2
Gladius quid significet. 93.b.1
Gladij facies pro acie accipitur. 263.c.2
Gladius triplicatus triplicem Nabuchodonosoris aduentum significat 263.b.2
Gloria Domini dicitur arca. 35.c.1
Gloria idem est quod celeusma vindemiatorum. 110.c.2
Gloria stat super montem Olueti, spectans nouum templum reædificari, Ecclesiam scilicet, in qua permaneat in æternum. 146.c.2
Gloria Dei appellabatur arca testamenti. 60.a.1
Gloria Dei quid significet. 127.c.2
Gloria Dei quare vocetur arca. 47.a.1
Gossipij vestes gratissimæ Sacerdotibus Ægyptijs. 186.b.1
Gossipium idem est ac byssum. 186.d.1
Gradus ruinæ Israelitarum. 122.c.2
Græci triduo post obitum defuncti apparant cœnam necessarijs. 314.b.1
Græcorum & Latinorum sententiæ de significatione primæ visionis Ezechielis. 42.a.1.*& seq.per totum.*
Græci, die ipso sepulturæ, & 3. 7. 9. 30. interdum quadragesimo sacrificia defunctorum manibus statuebant. 314.b.2
Gratiæ & naturæ dona innuuntur auro. 183.d.2
Gubernatorum est proprium quadrigam adscendere, & quare. 49.c.1

H

Habitus lugentium & miserorum cilicium. 113.b.2
Hæresis damnatur Deo crudelitatem tribuentium. 252.d.1
Hebraica byssus candida fuisse demonstratur. 186.c.1
Hebraicus & Chaldaicus annus frequenter habet menses tredecim. 91.b.2
Hebræi comam nutriebant. 113.d.2
Hebræorum mensium nomina quando cœperint. 19.a.1
Hebræorum obstinatio. 61.b.2
Hebræorum præsumptio de templo comprimitur. 315.d.2
Hebræorum sententiæ de significatione animalium in visione Ezechielis. 44.c.1
Hebræorum singuli principes gestabant symbola parentum. 44.d.2
Hieroglyphica qua in re differant à litteris. 48.a.2
Hieronymi versio differt aliquando à vulgata. 150.d.1
Hierosolymæ prædicitur incendium. 135.b.1
Hierosolymæ scelus quatuor modis comparatur sceleribus Samariæ, & Sodomæ. 207.a.2
Hierusalem dicitur portæ populorum ob ciuium, & aduenarum multitudinem eo confluentem. 324.b.1
Hierusalem fuerunt maiora peccata, quam Samariæ. 284.c.d.1
Hin mensura. 80.d.2
Hinnon vallis. 198.d.1
Historia non subest oraculis Prophetici. 3.a.1
Homines prementibus malis magis in proximo quam in se falent habere fiduciam. 82.a.2
Homines quasi Dei templa decet munditia & sanctitas. 246.b.2
Hominibus data quatuor testamenta. 55.b.2
Homo absque Deo tam vilis est vt nulla ratione sit timendus. 64.a.1
Homo Dei ope propter peccata destitutus cum bestijs comparatur. 307.d.1
Hominis caput in vexillo viridi gestabat Elisæum. 44.c.2
Hominum miseria ipso nomine ostenditur. 302.b.2
Homo nullo alio aptiori hieroglyphico refertur quam hominis natura. 46.c.1
Homo sine Dei lumine seipsum aut inuestigare, aut iudicare non potest. 120.a.2
Homo viti comparatur multis rationibus. 240.d.2
Humana brachia habuerunt Cherubini. 36.c.2
Humana vita via peregrinorum. 139.b.2
Humiliatio Dauidis quos fructus pepererit. 151.c.1
Hyacinthini calcei indicant pedibus sponsæ omnem subditam dominationem. 185.b.2
Hyacinthinus & Ianthinus color idem. 184.c.1
Hypocritæ taxantur. 162.c.1

I

Ianthinus, & Hyacinthinus color idem. 184.c.1
Idea absolutissimæ totius visionis Ezechielis. 34.d.2
Idolum vel sacrificium Moloch vocabatur Thophet. 198.c.1
Idololatriæ libido insatiabilis. 195.a.2
Idololatria, & homicidio omnia perstringuntur crimina. 273.d.2
Idololatria vocatur fornicatio. 194.c.1
Idololatriæ per missione puniuntur ingrati, & prouocantur refugi. 256.a.1
Idololatriam frequenter vocat Paulus auaritiam. 194.a.2
Idololatriam fornicationis nomine reprehendit. 283.b.2
Idololatria & sanguine omnia peccata significantur. 131.c.2
Idololatræ vocantur cauponæ. 194.b.1
Idola vocantur sordes. 105.d.1
Idola pane oblato colebantur. 197.d.1
Idolum in sacris litteris dicitur abominabile. 96.e.1
Idola cur vocentur offensiones. 246.d.1
Idola Hebraicè dicuntur volutabra. 230.d.2
Idolorum varius cultus. 195.d.2
Idolis oleum etiam libabatur. 197.a.2
Idolum cur in porta Aquilonari fuerit. 118.c.1
Idola Gentium quibus nonnumquam Iudæi seruierunt. 125.a.1
Idolum zeli cur vocatur Baal. 118.c.1
Idola depinginus in Templo Dei cum conscientias nostras sceleribus commaculamus. 119.a.2
Idola in nauseam conuertuntur. 114.d.1
Idola figmenta quædam sunt. 284.a.2
Idolum Baal fuit in templo Domini. 118.d.1
Idolorum cultus concitatur morum corruptela, & hæc ad illum inducit. 286.a.1
Iehouah Dei nominis interpretatio. 47.c.1
Ieiunij dura forma. 80.c.2
Ierusalem quomodo sit caput vniuersæ terræ. 99.a.2
Ierusalem partita erat in 24. pagos seu regiones ex Hebræorum sententia. 141.c.1
Ierusalem nuncupatur mater regis, & leæna. 237.c.1
Ierusalem euersionem caldarij similitudine minatur Ezechiel. 96.c.2
Ierusalem pluribus donis cumulata merito de ingratitudine reprehenditur. 94.d.2
Ierusalem magistra veritatis merito accusatur, quia facta est discipula erroris. 94.c.2
Ierusalem reliquit Deum suum, sicut fecerat Chanaan. 206.c.2
Ierusalem non solum caput mundi, sed exemplar veræ pietatis 94.c.1
Ierusalem est vinea, eius ciues sunt vites. 170.d.2
Ierusalem cur saltui comparetur. 257.d.1
Ierusalem per Christum restituta mater fuit credentium. 217.c.1
Ierusalem supplicium comparatur supplicijs aliarum vrbium. 95.a.2
Ierusalem quare & quomodo dicatur in medio gentium. 93.d.2
Iesu nomen explicatur. 48.c.2
Ignis et nubis columna præcedens Israel vnica tantum fuit non duæ. 40.c.2
Ignis vocantur fames & pestis. 101.b.1
Ignis & electrum Dei misericordiam & iustitiam demonstrant 52.c.1
Ignis comparatur animali, eique lingua tribuitur quod deuoret quasi lambendo. 170.d.1
Ignis vindex est furoris & minister vltionis. 52.c.2
Ignis & electrum significat amorem & zelum Dei. 117.d.2
Ignominijs lacessit Deus impudentes, vt erubescant. 204.d.1
Imagines Cherubinorum quam ob causam toties repetitæ fuerint in tabernaculo & templo. 46.c.2
Imaginibus Angelorum sexuum distinctionem apponere ridiculum, & indecorum. 36.c.1
Immolatio nefaria primogenitorum. 250.b.2
Immolatio nefaria filiorum. 197.c.2
Immortalitas virginitate significatur. 172.d.1
Imperij symbolum aquila. 220.a.2

Impe-

Imperatorem ferocem leæ refert. 46.c.1
Imperium Israeliticum leone significatum. 57.c.1
Impij insultant iustis captiuis, sed horum curam Deus gerit, illos punit. 143.c.2
Impiorum cædes vocantur victimæ, & quibus rationibus. 262.c.1.
Impietatis & superbiæ materia est aurum. 114.c.1
Implacabilis iræ furor non solum viuentium sed & insensibiliu ruinam significat. 103.b.1
Impiedentes ignominijs lacessit Deus vt erubescant. 204.d.2
Inaures, quæ sint. 189.a.1
In Christianorum cænis cantus adhibebantur initio ecclesiæ. 301.c.2
Incedere nudis pedibus quid significet. 184.c.2
Incendium significat fumus. 136.c.1
Incudium Ierosolymæ prædicitur. 135.b.1
Incensi altare vetium ante thronum. 36.b.1
Induratis peccatoribus interrogantibus non respondet Deus. 244.c.1
Infanti quos vsus conferat aquæ ablutio. 178.c.2
Infantibus sal utile, vt solidentur, & exiccentur ab omni immunditia uteri. 179.b.1
Infernus cur vocetur gehenna. 198.d.1
Inferorum pœnas æternas fore etiam Rabbini fatentur. 326.c.2
Infidelium peccatum minus est quam fidelium. 94.b.1
Insulæ vnde dictæ, & quid essent. 267.d.2
Ingrati animi est donis efferri, & donantem non amare. 193.c.1
Ingrati puniuntur idololatriæ permissione, refugi prouocantur. 250.a.2
Inimicorum dilectio. 257.b.2
Iniquitatem pro pœna iniquitatis interpretatur Hieronymos. 84.d.2
Iniquitas domus Iudæ fuit mors Christi & odium Christianorum. 85.c.2
Iniquitas & superbia producunt ex se flagella & castigationes. 111.c.1
Iniquitas pro peccato idololatriæ accipitur à Rabbinis. 85.c.1
Iniquitates proprias publicantes quomodo puniantur a Deo. 265.c.2
In propheticis visionibus numquam ostenditur existens, quod non potest vel non solet esse. 33.d.2
Innocens est Sacerdos qui nihil dicendo proficit. 74.a.1
In sepulchris epulæ apponebantur. 314.c.1
Insigne Persarum aquila. 220.c.1
Insigne Babylonicum columba. 220.d.1
Intercessor est sacerdos. 127.a.2
Interitus & desolatio consequitur peccatum. 105.c.1
Intellectum quem non dat vexatio, dat beneficentia. 257.a.1
Intelligibilis veritas reuelatur per formas sensibiles. 8.d.2
Interpretatio nominis Dei Iehouah. 47.c.1
Iob librum Moyses scripsit, & eum mirifice laudat 166.d.2
Iræ furor implacabilis non solum viuentium, sed & insensibiliu ruinam significat. 103.b.1
Ira magna Dei sartagine ferrea significata. 78.c.1
Iratis solamen vindicta est. 97.c.2
Iram continere & furorem comprimere non fit sine maxima luctu & agone. 97.c.1
Iræ vindices non alit domi Deus, sed aliunde vocatos mercede conducit. 100.d.1
Israelitæ vbi peccauerunt. 107.a.2
Israelis redemptione nostra significatur. 48.c.2
Israel, quando descendit in Aegiptum, familia erat, nõ populus. 178.a.1
Israel in fine sæculorum conuertendus. 214.c.1
Israelitæ quasi igne captiuitatis in Babylone decocti, rubiginem idololatriæ deposuerunt. 144.c.2
Israelitæ compellantur a vate nomine pagi, & quare. 72.c.1
Israel dicitur terra viuentium. 327.c.1
Israel dicitur sacerdotalis Respublica propter sabbathi obseruantiam. 248.d.1
Israel natiuitas vocatur tempus seruitutis, mortuo Ioseph. 178.b.1
Israelitarum ruinæ gradus. 122.c.2
Israel, & Iudam duæ mulieres significant. 282.a.1
Israel populus ex omnibus gentibus electus in Dei peculium. 171.a.1
Israeli in typo & quadantenus diuinitatis participatio conuenit, Ecclesiæ vero quasi proprie. 56.b.2
Israeliticum imperium leone significatum. 57.c.1
Iubilatio, & Dei præsentia sonitu significatur. 25.b.1
Iudæa superat sceleribus Philisthæam. 201.c.2
Iudæorum regiones alæ vocantur, quia conspicuæ & excelsæ. 109.c.1
Iudæi, nudis pedibus, saccis induti & in cinere volutati, lugent mortuos. 314.a.2
Iudæos consolatur Deus, ostendens sibi curæ esse eorum iniurias vindicare. 319.d.1
Iudæi ignominiosè vocantur gentes. 61.d.1
Iudæos ad æmulationem prouocat Deus, admissurum se in templum pollicitus Israelitas. 255.c.1
Iudæorum spes falsa seu potius præsumptio eluitur. 258.a.2
Iudæi præcisi inutiles sunt. 169.d.2
Iudicium cum libertate miscendum prophetis. 70.d.1
Iudicium hominum grauissimum. 286.d.1
Iudicium quid significet. 230.a.2
Iudicia & præcepta quid significent. 247.a.1
Iudicium argento, iustitia vino significatur. 132.b.1
Iudicium quid sit & quotuplex. 94.a.1
Iudicem repræsentat persona senis. 39.c.2
Iudicium & iustitiam quid vocent Hebræi. 74.c.2
Iugum mundi quam graue & durum sit. 251.b.1
Iugum est symbolum disciplinæ & castigationis. 111.b.2
Iunoni Regnorum præsidi malogranatum dedicabatur. 241.c.1
Iurare dicitur aliquando Deus. 96.c.1
Iure summo uti iniquitas est. 231.c.1
Iuramenti præstiti non seruati vindex est Deus. 224.d.2
Iuramenti solennitates. 181.d.1
Iuramento confirmatum decretum irreuocabilem indicat executionem. 96.a.1
Iusiurandum & pactum exhibita populo Israel. 181.c.1
Iusiurandum Dei duplex. 208.d.2
Iustutandum. 181.c.1
Iusti, hoc est plorantes, & dolentes à cæde eripiuntur. 130.c.1
Iustitia monstratur in igne. 52.c.1
Iustitia Dei misericordia permista est. 78.b.2
Iustorum securitas in medijs periculis. 130.d.1
Iustitia & misericordia Dei electro & igne significantur. 52.c.1
Iustificatio quid significet. 201.c.1
Iustitia Dei non contra homines sed contra peccata desæuire solet. 235.b.1
Iusti & eorum oblationes quam acceptæ sint Deo. 256.d.1
Iusti cum impio mors quo modo conueniat cum Dei iustitia. 261.a.1
Iustitiam & iudicium quid vocent Hebræi. 74.c.2
Iustis captiuis insultant impij, sed hos punit Deus, illorum curã gerit. 143.c.2
Iusti coram Deo quam precioſi. 160.c.1
Iustitia vino, iudicium argento significatur. 132.b.1

L

Labor & dolor culpam consectantur. 124.d.1
Labruscas vitem tulisse quam indignum. 170.a.1
Lacerata a bestijs & morticina abominabilia sunt quia mortuã animam significant. 81.d.2
Læua & dextra manus quid significet. 21.b.1
Latinorum & Græcorum sententiæ de significatione primæ visionis Ezechielis. 42.a.1 *& seq. per totum*
Lamentatio peccatorum eorumque vindicta dulcis est. 68.c.2
Laquei & decipulæ populi dicuntur falsi prophetæ. 163.c.2
Laurei rami in cultu solis adhibiti. 122.c.1
Lauacrum consequebatur unctio. 182.c.1
Lebetis ad vrbem, & carnium ad cines analogia duplex 142.c.1
Lectulorum forma duplex, alij cubiculares, alij tricliniares. 289.a.1
Legis Mosaicæ iustificatio. 247.b.1
Legis finis Christus. 2.b.2
Legalium omnium summa Christus. 2.c.1
Legem sal denotat. 179.b.1
Legis custodia Rempublicam bonis omnibus ditat, & decorat, & munit. 192.b.1
Legationis symbolum est volumen. 68.c.1
Leonis pectus Christi resurrectionem innuit 53.c.2
Leonem gestabat Naasson in vexillo viridi. 44.b.2
Leones diuites vocantur. 209.b.2
Leonis more inuigilare debent pastores. 73.c.1
Leone imperium Israeliticum significatum. 57.c.1

Leo ferocem imperatorem refert. 46.c.1
Leoni comparatur Christus. 53.c.d.c.2
Lepra cur dicatur scabies. 158.c.2
Leuare oculos gestus est adorantis, ueberantis. 230.d.2
Leuitico successit Christi sacerdotium. 57.a.1
Lex à Moyse lata sub commination mortis & spe vitæ temporalis intelligenda est. 247.d.1
Lex Aegyptia adulteris mulieribus nasum amputabat. 286.a.2
Lex stit vestis & ornamentum synagogæ. 180.b.2
Lex Mosaica per se vt opponitur Euangelio, ministra mortis est, nullo modo vitæ; cum promissione coniuncta & obseruata vtranque promeretur. 247.c.2
Lex Mosaica mortem ministrabat transgressori, non ita vitam cultori. 247.e.1
Libanus dicitur Regia Salomonis. 237.d.1
Liberalitatis, & nobilitatis indicium cæsaries. 100.c.1
Libertas Israel corporea, Ecclesiæ uere libera. 56.d.2
Libertatis symbolum est desertum. 252.b.2
Libidini qui seipsum vili voluptatis precio diuendit, quam grauem Deo offensam inferat. 203.d.2
Libidinis fomes est vinum. 191.b.2
Libido, desiderium que nocium peccandi exaggerantur. 204.e.1
Libido insatiabilis idololatriæ. 195.a.2
Libis mel superadditum. 197.b.2
Librorum significatio, forma, & vsus. 64.a.2
Linguæ tribuuntur animæ operationes. 68.e.1
Litteralis sensus vnicus in sacris, reliqui huic subordinati. 7.e.1
Litteralis sensus scripturarum sæpe loquitur de Christo. 4.e.1
Litteræ, qua in re differant à hieroglyphicis. 48.a.2
Locustæ vocantur famis sagittæ. 98.b.2
Luctus indicium rasura & caluitium. 100.b.1
Luctus signum calceamenta soluere. 185.c.1
Lugentes, nudantes, siue radentes capita, seruilem, hoc est miserrimam conditionem referebant. 312.e.2
Lugentes gestant signum Crucis. 129.e.1
Lugentes mortuos cibos recusant. 314.b.1
Lugentium caluitium est. 113.d.2
Lugentium & miserorum habitus cilicium. 113.b.2
Lugentium conuiuium περίδειπνα, peridepna Græcis dicitur. 314.c.1
Lumbare viris idem significat atque fœminis fascia. 187.c.1
Luxus & deliciæ Sedeciæ quos fructus pepererint. 151.e.1

M

Magnificentia templi. 115.c.1
Malorum omnium causa obliuio est præteritorum. 206.a.2
Malogranatum dedicabatur Iunoni regnorum præsidi. 241.e.1
Mandata Dei quare iudicia & iustitiæ dicantur. 146.a.1
Manasses impiissimus regum Iuda antonomasticõs intelligitur nomine domus Iuda. 88.a.2
Manicatæ tunicæ antiquis non fuerunt in vsu. 80.b.1
Manifestis verbis aliquando loquuntur Prophetæ. 3.c.1
Manna & Eucharistia in collatione vitæ æternæ quid differant inter se. 247.d.2
Manus dextra & læua quid significet. 21.b.1
Manus symbolum est vis & energia. 20.c.2
Manus & pennæ rotarum quid significent. 24.c.1
Manus significat auxilium. 71.e.1
Manus complodere admirantis, dolentis, atque exultantis signũ est. 264.a.1
Mare quando in siccitatem conuertetur. 324.c.2
Mare cur dicatur Babylon. 151.c.2
Mathematica addiscenda scripturam sacram versantibus. 77.b.1
Matres imitantur Libiæ. 206.d.2
Maximis clamoribus Gentiles mortuos suos inuitabant ad epulas. 314.e.1
Medici morbo stupori admisto prius consilio & manifestatione morbi medentur, sic peccatori Deus. 176.a.1
Medulla Cedri stirpem regiam significat. 221.d.1
Mel pro fructibus maturis & dulcibus. 190.c.2
Mel libis superadditum: 197.b.2
Memoria propriæ miseriæ & delictorum, vnicum aduersus superbiam medicamentum. 199.c.1
Mendatium quam inefficax. 158.d.1
Mensæ operiebantur mappis apud Romanos. 299.a.2
Mensæ quæ fuerint in tabernaculo & quæ in Templo. 135.a.2
Mensa pro altari sumitur. 299.b.2
Mensæ singulæ singulis ferculis deseruiebant. 299.b.2
Mensarum apparatus. 299.d.1
Mensis quartus, quem commemorat Ezechiel respondet nostro Iulio. 19.a.1
Mensium Hebræorum nomina quando cœperint. 19.a.1
Mensura, numerus, & pondus quid significent. 100.c.2
Mensura bin. 80.d.2
Mercatura ars ignobilis. 222.a.1
Merces Denarij participatio Euangelij est. 215.b.1
Meretricum intemperantia exaggeratur. 302.d.1
Meretrices nonnunquam virginũ gestamina apud Hebræos furabantur. 187.b.2
Meretrix quare dicta. 193.d.1
Meretrices palliatæ propter verecundiam. 210.c.1
Meretrici imponitur peccatricis nomen. 204.c.2
Meretrices adulteros expilare solent. 193.e.2
Messiæ tempora in sacris nouissima appellantur. 214.d.1
Metaphora & allegoria solet esse prophetis frequentior. 5.c.2
Milesiarum virginum facinus memorabile. 205.b.2
Minium quid sit, & eius vsus. 284.c.2
Ministri verbi comparantur architectis. 61.c.1
Misericordia ostenditur in splendore faciei. 52.e.1
Misericordia Dei in ipsa punitione elucet. 287.c.1
Misericordiæ præceptum quale. 231.d.1
Misericordia Dei in ipsa punitione eluceſcit. 310.b.2
Misericordia permista est Dei Iustitia. 78.b.2
Misericordia & iustitia Dei electro, & igne significantur. 52.c.1
Misericordiam valde excitat pauperis miseria. 209.e.1
Misericordia non commoueat medicũ aut iudicem, ne ab officio deficiat. 122.d.2
Miseria hominum ipso nomine ostenditur. 302.b.2
Miseria pauperis quam sit potens ad excitandos animos ad misericordiam. 209.c.1
Miseriæ propriæ & delictorum memoria vnicum aduersus superbiam medicamentum. 199.c.1
Miserorum & lugentium habitus cilicium. 113.b.2
Mista allegoria verborum, & rerum. 6.a.2
Mithridatis vxor quo modò suspendio vitam finiuit. 267.c.1
Mitra quid. 266.d.2
Moloch sacrificium vel idolum vocabatur Thophet. 198.c.1
Mons Caluariæ excelsus dicitur. 225.d.2
Montis Caluariæ descriptio. 309.a.1
Mons excelsus Beata Virgo vocatur, & quare. 226.b.1
Mons oliuarum ad Orientem vrbis. 146.e.1
Morbo stupori admisto medentur medici prius consilio & manifestatione morbi: sic peccatori Deus. 176.a.1
Mors æterna, & temporalis duplici ua significatur. 200.a.1
Mors dicitur frequenter amara propter acerbitatem. 261.d.2
Mortem Christi imuunt vituli pedes. 53.c.2
Mors & mortui ideo polluti & polluunt, quia peccati affines sunt. 105.d.1
Morticinia & lacerata a bestijs abominabilia sunt, quia mortuã animam significant. 81.d.2
Mortuis est monumentum pro memoriale non sepelliri pro obliuione. 272.a.2
Mortuos lugentes cibos recusant. 314.b.1
Mortuorum amici triduo post eorum mortem etiam cunctanter cibum capiebant apud Græcos, ne post eorum mortem vitam exoptare viderentur.
Mortuorum nomina delebantur de catalogo viuentium. 164.a.2
Mortificationis effectus. 57.e.2
Mos est sacræ scripturæ præcidere narrationis filum. 5.c.1
Mosaicæ legis iustificatio. 247.b.1
Moyses multa non scripsit, quæ euenerunt Israelitis in Aegypto. 246.d.2

Moyses vidit currum, & quadrigam Cherubim 40.c.2.&41. per tot.
Moyses scripsit librum Iob, & eum mirifice laudat. 166.d.2
Moysis serpens alatus fuit. 38.c.1
Mulierum ornamenta venena vocat Rabbi Salomon. 184.a.2
Mundi iugum quam graue, & durum sit. 251.b.1
Munitionum nomine quid intelligatur. 77.b.2
Munus duplex Prophetarum. 1.a.1
Munus & caritas prælati, 150.c.2.151.a.1
Munus prophetarum, 155.c.1.& 157.c.1
Musicorum vasa quid significent. 227.c.1
Musica in conuiuijs frequens. 301.c.1
Mutuus amor fidelium dicitur rota in rota. 51.d.1
Myrrhatum vinum Dominus cur recusarit, 287.c.2
Mystice Angelus percutiens Christum referebat. 53.a.2
Mystice Christi amor & seueritas ostenditur. 52.c.2
Mysticus sensus quis sit. 6.c.1
Mystice currus Ecclesiam significat. 50.c.1

N

Naaston gestabat leonem in vexillo viridi. 44.b.2
Nabuchodonosor aquilæ comparatur. 220.c.1
Narrationis filum præcidere solet interdum sacra scriptura. 5.c.1
Natiuitas Israel vocatur tempus seruitutis mortuo Ioseph. 178.b.1
Naturæ angelicæ symbolum est aquila. 46.c.1
Naturæ & gratiæ dona innuuntur auro. 283.d.2
Nationes Ecclesiæ adiunctæ non seruæ, sed liberæ, 217.a.2
Nazarænus cur vocetur Christus. 226.c.1
Nazarei quare comam nutriebant, 100.c.1
Nazaræorum cæsaries libertatem significat, 312.b.1
Nazarænus, hoc est, Domino sanctificatus. 96.b.2
Nemo nisi trigesimo anno completo legere permittebatur, principium & finem Ezechielis, Canticum canticorum, & initium Geneseos, apud Hebræos, 10.b.2.
Nobilitatis & libertatis indicium cæsaries. 100.c.1
Nomen peccatoris quam fædum sit, siquidem meretricem deboneſtat, 204.c.2
Nomen Dei Sadai quid significet. 48.a.1
Nomini diuino maior fit iniuria à suis quam ab alienis. 255.c.1
Nominis Dei Iehouah interpretatio. 47.c.1
Nomen Redemptoris Israel vnde sibi assumpserit Deus, 47.c.1
Nomina & genera varia vestimentorum. 183.b.1
Nomine oculorum stellæ intelliguntur, 50.c.1
Nomen Iesu explicatur: 48.c.2
Nomina in lapidibus Rationalis non characteribus sigillata, sed signis hieroglyphicis. 45.a.1
Nomina Dei non humano more inania, sed solida & ex factis desumpta. 48.c.1
Nomen Redemptoris quid significet. 48.b.2
Nomina mensium Hebræorum quando cæperint. 19.a.1
Nomina mortuorum delebantur de catalogo viuentium. 164.a.2
Nomine duplici Prophetæ insigniti. 1.a.1
Non accipienda omnia de Christo in sacra scriptura. 5.b.1
Nouacula quid sit. 100.c.1
Nouissima tempora appellantur in sacris tempora Messiæ. 214.d.1
Nubes, caligo, fumus, tenebræ cum Deo tribuuntur, nimiam claritatem significant. 135.c.2
Nubis & ignis columna præcedens Israel unica tantum fuit, nō duæ, 40.c.2
Nubes significant supplicium. 136.c.1
Nudare pedes signum reuerentiæ. 184.d.2
Nudis pedibus Iudæi, saccisque induti mortuos lugent. 314.a.2
Nudis pedibus incedere quid significet. 184.c.2
Numen diuinum æque violatur, cum spiritus Dei existimatur humanus, atque cum spiritus humanus vel alius existimatur, diuinus. 159.c.1
Numerus septenarius vniuersitatem, & perfectionem importat. 53.d.1
Numerus quaternarius sublunarium, 53.d.1
Numerus mensura & pondus quid significet. 100.c.2
Nuptiali curru tantum sponsum cum sponsa & paranympho duci solitos affirmat Pausanias. 50.d.2

O

OBliuio præteritorum, omnium malorum causa est. 206.a.2
Obliuio acceptorum à Deo beneficiorum auget maxime scelerum grauitatem. 199.a.1
Obliuiosus homo Dei & sui ipsius appellatur Enos. 199.b.1
Obseruantia Sabbathi non incepit à lege Moysis sed multo ante. 248.b.1
Obstinationis pœna. 82.c.2
Obstinatio Hebræorum. 61.b.2
Oculati Cherubim prælatos Ecclesiæ referunt. 237.c.2
Oculi rotarum quid significent. 24.a.1
Oculorum nomine intelliguntur stellæ. 50.c.1
Oculi cur peccare dicantur. 246.c.1
Oculus pro visione. 21.c.1
Oculos leuare, gestus est adorantis vel orantis. 230.d.2
Oculos conterit dolor, & quomodo, & quare, 106.d.1
Oculorum intemperantia quam sit timenda. 285.a.2
Odium Dei aduersus peccatum mirifice ostenditur & exaggeratur. 104.b.1
Offensiones cur vocentur idola. 246.d.1
Officium Prophetarum duplex. 1.a.2
Oleum etiam libabatur idolis. 197.a.2
Oleum pro carnibus pinguium animalium. 191.b.1
Oleum pro vnguento. 191.a.1
Olei significatio latius patet. 191.a.1
Oliuarum mons ad orientem urbis. 146.c.1
Olla succensa Ieremiæ primo quid portenderet. 21.a.1
Opus Babylonicum. 283.a.1
Orbis orbis quid significet. 32.d.c.2
Operibus confusionis confusio & erubescentia remedium est. 212.a.1
Opus plumarium. 182.d.2
Opus phrigionicum. 182.c.2
Operationes animæ tribuuntur linguæ. 68.c.1
Oracula & visiones quid. 1.c.2
Oraculi Templi varia nomina. 114.a.2
Oraculum pro visione, visio pro oraculo in sacris usurpatur, 2.b. & 20.b.2
Oraculis Propheticis non subest historia. 3.a.1
Orantes stabant. 219.c.2
Orationis vis & efficacia. 155.a.1
Orichalcum l. Aurichalcum.
Orbes cælestes aptissime significantur rotarum forma & colore, nec non & ipso curru. 49.c.2
Ore prophetarum Deus ipse loquitur. 143.c.1
Origenes defenditur ab errore sibi imposito, quasi credidisset terræ elementum capax esse animæ & rationis 165.a.1
Oris velamen pudoris signum. 188.c.2
Orientalis ventus dicitur vr ens. 224.c.1
Orientis filij qui dicantur. 319.a.2
Ornamenta mulierum venena uocat Rabbi Salomon. 184.a.2
Ornamentum & vestis Synagogæ fuit lex. 180.b.2
Os super aliquem dilatare quid significet. 319.a.2
Otium. 209.b.1

P

PAcem peccatoribus denuncians concionator est reipublicæ pernicies. 160.b.2
Pactum & transgressio quæ, & ubi reperiantur in sacris literis 61.a.2
Pactum & iusiurandum exhibita populo Israel. 181.c.1
Palatia superba raro sine iniustitia, & tyrannide ædificantur 240.b.1
Palæsthinæ vbertas. 190.b.2
Palliatæ meretrices propter verecundiam. 210.c.2
Palmites Synagogæ fuerunt Patriarchæ. 172.b.1
Panis epitheto perpetuo dicitur sustentans. 82.b.2
Panis pollutus dicitur qui non est secundum legem factus. 81.c.1
Panis subcinericius hostium festinationem, & instantiam significat. 81.a.1
Panis omnia esculenta significare solet, 197.d.1
Pane oblato colebantur idola. 197.d.1
Parabola quid sit. 219.c.2
Paranymphum cum sponso & sponsa tantum duci solitos curru geniali Pausanias refert. 50.d.2
Parentum symbola gestabant singuli principes Hebræorum. 44.d.2

Parentum pœnæ qui filios suos ad malum inducunt exemplo. 233.d.1
Parentum scelera proponuntur filijs, vt ostendantur similia parentibus agere. 245.a.1
Parentum peccata in filijs an Deus puniat. 232.d.1
Partes currus singillatim orbibus singulis applicantur. 50.a.1
Pastores. Apostoli, Euangelistæ, & Doctores quatuor rotas Ecclesiæ significant. 51.b.1
Pastores Leonum more inuigilare debent. 73.c.1
Paterna sepultura priuari graue est supplicium. 156.c.2
Patria cælestis promittitur sub ingressu terræ promissæ siue reductionis in Ierusalem. 213.c.1
Patriarchæ fuerunt palmites synagogæ. 172.b.2
Patrum variæ sententiæ de modo & significatione primæ visionis Ezechielis. 21.a.2
Pauperis miseria quam sit potens ad excitandos animos ad misericordiam. 209.c.1
Pausanias tres tantum geniali carruca duci solitos affirmat, sponsum cum sponsa & paranympho. 50.d.2
Pax significat omnimodam fælicitatem. 156.d.2
Peccatum non index tantum, sed & accusator est peccatoris. 115.b.1
Peccatum fidelium maius est quam infidelium. 94.b.1
Peccatum cur dicatur clamor. 115.b.1
Peccatum consequitur interitus & desolatio. 105.c.1
Peccatum est quasi carnifex discerpens peccatorem. 106.b.2
Peccati deformitas & turpitudo ipsos deterret peccantes, quantumuis in illud exardescant. 201.d.2
Peccati sordes vix defricantur a nobis, quin maneant aliquæ eorum reliquiæ. 308.a.1
Peccatum terram polluit & incultam reddit. 103.a.2
Peccata Deum faciunt recedere. 119.a.1
Peccata parentum in filijs an puniat Deus. 232.d.1
Peccata populi desiderant qui eorum expiatione sibi lucrantur victimas. 165.d.2
Peccata publica lugenda & vindicanda. 129.c.2
Peccata apparent maiora, quanto maiora sunt Dei beneficia in peccatores collata. 245.b.1
Peccatorum confessio diuinam iustitiam glorificat & defendit. 151.c.2
Peccatorum grauissimorum pœna est, graviora peccata commitere. 210.c.1
Peccatorum pœna a prophetis tanquã onus graue putatur. 79.c.1
Peccator duplicem refert personam hominis atque Dæmonis. 254.a.1
Peccator ipse sibi sordescit, & tædio est inenarrabili. 106.a.2
Peccator superbus ita despicit alios peccatores vt ne nominare quidem eos velit. 215.b.2
Peccatoris nomen quam fœdum sit, siquidem meretricem dehonestat. 204.c.2
Peccatorem cito conuertit exhortatio exterior cum interna inspiratione coniuncta. 74.c.1
Peccatores dulci exhortatione admonentur. 235.b.2
Peccatores quoque si fideles sint ad Christi regnum pertinent. 226.c.2
Peccatores cum Dei prouidentia concertant, dum voluptatum vinum, cuipam scilicet bibere cupiunt, non autem fæces pœnæ, sed ebibant necesse est. 288.b.1
Peccatores indicare munus est prophetæ. 273.d.1
Peccatoribus fidelibus miseretur Deus suo nomini consulens. 246.c.2
Peccatoribus induratis interrogantibus non respondet Deus. 244.c.1
Peccatoribus pacem denuncians concionator est reipublicæ pernicies. 160.b.2
Peccatoris procacis, qui nescit erubescere, quam difficile sit commutare. 203.b.1
Peccatoris facies quam deformis. 110.a.1
Peccatricis nomen imponitur meretrici. 204.c.2
Peccant aliqui non vt suis satisfaciant passionibus, sed vt diuinam prouocent maiestatem. 200.d.2
Peccandi cupiditas insatiabilis. 202.c.1
Peccare cur dicantur oculi. 246.c.1
Peccandi nocium desiderium exaggeratur. 204.c.1
Peccantes ipsos deterret peccati deformitas & turpitudo, quantumuis in illud exardescant. 201.d.2
Peccantes a seipsis iniuriam & vindictam sustinent. 109.d.1
Pectoralis fascia quid significet. 187.b.1
Pectus Leonis Christi resurrectionem innuit. 53.c.2
Pedes nudare signum reuerentiæ. 184.d.2
Pedes inungere magnum deliciarum argumentum. 301.d.1
Pedes vituli Christi mortem innuunt. 53.c.2
Pedibus nudis incedere quid significet. 184.c.2
Pennæ & manus rotarum quid significent. 24.c.1
Pennas Aquilinas detexit Christus ascendens in cælum. 54.a.1
Pentateuchus antonomastice vocatur liber seu volumen. 64.c.2
Perfectionem & vniuersitatem importat numerus septenarius 53.d.1
Perforare aures quid significet. 189.d.1
Permissione nefariæ idololatriæ puniuntur ingrati, & prouocantur refugi. 250.a.2
Persarum insigne fuit Aquila. 220.c.1
Persona Senis Iudicem repræsentat 39.c.2
Personæ ipsæ vel res aliquid aliud significant. 6.b.1
Pestis & fames vocantur ignis. 101.b.1
Pestis, & famis plagæ, & similia spiritus appellantur, quoniam agiles sunt & efficaces. 187.c.2
Petrus increpatur dormiens quasi muneris sui oblitus. 73.d.1
Piscatores cur dicantur Chaldæi. 151.c.2
Pilea. 267.a.1
Poderis vestis. 183.c.2
Poëtæ æmulari voluerunt Dei veri vectationem, cum falsos Deos curru equitantes fingebant. 41.c.2
Pœna peccati est peccata oblita coram oculis ponere. 110.a.1
Pœna obstinationis. 82.c.2
Pœna inueteratorum scelerum est Dei derelictio. 122.d.2
Pœna Sodomitis debita. 210.b.1
Pœna & præmium partes duæ diuinæ prouidentiæ. 132.a.2
Pœna quam digna sterilitatis vt nullis vsibus seruiat. 170.d.1
Pœna & præmio quasi duplici habena cor humanum ducitur, ac in officio continetur. 208.d.1
Pœna peccatorum a prophetis tanquam onus graue portatur. 79.c.1
Pœnæ damnatorum. 156.d.2
Pœnæ parentum qui filios suos ad malum inducunt exemplo. 233.d.1
Pœnitentiæ veræ signum non peccatum odisse tantum, sed & omnia irritamenta, & occasiones peccati. 106.c.1
Pœnitentiæ fructus & encomium. 105.d.2
Pœnitentiæ mira efficacia. 233.d.2
Pœnitentiæ veræ varia signa. 257.b.1
Polymita seu discolor vestis. 182.a.2
Pondus numerus & mensura quid significent. 100.c.2
Pontificis Romani potestas in Machabæis designata. 58.a.2
Porta Orientalis templi omnium erat celeberrima. 141.c.1
Porta superior quæ dicatur. 126.c.2
Porta altaris quæ dicatur. 118.c.2
Portæ templi quales fuerint. 141.b.1
Populus Israel ex omnibus gentibus electus in Dei peculium. 171.a.1
Populus ædificabat, pseudoprophetæ liniebant. 157.a.1
Populus Israel per desertum gradiens quare appellatus sit exercitus. 44.d.1
Populi peccata desiderant qui eorum expiatione sibi lucrari cupiunt victimas. 163.d.2
Populi laqueis & decipulæ dicuntur falsi prophetæ. 163.c.2
Populorum desertum, quid sit. 252.c.1
Pudoris signum velamen oris. 188.c.2
Pueri occiduntur, ne impietate maiorum commaculentur. 130.d.1
Pulchritudo Ecclesiæ non fucata, sed vera. 102.c.1
Pulchritudo animæ. 200.b.1
Puluilli pro retibus & pedicis quæ in brachijs pertantur & expanduntur. 160.a.1
Puluilli & cruricalia quid significent ex Patrum sententia. 158.b.1

Punitio ipſius terræ propter ſcelus habitantium in ea. 309.c.2
Punitio Dei miſericordia interueniente iuſtificatur in ſemetipſa. 79.c.2
Punitio magnum Dei beneficium, ne ſequatur peccata derelictio. 201.c.1
Punit Deus citra condignum. 206.b.2
Plaga beſtiarum quæ fuerit. 165.c.1
Plagæ famis, & peſtis atque ſimilia ſpiritus appellantur, quoniã agiles ſunt & efficaces. 167.c.2
Plangenti, & ſtupentis habitus eſt plaudere ſuper femur. 263.d.
Plinij locus lib. 6. nat. hiſt. cap. 26. corrigitur. 19.c.1
Plorantes & dolentes à cæde eripiuntur. 130.c.1
Plumarium opus. 182.d.2
Phelliæ mors in viſione oſtenſa Ezechieli. 143.a.2
Phœnices dicuntur Cretenſes. 321.d.1
Phygionicum opus. 182.c.2
Præceptum miſericordiæ quale. 231.d.1
Præceptum ſabbathi obſeruandi amoris & honoris ergo impoſitum. 248.a.2
Præcepta & iudicia quid ſignificent. 247.a.1
Præcepta grauia aures perterebrant, uerum eorum obedientia totum caput exornat. 189.a.2
Præcidere filum narrationis ſolet interdum ſacra ſcriptura. 5.c.1
Præcordia diuitum ad libidinem mollia, ad liberalitatem dura. 209.b.2
Prædium potiſſimum fuit vinea ab antiquo. 171.a.2
Prædicatores ſint inſtantes. 73.a.2
Prædicatores mercenarij qui propter munera deficiunt ab obligatione prædicandæ veritatis uel non abſoluendi reprehenduntur. 159.c.1
Prædictor dicitur Propheta. 1.b.1
Præfactor dicitur Propheta. 1.a.1
Prælati munus & caritas. 150.c.2 & 151.a.1
Prælati quales futuri. 138.b.2
Prælatos Eccleſiæ referunt Cherubini oculati. 137.c.2
Præmium & pœna partes duæ diuinæ prouidentiæ. 132.a.2
Præmio & pœna quaſi duplici habena cor humanum ducitur, ac in officio continetur. 208.d.1
Præpoſiti primo puniuntur. 131.a.1
Præſentia Dei & iubilatio alarum ſonitu ſignificatur. 25.b.1
Præteritorum oblitio omnium malorum cauſa. 206.a.2
Prima & vltima Ezechielis viſio imaginaria fuit. 10.c.1
Primates Eccleſiæ inducunt victoriæ trophæa. 53.c.1
Primogenitorum nefaria immolatio. 250.b.2
Principes ſinguli Hebræorum geſtabant parentum ſymbola. 44.d.2
Princeps primus in portandis oneribus. 150.b.2
Principes Angelorum ſeptenario numero computantur in Sacris, hoc eſt, numero vniuerſi. 53.d.1
Principes populi aduerſus prophetas conſilia iniere. 141.c.2
Principibus graue onus imponitur quale ipſi ſubditis impoſuerunt. 151.a.1
Procliuitas tanta in peccata ipſi Deo quodam modo admirationem afferre videtur. 304.2
Profanus ſumitur pro polluto, ſeu proſcripto. 266.b.1
Prophetæ Dei alij palam alij autem in occulto, & quaſi furtiue loquuntur. 62.c.1
Propheta dicitur videns. 1.b.1
Propheta dicitur præfactor. 1.a.1
Propheta eſſe minus, magis, vel maxime quis dicatur 9.b.1
προφήτης prophitis a προφημι prophimi, & quid ſignificet 1.b.1
Prophetam moribus ſuperiorem eſſe reliquis oportet. 72.d.2
Prophetæ proponunt ænigmata, vt obſcuritas ſtudium excitet auditorum. 307.a.1
Prophetæ duplici nomine inſigniti. 1.a.1
Prophetæ computant annos regum exterorum. 18.a.2
Prophetæ rebus & verbis vaticinantur. 307.b.1
Prophetæ non a ſe loquuntur, ſed accepto, & guſtato verbo Dei. 64.c.1
Prophetæ aliquando loquuntur verbis manifeſtis. 3.c.1
Prophetæ quare videant iuxta fluuios. 20.b.1
Prophetæ pedibus in præparationem Euangelij calceatis uepres pſeudoprophetarum conculcant. 63.a.2
Prophetæ veri quomodo dignoſcantur a falſis. 62.b.1
Prophetarum ſcopus eſt Chriſtus. 2.a.1
Prophetarum munus. 155.c.1.157.c.1
Prophetarum proprium, opponere ſe ſatellitibus diuinæ iuſtitiæ 155.d.1
Prophetarum de Chriſto uarius loquendi modus. 3.b.1
Prophetarum exiſtimationi Deus prouidet. 307.a.1
Prophetarum ore Deus ipſe loquitur. 143.c.1
Prophetarum munus duplex. 1.a.2
Prophetis quanti ſtet hominum ſalus. 311.b.2
Prophetis iudicium cum libertate miſcendum. 70.d.1
Prophetas mentiri, eſt auditorum culpa. 159.c.2
Prophetis ſolet eſſe frequentior metaphora, & allegoria. 5.c.2
Prophetiæ Ezechielis dignitas. 10.a.1
Profetta contra mulieres Pythoniſſas, pſeudoprophetides. 157.d.2
Prophetica viſiones triplices. 9.c.1
Prophetare factis iubetur Ezechiel. 75.b.1
Prophetiæ Ezechielis difficultas. 10.a.2
Prophetæ ultimi in Iſrael qui fuerint. 64.b.1
Propheta dicitur prædictor. 1.b.1
Prophetiæ Ezechielis ſumma. 66.a.2
προφητα prophimi quid ſignificet. 1.b.1
Propitiatorium quid. 35.a.2
Propinqui ſeruorum Dei magno in precio ſunt apud Deum 130.a.2
Proſelyti qui fuerint. 163.d.2
προσωπον proſopon quid ſignificet. 32.d.2
Prouerbia ſacræ ſcripturæ explicatu ſunt difficillima. 207.c.1
Prouidentia Dei, quæ malos ſeruos domo expellere ſolet, electos fugientes perſequitur vt reducat. 252.b.1
Prouidentia diuina ſuauiter agit rerum viciſſitudines miniſterio Angelorum, & etiam regnorũ permutationes. 138.a.2
Prouidentia & benignitas Dei. 100.c.1
Prouidentiæ diuinæ partes duæ, præmium, & pœna. 132.a.2
Prouidentiam diuinam negantes in omnia impietatum genera dilabuntur. 132.c.1
Prunarium & altare incenſi, & ſacrum Euchariſtiæ altare ſignificat. 51.d.2
Pſeudoprophetæ pacem peccatoribus denuncians pernicies eſt Reipublicæ. 160.c.2
Pſeudoprophetæ morituros prædicebant iuſtos vitam iniquis promittentes. 159.b.2
Pſeudoprophetæ dicuntur laquei & decipulæ populi. 163.c.2
Pſeudoprophetæ comparantur ſcorpionibus. 63.d.1
Pſeudoprophetæ aduerſus prophetas minarum uepres ſpargunt 63.a.2
Pſeudoprophetæ liniebant, populus ædificabat. 157.a.1
Pſeudoprophetis accommodant patres vulpium ſimilitudinem. 155.a.1

Q

Quadrigam conſcendere proprium eſt gubernatoris & quare. 49.c.1
Quales fuerint facies Cherubinorum. 32.a.1
Quali forma fuerint efficti Cherubini oraculi templi. 36.c.1
Qualis ſit ſpecies ſedentis in ſolio. 33.b.1.34.c.1
Quam ob cauſam in tabernaculo & templo toties repetitæ fuerint cherubinorum imagines. 46.c.2
Quando cœperint Hebræorum menſium nomina. 19.a.1
Quare arca vocetur gloria Dei. 47.a.1
Quare & quomodo dicatur Ieruſalem in medio gentium. 93.d.2
Quare filio Dei tribuatur redemptoris nomen. 52.c.1
Quare iuxta fluuios uideant prophetæ. 20.b.1
Quaternarius ſublunarium numerus. 53.d.1
Quaternis cherubinis Euangeliſtæ, & totidem faciebus euangelia ſignificantur. 54.c.2
Quatuor animalium facies Deus deſtinauit ad ſpecialem populi ſui prouidentiam ſignificandam, non autem ad vniuerſalem 46.a.1
Quatuor Cherubini quatuor angelos tutelares Eccleſiæ referunt. 53.a1
Quatuor Eccleſiæ dotes. 56.d.1
Quatuor facies animalium quomodo intelligantur. 38.c.2
Quatuor facies animalium trophæa ſunt partæ victoriæ. 46.d.2
Quatuor facies cherubini Chriſtum indicant. 53.b.2
Quatuor hominis poſſeſſores per quatuor facies ſignificantur. 42.c.1
Quatuor teſtamenta hominibus data. 55.b.2
Quid ſignificet hæc vox, ſignum. 44.c.2
Quietis æternæ ſymbolum eſt ſolium. 51.a.2
Quo pacto ſit eruendus ſenſus viſionum. 9.a.2
Quod eſſe non poteſt vel non ſolet nunquam oſtenditur exiſtens

in similitudinibus propheticis. 33.d.2
Quod oraculi prophetici non fabsit Historia. 3.a.1
Quo modo aperiantur coli. 19.c.2
Quomodo computantur animalium formæ, & de earum origine. 46.a.2.
Quomodo, & quare dicatur Ierusalem in medio gentium. 93.d.2
Rahab meretrix, idest, hospita. 193.c.1
Rabbini David locum optimum contra Hebræos testimonium. 69.b.2

R

Rabbinorum sententiæ de Cherubinis. 36.d.1
Rami laurei in cultu solis adhibiti. 112.c.1
Ramosæ arbores infructuosæ sunt. 169.c.1
Rasura & calui tium luctus indicium. 100.b.1
Ratio interpretandi oracula prophetica. 1
Rationes quibus probatur nomen Iehouah non significare substantiam, sed beneficium. 47.d.2
Rechamata vestis. 182.c.2
Redemptio Christi duplici nomine, eoque coniuncto solet nominari, nempe strage, & salute. 253.b.2
Redemptione Israelis nostra significatur. 48.c.2
Redemptoris nomen quid significet. 48.b.2
Redemptoris Israel nomen vnde sibi assumpserit Deus. 47 c.1
Refugi pronocantur, ingrati puniuntur Idololatriæ permissione. 250.a.2
Regia Salomonis dicitur libanus. 237.d.1
Regis doctrinam fasciæ significant. 179.c.1
Regis Babylonis potentia. 325.b1
Regio Aquilonis quid significet. 21.a.1
Regnum cælorum cur dicatur Ecclesia. 50.c.1
Regnum Christi cedro cur comparetur. 216.b.2
Regnum dicitur Ecclesia, & quare. 50.d.1
Regnum & sacerdotium tum Israel, tum Ecclesiæ annexa sunt. 57.b.2
Regnum spirituale Ecclesiæ in quo consistat. 57.a.2
Reipub. excidium fere Deus numquam permittit, nisi ob peccata publica. 266.a.1
Religiosi studeant obseruari sibi spiritum adoptionis. 112.c.3
Rerum & verborum allegoria mista. 6.a.2
Res ipsæ vel personæ aliquid significant. 6.b.1
Respublica cum humano corpore, illius ciues cum membris eius conferuntur. 107.d.1
Respublica sacerdotalis dicitur Israel propter sabbathi obseruantiam. 248.c.1
Resurrectio mortuorum. 327.b.2
Resurrectionem Christi innuit pectus leonis. 53.d.2
Reuerentiæ signum est nudare pedes. 184.d.2
Romana, quæ tunc erat, Respub. intelligitur nomine Babylonis, & meretricis.
Romani Pontificis potestas in Machabæis designata. 58.a.2
Rosæ odoris prodigia. 304.a.1
Rotæ Ezechielis quam formam haberent. 23.c.1.31.a.2
Rotæ visionis primæ Ezechielis quam perperam fuerint intellectæ. 31.a.1
Rotarum Ezech. significationes ex Patribus. 23.c.1
Rotarum forma & colore cælestes orbes aptissime significantur, nec non & ipso curru. 49.c.2
Rotarum manus & pennæ quid significent. 24.c.1
Rota in rota fidelium mutuus amor dicitur. 51.d.1
Rotarum nomine quid intellexerint tractatores primi capitis Exech. 31.b.1
Rotarum oculi quid significent. 24.a.1
Rubri coloris est sapphirus. 40.d.1.
Ructus significat doctrinam prophetarum. 68.d.2
Ruinæ Israelitarum gradus. 22.c.2

S

Sabbatho fiebant officia circa recens natos propter mortis periculum. 178.c.1
Sabbathi obseruandi præceptum amoris & honoris ergo impositum. 248.a.2
Sabbathi sanctificatio. 248.b.1
Sabbathi obseruantia non incæpit à lege Moysis sed multo ante. 248.b.1
Sabbathum agit terra quæ non colitur. 84.b.2
Sabæa gens quæ fuerit. 302.a.2
Sadai Dei nomen quid significet. 48.a.1.& 136.d.1
Saccis induti Iudæi mortuos lugent. 314.a.2
Sacerdotibus Ægyptijs vestes ex Gossipio gratissimæ erant. 186.b.1
Sacerdotes dedecent seruorum, aut lugentium insignia. 312.d.1
Sacerdos intercessor est. 127.a.2
Sacerdotum existimationi libenter Deus consulit in publica accusatione. 152.a.2
Sacerdotium Christi Leuitico successit. 57.a.1
Sacerdotalis respublica dicitur Israel propter Sabbathi obseruantiam. 248.d.1
Sacerdos si nihil dicendo proficit, innocens est. 74.a.1
Sacerdotum munus, atque excellentia ut non secus atque angeli Deo præsto sint. 263.c.1
Sacerdos gubernet Ecclesiam, & de eius munere. 57.c.2
Sacræ scripturæ mos est præcidere narrationis filum. 5.c.1
Sacra scriptura est versicolor vestis Ecclesiæ. 5.c.1
Sacrificia antiqua erant quasi conuiuia. 309.d.2
Sacrificium significat vitulus. 46.a.2
Sacrificium vel idolum Moloch vocabatur Thophet. 198.c.1
Sagittæ famis vocantur locustæ. 98.b.2
Sal vtile infantibus, ut solidentur, & exsiccentur ab omni immunditia veteri. 179.b.1
Sal vitæ artificialis est carnium exanguium. 57.c.1
Sal legem denotat. 179.b.1
Salomonis Regia dicitur Libanus. 237.d.1
Salomonem loqui amatoria in Canticis absurdum est, quia Deus ipse loquitur cum Ecclesia. 50.b.2
Saltationes didicerunt homines a dæmonibus. 301.a.2
Saltui cur comparetur Ierusalem. 257.d.1
Salus populi quanti stet propheiis. 262.a.1
Saluti hominum assidue inuigilat Deus, ipsis etiam renitentibus. 310.a.1
Salute & strage solet nominari redemptio Christi. 253.b.2
Samaria & Sodoma quo tempore restituenda. 212.a.2
Sancti stare dicuntur, non peccatores. 60.c.2
Sanguinis effusio quid significet. 73.b.2
Sanctificationis promissio ad tempora Messiæ referenda est. 144.b.1
Sanctificatio sabbathi. 248.b.1
Sanctificatio fidelium magna laus Christo. 256.d.2
Sanctuarij vestes & cortinæ ex bysso albi coloris factæ erant. 186.c.1
Sanctum dicitur templum ob mundiciam. 96.c.1
Sapphirus quid sit, & significet. 25.a.2
Sapphirus rubri coloris est. 40.d.1
Sarragine significantur atrocissima tormenta quæ obsessi ab hostibus Israelitæ perpessuri erant. 78.c.2
Satellitibus diuinæ iustitiæ se opponere, proprium est prophetarum. 155.d.1
Scabies cur dicatur lepra. 158.c.2
Scipio, & virga principatus insignia. 241.a.2
Scelera vsque ad mortem aliqui non relinquunt. 206.d.1
Scelera præterita in memoriam Deo reuocat similium patratio. 285.d.2
Scelerum grauitatem maxime auget obliuio acceptorum à Deo beneficiorum. 199.a.1
Sceleris cogitatio ipsa polluit. 274.c.1
Scelera parentum proponuntur filijs, vt ostendantur similia parentibus agere. 245.a.1
Scelus Hierosolymæ quatuor modis comparatur sceleribus Samariæ, & Sodomæ. 207.a.2
Scolia computantium quæ. 302.a.1
Scopus Prophetarum est Christus. 2.a.2
Scorpionibus comparantur pseudoprophetæ. 63.d.1
Scriptura sacra est versicolor vestis Ecclesiæ. 5.c.1
Scriptura sacra sæpe vsurpat per catachresim nomina vulgo rebus imposita, non merito sao debita. 154.a.1
Scripturæ sacræ mos est præcidere narrationis filum. 5.c.1
Scripturæ sacræ prouerbia explicatu sunt difficillima. 207.a.1
Scriptura domus Israel & liber vitæ quare dicatur. 156.d.1
Scriptura continet Christum in sensu literali, non solum in mystico. 6.d.2
Scripturam sacram versantibus Mathematice addiscenda. 77.b.1
Securitas iustorum in medijs periculis. 130.d.1
Sedeciæ luxus, & deliciæ quas fructus pepererint. 151.c.1
Sedendi ad mensam antiquus mos. 289.d.2
Segregatum cur se vocet B. Paulus. 64.d.1
Sella curulis triumphalis indicium. 51.c.2
Senectus aquilæ vnde dicatur. 46.d.2
Seniores, hoc est, præpositi primo puniuntur. 131.a.1
Senis persona Iudicem repræsentat. 39.c.2
Senium non ætatem tantum sed & dignitatem significat. 162.a.1.

Sensus literalis scripturarum sæpe loquitur de Christo. 4.c.1
Sensus mysticus quis sit. 6.c.1
Sensum visionum sine imaginibus impossibile est consequi. 9.c.2
Sensus visionum quo pacto eruendus sit. 9.a.2
Sententiæ Doctorum de, & coniunctione. 17.a.1
Sententiæ Græcorum, & Latinorum de significatione primæ visionis Ezechielis. 42.a.1. *& seq. per totum.*
Sententiæ Rabbinorum de Cherubinis. 36.d.1
Sententiæ variæ Patrum de modo, & significatione primæ visionis Ezechielis. 21.a.2
Sententiæ Hebræorum de significatione animalium in visione Ezechielis. 44.c.1
Septenarius numerus vniuersitatem, & perfectionem importat. 53.d.1.
Septenarius vniuersitatis numerus. 72.b.2
Septenario numero, hoc est, numero vniuersitatis Principes Angelorum computantur in sacris. 53.d.1
Sepultura paterna priuari graue est supplicium. 156.c.2
Sepultura carere supplicij genus grauissimum. 112.c.1
Seraphini habuerunt brachia. 37.c.2
Seraphini cantant alter ad alterum, non quia defatigantur, sed vt sese inuicem mutuo honore præueniant. 136.d.2
Seraphini, & Cherubini quos viderunt Vates, ex qua Angelorum Hierarchia fuerint. 37.d.2
Sericum proprie significat vox Hebræa, mesi. 188.a.1
Serpens Moysis alatus fuit. 38.c.1
Serpētes quos immisit Dominus quare dicātur Seraphim. 38.c.1
Sertum, corona, & germen quomodo in eiusdem vocis significatione conueniant. 110.d.2
Seruitutis symbolum est castrum. 252.b.2
Seruitutis & captiuitatis signum est discalceatum esse, & nudis pedibus incedere. 184.c.2
Seueritatis diuinæ æquitatem statera significat. 100.b.2
Seueritas & amor Christi mystice ostenditur. 52.c.2
Sexuum distinctio in Cherubinis non fuit. 36.e.1
Siclus quid. 80.b.2
Significationes rotarum Ezechielis ex Patribus. 23.c.1
Signum veræ pœnitentiæ non peccatum odisse tantum, sed & omnia irritamenta, & occasiones peccati. 106.c.1
Signa varia veræ pœnitentiæ. 257.b.1
Signa duplicis allegoriæ. 8.b.1
Signum crucis gestant lugentes. 129.e.1
Simila quid significet. 190.b.2
Simulacra dolores vocantur, & quare. 124.c.1
Sisinnius reprehensus. 301.b.1
Sodoma, & Samaria quo tempore restituenda. 212.a.2
Sodomæ nomen tribuitur Galgalæ. 207.e.2
Sodomitis pœna debita. 210.b.1
Solamen est iratis vindicta. 97.c.2
Solem adorare, quam malum. 121.e.1
Solemnitates iuramenti. 181.d.1
Solij Dei apparatus qui in tabernaculo & in Templo, similis erat ostenso Moysi in monte. 40.b.1
Solium æternæ quietis symbolum. 51.a.2
Soluere calceamenta signum luctus. 185.c.1
Soluizonæ Dianæ templum quod nam fuerit. 187.a.1
Sonitus alarum inhabitationem significat, & præsentem Deum. 25.b.1
Sordes vocantur idola. 105.d.1
Sordes significant Idolorum cultum sordibus panis puniri. 81.e.1
Species sedentis in solio qualis sit. 33.b.1.34.c.1
Speculatoris officium quale, & quomodo gerendum. 73.a.1
Spiritus Dei omnia gubernat. 132.a.2
Spiritus nouus nouum desiderium, & affectum significat. 235.d.1
Spiritus significatus varij. 145.d.1
Sponsæ cur dentur hyacinthino colore calcei. 185.c.1
Sponsæ maximus decor situs in calceamentis. 184.d.1
Sponsa dicitur amor. 51.a.1
Sponsæ curru traducebantur. 50.d.2
Sponsa quando deposuerit coronam. 189.d.2
Sponsæ cur improperet Deus collata beneficia. 199.e.1
Sponsæ corona gloriæ & regni, sponsi societate potiri. 189.d.2
Sponsam cum sponso, & paranympho tantum duci solitos genialicurru affirmat Pausanias. 50.d.2
Spiritum tribuit sacra scriptura ei membro aut sensui, quo exercendus est. 68.c.1
Statera æquitatem diuinæ seueritatis significat. 100.b.2
Statutum varia significat. 201.a.1
Status Ecclesiæ duplex. 50.c.1
Stellæ vocantur nomine oculorum. 50.c.1
Stemmata quatuor Ecclesiæ quaternis faciebus rotarum significantur. 56.a.1
Sterilitatis quam digna pœna vt nullis vsibus seruiat. 170.a.1
Strage & salute solet nominari redemptio Christi. 253.b.2
Stragula conchiliata, aut purpurea. 289.b.2
Super quid sit. 98.a.2
Subcinericius panis hostium festinationem & inflantiam significat. 81.a.1
Sublunarium numerus quaternarius. 53.d.1
Suffitum Thymiama significat. 196.c.2
Summa omnium legalium Christus. 2.e.1
Summa prophetiæ Ezechielis. 66.a.2
Superbia & iniquitates producunt ex se flagella & castigationes. 111.e.1
Superbiæ & impietatis materia est aurum. 114.c.1
Superba palatia raro sine iniustitia & tyrannide ædificantur. 240.b.1
Superbiæ diuitijs coniuncta. 209.e.2
Superbia digna pœna ignominia est. 215.d.2
Supplicia in Dei cognitionem adducunt. 305.a.2
Supplicium Ierusalem comparatur supplicio aliarum vrbium. 95.a.2
Supplicij deformitas respondet fœditati culpæ. 115.a.1
Supplicium significat nubes. 136.c.1
Symbolum vis & energiæ est manus. 20.c.2
Symbola parentum gestabant singuli Hebræorum principes. 44.d.2
Symbolum ferocis imperatoris est leo. 46.e.1
Symbolum sacrificij est vitulus. 46.a.2
Symbolum angelicæ naturæ est aquila. 46.c.1
Symbolum imperij. 220.d.2
Symbolum legationis est volumen. 68.c.1
Symbolum æternæ quietis est solium. 51.a.2
Synagogæ vestis & ornamentum fuit lex. 180.b.2
Synagogæ palmites patriarchæ fuerunt. 172.b.2

T

Tabernaculi cortinæ cherubinis depositæ. 184.b.1
Tabula continens ordinem, nominaque mensium Hebræorum nostris respondentium. 18.c.2
Teli Idolum cur vocetur Baal. 118.c.1
τέλος respondet voci Hebraeæ. בלה. 2.a.2
Templi gloriosum nomen. 315.c.2
Templi magnificentia. 115.c.1
Templi oraculi varia nomina. 114.a.2
Templi porta orientalis omnium celeberrima. 141.c.1
Templi portae quales fuerint. 141.b.1
Templum Dianae soluizonae fuisse commemorat Pausanias, in quo suspendebant nouae nuptae fascias, quas ingressi ad illas soluerunt viri. 187.a.1
Templum dicitur sanctum ob munditiam. 96.c.1
Templum proijciet a se Deus quasi barbam abrasam. 96.b.2
Templum quare dicatur gaudium dignitatis. 317.a.1
Templum vocatur caelum. 38.c.2.
Temporalia parui facienda. 112.b.2
Tempus seruitutis mortuo Ioseph vocatur natiuitas Israel. 178.b.1
Tenebrae, caligo, nubes, fumus, cum Deo tribuuntur, nimiam claritatem significant. 135.c.2
Terra Cham significat Aegyptum non autem Chanaan. 177.a.1
Terra Chanaam, idest, Aegyptus. 176.c.2
Terra ipsa punitur propter scelus habitantium in ea. 309.e.2
Terra Israel terra viuentium dicitur propter spem vitæ, qua gaudent eius mortui. 327.d.1
Terra quæ non colitur agit sabbathum. 84.b.2
Terræ sanctæ cum alijs comparatio. 246.a.1
Terrae sanctæ feracitas. 173.a.1
Terror accipitur pro dominatu. 312.c.1
Testamenta quatuor hominibus data. 55.b.2
Testamenti arca e templo recedit. 70.d.2
Tharsis quid sit, seu significet. 23.a.2
Thau figura crucem repraesentat. 128.d.2
Thau legem seruantium signum. 128.d.2
Thau signum. 128.a.2
Thau signum eorum qui perfectam scientiam legis habent. 128.c.2
Theb Alib nomen pagi, quod interpretatur aceruus nouarum frugum. 72.a.1
Theodori Mopsuestiae error 3, d. 1. Damnatur. 3. c. 2. Redarguitur ex sacris scripturis, & Patrum testimonijs. 4. b. 1. Respondetur eius rationi. 5.b.2

Theologus ad Christum tanquam ad scopum debet destinare commentationes suas. 2.c.2
Theoria de malo & bono exemplo. 63.b.1
Theristum quid sit. 187.b.2
Thopheth vocabatur idolum seu sacrificium Moloch. 189.c.1
Thribuli forma & modus illud tenendi. 119.c.2
Thymiama suffitum significat. 196.c.2
Tiara quid. 266.d.2
Tiarae quid essent. 285.a.1.b.c.1
Timoris effectus. 113.c.1
Timentes Deum qui fuerint. 165.d.2
Timoris vehementis signa. 261.d.1
Torques quid significet. 189.a.1
Traditiones Ecclesiae non omnes litteris mandatae sunt. 246.c.2
Transferre filios per ignem quid sit. 198.b.1
Trangressio & pactum quae, & vbi in sacris litteris reperiantur. 61.a.1
Transmigrationis vasa quae. 150.a.1
Tribulatio perpessa docet non iniuste nec sine fructu datam se esse a Deo. 106.d.2
Tribulatio Deum in memoriam revocat. 105.d.2
Tribulationes futuras Deus duplici ex causa Apostolis & prophetis praedixit. 62.c.2
Tricliniorum luxum reprehensus ab Eustathio. 289.a.2
Triclinium quid. 289.c.1
Trigesimi anni computatio non pertinet ad annos reipublicae Israel. 17.c.2
Trigesimus annus, commemoratus ab Ezechiele computatur, ab exordio Monarchiae Nabuchodonosor. 18.b.1
Trigesimus annus quo exorsus est prophetiam Ezechiel quis, & variae sententiae refelluntur 17. per totum.
Triumphantes curru vehi non est Romanorum inuentum. 49.b.1
Triumphantis indicium sella curulis. 51.c.2
Trophaea victoriae inducunt primates Ecclesiae. 13.c.1
Tunicae manicatae antiquis non fuerunt in vsu. 80.b.1
Tutelares quatuor Angeli Ecclesiae quatuor cherubinis referuntur. 53.a.1
Tyrannide & idololatria omnia peccata significantur. 131.c.2
Tyrus mortuorum terra dicitur, quia ibi colunter idola. 327.c.1

V

VAE duplex temporalem, & aeternam indicat mortem. 200.a.1
Vae homini illi, qui prae multis peccatoribus, non tamen inter iustos iustificatus fuerit. 211.d.1
Vallis Achor, idest, turbationis. 252.c.2
Vallis Hinnom. 198.d.1
Varius modus loquendi Prophetarum de Christo. 3.b.1
Varia conuiuia. 301.a.2
Varia vestimentorum genera & nomina. 183.b.1
Vas quid significet. 126.d.1
Vasa musicorum quid significent. 227.c.1
Vasa transmigrationis quae. 150.a.1
Vaticinia aliquando verba, aliquando visiones appellabantur. 1.b.2
Vaticinium verum & firmum est, quod exitu comprobatur. 270.c.1
Vati quare nihil sit formidandum. 63.d.2
Vbertas Ecclesiae Christi. 245.c.2
Vectatione carrucae diuinam prouidentiam repraesentari Graeci patres tradiderunt. 49.a.2
Velamen capitis signum subiectionis. 188.d.1
Velamen oris pudoris signum. 188.c.2
Venena vocat R. Salomon mulierum ornamenta. 184.a.2
Venustas & decor ex ciborum abundantia, & suauitate. 192.a.1
Ventus orientalis vrens dicitur. 224.c.1
Ventus turbinis varie accipitur. 20.c.2
Verbi ministri maioribus cumulati muneribus ad maiorem perfectionem prouocantur. 64.c.1
Verbum Dei comparatur pillulis deauratis. 69.b.1
Verbum pro visione. 1.b.2.20.b.2
Verbis manifestis aliquando loquuntur Prophetae. 3.c.1
Verborum & rerum mista allegoria. 6.a.2
Verbum Dei non audire proximum est subtractioni eiusdem, & derelictioni. 64.b.1
Verbum Dei non solum auribus excipiendum, & memoria retinendum, sed etiam meditatione decoquendum est. 68.d.2
Verba aliud significant, quam sonant. 5.d.2
Versicolor vestis Ecclesiae est sacra scriptura. 5.c.1
Veritas supernaturalis reuelatur per formas imaginarias. 8.c.2
Veritas supernaturalis aliquando sine imaginibus reuelatur. 9.a.1
Veritas opponitur vanitati & hypocrisi. 231.b.2
Veritas intelligibilis reuelatur per formas sensibiles. 8.d.2
Veste discolore varia beneficiorum genera sponsae collata significantur. 183.c.2
Vestis rechamata. 183.c.2
Vestes & cortinae sanctuarij ex byisso albi coloris factae fuerunt. 186.c.1
Vestis poderis. 183.c.2
Vestes ex gossipio crassissimae sacerdotis Aegyptij. 186.b.1
Vestis discolor quid in Hebraeorum republica significet. 183.b.2
Vestis Ecclesiae versicolor est sacra scriptura. 5.c.1
Vestis discolor seu polymita. 182.a.2
Vestis & ornamentum Synagogae fuit lex. 180.b.2
Vestibus non sunt amicti Cherubini. 36.a.2
Vestimentorum varia genera & nomina. 183.b.1
Vetus homo quomodo reluctetur Deo, nouus vero quam lubens det nomen. 254.c.2
Victoriae trophaea inducunt Ecclesiae primates. 53.c.1
Videns dicitur propheta. 1.b.1
Vilis Ierusalem euersionem caldarij similitudine minatur Ezechiel. 96.c.2
Vincula Adam vincula caritatis sunt dolores & afflictiones. 106.a.1
Vindices irae non alit domi Deus sed aliunde vocatos mercede conducit. 100.d.1
Vindicta peccatorum eorumque lamentatio dulcis est. 68.c.2
Vindicta solamen est iratis. 97.c.2
Vindicta quomodo laetetur Deus qui ita misericordia laetari solet. 97.d.2
Vindicta publicis potius, quam occultis peccatis pronocatur. 309.b.1
Vinea est Ecclesia, non nemus, neque viridarium. 170.b.1
Vinea quaestuosa & delicios est. 171.c.2
Vineae fructus. 171.c.2
Vinea ab antiquo fuit potissimum praedium. 171.a.2
Vineae amoenitas & deliciae. 172.a.1
Vinum foeminis interdictum. 191.b.2
Vino iustitia, argento iudicium significatur. 132.b.1
Vini excellentiae & commoda. 172.b.1
Vinum pro ligno vitae. 172.c.1
Vinum libidinis fomes. 191.b.2
Virga amygdalina impendens flagellum significat. 111.b.1
Virga florida fructuosam correptionem significat. 111.d.1
Virga & scipio principatus insignia. 241.a.2
Virginitate immortalitas significatur. 172.d.1
Virginum gestamina nonnunquam meretrices furabantur apud Hebraeos. 187.b.2
Virginis signum byssina fascia. 187.a.1
Virginum Milesiarum memorabile facinus. 205.b.2
Virgo sanctissima vocatur mons excelsus & quare. 226.b.1
Virgines faciem & totum corpus velabant apud Hebraeos. 187.b.2
Virginitas B. Virginis voto confirmata. 61.b.1
Viri appellatio erat cognomen vxoris. 181.d.2
Virilitatis indicium barba. 100.c.1
Viri accumbebant, mulieres vero, ac iuuenes sedebant in mensa. 299.b.1
Vir vestitus lineis Christum referebat. 127.b.2
Viri Apostolici corde significantur. 50.c.2
Vis ingens, & copia cuiuslibet rei cum maris fluctibus comparatur. 324.b.2
Vis & energiae symbolum manus. 20.c.2.
Visiones sensu perceptae non dicuntur propriè propheticae. 9.b.1
Visiones propheticae triplices. 9.c.1
Visionum sensus quo pacto emendus sit. 9.a.2
Visiones in sacris literis referunt historias vel parabolas non autem fabulas. 39.a.1
Visio pro oraculo, oraculum pro visione in sacris vsurpatur. 1.b.2
Visionum sensum sine imaginibus impossibile est consequi. 9.c.2
Visio prima & vltima Ezechielis imaginariae fuerunt. 10.c.1
Visionis socius Ezech. absolutissima Idea. 34.d.2
Visio pro verbo. 1.b.2.20.b.2
Visiones & oracula quid. 1.c.2
Visitatores sunt vindices & vltores. 126.c.1

Vite

Vita humana via est peregrinorum. 139.b.2
Vitem tulisse labruscas quam indignum. 170.a.1
Vitem in Ierusalem omnes plantabant vel ad vestibulum domus vel in compluuio. 172.a.1
Viti comparatur homo multis rationibus. 240.d.2
Vuibus cur comparentur fideles. 172.d.1
Vituli pedes Christi mortem innuunt. 53.c.2
Vitulus sacrificium significat. 46.a.2
Vituli caput gestabat Elisama in vexillo aureo. 44.c.2
Vltionis dies praefinita. 266.c.1
Vltio diuina exagitat eos, qui inuidiose laetantur de malis proximorum. 320.b.2
Vnctio regia. 300.c.1
Vnctio consequebatur lauacrum. 182.c.1
Vngebantur capita conuiuantium. 301.c.1
Vnguentum adhibetur militibus, & athletis roborandis. 300.c.1
Vnguentorum mirabiles effectus. 300.b.1
Vnguentum conuiuale. 300.c.2
Vnguentum funebre. 300.b.2
Vniuersitatem & perfectionem importat numerus septenarius. 53.d.1
Vocatio Gentium earum solatiũ, Iudæorũ confusio fuit. 214.d.2
Vocatio gentium. 256.c.1
Vocatio gentium. 136.b.2
Volumen est symbolum legationis. 68.c.1
Voluptates carnis omnium vitiorum fundamenta sunt. 288.c.1
Vox ingens describitur. 136.a.2
Vrbes subiectae filiae metropolis dicuntur, & quare. 325.a.1
Vsucapionis signum est calceus. 184.c.2
Vsura. 231.c.1
Vulgatam versionem authenticam censuit Concilium Tridentinum. 150.d.1
Vulpium similitudinem pseudoprophetis accommodant patres. 155.a.1
Vxoratae facie excepta caeteras corporis partes velabant apud Hebraeos. 187.b.2
Vxore bona nihil est viro amabilius. 311.c.1
Vxoris mors omnium expetendorũ interitum significat. 316.a.2

Z

Zeli definitio. 97.c.2
Zelum & amorem Dei electrũ & ignis significat. 117.a.2

FINIS.

ERRATORVM CORRECTIONES.

Pag.	Col.	Litera.	Versu.	Corrige.
2.	2.	C	14.	ea quæ
6.	1.	A	5.	manu
7.	2.	E	7.	manu
8.	1.	B	8.	translatitie
18.	2.	B	12	nostro Iulio
20.	1.	C	3.	orabat
23.	1.	B	9	fulgetris
24.	1	D	6.	quia
25	1.	C	1.	qualis
31.	2.	B	5.	curruum
32.	2.	E	1.	ὄ.Lις opsis
35.	1.	C	1.	השמל
36.	1.	B	6.	quod erat
38.	2.	C	8.	sardini
46.	1.	C	11. & alibi.	perniciſſime
47.	2.	B	4.	indicauí eis
49.	2.	A	5.	carrucæ
50.	1.	A	6	Hanc
55.	1.	A	8.	Dicunt quidã
55.	1.	D	10.	psal.79.
57.	2.	A	13.	verecundiæ
60.	1.	C	8.	eo quo
61.	1.	A	9	hoſpitium
61.	2.	B	1.	doloſus
66.	1.	B	2.	cæ eſtæ
70.	2.	A	6.	ingredere.
78.	2.	B	6	Illud vero opus eſt iuſtitiæ, & verum miſericordiæ indicium, claudere ſcilicet oculos, & aures ad damnatorum querimonias. Videlicet quo-
94.	1.	A	3.	didicit
98.	1.	D	4.	conuicij
100.	1.	D	2.	vniuerſam
103.	1.	A	4	ad montes
106	2.	D	4	manu tua.
128.	1.	B	10.	gloria domini
128.	1.	D	2.	vidit
131.	1.	C	7.	cruore
139.	2.	B	2.	Agnũ paſchalẽ
155.	1.	D	2.	oppoſuiſtis
164.	1.	A	4.	in margine. flagello
165.	2.	A	6.	in id ipſum
177.	2.	E	2.	deſcenſu
180.	2.	G	15.	dilectionem
181.	2.	C	1.	imitum
186.	2.	C	10. & alibi.	lanuginoſa
201.	1.	B	7.	impleſſis
201.	2.	A	2.	manducetis
215.	2.	C	10.	faſtidioſi
216.	2.	E	3.	inhabitabit.
226.	1.	C	14.	vt omnes
226.	2.	B	15	magna dicitur
241.	1.	C	2.	malogranati
261.	1.	A	1.	vires
264	1.	A	5.	dolentis
270.	1.	A	6	fulgens
278.	2.	A	1.	cædent
278.	2.	A	in margine.	a.reg.1
287.	1.	A	5.	peccatores
290.	1.	B	2.	טמם
304.	2.	C	4.	perhibens
306.	2.	A	3.	& dixi
312.	1.	D	4.	ſordida
316.	2.	B	11.	gemitum
319.	2.	D	8.	ſicut
323.	1.	A	4	tranſpone lineas ex numeris ad marginem poſitas.
324.	1.	A	4	prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOANNIS BAPTISTAE VILLALPANDI CORDVBENSIS E SOCIETATE IESV TOMI SECVNDI EXPLANATIONVM EZECHIELIS PROPHETAE

PARS PRIMA IN TREDECIM CAPITA SVBSEQVENTIA

Ex quibus hoc primo primae huius editionis volumine vigesimum septimum & vigesimum octauum dumtaxat euulgatur, cuius rei ratio in praefatione reddetur.

✠ PRAE-

PARS PRIMA

IN TRES DECIM CAPITA

SVBSEQVENTIA



EXPLANATIONUM

IN

ESAIAM PROPHETAM

LIBRI SEPTEMDECIM

AVCTORE

IOANNE BAPTISTA

Biblioteca
Universidad de Deusto

PRAEFATIO.

MIRABITVR fortasse quispiam, siue quòd alter hic explanationum Tomus in duas iterum sit partes distributus, siue quòd prior pars inchoata necdum absoluta proferatur in lucem, siue quòd haec priora secundi Tomi capita duo huic primo adglutinentur. Has ego tres admirationis causas breui mihi oratione censeo profligandas. Nam bifariam fuit secundus hic Tomus propterea diuidendus, quòd rerum ita diuersitas postularet. Etenim immaturus Patris Hieronymi Pradi obitus non modo ipsius vitae, sed etiam communis huius inter nos operis, non ex ea quidem parte, de qua inter nos ante conuenerat, sed ex ea, vnde Deo visum est, fila praecidit: quippe qui simul cum ea, quam ipse mihi sumpseram, non exiguam mihi partem socij reliquerit persequendam. Quapropter cum alterum Tomum necessario fecerim ampliorem, in duas eum distinxi partes: quarum prior ad socium, posterior, vt inibi quoque dicitur, ad me proprie pertinebat. Cur est igitur prior haec secundi Tomi pars mutila? Equidem eo consilio coeperam, post Pradi mortem, in alia deinceps Prophetae capita scribere, eaque simul praelo subijcere (quod alibi me indicare memini) vt ad ea, in quibus de templo agitur, continuata opera peruenirem. Verum & valetudine impeditus identidem,

dem, & amicorum consilio, precibus, ac pene quotidiano conuitio, eorum capitum explicationem interrumpere coactus, quam vel alij melius (si forte mihi non licuerit) persequantur; in tertium Tomum, & in alteram secundi partem, meam omnem operam ac studium contuli. Quae quidem singulari Dei beneficio, iam sunt prope omnia typis excusa. Iam vero cum essent mihi haec eadem, vt fit, in volumina digerenda, nullum hoc reperi locum his duobus capitibus aptiorem. quod vt eo libentius agerem, & argumenti similitudo, & primi huius Tomi breuitas persuasit. Huc postremo accedit, quod si quando Deo bene iuuante, reliquorum vndecim huius partis capitum explanationem fas erit absoluere; facili quoque negotio, suo illa loco licebit annectere. Haec habui, quibus admirationi lectoris occurrerem: quem ad extremum illud admonendum censeo, his ipsis duobus capitibus, ne quid in eis desideraretur, suos quoque, vt ceteris, indices accessisse.

EXPLA-

EXPLANATIONES IOANNIS BAPTISTAE Villalpandi Cordubensis è Societate IESV IN RELIQVA DVO ET VIGINTI CAPITA. EZECHIELIS PROPHETAE

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

Sub nauis onerariae allegoria superbiam, diuitias, atque iactantiam Tyri commemorans, eiusdem ruinam naufragio non absimilem praedicit Vates.

I. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

II. Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum:

III. Et dices Tyro, quae habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas: haec dicit Dominus Deus: O Tyre, tu dixisti: perfecti decoris ego sum,

IIII. Et in corde maris sita. Finitimi tui, qui te aedificauerunt, impleuerunt decorem tuum:

V. Abietibus de Sanir exstruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum.

VI. Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & praetoriola de insulis Italiae.

VII. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo: hyacinthus, & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum.

VIII. Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui.

IX. Senes Giblij, & prudentes eius habuerunt A nautas ad ministerium variae supellectilis tuae: omnes naues maris, & nautae earum fuerunt in populo negotiationis tuae.

X. Persae, & Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum, & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo.

XI. Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmaei, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulcritudinem tuam.

XII. Carthaginenses negotiatores tui, a multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas. B

XIII. Graecia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa aerea aduexerunt populo tuo.

XIIII. De domo Thogorma equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.

XV. Filij Dedan negotiatores tui: insulae multae negotiatio manus tuae: dentes eburneos, & ebeninos commutauerunt in pretio tuo.

XVI. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo.

Universidad de Deusto Biblioteca

XVII. *Iuda, & terra Israël ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis.*

XVIII. *Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi.*

XIX. *Dan, & Graecia, & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacte, & calamus in negotiatione tua.*

XX. *Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum.*

XXI. *Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuae: cum agnis, & arietibus, & haedis venerunt ad te negotiatores tui.*

XXII. *Venditores Saba, & Reema, ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo.*

XXIII. *Haran, & Chene, & Eden negotiatores tui: Saba, Assur, & Chelmad venditores tui.*

XXIV. *Ipsi negotiatores tui multifariam inuolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumque pretiosarum, quae obuolutae, & astrictae erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis.*

XXV. *Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris.*

XXVI. *In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit te in corde maris.*

XXVII. *Diuitiae tuae, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautae tui, & gubernatores tui, qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo praeerant: viri quoque bellatores tui, qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quae est in medio tui, cadent in corde maris in die ruinae tuae.*

XXVIII. *A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes.*

XXIX. *Et descendent de nauibus suis omnes, qui tenebant remum: nautae, & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt:*

XXX. *Et eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur.*

XXXI. *Et radent super te caluitium, & accingentur cilicijs: & plorabunt te in amaritudine animae ploratu amarissimo.*

XXXII. *Et assument super te carmen lugubre, & plangent te: Quae est vt Tyrus, quae obmutuit in medio maris?*

XXXIII. *Quae in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum ditasti reges terrae.*

XXXIV. *Nunc contrita es a mari, in profundis aquarum opes tuae, & omnis multitudo tua, quae erat in medio tui, ceciderunt.*

XXXV. *Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te: & Reges earum omnes tempestate perculsi mutauerunt vultus.*

XXXVI. *Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.*

EXPLA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMISEPTIMI.

1. T *factum est verbum Domini ad me dicens.* Hebraicè ויהי vaihi, à verbo היה haiah, quod verbum substantiuum est, & significat esse, fieri, vel factum esse; ex quo nomen illud ineffabile Dei יהוה Adonai diuinam essentiam significans, deducitur. illam inquam, significans essentiam, quae ab aeterno sine principio fuit, semper sine mutationis, aut temporis fluxu est, & in aeternum absque senio, defectu, aut fine erit, à qua omnia, quae fuerunt, sunt, erunt, esse per creationem accepere, quo conseruante retinent, cuiusque liberrima dispositione iubente persistunt, aut permittente abolentur, siue in alia conuertuntur. Estque frequens huius nominis cum verbo, à quo deducitur, vsus apud Prophetas, sicut in praesenti, possetque ita reddi: Fuit eius, qui est, *verbum ad me*: quasi dicat, cuius est esse, fecit esse verbum suum in me, vel super me, vt annunciarem illud: vel ad me, vt exsequerer, quod mihi praecipiebatur. Qua quidem phrasi, & more loquendi, prophetiae dignitatem, ac veritatem innuunt Prophetae: cum sit verbum eius, cuius dicere, idem atque facere est, prout apertè satis ostendit Geneseos historia illis verbis: *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.* Hebraicè יהי אור ויהי אור iehi or vaihi or, fit lux, & fuit lux. ex quo facile colligi potest, quàm sint eius credibilia testimonia, seruanda praecepta, speranda promissa, & timenda, quae comminatur, supplicia.

Nomen Dei ineffabile.

Prophetiae dignitas, & veritas.

Gen. 1. ℣. 3.

Et factum est. Coniunctio, Et, initio sermonis praeposita, non solùm affirmatiua particula est, vt initio propheticae loquutionis saepe solet; verùm etiam coniunctionis retinet vim: quoniam eiusdem argumenti, ac praecedens, praesens caput est, eundemque Dominum inducit loquentem, qui loquebatur in fine praecedentis.

Et, coniunctio affirmatiua, & coniunctiua est.

II. *Tu ergo fili hominis.* Hebraicè בן אדם ben adam. Phrasis haec sacrae Scripturae frequens hominem significat, hominem, inquam, carni, & sanguini addictum, haeredem peccatoris Adami. Sic in Genesi: *Descendit autem Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam aedificabant filij Adam*, hoc est, peccatores. Postea verò vsus obtinuit, vt significaret homines infimae condicionis, plebeios, & abiectos, vt videre est in Psalmo: *Quique terrigenae, & filij hominum: simul in vnum diues, & pauper.* ex Hebraeo sic verti potest: Filij Adam, & filij viri, quam versionem sequutus est Hieronymus. & apud Isaiam reperitur similis phrasis: *Et incuruauit se homo* vilis adorans idola. *Et humiliatus est vir*, hoc est potens, & magnus se demisit coram idolis, *ne ergo dimittas eis.* Ex qua vocis acceptione intelliges eximiam Iesu Christi Domini nostri caritatem, quam assiduè sibi assumit in Euangelio nomen hoc filij hominis, seu filij Adam: vt exploratum sit nobis; quod *semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Verùm hoc loco hominem significat, quatenus, quod humanum est, exigitur ab eo, nempe commiserationis, amorisque sensus, dolor, & lacrymae. ideo subdit.

Filius Adam, siue hominis quid significet.

Gen. 11. ℣. 5.

℣. 48. ℣. 3.

Isai. 2. ℣. 9.

Christus Dominus quare dicatur filius hominis.

Philip. 2. ℣. 7.

Assume super Tyrum lamentum. Assume Hebraicè שא sa, à verbo נשא nasa, cuius tam latè patet significatio, vt vix multis verbis aliarum linguarum exhauriri possit. primaria tamen eius significatio est, leuare, tollere: diciturque de singulis corporis membris, quò significentur eorum operationes, vt Genesi: *Leuauit Iacob pedes suos, & abijt*, Et iterum: *Leuauit Iacob oculos suos, & vidit*, &c. Verùm, quod magis ad propositum facit, significat hoc verbum, portare, leuare, seu tollere id, quod graue, & onerosum est: nam in Genesi, vbi nos legimus: *At illi portantes frumenta*, Forsterus vertit: Et leuauerunt frumentum suum super Asinos. tale est & illud Leuitici: *Si peccauerit anima.* anima pro homine, hoc est homo uiuens, *& audierit vocem iurantis.* hoc est iudicis iuramento praeuio interrogantis. *testisque fuerit, quòd aut ipse viderit, aut conscius est; nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.* hoc est, reus erit violati iuris iurandi: Vel si iniquitatem pro poena accipias, sensus erit. *portabit*, hoc est, sustinebit admissi sceleris debitas à Deo poenas. In hac eadem significatione vsurpatur verbum ab Isaia de Christo Domino loquente: *Infirmitates nostras ipse tulit*, portauit, siue sustinuit. Quod quidem iniquitatis onus tam graue, & durum est, vt vix ab impio Caino sustineri potuerit, atque adeo falsa quadam opinione deceptus putarit miser, ne à Deo quidem sustineri posse. Quare dixit: *Maior est iniquitas mea* מנשא minneso, hoc est, quàm sustinere, vel parcere, subintellige, possit Deus, vt R. Abraham interpretatur; sed aptiùs, & manifestiùs Hieronymus, *quàm vt veniam merear.* Vnde R. Selomo cum admiratione interpretatur locum istum, quasi dicat Cain: Tu Domine, qui sustines superiora, & inferiora, & iniquitatem meam non poteris ferre. Vel verbum נשא nasa potest referri ad ipsum Cain, ita vt sensus sit: *Maior est iniquitas mea*, quàm vt sustinere, seu portare possim: cui consonat quod subdit: *Eijcis me à facie terrae, & à facie tua abscondar*, &c. Quem locum mirificè interpretatur Hieronymus, sic scribens ad Damasum: Eijcior à conspectu tuo, & conscientia sceleris tremebundus lucem ipsam ferre non sustinens, *abscondar* vt latitem: eritque, *omnis qui inuenerit me, occidet me*, dum ex tremore corporis, & furiatae mentis agitatu eum me esse intelliget, qui mereatur interfici. Verùm Deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens poenae, qua se ipse damnarat, ait: Non sic: sed viues vsque ad septimam generationem, & conscientiae tuae igne torqueberis; ita vt quicunque te occiderit, aut in septima generatione, aut septimo te liberet cruciatu: non quòd ipse, qui occiderit Cain, septem vltionibus subijciendus sit; sed quod septem vindictas, quae in Cain tanto tempore cucurrerunt, soluat interfector, occidens eum, qui vitae fuerat derelictus ad poenam. Hactenus Hieronymus. Hoc ergo eodem verbo alloquitur Dominus Prophetam nostrum dicens: *Assume lamentum*; quasi dicat: Sustine tantisper, vel perpende commiseratione prosequutus calamitates, & miserias Tyri. Quare Polychronius ait: Diuinae clementiae, ac bonitatis magnitudinem significant haec verba: docetque nos omnino, vt peccantes

Variae significationes verbi assumere.

Gen. 29. ℣. 1. iuxta Hebrae. c. 33. ℣. 1.

Gen. 42. ℣. 26.

Forsterus in dictionar.

Leu. 5. ℣. 1.

Isa. 53. ℣. 4.

Onus peccati quàm graue sit.

R. Abrahã.

Hieronym.

R. Selomo.

Hieron. ep. 125. ad Damasum q. 1.

Conscientiae ignis fontes vehementer torquet.

Assumere lamentum quid significet.

Polychron.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrigamus, non ex odio, aut simultate, sed compatientes, & valde dolentes. etenim ipse, qui meritò, ac iure optimo damnabat, lamentari Prophetam iubet ciuitatem, quae plectebatur, declarãs quemadmodum affectus esset, dum puniret. Cui consonant verba Hieronymi, dicentis: Qui plangitur, adhuc curæ est ei, à quo plangitur. ergo & Samuel flebat, atque plangebat super Saul. Et Apostolus Paulus lamentatur, & luget super his, qui fornicati sunt, & non egerunt paenitentiam. Et Ieremias lamentationes super euersione Hierusalem quatuor scripsit alphabetis. Si verò aliam vocis significationem, & genuinam quidem attendamus, *Assume*, idem erit, quod eleua, extolle *lamentum*, hoc est, lamentabilem vocem: quasi dicat: tantus sit commiserationis sensus animo conceptus, vt, cum non possit amplius contineri, prorumpat in gemitus, & lamentabiles voces.

Hieronym.

Assumere, idem quod eleuare, vel extollere lamentum.

III. Circunstantiae sigillatim notantur personarum, & loci.

Et dices Tyro, quae habitat in introitu maris. Mirificè exornat Vates orationem suam, omnes enumerans circunstantias personarum. Appellat enim loquentem Deum ineffabili nomine tetragrammato, eum qui cum loquitur, filium hominis, & vrbem, de qua loquitur, omnibus suis numeris absolutam esse describit ex situ: *quae habitat in introitu maris*, ex commercio, & frequentia aduenarum, & indigenarum gentium *negotiationi populorum ad insulas multas.* ab antiquitate, & nobilitate fundatoris, & fundationis: *finitimi tui, qui te aedificauerunt, compleuerunt decorem tuum*, &c.

Portus quasi porta maris.

Quae habitat in introitu maris. Hebraice מבואת meuooth, quae vox deducitur a verbo בוא bo, quod significat ingredi, seu venire: Quare significabit aduentum, seu concursum nauigantiũ, venientium Tyrum. & meritò sic vocatur, quia insignis erat tutissimis portubus Tyrus, qui eleganti periphrasi nuncupantur introitus, siue portae maris; quia tum intrantes nauigaturos mare, tum egredientes absoluta nauigatione, per portus, quasi per maris portas egredi, aut ingredi necesse est. Vbi notandum est, causam aemulationis, & inuidiae Tyri, qua auer sabatur Hierusalem, similitudinem in frequenti concursu fuisse. Dixerat enim supra *Tyrus de Hierusalem, euge; confractae sunt portae populorum*, nunc Dominus Tyrum vocat introitum, siue portas maris, eadem prorsus ratione. erat enim frequentissima Hierusalem populis infinitis vndequaque confluentibus ad sollemnitates, & Paschata. erat non minus frequens Tyrus nautis vndique illuc adnauigantibus: Verùm, erat longe diuersum horum, atque illorum studium, diuersus amor. illos enim diuinus amor, caelestiumque diuitiarum mercatura patria extorres, diuino cultui Hierosolymis mancipabat: hos verò iniqui mammonae, periturique auri sacra fames pèriculis maris obiectos Tyrum, Insulam frequentare cogebat. propterea subditur.

Causa aemulationis Tyri aduersus Hierusalem, *Supra c.26. ℣.2.*

Negotiationi populorum ad insulas multas. Hieronymus: Tyrus est negotiatio populorum ad insulas multas, siue de insulis multis. quod quidem vsque hodie perseuerat, vt omnium propemodum gentium in illa exerceantur commercia. quàm autem fuerit celebre emporium, vt habent Septuaginta, vel ex eo maxime colligi potest, quod ait Isaias: *Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam*, hoc est, quae se, vt omnium insularum, vel vicinarum ciuitatum reginam iactabat. vel allusio est ad situm vrbis in cacumine montis, seu rupis constitutae in medio maris, quod indicat ipsum nomen צור tsor, quod rupem, & saxum proprie significat. Nam teste Masio à scopulo vndequaque altissimo mari circundato, in quo vrbs ista erat exaedificata, nomen ei est à priscis hominibus impositum. Quare moenia, & turres montis caput cingentia, coronae castrensis imaginem praeseferebant. Vel, teste Hieronymo, quòd sicut Rex inter plurimam hominum multitudinem, ornatum diademate erigit caput: ita Tyrus fulgens, & excelsa opibus, auroque, & gemmis, & serico, ac purpura nitens, Regina sit in cunctis gentibus existimata. *Cuius negotiatores principes.* vel quia principes aliarum regionum non aspernabantur negotiationem opulentissimam Tyri, vel (quod magis ad rem facit) quia negotiatores eius ita erant diuites, & opulenti, vt aliarum regionum principes imitari, vel potius exeaquare viderentur.

Masius in Iosue 19.

Hieron. lib. 5. super Isa.

Ad insulas multas. Vel quòd merces suppeditaret, quae ad insulas multas deferrentur, vel quod à multis insulis in eam merces conueherentur. vtrũque enim contingat necesse est insulae vndique mari cinctae, qualis erat ea tempestate Tyrus. quod innuit Hieronymus, dum commentatur haec verba, & ait siue de insulis multis.

Hieron.

Haec dicit Dominus Deus. Septuaginta vocem ipsam Hebraeam posuere dicentes, Adonai Dominus. ארני Adonai verò si Hebraeis fides habenda est, significat sustentatorem, basim, & fundamentum, cui innituntur omnia quae sunt. & sic interpretantur plura sacrae Scripturae loca, in quibus hoc Dei nomen reperitur. In Genesi, cum vidisset Abraham tres viros, *adorauit in terram, & dixit Domine*, Adonai, hoc est, sustentator, vel, sustentator mi, *si inueni gratiam in oculis tuis*, &c. & in Psalmo: *Dixi Domino: Deus* Adonai sustentator *meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.* Chaldaeus vertit, bonum meum non procedit nisi à te, ac si dicat: Tu Domine mei non indiges, ego tui vel maximè. Et Daniel in illa feruentissima oratione, qua Deum deprecabatur pro populo hoc, subdit: *Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam.* Signum indulgentiae, amoris, & beneuolentiae. *Super sanctuarium tuum, quod desertum* à te, ac propterea corruit, & desolatum est *propter temetipsum.* Hebraicè *Adonai*, quasi dicat, propter hoc nomen tuum, quo merito gloriaris te sustentatorem esse vniuersorum, deprecamur te Domine, vt dirutum sanctuarium tuum erigas, & solito fauore prosequaris. Aptissimè ergo Deus omnium sustentator inducitur, lacessens ingratam Tyrum, quae sibi arrogat decorem, ac pulcritudinem à Deo acceptam.

Interpretatur nomen Dei Adonai.

Gen. 18. ℣. 2. & 3.

Dan. 9. ℣. 17. & 18.

IIII. Superbia, & arrogantia Tyri recensetur.

O Tyre, tu dixisti; perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Septuagi nta: Tu dixisti, ego circumdedi mihi decorem meum, in corde maris termini tui. Hieronymus: Primum crimen est Tyri, quòd si quid videtur habere boni, non Dei putet, sed suum, & omnem pulcritudinem, quae illi de diuersis venit regionibus, propriae tribuat diligentiae, atque virtuti. Dixit enim: *perfecti decoris ego sum*, siue ego mihi circumdedi decorem: cum sit in corde, hoc est, in medio maris sita, & quasi insula, moueatur, & fluctuet, & vndarum illisionibus confringatur.

Hieron.

Quare dicatur Tyrus negotiatio populorum.

Perfecti decoris. Hebraicè כלילת יפי chelilat iophi. à radice כלל calal, quae perfectionem, seu vniuersam significat: quare interpretari possumus verba Tyri ita, vt sensus sit: perfecta, siue vniuersalis pulcritudo mihi inest, nihil potest decori meo superaddi, nihilque desiderare possum, quod pulcritudinem meam augeat. quod quidem arrogantiae aut superbiae genus est maximè execrandũ: nulli enim eiusmodi

Isa. 23. ℣. 8. Coronata Tyrus quare dicatur.

Universidad de Deusto

ciusmodi pulcritudo conuenire potest, nisi soli Deo. Teste etenim Dionysio: Pulcrum, & per omnia pulcrum, & supreme pulcrum illud est, quod semper sit secundum eadem, & eodem modo pulcrum, & neque oritur, neque occidit, neque augetur, neque interit. Quam quidem immutabilem pulcritudinem bene amouet à Tyro Dominus subdens, *in corde maris sita*: quasi dicat: quo modo tibi arrogas perfectum decorem, quae subiaces maris fluctibus, & vndarum illisionibus? Vel possunt haec omnia de Tyro intelligi dicente: *Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita*, ac si dicat, cuius pulcritudinem auget caeruleus maris color, argenteaeque spumarum orae, atque immensa maris aequora, cuius pulcritudini similes ait esse Vates noster rotas diuini currus dicens: *Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris*. Et licet abusa sit Tyrus pulcritudine, quam à Deo acceperat: non tamen negari potest eam pulcherrimam fuisse: cuius rei vel illud vnum efficax argumentum est, quod à Deo ipso tanquam pulcherrimae vrbis singulare exemplar assumitur, dum dicit *Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulcritudine*. tam pulcher erat Ephraim, tamque Dei vallatus auxilio, ait Hieronymus, vt Tyrus mari, in pulcherrimoq. fundata erat solo: ita vt pulcritudini ipsi comparari posset.

D. Dionys. Areopag. de diu. nom. c. 4

Ezech. 1. ℣. 16.

Ose. 9. ℣. 13.

Hieron.

In corde maris. hoc est in medio mari, vt interpretatur Hieronymus, subdens illud Psalmi, *non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris*; Ita Dominus noster fuit tribus diebus in corde terrae, hoc est intra terram in sepulcro. Et sanè aptissimè dicitur Tyrus sita in corde maris: erat enim rotunda forma, super rupem durissimam. ac quondam, prout ex Graecis, Latinis, ac Barbaris historijs colligitur, insula fuit, quae nullum habens de continenti accessum, prae alto mari, iuxta Q. Curtium, quatuor stadijs, hoc est quingentis passibus, seu semimilliario; Plinio autem, & D. Hieronymo septingentis passibus à continenti diuisa, tota maris fluctibus vndique ambiebatur, sed opera primùm Nabuchodonosoris Chaldaeorum Regis, deinde Alexandri Magni Macedonum Regis, multis aggeribus in mare coniectis, continenti ab oriente adiuncta, ex insula facta est peninsula, vt facilior esset expugnationi aditus. atque in hodiernum diem perseuerat eiusmodi accessus. R. Selomo: quod antea de sancta ciuitate Hierusalem dicebatur scilicet: *Perfecti decoris gaudiũ vniuersae terrae*, modo inflata, & superba, talia epitheta vsurpas, quasi dicat, vniuersum decorem, quem illa destructa perdidit, tu continere te credis.

Quid significet in corde maris. Hieron. Psal. 45. ℣. 3. Matth. 12. ℣. 40.

Q. Curt. de rebus gestis Alex. lib. 4. Plin. lib. 5. c. 19. Hieron. super actis Apost. & Isai. 23. Diod. Sicul. lib. 17. Biblioth. anno 4. Alexan. R. Selomo. Thren. 1. ℣. 15.

Finitimi tui, qui te aedificauerunt. Hoc est, Phœnices. Fuit enim Tyrus omniũ, quas Phœnicia habet, munitissima, & maxima ciuitas, atque vniuersae Phoeniciae metropolis. De origine Tyri Adrichomius sic scribit: Certum est iuxta veterum traditiones, atque Berosum, quod Tyras septimus filiorum Iaphet, paulo post diluuium, eam condiderit; illique à suo sumptum vocabulo nomen indiderit. atque hinc Tyrus ab Isaia à diebus pristinis in conditionis suae antiquitate gloriata fuisse describitur. Tempore Iosue Israëlitarum ducis à Phœnice Rege, vt & supra memini, instaurata, Phœniciae meruit fieri metropolis. Quòd autem Iosephus ducentis quadraginta annis, antequam Salomonis templum exstrueretur, hoc est sub Gedeone Iudice Israël: Iustinus verò ante annum Troianae cladis, id est, septennio ante Sampsonis Iudicis tempora, Tyrum à Sidonijs conditam scribunt; id potius de eius instauratione, atque renouatione intelligendum esse reor. Ex dictis facile intelligitur Prophetam in praesenti loqui de Sidonijs, qui meritò finitimi vocantur, & aedificatores Tyri dicuntur, quia teste Hieronymo, Tyrus colonia fuit Sidonis, quod probat ex Isaia, qui, cùm sermonem contra Tyrum instituisset: *Tacete*, inquit, *qui habitatis in insula* Tyro *negotiatio Sidonis*, & subdit, *Erubesce Sidon. ait enim mare fortitudo maris, dicens, non parturiui, & non peperi; & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines*. quem locum interpretatur Hieronymus, his verbis: Dixi supra, coloniam Sidoniorum esse Tyrum. audi igitur, mater, cuncta simul contra filiam tuã maria clamantia; frustra diuitias cõportauimus, sine causa de toto orbe in Tyrum opes contulimus: Illa diues, illa luxuriosa, & populorum quondam gaudens multitudine, in qua nascebatur turba mortalium, caterua puerorũ, iuuentutis examina, cuius plateae virginum, & infantium, ac iuuenum, & puellarum lusibus perstrepebant, nunc ad solitudinem redacta est. At vero Q. Curtius testatur Tyrum, ac Sidonem ab Agenore conditas fuisse. Verum quidem est, amplificatam, ac miris aedificijs insignitam fuisse Tyrum ab Hiramo aequali Salomonis, qui & Olympij Iouis templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus, vrbi adiunxit, & aureis anathematis exornauit, prout refert Dius. Erit ergo loci sensus huiusmodi, vt dicat Tyri superbiam infringens: Tu tibi arrogas decorem tuum: at falleris. Finitimi tui compleuerunt decorem tuum. quod idem Isaias, vt interpretatur Hieronymus, mare fecisse testatur: nam per mare conuehebantur omnia, quae decori poterant esse Tyro insulae in medio mari sitae. Septuaginta interpretes longe aliter verterunt locum istum. Beelim filij tui circumdederunt tibi decorem tuum: vel ut legit Theodoretus: In corde maris Baalim. Quem locum sic interpretatur, quasi Tyrus reprehendatur, quòd Baalim Idolo adscriberet, quae à beneficentissimo Deo acceperat decoris, & ornamenti munera. in quo de duplici impietatis scelere Tyrus accusatur: tum quòd datorem bonorum omnium non obliuisceretur solùm, sed penitus ignoraret: tum quòd pulcritudinem ijs referret acceptam, qui nec sibi quidem ipsis pulcritudinem ullam vindicare possunt. Eundem ferè sensum assignat Polychronius, & vtrumque sequitur unus, atque alter Scholiastes, qui omnes affirmant de Idolo Baal sermonem fieri: Verùm hanc versionem reprehendit Hieronymus, arbitratus Beelim posuisse Septuaginta pro גבוליך geuulaiic, quod significat terminos tuos. & quod subdunt; Filij tui, verbi ambiguitate decepti sunt, inquit, & scripturae similitudine; dum pronunciatione diuersa eaedem litterae cemẽtariorum, & filiorum בניך benic, & בניך benaic leguntur. Verùm, cum difficile videatur reijcere, aut damnare versionem Septuaginta, quae testimonio Augustini tantopere commendatur, vt credat Septuaginta interpretes diuino afflatos spiritu interpretatos fuisse: ita vt vbicunque varient, aut discrepent ab Hebraeis codicibus, innuant alterum aequè intentum à Spiritu sancto sensum. quod etiam probat Apostolorum exemplo, qui ea versione vsi sunt, citantes eius testimonia, non minus, quàm Hebraici codicis; Cum, inquam, haec ita sint, non erit omnino difficile, consonum vulgatae sensum ex verbis Septuaginta eruere cum interpretatione Graecorum: immo vero propemodum eundem. Arrogat enim Tyrus sibi decorem suum: Deus autem allatum affirmat à finitimis

Tyrus metropolis Phoeniciae.

Adrichomius de Tribu Aser. nu. 84.

Isai. 23.

Ioseph. 8. antiq. c. 3. Iustinus lib. 18. histor.

Hieron. super Isa. cap. 23. ℣. 2. & 4

Q. Curt. lib. 4. de vita Alex.

Dius in Phœnicũ histor. citatus à Ioseph. lib. 1. cõtra Apio.

Idolis beneficia Dei accepta referre magnum Tyri scelus, Theodor.

Polychron. Scholiast. Alter Scholiast. Hieron.

Editio Septuaginta cõmendatur, & cõcordatur cum nostra vulgata. August. lib. 18. de Ciui. c. 43. & lib. 2. de doctr. Christ. c. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

aedificatoribus, vel à filijs Tyri, nempe Baalim, iuxta Septuaginta. cum verò frequens sit in sacris, vocare filium non solum procreatione, sed etiam eum, qui in ciuitate degit, vt in Threnis: *Filij Sion inclyti*. Filij Tyri habitatores Tyri intelligentur: qui quidem originem ducebant à Sidone, vel alijs finitimis regionibus, ipsi aedificauerunt in Tyro magnifica, & superba templa, Idolis Baal & Astartae, quibus decoratam se putat Tyrus: quapropter eiusdem sensum improperat illi Dominus, quasi dicat, ironicè: isti nefarij cultores Baal, qui te foedauerũt, complentes te abominationibus, isti compleuerunt decorem tuum: isti inquam, qui te sacrilegam, infamemque apud exteras nationes, atque apud ipsos Idololatras reddiderunt, ipsi compleuerunt decorem tuum; qui quidem decor, cum nihil decori cõsonum habeat, sed omni turpitudine, & abominatione sit plenus, aptissime potuit obijci Tyro, se propter eadem scelera iactanti. Quàm autem fuerit foedata Idololatria infamis Tyrus, patet ex Curtio, qui de Carthaginiensibus oratoribus, Tyrum solatio missis, inibique commorantibus, cum ab Alexandro oppugnaretur, sic scribit: Sacrum quoque, quod quidem dijs minime cordi esse crediderim, multis saeculis intermissum repetẽdi, auctores quidam erant, vt ingenuus puer Saturno immolaretur: quod sacrilegium verius, quam sacrum Carthaginienses à conditoribus (Tyrijs) traditum, vsque ad excidium vrbis suae fecisse dicuntur: ac nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur; humanitatem dira superstitio vicisset. Hactenus Curtius.

Filius quis dicatur in sacra Scriptura. *Thren. 4. ℣. 2.*

Q. Curt. lib. 4. de vita Alex.

V. *Hieron.* *Abietibus de Sanir exstruxerunt te cum omnibus tabulatis maris*. Hieronymus: Loquitur, inquit, quasi ad nauem τροπικῶς tropicos vrbis significans pulcritudinem, & rerum omnium abundantiam, vt, postquam vniuersam illius supellectilem descripserit, malum, antennas, remos, vela, proram, carinam, funes, opertoria, pelles, &c. quibus nauium optime instructarum vsus indiget; tunc tempestatem illi, & ventum austrum, quo fluctus maximi commouebuntur, venire denunciet, & eam subiacere naufragio. *Apollinar.* Haec Hieronymus. Et Apollinarius. Quod esset, inquit, maritima Tyrus, persequitur eius splendorem, veluti de naui. cum verò parietes dicit, & malum, & velum, seu carbasum, & tegumentum ipsorum, vel potius ipsius Tyri praestantem, eximiamque formam describit. Haec ille. Notandum hoc loco est, quàm artificiosè nauem, siue malis triremem, eo, quo constituitur, ordine describat vates. primò enim carinae in imo iacenti eriguntur hinc inde curuatae costae, oblongis trabibus à prora ad puppim discurrẽtibus innixae, quae transtris ad latera nauis pertingentibus continentur, ne pondere nauis oppressa, diffindatur. atque haec sunt, quae nauem tanquam animalis ossa continendo stabiliunt. Succedunt tabulae, seu asseres nauem vndique claudentes, & maris vndas excludentes, atque aliae transtris immissae nauem totam varietati mercium conuehendae accommodatam in varias concamerationes distribuentes. nec desunt aedificio nauis, praeter ea, quae ad firmitatem, & vsum necessaria sunt, quamplurima alia membra venustati, & pulcritudini deseruientia: haud secus, quàm aedificijs domorum; haec sunt praetoriola, & cubicula ex verticolore, politaque materia tessellato opere confecta. his accedunt alia membra motui necessaria, qualia sunt volucribus alae, quas ventis expandunt. ea sunt vela antennis extensa, malis suspensa, siue etiam remi, qui quasi reptilium pedes, mare sulcando, nauem conuehunt, & hac, illacque detorquent. Est etiam triremi operimentũ necessarium, quo remiges suos ab inclemẽtia caeli, ac temporum iniurijs protegat. mitto hic remiges, nautas, gubernatores, milites, duces, negotiatores, & alios conuehendis, & distrahendis mercibus necessarios. quae omnia nauis praesidia, & ornamenta dum sigillatim persequitur Vates, singulaque percenset, ex pretiosissima materia, singulari artificio, mirabilique opere confecta; dumq. ministros omnes incredibili sapientia, & longa exercitatione industrios esse commemorat; quibusdã quasi symbolis, ac hieroglyphicis characteribus Tyri diuitias, ornamenta, munitiones, & copias, Tyriorumq. splendorem, nobilitatem, sapientiam, potentiam, & gloriam, laudibus in caelum tollit: quo magis miserandam eius vrbis ruinam, ciuiumque interitum oculis mortalium intuentibus, eorum animi commiseratione tacti, sibi ipsis prouidentes à consimili vitiorum tramite reuocentur, consimilem exitum metuentes.

Nauis siue triremis descriptio.

Abietibus. Hebraice ברושים berosim plurale vocis ברש berash, quam cedri quoddam genus significare affirmant Hebraei. ex quo hastae, tela, cistae, & instrumenta musica conficiebantur. Verùm diuersam esse à cedro hanc arborem constat manifestè ex epistola Hirami, quam scripsit ad Salomonem dicens: *Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis.* & ex eo, quòd superbiens Sennacherib dicebat contra montem Libanum: *Et succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius.* quibus locis reperitur haec vox distincta à cedro. Quare R. Dauid Kimchi buxum interpretatur, forsan quia huius arboris materia buxo sit persimilis. Neotericus verò quidam significari arbitratur hac voce arborem illã, quam Latini mutuato ab Hebraeis nomine, fraxinum vocant, ea ductus fortasse coniectura: quia vbi nos legimus apud Nahum: *Agitatores consopiti sunt.* Hebraice legitur והתברושים vehabberosim, vertere posses, & abietes paucefactae, vel consopitae sunt. quem locum ita interpretatur R. Dauid: quasi sit sermo de hastis, aut lanceis ex tali materia. Cumque videret hic auctor ex fraxino lanceas fieri; ideo arbitratus est hac voce significari fraxinum. Verùm melius interpretabimur locum Nahum; si hac voce intelligãtur metaphorice potentes, ac magnates, seu gubernatores vrbis: vt interpretatur locum R. Ioseph. quo modo etiam intelligendus est paulo ante proiatus Isaiae locus de Sennacherib. Estq. consona vulgatae interpretatio, quae potentes, aut gubernatores vocat actores, in assumpta currus metaphora persistens. Ex quibus tam varijs sententijs facile intelligimus, quàm difficile sit arboris proprium nomen, quae fortasse in vna tantùm, aut in aliquibus, non tamen in omnibus regionibus nascitur, exprimere quid significet: satisque fecisse existimandum est eum, qui nomine aliquo alterius arboris, cuius species, folia, materia, vel vsus consimilia sint, tale nomen interpretatus fuerit. Vnde intelligitur, quàm aptè D. Hieronymus Hebraeam vocem ברש barase transtulerit in abietẽ, quoniam eius est persimilis materia, & vsus: cuius rei idem Hieronymus testis oculatus fuit, dum Palaestinam, montesque Libani, Sanir, & Hermon peragrauit. Vtramque enim arborem, si non eandem esse malis (vt ipsi quoque incolae illorum locorum testantur: quos nunc Maronitas dicimus, quique Romae in Collegio à Summo Pontifice Gregorio Tertiodecimo instituto versantur.) mirae proceritatis esse constat. nam de illa in Psal-

Abietum varia genera & qualis materies.

3. *Reg. 5. ℣. 8.*

Isai. 37. ℣. 24.

Nahum 2. ℣. 3.

Forsterus in dictionario.

R. Dauid.

R. Ioseph.

Vulgata editio defenditur.

Psal.103. ℣.18. mo vbi septuaginta legunt: *Herodij domus dux est eorum*. in Hebraeo habetur ברושים beroseim. quem locum sic transtulit Hieronymus: Miluo abies domus eius. Sic & Rabbini ferme omnes. Ciconiae domus abietes: hoc est Ciconia in procerioribus arboribus, cuiusmodi sunt abietes, aedificat, seu nidificat. Cui consonant sequentia, *montes excelsi ceruis*, &c. Septuaginta verò, *dux est eorum* transtulerunt, sensum potius reddentes, seu mysterium significantes, quasi dicant; nidificans in altissimis arboribus Ciconi a, seu Herodion, quasi dux est, & princeps passerum, seu volucrum in inferioribus nidificãtium. vel possumus loci sensum sic instituere: *Illic* in lignis campi, vel cedris libani *passeres nidificabunt*. at verò *Herodij* Ciconiae *domus* nidus in altissimis abietibus constructus dux excelsior omnium *est eorum*. De abiete vero Plinius sic scribit: Larici, & magis abieti succisis humor diu defluit. Hac omnium arborũ altissimae ac rectissimae. Est etiam ברש barase materia musicis instrumentis aptissima. Scribitur enim in libro Regum: *Dauid autem, & omnis Israël ludebant coram Domino in omnibus lignis*. Hebraice ברושים beroseim abietum, vel abiegnis, hoc est, musicis instrumentis fabrefactis ex lignis abiegnis. Abietem autem eiusmodi instrumentis aptissimam esse, quotidiana nos docet experientia. Verùm ad maiorem huius loci explicationem, quid de abiete scribat Vitruuius, libet adiũgere. Et primùm abies aëris habens plurimùm, & ignis, minimùmque humoris & terreni, leuioribus rerum naturae partibus (sic legendũ, non, potestatibus, vt mendosi codices habent) comparata, non est ponderosa. Itaque rigore naturali contenta, non cito flectitur ab onere, sed directa permanet in contignatione. Vitruuium sequutus Plinius, subdit. Nauium malis, antennisque propter leuitatem praefertur abies. Et alibi. Firmissima ad tectum abies, eadem valuarum repagulis, & ad quaecunque libeat intestina opera (intestina vocat, quae ex materia, id est, ex ligno cõstant) aptissima, fabricae genere spectabilis. Ex his Plinij, & Vitruuij locis facile intelligitur, quam pulcra, & vtilis sit ad omnes, praesertim verò ad nauium vsus abietis materies. quamobrem meritò eam primò commemorat Vates, constructam dicens nauem ex abietibus. cuius rei aliam etiam rationem affert Hieronymus; propter leuitatem, iuncturasque tabularum molliùs inuicem se tenentium, atque mordentium. cuius rei meminit Plinius, dicens abietem ita sociabilem esse glutino, vt findatur ante qua solida est.

Abietibus de Sanir, &c. *Cedrum de libano*, &c. *quercus de Basan*. Theodoretus. Hi montes diuersa ligna producunt. enumerat igitur quae vndique ipsi afferebantur, & malos, inquit, à Libano excisos comportabas, & à Basanitide remos, & aedificia à Sanir. Haec ille. Verùm inter hos montes celeberrimus est Libanus, sic dictus à voce לבן laban quae albedinem, seu candorem significat, à qua non multum distat Latina vox, album. Ex hac radice deducitur vox לבונה leuona, qua putant Hebraei tus significari propter candorem, ac si dixisses, candidum; atque inde dictum putant Libanum, quasi turiferum: vnde Graeci quoque suas voces λίβανος libanos, & λιβανωτὸς libanoton videntur esse mutuati. quibus tus appellant. quam Libani agnominationem respexisse crediderim Oseam prophetam de Israële dicentem: *Et odor eius vt Libani*. Posses vertere, vt turiferi. Posset tamen Libani interpretatio à primaeua nominis significatione deduci, & Libanum quasi album nuncupari. talis enim erat aspectus Libani mõtis fere semper niuibus albicantis. quod innuunt verba Ieremiae dicentis, *nũquid deficiet de petra agri nix Libani?* vel, vt Septuaginta habent, nunquid deficient de petra vbera, aut nix de Libano? quae verba sic interpretatur Hieronymus. quo modo nix de Libani summitatibus deficere non potest: sic &c. Propter quam quidem rationem Masius citat nonnullos, arbitrantes partem orientalem huius montis vocari Hermon. Nec eam tantum montis partem, sed totum Libanum montem; quod probat ex Nehmanni sententia, qui affirmat חרמון Chermon non proprium certi loci nomen, sed Libani epitheton esse, ab inhospitalitate, siue vastitate ei attributum. Nam חרם Cherem, rem excisam, separatam, hoc est perditã, quae nulli sit vsui, significare nulli dubium est; Libanus autem in ijs certè locis, quae plurima sunt, in quibus niue coopertus iacet, & frigore rigidus, nullum praebet hominibus vsum. Quin & Sanir quoque, inquit ille, dictus idem mons est à niuibus. nam & Chaldaeus hoc nomen niuosum interpretatur. Verum Masio libẽter assentirer, quatenus orientalem partem Libani, Hermon, aut Sanir nuncupari contendit, si interpretationem vocis Hermon à radice Charam aliter deducat: significat enim ea quidem rem perditam, excisam, separatam, hoc est, anathema: non tamen propter niues, quae montibus vbertatem, & quandam veluti pinguedinem afferunt, condensa siluarum, vberrimaque armentis pascua producentem. cuius rei argumentum ex praesenti, quem interpretamur, textu manifestissimum desumitur. Sed cùm ab Hieronymo, & Remigio Anathema vocetur mons Hermon, fortasse ita vocatur ea Libani pars, quòd loco sit excisa, vel separata, & aliqua interiacente valle sepositа. neque propterea negare contendo niuosam esse eam Libani partem: quinimmo, cùm totum Libanum niuosum fuisse probauerim, eam maximè niuosam crediderim eius partem, quae ad Orientem sita, magis ab Occidentali mari, vnde temperati seu calidi spirant venti, sepositа est: praesertim cum accedat Hieronymi testimonium asserentis, ab Hermone Tyrum niues deferri solere, vt suauius potarent voluptatum architecti. Nec deest solidum argumentum probans eundem esse montem Hermon, & Sanir, cùm sic legatur in Deuteronomio: *Tulimusq. illo in tempore terram de manu duorũ regum Amorrhaeorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhaei Sanir*. Ad locum huius montis alludisse videtur ille Psalmus, qui ab exulantis personam inducentibus filijs Core canitur, dicitque *ad*, id est, apud *meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui* mirabilia multa patrantis cum habitantibus confinia terrae sanctae, *de terra Iordanis, & Hermonij*, ipsis fontibus Iordanis imminentis, & *à monte modico*; quasi dicat, non solum ostendis mirabilia tua in excelsis, nobilibusq. Hermonij montibus: verùm etiam in humillimis quibusque, ac minimis illius expetendae patriae collibus. Sic interpretatur psalmum Genebrardus. Eisdemq. tribus nominibus compellat montem Libanum, alliciens dilectam sponsus, his verbis: *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon: de cubilibus leonum, de montibus pardorum*. perstitit in perpetua allegoria potentissimi, felicissimi, ac pulcherrimi Regis, deperditè amãtis puellam virginem, pulcram eam quidem, verùm ignobilem

Hieronym. Rabbini.

Ierem.18. ℣. 14.

Hieron.

Masius in Iosue c.12. ℣.6.

Hermon.

Plin.lib.16. cap.39.

Sanir.

2.Reg.6.℣. 5.

Abietis descriptio.

Vitru.lib.2. c.3.

Niues terrenis vtiles.

Plinius citatus. Et eodẽ lib. 16.c.42.

Hieron. & Remig. super Ps. 41.

Niuis antiquus vsus.

Hieron. hic.

Sanir.

Deut.4.℣. 8.

Plin.lib.16. c.42.

Ps.41.℣.8.

De mõtibus Libano, Sanir, & Basan. Theodor.

Genebrar. Libanus, Sanir, & Hermon pro eodẽ accipiuntur monte.

Libanus.

Cant.4.℣. 8.

Osc.14.℣.7.

Universidad de Deusto Biblioteca

bilem, rusticanam, assuetamque modò vinearum, modò verò gregum custodiae: degentis quidem in monte Libano, in quo vinearum copia, & mirabilis fructus, quod significauit Oseas de sanatis, & dilectis à Deo Israëlitis loquens his verbis: *Germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani.* De pascuis vero psaltes dum ait: *Confringet Dominus cedros Libani*, potentes, sublimes, & gloriosos terrae, *& confringet eos tanquam*, non secus ac *vitulum Libani*, hoc est diuites, delicioso, ac pingues, quasi vitulum assuetum pascuis montis Libani. Hanc ergo sponsam vocat, delicias, gloriam, & regnum promittens futuri status sponsalitij regij, proponens miserias praesentis, in quo erat. *Veni* Hebraicè, mecum à Libano niuali, & rigido monte, *Sponsa*, quam dilectione, & nimia caritate mihi despondi, *veni* ergo: *coronaberis*, vt tanti regis sponsa, *de capite* Hebraicè, spectes, prospicias (neque enim fieri posse crediderim, vt tam incredibili mea pulcritudine perspecta, non capiaris) spectes de vertice, siue colle isto *Amana*, vbi iam resides, *de vertice Sanir* niuoso, *& Hermon* anathemate, *de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, inibi inter siluas istas cubantium, & frementium. Commemorans ergo Vates noster hos montes, felicissimam describit Tyrum, quasi nihil exoptandum sit, cui prope iacens Libanus omnium ferè rerum copiam abundè suppeditet. *Cum omnibus tabulatis maris.* Hebraicè בל לחתים col luchothaim duale nominis, quod deducitur à radice לוח luach, quae tabulam significat saepius in Exodo. critque sensus. ex abietibus construxerunt te, & omnes tabulas duplices, siue, vt aptissime Hieronymus tabulata duplicia. addens verò Hieronymus *maris*, ea tabulata intellexit, quae mare impediunt, ne nauem ingrediatur. quae quidem duplicia fuisse innuit textus, nempe interiorem, & exteriorem costarum partē ambientia, quò tutior fieret nauis ab importunitate fluctuum, contendentium per quascunque etiam subtilissimas tabularum rimulas ingredi. Vel certè duplicia tabulata intelligit, quorum nos in constructione nauis paulo ante meminimus. Chaldaeus pro tabulatis, transtulit, pontes. in quo acriùs reprehenditur à nonnullis. verùm ab omni reprehensione immunis erit, si intelligatur transitum fecisse, vt solent frequenter interpretes, a metaphora ad rem significatam: &, sicuti Theodoretus affirmat, mentionem hoc loco fieri de varijs lignorum generibus, quae afferebantur Tyrū, ex quibus contignabantur amplae domus, magnifica palatia, ac superbissima templa. Sic etiam Chaldaeus per transtra nauis, pontes significari putat, qui frequentes erant in singulis fluminibus vrbis: quos ex allatis è Sanir abietibus exaedificari solitos fuisse commemorat.

Ose.14.℣.8. *Psal.28.℣.5.* *Exo.24.℣.12.& c.27.℣.8.* *Hieron.* *Chaldaeus.* *Theodor.*

Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum. Omnia quae possunt in ligno desiderari, vt ex eo fiat nauis malus, omnino reperiuntur in cedro, quae vocatur Hebraicè ארז erez cum sex punctis. quae vox deducitur, vt aliqui arbitrantur, a radice רוז razah. sic dicta propter gracilitatem, & proceritatem. adde etiam his fragrantiam foetori nauis, & maris, remedium, durationē quoque perpetuam, & alia, quae facilè deducentur ex dictis. per malum hunc innui quidam putant templum illud superbissimum, cuius meminit Dio sic scribens: Abibalo moriente filius eius Hiramus regnauit. Hic partes orientales ciuitatis ampliauit, vrbem potiorem fecit: & Olympij Iouis templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus, vrbi adiunxit, & aureis anathematis exornauit. Ascendens autem in Libanum siluas incidit ad templorum aedificationem. eadem fere refert alijs verbis Menander.

De cedro. *Forterus in dictionario.* Malo nauis templum significatur. *Dio apud Iosephum lib. 1. cōtra Apio.*

Querceus de Basan dolauerunt in remos tuos. Quercus materies remis aptissima propter rationes allatas a Vitruuio his verbis: Quercus terrenis principiorum satietatibus abundans, parumque habens humoris, & aëris, & ignis, cùm in terrenis operibus obruitur, infinitā habet aeternitatem, ex eo quòd, cùm tangitur humore, non habens foraminum raritates propter spissitatem, non potest in corpore recipere liquorem: sed fugiens ab humore, resistit. Hactenus Vitruuius. Ac propterea dixit Plinius, fortius lignum (inter glandiferas arbores) quercus habet, & incorruptius. cuius quidem rei nullum potest firmius adduci testimonium experientia quotidiana, quae ex quercu remos confectos esse demonstrat. Eiusmodi autem ligna non pauca afferebantur Tyrum de terra Basan, cui imperauit Og de reliquijs gigantum. Eam sic describit Masius: Continet autem Basaanitis regio partem Galaaditidis, quae à Iabo in Septemtrionem porrigitur; atque insuper Trachonitidem, ac Gaulonitidem: Sunt enim illi eius fines australes, quos Sehonis regni aquilonares esse dicebamus. Septemtrionem verò claudit mons Hermon, Occidenti oppositus est Iordanis, denique Orienti mons Galaad, & procurrentia montis Hermonis iuga. Hęc ille.

De quercu & eius materie. *Vitru. lib. 2. c. 9.* *Plin. lib. 16. c. 6.* Basaanitidis regionis descriptio. *Iosue 12. ℣. 4.* *Masius ibi.*

Et transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico. Septuaginta: templa tua, quae vox idem significat, ac Latina nostra. Teste enim Sexto Pompeio, templum tignum quoddam est, quod in aedificio trāsuersum ponitur. De transtris verò idem tradit esse ligna, quae à pariete in parietem porriguntur: vnde meritò nonnulli cum Caesare interpretantur transtra esse remigum sedilia, iuxta illud Virgilianum.

Transtra per, & remos.

Transtra verò quasi transuersim strata dicuntur. Theodoretus porro quosdam refert interpretantes cornu tuum, de antenna loquutos existimans, siue etiam de Idolis; phrasim prospiciens Scripturae sacrae frequentissimam, qua cornu significat robur, & vires, quales animalia cornibus exercent. cumque omne robur regni, reipublicaeque vires in religione consistant, non immeritò per vires, & reipublicae robur, Idola intellexit Theodoretus. nisi forte malis ad communem significationem vocis, templa retulisse, dum transitum facit à templis nauis ad Idolorū templa. Hebraea vox קרש Choras latius patet; significat enim asseres, prout saepius in Exodo videre licet, quam vertit Hieronymus tabulam. Transtra autem *ex ebore Indico* facta tradit, cuius vsum in magno pretio fuisse declarat eburneum Salomonis solium. at ne quis putet ex aliqua ligni materia, quae nitore, & candore ebur imitetur, huiusmodi transtra confecta, in Hebraeo habetur שן sen, hoc est dens. Solum autem elephantis dentem ebur esse affirmat Plinius: reliqua ossa, licet dentium penuria in laminas fecari coeperint Plinij temporibus; tamen exigui semper pretij, & aestimationis fuerunt. Dubium tamen posset alicui suboriri, quo modo ex ebore transtra fieri possint; cùm haec longiora dentibus elephantinis fieri sit necesse: cùm item transtra recta, dens curuus quasi cornu, nullis vsibus videatur posse conuenire: praesertim cùm sacra Scriptura licet figuratè loquatur, sub nauis nomine Tyrum describens; non tamen propterea res vllas commemoret, quae naui non possint cōuenire. Quam quidem quaestionem facile soluit modo allatus Plinii locus, contestans ebur in lami-

Virgil. lib. 5. Aeneid. *Theodor.* Cornu robur significatur. *Exo. 26. ℣. 18. & 19.* De ebore. *3. Reg. 10. ℣. 18.* *Plin. lib. 8. c. 3.*

nas

nas secari, quibus ligna operirentur, quae varijs caelaturis exornari solent. qua re superbissimus Tyri fastus adumbratur: siquidem abiecta remigum sedilia ex pretiosa materia conflata, pretiosiore exornabat opere.

Et praetoriola de insulis Italiae. Septuaginta: domos sibi caeteres de insulis Chethiim. Theodoretus domos nemorosas tabulis contectas interpretatur ex Aquila. praetoriola idem Hieronymus interpretatur cellaria, quae confecta fuisse ex pretiosissima materia significans, nominat ea loca, de quibus eiusmodi ligna afferebantur. Subditque idem Hieronymus: De insulis Chethiim, quod nos in Italiam vertimus, ex ea regione, quae Graeciae propinquior est, omnes occidentalium insularum partes intelligentes. Theodoretus: Chethiim verò Graecas insulas appellat; etenim per Ieremiam Deus ait: *Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, si factum est huiusmodi*, &c. Et per Cedar sitas ad Orientem gentes declarat: per Chethiim ad Occidentem. Cittium verò oppidum in Cypro est, & ad haec vsque tempora ita nuncupatur. quod aspirationis nota signatum secundum Hebraeorum idioma, cum voce Chethim cognationem ostendit. & Cyprus eo tempore insularum imperio potiebatur, iccirco Graecas insulas Chettiim vocat. quam quidem sententiam ex Iosepho desumpsisse videtur Theodoretus, qui sic habet: Porro Chethimus (hic fuit tertius filius Iauan, qui fuit quartus Iaphet tertij Noe, diciturque *Cetthim* à nostra vulgata) insulam occupauit tunc Chethimam, nunc Cyprum: quò factum est, vt tum insulas omnes, tum pleraque loca maritima Hebraei gentili voce Chetim significent. Attestatur mihi vna è Cyprijs vrbibus, quae adhuc nomen retinet: Cittiũ enim vocatur ab his, qui in Graecum sonum vocabula detorquent, nec sic quidem abludens à Chethimi nomine. Hactenus Iosephus. Verùm quae gens, siue quae insulae propria huius vocis significatione intelligantur, ex Numerorum, ac Danielis vaticinijs, eorumq. euentu facile colligitur. Balaam enim ait: *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebraeos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.* Quo loco pro Hebraeo כתים Kittim aptissimè posuit Latinus interpres Italiam; euentus enim probauit in solis Romanis hanc prophetiam expletam fuisse: quod intellexit Chaldaeus rem ipsam interpretatus רומאי Romae. Hoc idem ex Daniele colligitur dicente: *Et venient super eum trieres, & Romani, & percutientur*, &c. Hebraei autem, & ipsi Scholiastae Rabbini agnoscunt eo loco per Chethim intelligi Romanos. Quod confirmat Chaldaeus in hoc Ezechielis loco, pro Chettim, scribens Apulia. neque enim vt omnes constanter affirmant interpretes, de vna, vel alia ciuitate, aut insula sermo est: sed de ingenti terrae tractu; sicuti neque de hoc, vel illo ligni genere, sed de multis, quae ideo in magno habebantur pretio, quia ex remotissimis regionibus mari aduecta erant. Etymologiam vero vocis *praetoriola* exquirens, nullam aliam reperio, quàm esse diminutiuum vocis, praetorium: quae pro magnifico conclaui sumitur à Suetonio sic de Caligula scribente: In exstructione, inquit, praetoriorum, atque villarum, omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod effici posse negaretur. Hac tamen voce Vulgatus interpres forsan magnifica palatia, laqueatas cenationes, amplas triclinia, mirabiles exedras, conclauia, atque ceraculas Vrbis significare volebat.

Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum: vt poneretur in malo. Hebraicè שש sees, lini genus subtiliſſimi, & candidiſſimi, cetera lina pretio vincens, & nomen habet à candore, quasi dicas candidum. Interpretes ferè verterunt, byssum: quod quidem facile probant ex aliquibus scripturae locis esse byssum, quanquam vox בוץ buts magis respondere videatur byssо. Eam describere videtur Iosephus, de velis operientibus fores adyti dicens. Hyacintho, purpura, cocco, byssoque splendidissima, ac mollissima fuisse distincta. Hoc lini genus varijs ex arboribus, varijsque locis produci tradunt veteres. Philostratus: Byssum, inquit, ex arbore nasci ferunt, quae altitudine quidem populos aequat, folijs autẽ salici aequiparatur. Pausanias affirmat in Graecia quoque eiusmodi arbores nasci. Et Herodotus ibidem nasci prodit lanigeras arbores, pro fructu lanam ferentes, praecellentiorem ouina, tum pulcritudine, tum bonitate, qua in vestiarium Indi vtuntur. Et Strabo de Nearcho; Hic ait lanigerarum arborum florem nucleum habere, quo detracto, reliquum, vt lana, carminetur. In magno autem pretio fuisse byssum, patet ex eo, quod Pharao honoris ergo vestiuit Iosephum *stola byssina*: Et apud Lucam diues induebatur purpura, & byssо. Philostratus etiam refert solis nobilibus licuisse byssо indui. De Aegypto Plinius varia enumerans lina genera, sic scribit: Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruus est, similemque barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombice lanugo netur, nec vlla sunt eis in candore, mollitiave praeferenda: vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimae. Haec Plinius. Quod autem postremum affert de sacerdotibus, non caret exemplo Hebraeorum, referente sacra historia, factas esse & tunicas bissinas opere textili Aaron, & filijs eius. Gossipij ferax est nostra Baetica: quod gentilitio nomine vocat *algodon*. Mirandum verò Aegyptiorum in lini opera artificium declarat idem Plinius, sic scribens: Vidimusque iam tantae tenuitatis (plagas lineas concidentes apros) vt anulum hominis cum epidromis transirent, vno portante multitudinem, qua saltus cingerentur. Nec id maxime mirum; sed singula earum stamina centenis quinquagenis filis constare. *Varia:* Hebraicè ברקמה berichma à radice רקם rochem, quae significat talem opificem, qui varias formas, & figuras multis coloribus effigiare nouit, sicut acu pictores: vel qui varia fila diuersorum colorum intexentes, rerum omnium imagines imitantur. vnde nomen richma significat vestem acu pictam, cuius vsum antiquissimum fuisse tradit Plinius, pictas vestes dicens iam apud Homerum fuisse, vnde triũphales natae. Acu facere, id Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones huiusmodi opifices appellati sunt. Plurimis vero licijs texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit. Huiusmodi vestis vulgo in Italia dicitur *ricamata*, Hebraea voce retenta. Illa autem nomini praeposita littera ב beth, quae reddi solet per è, vel ex, materiamque denotat, contextum velum significat ex byssо, varijsque licijs, polymitum vocare posses. *In velum:* Hebraicè נס nes à נסה nasa, quod est eleuare, seu exaltare, significatque נס nes tum vexillum, tum velum, quod vtrunque exaltetur super malum, in nauibus praesertim imperatorijs: quare vtriusque significationis reperies in sacris litteris exempla non pauca, praesertim in Isaia: *Et eleuabit* נס nes *signum*, vexillum, *in nationibus procul*. Et iterum: *Qui stat in signum*

VII.

Byssus quid.

Ioseph. 8. Antiq. c. 2.

Philostr. lib. 2. vitae Apollo. c. 9. Pausan. lib. 6. ad fin. Herodo. lib. 5.

Strab. lib. 15 Nearchus apud eund.

Gen. 41. ℣. 42.

Luc. 16. ℣. 19.

Citatus. Plin. lib. 19. c. 1.

Aegyptus byssum producit.

Descriptio fruticis gossipium proferentis.

Exod. 39. ℣. 25.

Baetica prouincia Hispaniae gossipij ferax.

Plin. ibid.

Quid dicatur byssus varia.

Plin. lib. 8. c. 48.

Isa. 5. ℣. 26. & ℣. 12.

Be quae sint insulae Chethim. *Aquila. Hieron.*

Hieron. Suidas Cananaeam Palestinae gentes Chetheos vocat. Theodoret. Ierem. 2. ℣. 10.

Ioseph. 1. Antiq. c. 6. Gen. 10. ℣. 4.

Num. 24. ℣. 24.

Roma dicitur Cetim. *Dan. 11. ℣. 30.*

Praetoriola quae dicantur. *Sueton. in vita Caligulae*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſignum vexillum *populorum* populis, *ipſum gentes deprecabuntur*. Et ſubdit: *Et leuabit ſignum in nationes*, vel inter nationes, *& congregabit profugos Iſraël, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terrae*. Et in Exodo: *Aedificauitque Moyſes altare, & vocauit nomen eius* יהוה נסי Adonai neſsi, hoc eſt *Dominus exaltatio mea*, ſeu vexillum meum. De velo idem Iſaias: *Laxati ſunt funiculi tui, ſed non praeualebunt: ſic erit malus tuus*, impotens, & inſtabilis, *vt dilatare ſignum* נס nes *non queas*. Quo loco tyrannidem nauì, vel triremi comparat, Regem malo, principes, & duces funibus cum ſuſtinentibus, inſtructas acies militum velo: quo modo etiam in praeſenti loco licebit interpretari. At Theodoretus per hoc velum ſignificari dicit tapetes, & alia ſimilia ex Aegypto Tyrum afferri ſolita. Hieronymus autem argui putat Tyrum, quae ſibi arrogabat decorem, dum ſigillatim oſtenditur illi, quid à ſingulis accipiat regionibus, quaſi dicatur illi: *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?*

Exo. 17. ℣. 15.

Iſai. 33. ℣. 23.

Ibi. ℣. 21.

Theodor. Velum nauis ex qua materia confectum fuerit, & quid ſignificet.

Hieron. 1. Cor. 4. ℣. 7.

Hyacinthus, & purpura de inſulis Eliſa facta ſunt operimentum tuum. Hyacinthus pro lana ſumitur violacei coloris, ſeu caeleſtis. Hebraicè תכל techel. Quidam ſcribunt vermiculum eſſe, cuius humor ſit fiaui coloris: alij putant piſcem eſſe, ex cuius ſanguine color fiat caeruleus. Eiuſmodi veſte idola honoris cauſa veſtiri ſolita fuiſſe teſtatur Ieremias, cùm ait: *Hyacinthus, & purpura indumentum eorum*. Hyacinthinum ſaepe redditur ab interpretibus, atque adeo à Ioſepho; ne fortè lapillum pretioſum putares. Verùm Imperator in lege mox afferenda, hyacinthinum colorem cum purpura confundit. Purpurae colorem, & vnde educatur, docet Plinius ſic ſcribens: Purpurae (piſces ſunt ex conchyliorum genere) viuunt annis plurimùm ſeptenis; ſed purpurae flore illum tingendis expetitum veſtibus, in medijs habent faucibus: liquoris hic minimi eſt in candida vena: vnde prerioſus ille bibitur nigrantis roſae colore ſublucens. eorum conchyliorum naturam, & formam fuſiùs ibidem deſcribit idem Plinius. Fuit autem purpureus color, atque eo infecti panni in maximo pretio, quod probat illud Homeri, referentis famulam, Helenae colum attuliſſe, hyacinthinam lanam habentem. Eum colorem multis rationibus cõmendat Plinius: Huic, inquiens, faſces, ſecureſque Romanae viam faciunt, idemque pro maieſtate pueritiae eſt, diſtinguit ab equite curiam, Dijs aduocatur placandis, omnemque veſtem illuminat, in triumphali miſcetur auro: quapropter excuſata & purpurae ſit inſania. Hactenus Plinius. Haec verò luxus inſania cùm iam ad equites, & fortaſſe ad inferiores deueniſſet, lege cautum fuit, ne quiſquam, praeter principes, purpura indueretur. Fucandae, atque diſtrahendae purpurae, vel in ſerico, vel in lana, quae blatta, vel oxiblatta, atque hyacinthia dicitur, facultatem nullus poſsit habere priuatus. Sin autem aliquis ſuprà dicti muricis vellus vendiderit, fortunarum ſe ſuarum, & capitis ſciat ſubiturum eſſe diſcrimen. Ex dictis etiam intelligere licet, quid interſit inter hyacinthum, & purpuram, quorum vtrunque ſimilem valde eſſe crediderim violarum colori. Et quoniam is permiſtus eſt ex rubeo, & caeruleo, purpuram magis ad rubeum, hyacinthum verò magis ad caeruleum, accedere puto. Quod quidem colorum diſcrimen, & in ipſis violis Romae aliquando obſeruauimus. His accedit ex rariore, ac propterea pretioſiore, conchylio purpurae, quàm hyacinthi fucum educi ſolitum. Verùm quoniam in maritimis tãtùm locis huiuſmodi conchylia inueniuntur, ideo ſubdit *de inſulis Eliſa*, quas Graeciae inſulas intelligẽdas cenſet Theodoretus cum Polychronio: At Hieronymus eſſe inſulas Ionij maris putat: Chaldaeus verò Italiae inſulas vertit. Quidam arbitrantur Graecos Aeoles dictos ab Eliſa, primo Iauani filio, ab eoque vnà cum inſulis maris Ionij originem duxiſſe. Verùm ex conſimili vocum ſignificatione putarunt aliqui, quas modo Fortunatas nuncupamus inſulas, Elyſias dictas, cùm Graeci Fortunatorum nemorum inſulas, & beatorum domicilia à ſuis finibus remota, Elyſios campos nuncupare conſueuerint. Cui rei conſentaneum eſt, extra fretum Hiſpanicum, & Africum conſtitutam eſſe Gades inſulam, cui è regione ſitus eſt amoeniſsimus, vberrimuſque campus omnium frugiferarum arborum varietate conſitus, praeſertim earum, quae pulcritudine, ac perpetuo foliorum virore, ſuauiſſimorum florum fragrantia, atque aureorum pomorum copia quae ſaepius in anno matureſcunt, Elyſios, ſeu potius terreſtris paradiſi cãpos imitari videntur, quos interluit argenteus, latuſque fluuius, lethei adhuc nomine retento: dicitur enim vulgò, praepoſita Arabica particula, quae fluuium ſignificat, guadalete, quaſi dicas fluuius letheus. Verùm hic dubitare adhuc poſſet quiſpiam. cùm enim Plinio, & alijs profanis ſcriptoribus commendatiſsima ſit Tyrus conchylio, ac purpura; quonam modo ex remotiſsimis *inſulis Eliſa* afferri dicatur illi hyacinthus; cui reſponderi poteſt, commendari Tyrum, conchylio, & purpura aliunde allatis tam copioſè, vt alijs multis regionibus mittat vendenda: ſicut aetate noſtra commendatiſsima eſt Hiſpalis Hiſpaniae ciuitas, auro, & argento, non quòd ibi naſcatur, ſed propter infinitam paenè auri, & argenti vim, quam quotannis ad eam deferunt Regiae naues ex Peruanis, & Mexicanis Indijs. Vel dici poteſt, loqui Prophetam non de fuco, aut coloribus, qui in oris Tyri naſcerentur; ſed de infectis veſtibus, aut lanis ex inſulis adductis. cui dicto fauent Theodoreti verba. Graecia enim, inquit, indumenta tibi mittebat, omnis quidem generis purpurea, ſed & hyacinthino quaedam colore tincta: quae deſumpſiſſe videtur ex Polychronio. Hieronymus verò, quid ſignificet operimentum nauis, deſertiſsimis verbis exponit, dicens: Operimentum, quod in Solis calore, atque tranquillo nautis, atque vectoribus praebet vmbraculum de hyacintho, & purpura; vt his operta glorioſior fiat, & circumdata amictum habeat pulcriorem. Fit autem hic mentio byſsi, purpurae, & hyacinthi: quibus ſi ſuperaddas coccinum, materiam habebis veſtimentorum ſacerdotalium, in quibus *totus erat orbis terrarum* (teſte Salomone) quatuor conſtans elementis, quae his quatuor quaſi ſymbolis adumbrantur, byſſo terra, purpura verò aqua, ex quibus videlicet procreantur; Hyacintho aer, coccino ignis: quos coloribus imitantur: quibus elementis conſtant ea omnia, quae Tyrus ſibi ſuperbè arrogat, nec Deo beneficentiſsimo largitori refert accepta. Vel dicendum trium tantùm elementorum hic fieri mentionem; vt quartum nempe ignem ſibi videatur reſeruare Deus vindicem admiſſorum ſcelerum Tyri, dum reliquis peruersè frueretur.

Plin. lib. 5. c. 19.

Quae ſint Eliſa inſulae. Theodor. Polychron. Hieronym. Chaldae.

Hiſpalis auro, & argento commendata.

Theodor.

Polychr. Hieron.

Operimentum nauis quid ſignificet.

Quaternis coloribus totidem elementa ſignificantur. Sapient. 5. ℣. 24.

Ignis vindex eſt ſcelerum in reliquorum elementorum vim admiſſorum.

Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui. Sidon perantiqua, opulenta, & celebris Phoeniciae vrbs, Chananaeorum olim ad Aquilonem reſpiciens terminus fuit. Eam Sidon primogenitus filiorum Chanaam condidit, iuxta ortum Libani: à conditore verò nomen accepit: licet Iuſtino vi-

VIII. De Sidone.

Iuſt. lib. 18. hiſt.

Ieremi. 10. ℣. 9.

Ioſeph. 6. bel li Iud. c. 6.

Plin. lib. 9. cap. 36.

Homerus Odiſſ. 4.

L. pennl. & fin. C. de veſt. olobel. lib. 10. & l. 1. C. quae res vendi non poſs.

Purpura, & hyacinthus in quo differant.

tur à multitudine piscium sic dicta, quia Phoenices pisces Sidon vocant. Haec autem ciuitas pertinuit ad tribum Aser, licet numquam eam de manu gentium abstulerit. Eadem finiuit terram promissam promontorio sui litoris, quod sacra Scriptura vocat Hor. Nam in libro Numerorum Latinus interpres dixit *montem altissimum*, pro Hebraico Hor monte alto, siue promontorio excedente litus. Iosephus sic scribit de Sidone: Chananaeo quoque filij fuerunt hi; Sidonius, qui & vrbem sibi cognominem condidit in Phoenice, Sidonem à Graecis vocatam. Fuit autem haec ciuitas Tyro non vicina solùm, verùm foedere, & amicitia coniuncta; cuius rei alijs omissis, hoc vnum sufficiat testimonium Curtij. De vastatione enim Tyri per Alexandrum facta loquens, postquam omnes Tyri incolas, ne pueris quidem, virginibusque exceptis, interneciones, gladio, & flamma consumptos commemorauerat; subdit haec verba. Multis tamen saluti fuere Sidonij, qui intra Macedonum praesidia erant. Hi vrbem quidem inter victores intrauerant, sed cognationis cum Tyrijs memores (quippe vtramque vrbem Agenorem condidisse credebant) multos Tyriorum etiam protegentes ad sua perduxere nauigia, à quibus occultati Sidona deuecti sunt: quinque millia hoc furto subducta saeuitiae sunt. Hactenus Curtius. Aradum etiam insula non procul à Sidone est, cuius frequens mentio apud Plinium, qui enumerans opida, quae in ora subiecta Libano erant, refert Tripolim, quam Tyrij (inquit) & Sidonij, & Aradij obtinent: Et subiungit: contraque Aradum Antarados septem stadiorum opidum, & insula ducentos passus à continente distans. Atque iterum de insulis agens, sic scribit: In Phoeniceo deinde mari est ante Ioppem Paria, & iam dicta Arados; inter quam, & continentem quinquaginta cubita alto mari (vt auctor est Mutianus) è fonte dulcis aqua, tubo corijs facto vsque à vado trahitur. Haec Plinius. Hanc ciuitatem condidisse videtur Aradius nonus filius Chanaam, & cum suis totam insulam possedisse: vnde eius habitatores dicti sunt Aradij. Septuaginta interpretes hunc locum ita verterunt: Principes tui habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui. Vbi Theodoretus: Hebraeorum, inquit, & Syrorum volumina non habent principes tui, sed finitimi tui. Vt autem Septuaginta interpretationem intelligamus, ita accipiamus. Sidonij olim tibi imperantes, nunc vnà cum ijs, qui Aradum colunt, naualem tuam classem complent, tuas remis naues impellentes. Hieronymus: dixerat suprà *finitimi tui, qui te aedificauerunt, compleuerunt decorem tuum*: antequam veniat ad eos, qui longè habitant, proximarum prouinciarum describit auxilia. Habitatores, inquit, tui, siue principes Sidonis, & Aradij, quae vicina est insula, *remiges* tui. Haec Hieronymus. Remiges autem Hebraicè dicti שטים Satim à radice שוט Sut, quae circuire, vel explorare significat, erunt remiges, qui sulcando maria circumeant. Quare meritò significabunt eos, qui merces conuehebant Tyrum: siue etiam artifices mechanicos, qui assidua defatigatione Rempublicam conuehunt, non secus, ac remiges nauem: conuenitque hoc munus Sidonijs, quorum ciuitatem artificem vitri vocat Plinius. Ex quo coniectari licet in omnibus alijs artificijs ingeniosam fuisse: quadratque, quod scribit Scholiastes Graecus. Remiges, inquit, hoc est dispensatores.

Sapiētes tui, Tyre, *facti sunt gubernatores tui*. Cùm reliqua nauis ministeria exteris gentibus tribuat, hoc vnū, nempe gubernandi munus indigenis committebat Tyrus: non tamen quibuscumque, sed tantùm sapientibus. Quae duo maximè necessaria sunt in nauarcho; sed multò magis in vrbis, aut Reipublicae gubernatore: sapientia nempe, & patriae amor, seu pietas. De primo ait Sapiens: *Vbi non est gubernator, populus corruet*. Septuaginta: Quibus non est gubernatio, cadent tanquam folia. Theodotio. ἐν ἀϊονσίᾳ πεσεῖται λαὸς en anoisia pesite laos. hoc est, incogitantia, dementia, vel insipientia corruet populus. Quod intelligens Plato, dicebat felices futuros populos, in quibus aut philosophi, hoc est sapientes, regnent, aut Reges philosophentur, hoc est, sapientes sint. Quòd ad secundum spectat, scelera Amani principis enumerans Artaxerxes, dum scribit ad principes prouinciarum, omnium malorum causam adscribit diuersitati nationis, & amoris. Sic enim ait: *Aman filius Amadathi, & genere Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est; & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus: qui in tantum arrogantiae tumorem sublatus est, vt regno niteretur priuare nos, & spiritu.* Qua propter volens Moyses principes populi constituere, haec duo requisiuit in eis, dicens ad populum. *Date è vobis*, non ex alienigenis, sed ex eis, qui origine vestri sunt, *viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris*, non alibi, vt non solùm origine; sed etiam educatione, & familiari, assiduaque consuetudine, vos ex animo diligant: *& ponam eos principes*. Tales autem fuisse Tyrios principes probant annales, eorundem perpetuam successionem enarrantes; & inter eos quidem, referente Iosepho, Iramum Salomonis aequalem, & amicum ferunt, eiusque causam his verbis: Praecipuè autem inter eos amicitiam sapientiae studium conciliauit: problemata enim soluenda alter alteri transmittebat. Tyriorum tamen sapientiam damnare videtur Hieronymus, tamquam huius saeculi; & propterea nauem, quam Tyrij ad portum securae felicitatis perducere conabantur, ad miserum interitus naufragium perduxere.

Senes Giblij, & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variae supellectilis. Septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, Eucherius cùm vulgata etiam in Complutensi legunt, Biblij, cum tamen in Hebraeo, & correctioribus vulgatis per G. non per B. legatur hoc nomen. Eucherius verò ait: Biblus est ciuitas in Syria Phoenicis, à qua Biblij sunt vocati, cuius meminit Ezechiel: pro quo in Hebraeo continetur Gobel, siue Gebal, qui interpretatur definiens, siue determinans. Haec ille. Est autem Hebraea vox גבל geual, à radice גבל gaual, quae terminare, seu definire significat. Rabbi Dauid super locum illum libri Regum: *Porro Giblij praeparauerunt ligna, & lapides ad aedificium domus*. inquit גבלים gaulim sunt dolantes ligna, & lapides regula, & mensura, à voce גבול geuul, hoc est termino, sic appellati, quod terminum mensurae, vel iuxta mensuram lapidibus ponant. quamquam sunt, qui exponant viri Gebal, qui erant lapicidae. Alij sic interpretantur, Gebalitae ingeniosi erant architecti, & praerant in Tyro publicis aedificijs erigendis, & reficiendis. Eorum ciuitas Hieronymo vocatur Gobel, videturque esse eadem, ac Biblus Ptolemai, & Pomponij, quae erat vicina Libano monti iuxta Damascum. Huius meminit psaltes dicens: *Gebal, & Ammon, & Amalech alienigenae cum habitantibus Tyrum*. Ex Hebraeo sic verti potest. hic noster

Mons Hor. Num. 34. ℣.7.

Ioseph. 1. antiq. c. 6. Sidonis primus fundator.

Q. Curt. lib. 4. de vita Alex.

Aradum insula. Plin. lib. 5. c. 20.

Plin. lib. 7. c. 31.

Theodor.

Hieron.

Remiges, qui dicantur.

Plin. lib. 5. c. 19.

Scholiast.

Gubernatores sapientes sint.

Gubernatores Reipublicae sapientes sint. Prou. 11. ℣.14.

Theodotio.

Plato de Repub. dialogo 5.

Gubernatores sint indigenae.

Esther 16. ℣.10.

Deut. 1. ℣.13.

Ioseph. lib. 1. cont. Apio.

Hieron.

Giblij qui sint.

Hieron. Theodor.

Eucher. in lib. 3. Reg.

R. Dauid. 3. Reg. 5. ℣. 18.

Ciuitas Gobel, quae.

Ps. 82. ℣. 8.

noſter verſus: Senes Gebal,& ſapientes eius inſtauA rauerunt in te rimas tuas. Ad artem illam alludere videtur, qua rimas, vel fiſſuras nauis extrinſecus, ſtupa, oleo, ac pice infecta obturare ſolent: cuius artis magiſtros vulgò in Hiſpania nuncupamus calafates; artificium verò calafatear. Supplet enim haec ars, quod ars fabri lignarij minus aſſequitur: haec enim non coagmentat tabulas maris, ita vt fiſſuras non relinquat, quas maris aqua naturali ſuperiorum partium pondere preſſa penetrat, nauemque ſe completuram minatur; niſi ſint alij artifices, qui eiuſmodi rimas obturent, ſiue alias quaſcumque rimas, quas turbidis procellarum vndis concuſſa nauis fecerit: ac propterea à naui ad Rempublicam tranſitum facientes Septuaginta, verterunt: Senio-

Senum, ac ſapientum cõſilia quantum Reipub. proſint. Hieron. Theodor.

res Bibliorum, & ſapientes eorum, qui erant in te, iſti ἐνίσχυον τὴν βουλήν σου eniſchyon tin bulin ſu. hoc eſt, confortabant, ſiue vt legit Hieronymus, confortauerunt conſilium tuum. Theodoretus: Non propriam vrbem confirmabant, ſed tibi optima conſilia, conſultationeſque afferebant. Ex quibus quidem verbis mirabili nauis exemplo apertiſsimè ſignificatur, quantum Reipublicae conducant ſenum, ac ſapientum conſilia. Quidquid enim principis ſapientia, ars, iudicium non aſſequitur; id aſſequuntur conſilia: quòd ſi princeps conſilio id aſſequatur, non tamen poſſit exequutione; id confortant ſapientum conſilia, & ad finem vſque perducunt: inſtauratiſque quibuſcumque nauis rimis, inter omC nes procellarum vndas tutiſſimam, ab omnique naufragio liberam, ad feliciſſimum ſalutis portum totam Rempublicam, ciueſque perducunt. Quocirca aptiſ-

Apollinar.

simè Apollinarius: Aduenas habuiſti eos, qui prudentia erant valde celebres, vt & ciuitatis eis adminiſtratio committeretur, & incommoda, ac res difficiles propulſarent, ſplendoremque, ac magnificentiam augerent. Et ſubdit, commendari Tyri di-

Chaldae.

gnitatem ex miniſtris, qui quaſi nauis eſſent nautae. Chaldaeus paraphraſtes ſic habet: Senes Gebal, & ſapientes eius fuerunt in te, prouidentes neceſſaria. Alius verò Scholiaſtes, non de remigibus,

Alius Scholiaſt.

& gubernatoribus loqui, quod adiungitur, arbitratur: Seniores enim illos dicit in libris, deceptus videtur fuiſſe voce; habent enim Septuaginta πρεσβύτεροι presbyteri, βιβλίων biblion, quae vox tum libellos, tum Biblos populos poteſt ſignificare.

Omnes naues maris, & nautae earum fuerunt in populis negotiationis tuae. Ex Hebraeo ſic vertunt locum hunc nonnulli. Omnes naues maris, & remiges earum fuerunt in te, ad negotiandum negotia-

Vatab.

tionem tuam: uel, vt quidam interpretatur, ad diſtrahendum merces tuas. Septuaginta interpretes longè aliter: Omnes naues maris, & remiges earum, facti ſunt tibi in Occidentem Occidentis. Sic habet noua editio, Septuaginta, & Complutenſis textus cum Hieronymiano, & multis alijs codicibus. Verùm Theodoreti codex: Fuerunt in te, inquit, permutantes commercio tuo, & facti ſunt tibi in Occidentem Occidentis: quem locum ita interpretatur

Theodor.

idem Theodoretus: Vndique, inquit, ad te mercatores confluebant, tum vendentes, tum ementes: hoc enim ſignificat, permutantes commercio tuo: & non ſolùm finitimi tui ad portus appellebantur; ſed etiam extremas Occidentis partes incolentes. illud enim, ad Occidentem Occidẽtis, hoc declarat, quia non ſolùm illi, inquit, qui habitant tibi ad Occidentem; ſed etiam ij, qui magis, quàm illi, incolunt ad occaſum. Sic Theodoretus. Hieronymus verò, phraſim Hebraeis familiarem declarans, ait: Sicut dicitur Canticum canticorum, hoc eſt maius

Theodor. Hieron. Quid ſignificet Canticum canticorum.

alijs, ſic appellatur Occidens Occidentis, vt magnitudinem occidentalium partium ſignificet. Hoc autẽ videtur velle ſignificare Hieronymus hac phraſi intelligendum, quàmplurimas naues ex compluribus occidentalibus regionibus venire ſolitas ad nundinas, & negotiationem Tyriam: neque enim aliunde poterant, quàm ab occidente: cum Tyro, ſicut toti Phoeniciae, aut Palaeſtinae, mare ſitum ſit ad Occidentem. At quoniam Patrum interpretationes adduximus, noſtri muneris eſſe putauimus cauſas inquirere, propter quas interpretes ſacri tam varias reddant huius loci interpretationes, & quo modo in eodem ſenſu conueniant. Et primùm varietatis cauſam non aliam puto, quàm copioſam,

Quare interpretes varient, nec diſſentiant.

B ac multiplicem ſignificationem vocis, ſeu radicis ערב gharau. Sic enim habes in Origine בךלערב מערבך vac lagharou, magharauec, quae vtraque vox deducitur à praedicta radice ערב gharau, quae vniuersè ſignificat commiſceri, conuenire, congruere inter perſonas, vel res, habetque duos modos ſignificandi. Primò, quando refertur ad pacta, contractus, commercia, & conuenta, quae vel data, vel accepta fide, ſiue pignore, ſiue cautione tranſiguntur. In hac prima ſignificatione accepit hoc verbum Iudas, cum principe Aegypti Ioſepho fratre loquens: ait enim. *Ego propriè ſeruus tuus ſum, qui in meam hunc recepi fidem*, & *ſpopondi*. & in Prouerbijs: *Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas* Hebrai-

Gen. 44. ℣. 32.

Prou. 22. ℣. 26.

C cè cum fideiuſſoribus, *qui vades ſe offerunt pro debitis*. hoc eſt, Noli eſſe ex his, noli fideiubere pro debitis alterius. Inde fit, vt hac voce ſignificentur negotiatores (inquit R. Dauid) quod ij, dum emunt, aut vendunt, ſpondent, aut fideiubent alter alteri. Quare aptiſſimè vulgatus vertit, *in populis negotiationis tuae*, & Hebraei, negotiantes negotiationem tuam. Secundò, quando vox haec vſurpatur extra pacta, & conuenta, tunc ſignificat aliquid conueniens voluntati, vel ſenſibus, quos ſibi quodam modo deuinciat, & conciliet: vt in Pſalmo, *Suſcipe ſeruum tuum in bonum*, hoc eſt congruere fac ſeruum tuum bono, vel apta ſeruum tuum bono, vel dirige. Hieronymus, & R. Abraham: Sponde, vel fideiube

R. Dauid in lib. radic. & in commen.

Pſal. 118. ℣. 122.

Hieronym. R. Abrah. R. Dauid. Targhum.

D pro ſeruo tuo in bonum. R. verò Dauid: Exhilara, & dirige ſeruum tuum in bono. Targhum: Oblecta ſeruum tuum bono. Et in Prouerbijs, *Deſiderium, ſi compleatur, delectat animam*, vel deſiderium expletum ſuaue erit animae. Tertiò, inde deducitur nomen ערב ghereu, hoc eſt veſpera; tempus nempe illud, quo tenebris commiſcetur dies, exiſtente Sole in Occidente, occultanteque crepuſculi radios. In quo ſenſu accipitur ab Iſaia, dum dicit, *Deſerta eſt omnis laetitia*, hoc eſt, obtenebrata eſt, vel occidit: ſumitur enim pro Occidente ab ipſo Iſaia. vbi ait: *Vt ſciant hi, qui ab Ortu Solis, & qui ab Occidente, quoniam, &c.* Hanc vocis ſignificationem videntur ſequi Septuaginta non ſine mirabili alluſione ad

Prou. 13. ℣. 19.

Iſai. 24. ℣. 11. & cap. 45. ℣. 6.

E commerciorum effectus, fideiubent, ſeu ſpondent animas ſuas. quod innuere videtur Chryſoſtomus dicens: Eijciebat Chriſtus Dominus ementes, & vendentes de templo, ſignificans, quia homo mercator vix, aut numquam poteſt Deo placere, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, proijciatur de Eccleſia Dei, dicente Propheta: Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Haec ille, & cauſam huius ſubdit: quia vix ſine mendacio, & periurijs poteſt exerceri mercatura: quare ſpopondiſſe videtur mendacio mercator, ac propterea à veritatis lumine longè abhorret: atque adeo Occidens, ſeu veſper meritò vocabitur. Siue etiam veſpera dicun-

Matth. 21. Chryſoſt. hom. 38. in Matth. Ementes, & vendentes quare eiecerit è templo Dominus. Pſal. 70. ℣. 16.

Mercatores dicuntur veſper, & occidens.

tur

Universidad de Deusto Biblioteca

tur mercatores, quia pauperum bonis inhiant, velut lupi vesperae: ita enim vocantur iudices rapaces apud Sophoniam: *Iudices eius lupi vesperae*, sic dicti, quia eo tempore solent excurrere ad praedam, inedia diei incitati, & velut impulsi: siue etiam mercatores dicuntur vespera, vel Occidens, propter meras cacodaemon, quam affert lucri cupiditas. Quapropter Clemens Alexandrinus sic interpretatur, & legit Euangelij locum, dicens facilius fore camelum per foramen acus transire, quàm diuitem philosophari. Quare apud Thebanos (Aristotele teste) legem sancitam ferunt, ne prius quis ad publicam administrationem admitteretur, quàm probasset per decennium se à mercatura abstinuisse. Adde etiã, quòd mercatura multis iucundissima, & gratissima est, haud secus, quàm sponso sponsa. Ad haec ergo mercaturae nomina respexisse videtur Ioannes, seu potius Angelus in Apocalypsi, dicens ad collapsam Babylonem, *& lux lucernae non lucebit in te*, ecce primum vesperae, seu Occidentis nomen: *& vox sponsi, & sponsae non audietur adhuc in te*: ecce secundum: *quia mercatores tui erant principes terrae*. ecce de quibus loquatur mercatoribus, nempe de ijs, qui suis cõmercijs dominari conabantur in vniuerso terrarum orbe. Quare aptissimè Hieronymus ait: Et pulchre naues maris, & nautae earũ, & remiges, qui in Tyriae nauis auxilio sunt, non pergunt ad Orientem, neque ad ortum luminis, vbi sol iustitiae nascitur: sed ad Occidentem Occidentis, ubi lumen occumbit (vitae praesentis) & vbi tenebrarum exordium est, exteriorum inquam. Chaldaeus verò paraphrastes locum istum sic vertit: Omnes descendentes in mare, & nautae eorum fuerunt remiges in te: quasi dicat: tanta erat magnificentia, & gloria Tyri; vt remiges sibi adsciscerent eos, qui aliarum gentium nautae fuerant, & nauium gubernatores. Neque ab re erit locum Isaiae afferre, mirificè extollentem gloriam Tyri: *Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores erant principes, institores eius inclyti terrae?* Super quo Hieronymus: Miramur legatum Pyrrhi quondam dixisse de vrbe Romana, uidi ciuitatem Regum: Ecce multò ante illa tempora negotiatores, & institores Tyri principes, & inclyti describuntur: ut per haec ostendatur opulentiae magnitudo, cùm negotiator Tyri alterius urbis esse Rex possit.

Persae, & Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui. Quidam Graecus Scholiastes sic ait: Extremas orbis terrae regiones dicit, uidelicet Persas, Lydios, & Libyas; multùm enim hi distant inter se. Polychronius: Quasi dicat ex diuersis locis eorum, qui in extremis oris habitant. Theodoretus: Enarrata lignorum diuersitate, uestium item uarietatibus, nauticis gubernationibus, consiliarijs, qui quid facto opus esset indicarent, mercatoribus undique aduentantibus, militarem quoque exercitum recenset è diuersis nationibus, & ciuilia instituta edoctis profectum. Hieronymus: Persas fuisse fortissimos, quorum Rex Cyrus, ut Isaiae uaticinio praedicatur, profligato Astyage Rege Medorum, Babylonem ceperit, & sacra, & saecularis narrat historia. Hactenus Hieronymus. Verùm, ne nos omnia silentio praeterijsse uideamur, nonnulla de Persico imperio percensere libuit: & primùm eius amplitudinem, latissimamque ditionem commemorat liber Esther, ubi Assuerus ille Persarum Rex dominatus esse dicitur ab India, usque ad Aethiopiam, in centum uiginti septem prouincias, cunctasque maris insulas. Adde, Cyrum primum Persarum Regem, regnum Chaldaeorum bello subactum adiunxisse suo. Quod ad diuitias pertinet; Daniel comparat Persicum regnum cum argenteo pectore, & brachijs statuae; idque propter immensam Persici imperij opulentiam, atque incredibilem uim, & copiam diuitiarum, quam Cyro promiserat Deus per Isaiam dicens: *Et dabo tibi thesauros absconditos.* Deuicto namque Craeso Lydorum Rege, totius Asiae ditissimo, superato etiam Chaldaeorum Rege, omnes illorum opes in suam potestatem redegit: ita, ut (teste Plinio) ex Asia tantùm pondo auri triginta quattuor millia reportauerit, praeter uasa aurea, aurumque factum, & in eo solia, ac platanum, uitemque, necnon argenti quingenta millia talentorum. Imperij uerò Persici militaris disciplina, & potentia ex multis alijs potest colligi argumentis. Ego Xerxem solùm commemorabo, qui coacto illo suo innumerabili exercitu uniuersam Graeciam debellare uoluit. De Lydijs uerò idem Hieronymus: Lydos quoque illo tempore inter gentes robustissimos reputatos, eorumque Regem Croesum ab eodem Cyro captum esse Xenophon scribit plenissimè. Et Libyas cum Troglodytis, atque Aethiopibus uenisse contra Hierusalem in Paralipomenon uolumine legimus: qui, quia illis temporibus florentissimi erant, & celebres in proelio pugnatores, ideo Tyriae urbis defensores esse memorantur. Haec ille. Sed de Libybus, & Lydijs aliàs.

Clypeum, & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Septuaginta peltas pro clypeis ponunt, quas Theodoretus dicit esse scuta parua, quae leuis armaturae milites gerunt, quibus etiam utuntur Pyrricham ludentes. Fuit autem hoc ludi genus, quo armati Lacedaemoniorum liberi à quinto aetatis anno exercebantur, Aristoxeno teste. De nominis tamen origine Plato, Plinius, Aristoteles, & Suetonius uariè dissentiunt. Clypeus Hebraicè מגן magen à uerbo גנן ganan, quòd significat protegere: ideo clypeus, seu scutum sic appellatur, quòd ferentem protegat. Ad hanc uocis significationem respexisse uidetur Dominus, dicens: *Noli timere Abraham: ego protector tuus sum*, uel clypeus tuus sum. Et benedicens Moyses populo Israël ait: *Quis similis tui populo, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui*, uel scutum auxilians, & protegens te, *& gladius gloriae tuae*. Transfertur haec uox ad significandos principes, & magnates, quòd ipsorum sit tueri urbes, & populum. Sic in psalmo: *Quoniam dij fortes terrae vehementer eleuati sunt*. fortes Hebraicè מגני maganne, scuta terrae. Sic paraphrasis Chaldaica reddidit: Quoniam coram Deo scuta terrae uehementer exaltata sunt. Quos sequutus Hieronymus, uertit: Quoniam dij scuta terrae. Galea Hebraicè קבע cough, galea rotunda instar colliculi in capite desidens, prout usurpatur ab Isaia, *& galea salutis*, siue salutaris, protegens ad salutem, *in capite eius*. *Suspenderunt in te pro ornatu tuo*. hoc est ipsi auxerunt splendorem tuum, suspensis in te scutis: consueuerunt enim milites nauales, dum à militaribus cessant muneribus, ad marginem nauis appendere scuta uarijs coloribus, auro, & argento distincta; in quibus etiam, uel maiorum stemmata, uel egregia ipsorum militum facta essent expressa: quo uidelicet scutorum ornatu, atque splendore nauis illustratur, & hostibus terror incutitur.

Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu. Hieronymus: Aradum insulam, quae tota sit ciuitas, & contra se positum opidum Antaradum habeat, vicinaque sit Tyro; & praetendat

Sophon. 3. ℣.3.

Clemens Alexan. 2. strom. Matth. 19. ℣.24. Marc. 10. ℣.25. Luc. 18. ℣. 25. Arist. 3. Polit.

Apoc. 18. ℣.23.

Hieron.

Isai. 23. ℣.8.

Hieron.

Scholiast.

Polychron. Theodor.

Hieron. Persae, quae gens. Isai. 45.

De amplitudine Persici imperij. Esther 1. & 10.

Daniel. 2. De diuitijs eiusdem.

Isai. 45. ℣.3.

Plin lib. 33. c.3.

Lydij populi qui.

Libyes qui. 2. Paralip. 12. ℣.3.

Infra c. 30. ℣.5.

Theodor.

Aristoxen. Plato 7 de legib. Plin. lib. 7. c.57. Sueton. in Caesare. Arist. Clypeus dicitur quasi protegens. Gen. 15. ℣.1 Deut. 33. ℣.29. Principes clypei dicuntur. Psal. 46. ℣.10.

Hieron. Galea quid significet. Isai. 59. ℣. 17.

XL.

Aradij qui. Hieron.

Universidad de Deusto Biblioteca

tendat in Phoenices litore continentis terrae, vsque hodie cernimus. Haec Hieronymus. Aradij ergo tamquam strenuissimi milites, exercitatissimique ad proelium *cum exercitu tuo*, quasi magistri militum, *erant super muros tuos*. Transitum facit ab allegoria nauis ad ciuitatis veritatem, quam custodiebant cum Tyrijs *Aradij*.

Pygmaei qui. *Hieron. Aquil. Symmach. Theodot.*

Sed & Pygmaei, qui erant in turribus tuis. Hieronymus: verbum גמדים gamadim, Aquilae prima editio Pygmaeos, Symmachus Medos, Septuaginta custodes, Theodotio ipsum gamadim Hebraicum interpretati sunt. Siue Pygmaei sunt, inquit, hoc est bellatores, ἀπὸ τῆς πυγμῆς apo tis pygmis, quae Graeco sermone in certamen vertitur. Hactenus Hieronymus. Verùm vox Hebraea גמדים gamadim à radice גמד gamad deducta est, quae cubitum significat; vt in libro Iudicum, vbi sic scribitur: *Qui* Aod *fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmae manus*. Hebraicè גמד gamad, id est cubitus longitudo eius gladij, quem idem Hieronymus post pauca vocat *sicam*. Hinc deducitur nomen גמד gamad, cuius plurale גמדים gamadim cubitalis, & cubitales significans, Graecè πυγμαῖοι pygmaei, sic dicti, quasi πυχμαῖοι pichyaei, hoc est cubitales: πυγων pygon enim cubitum significat. Plinius verò scribit fuisse populos in extrema parte montium Indiae habitantes, salubri caelo, semperque vernante, qui ternos dodrantes non excedunt. Dodrans verò mensura est extensae manus ab extremo minimi vsque ad summum pollicis, quam bis continet cubitus, vt latiùs in libro de mensuris suo loco tractabimus. Huius gentis meminit etiam Augustinus: Alij statura cubitales, inquit, quos Pygmaeos à cubito Graeci vocant. Haec ille. Pugnat cum gruibus teste Aristotele. De eis Plinius: A gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est insidentes arietũ, capraruumque dorsis, armatos sagittis, veris tempore uniuerso agmine ad mare descendere, & oua, pullosque earum alitum consumere. Haec ille. Eorum etiam Iuuenalis, quaedam asserens, quae ficta videntur, potius quàm uera; his uersibus meminit:

Iudic. 3. ℣.16.

Ibi. ℣.21.

Plin. lib. 7. c. 2. & lib. 4. c. 11.

Dodrans quid sit.

August. lib. 16. de Ciu. Dei c. 8.

Arist. lib. 8. de histor. anim. c. 12.

Plin. lib. 7. c. 2.

Iuuen. Sat. 13.

Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram
Pygmaeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusque per aëra curuis
Vnguibus, à saeua fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quamquam eadem assiduè spectentur proelia, ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

Verùm D. Hieronymus, qui bene percalluit phrasim, & mores gentis saltem posterioribus saeculis expertus fuerat, aliò deduxit significationem uocis, non credens huiusmodi gentem murorum Tyri custodiae aptam esse potuisse; quin etiam, si fuisset, non esse textui conuenientem eiusmodi interpretationem: fuerant enim connumerati ex omnibus ferè orbis terrarum oris fortissimi quique milites, Persae, Lydij, Libyes, communientes, & exornantes Tyrum: quorsum his annumeret Pygmaeos ridiculam gentem uiribus, bellandique facultate uolucribus inferiorem? Quapropter Septuaginta non Pygmaeos, sed custodes reddiderunt, quos Symmachus Medos dixit, & Theodoreti textus uersionem utramque coniungit: habet enim: Sed etiam Medi in turribus tuis erant custodes. Sed quare custodes turrium dicantur Pygmaei, uel cubitales, rationem oportet assignare, Quam attulit Hieronymus ex Graeco, aptissima est: verùm aliam alij assignant etiam Hebraeo textui congruentem. Dicuntur enim turrium custodes Pygmaei, quia prae altitudine turrium hominibus infrà stantibus deficiente visu non homines videbantur, sed Pygmaei, hoc est staturae cubitalis. Nisi malis Pygmaeos dici sagittarios; quoniam gens illa sagittis assueta belligerare, familiarem habebat sagittarum vsum: quadratque huic interpretationi, quod sequitur.

Symmach. Theod.

Quare custodes murorum dicantur Pygmaei.

Pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum. Pharetras suas, Hebraicè שלטיהם Scilteihem, quam vocem frequenter vertit Hieronymus armorum generali nomine. Nam in libro Regum Ioiada dedisse dicitur sacerdotibus *hastas, & arma Regis Dauid*: Hebraicè habetur haec vox. Et in Canticis: *Omnis armatura fortium*; similiter habetur eadem vox, & alibi saepe. Pharetras ergo, & omnem armaturam suam, qua nempe hostes deuicerant, & praeclara facinora gesserant, quasi victoriae trophaea interposuerant murorum minis. Vsitatum enim erat Palaestinis, & Phoenicibus, arma, quibus hostes deuicerant, in locis publicis asseruare, quae pietatem colentes Deo suo in templis offerebant: sicut de gladio, quo Dauid percusserat Philisthaeum, scriptum legimus in libris Regum. Et apud Iosephum sic habemus: Circum templum affixa erant spolia barbarica, quae omnia Herodes denuo dedicauit, additis etiam recentibus Arabicis. Quod quidem trophaeum non in templo, sed in monte feciisse scribitur Saul repulsus à Deo: *nunciatum est* enim *Samueli eo, quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem*. Vel *pharetras*, seu arma *suspenderunt in muris*, tamquam illis non amplius egentes: significat enim in sacris litteris deponere arma, pacem, & securitatem; quam perpetuam futuram in Ecclesia Christi praedixit Isaias illa eleganti phrasi: *Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad proelium*.

Pharetra vnde dicta.

4. Reg. 11. ℣.10.

Cantic. 4. ℣.4.

Alibi 2. Paralip. 23. ℣.9. & 2. Reg. 8. ℣.7.

Emeriti milites arma victoriae instrumenta asseruabant, vel Deo consecrabant.

1. Reg. 12. Ioseph. 15. Antiq. cap. 14.

1. Reg. 15. ℣.12.

Arma ponere pacis symbolum.

Isa. 2. ℣.4.

Ipsi compleuerunt pulcritudinem tuam. Ipsi, nempe omnes suprà memorati, Sidonij, Aradij, Persae, Lydij, Libyes, & Pygmaei, *compleuerunt pulcritudinem tuam*. Chaldaeus paraphrastes suprà etiam, vbi nos legimus, *pro ornatu tuo*, vertit, ipsi multiplicauerunt decorem tuum. Itaque ter repetendo inculcat illa verba, quae dixerat Tyrus, *perfecti decoris ego sum*, vel ego circumdedi mihi decorem meum: & tamquam offensus princeps, & maximè iratus alta mente reposita illatae iniuriae verba reperit, reprehendit, accusat, rationibusque, & argumentis probare non desistit, ea esse falsissima, & immeritò prolata; ac si dicat: Tu, tu, inquam, circumdedisti tibi, praesumptuosa, decorem tuum? non potius finitimi tui? nonne de longè venientes? nonne milites? nonne mercatores? omnes attulerunt aliquid decori tuo, ita vt non amplius possit dici decor tuus, sed emendicatus; sed neque perfectus, qui tam varijs, & tam incertis, ac dubijs adminiculis eget. Quo quidem ostendit Dominus, se esse proprij honoris zelatorem perpetuum, expetereque meritò à nobis videtur, quod petierat à discipulo Thales Milesius. Is enim cum quandam nouam de caelo rationẽ senex inuenisset, eamque docuisset amanter Mandritam philosophum, rogatus à discipulo, qua mercede sibi tantum donum rependi vellet? Respondit ille, satis mihi fuerit ò Mandrita, si id, quod à me didicisti, cùm proferre volueris, tibi non adscripseris, sed eius me potius repertorem praedicaueris.

Chaldaeus suprà ℣.10.

Eadem verba, quae dixerat Tyrus, Deus repetit maximè offensus.

Dominus sui honoris zelator est. Petit Thales a discipulo grati animi monumentum sibi non arrogare, quae didicerat.

Carthaginienses negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum. Hieronymus sic, non solùm in praesenti loco, sed & in Isaia, vbi scriptum est:

Carthaginienses qui. *Hieron. Isa. 23. ℣.1.*

est: *Vlulate naues* Carthaginis: ceteri interpretes verbum Hebraicum transtulerunt Tharsis, quam coloniam esse Tyriorum nulli dubium est; ipsi de Occidentis partibus argento, ferro, & plumbo Tyri nundinas repleuerunt. Theodoretus verò prope eadem aliter refert: Carthago, inquit, metropolis est illius, quae olim Libya, nunc Africa nominatur, & Syrus, & Hebraeus Tharsis appellat, & per metropolim negotiationem earum rerum, quae ex omni natione afferebantur, è multiplici materia ibi inuentarum declarauit. Vox autem Hebraea תרשיש tharsis primùm imposita fuit secundo filio Iauan, filij Iaphet, filij Noe, à quo Tharsus Ciliciae metropolis cognominata creditur; ortu etiam sancti Pauli Apostoli nobilissima, de qua psalmus: *Reges Tharsis, & insulae munera offerent.* Chaldaeus reddidit מלכי טרוסים malched tarusis id est, Reges Tharsenses, Cilicum, inquam & finitimarum nationum, quae oram maritimam Syriae vicinam colunt. Tharsis ergo Ciliciam designat, ad quam Ionas Propheta properabat, delegatum sibi à Deo munus defugiens: Sic enim illius habetur prophetia: *Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis*, id est, quae petebat Ciliciam. Verùm generali appellatione à colore caeruleo mare altum, & magnum dicitur, Tharsis; duplexque est, vel internum, quod mediterraneum nos vocamus; scriptura verò occidentale, vel Occidentem ipsum maris propterea nomine nuncupare solet, vt infra patebit; aliud est mare externum, quod nos Oceanum vocamus, in quo naues magnae uersantur. & in hoc differt Tharsis à ים iam, mare, quo choc nomine stagna, lacus, vel quaslibet minores aquarum collectiones nuncupare solent Hebraei. Quibus ita notatis nullo negotio verus loci sensus elicietur, ex adiunctis coniectando, de quo mari fiat sermo. Sicut enim praedicta loca interpretati sumus de Cilicia, & mari Ciliciae, & Chananeae obiecto, quod geographi Phoenicium, & Syriacum nominant: sic alia quamplurima intelligenda sunt de Oceano, siue externo mari: quale est illud Psalmi: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*. & Isaiae. *Et super omnes naues Tharsis*. & iterum: *Vlulate naues* Tharsis *maris*. Ratio autem, propter quam Hebraei nomine peculiari Tharsis omnia maria intelligant, ea videtur esse, quod Israëlitae, qui nullum aliud mare praeter illud Tharsense, siue quo petebatur Tharsum, nouerant, omnia maria vocabant Tharsis, more Ponti corum populorum, qui, quod nullum praeter suum mare esse crederent, aut id existimarent ceteris praestare, pontum vocauerunt quoduis mare, per Synechdochen eodem nomine suum mare, & cetera maria complexi. Sic populus Dei nomine Tharsis maris sibi cogniti, cetera quoque maria nominauit. Ex dictis etiam constat, quod sit illud mare Tharsis, in quod ibat classis Regis Salomonis facta in Asiongaber *deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos*. Verùm, quia haec disputatio longiorem exigit indaginem, disputationi de diuitijs Salomonis multo aptiorem, ideo consultò eam in illum locum fusiùs tractãdam reijcimus. Tertiò etiam Tharsis nomen est lapidis pretiosi, colore caeruleo mari similis, de quo etiam sunt uariae interpretum opiniones: quarum nõnullas recensuit Pater Pradus, & nos fusiùs, cùm de lapidibus rationalis disputaturi sumus, de eo loquemur. Quare haec iam praeterimus, hoc vnum addentes, quod breuiter R. Mose Hadarsan scribit de significatione vocis Tharsis: Tharsis, ait, vt aliqui opinantur, Ciliciae ciuitas, vt alij, Carthago, vt alij, India, ut alij, mare. Verùm pro Hebraeo Tharsis, Hieronymus hoc loco posuit Carthaginem, imitatus Septuaginta, qui allato Isaiae loco, *Vlulate naues maris* Hebraicè Tharsis, Septuaginta reddiderunt, nauigia Carthaginis. Itemque in alio Ezechielis loco scribunt Seba, & Dedan, & mercatores Carthaginienses, pro *negotiatores Tharsis*: hisque quadrat Chaldaei etiam paraphrasis apud Ieremiam, vbi pro Tharsis dixit Africam. Fuit enim Carthago Africae, seu Libyae metropolis: quam commendat, siue potius quasi arrogantem reprehendit Plinius, dum Tyri coloniam fuisse eam affirmat his verbis. Tyrus olim portu clara, vrbibus genitis lepti, Vtica, & illa Romani imperij aemula, terrarum orbis auida Carthagine. Eadem Curtius, qui enarrans, quibus praesidijs confisi Tyrij Alexandro resistere decreuissent, subdit: haud parua dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginiensium legati ad celebrandum anniuersarium sacrum more patrio tunc venerant; quippe Carthaginem Tyrij condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Poeni coeperunt, vt obsidionem forti animo paterentur, breui Carthagine auxilia ventura: namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur. Ex qua Curtij historia facilè intelliges, quam ob causam Propheta Carthaginienses vocauerit negotiatores Tyri.

Graecia. Hieronymus: Iones, inquit, qui Hebraicè appellantur יון iauan, quod eisdem omnino apud Hebraeos scriberetur characteribus, punctis tantummodo mutuatis, יון iauan, & יון ion. Fuit autem hoc nomen Iauan quarti filij Iaphet, qui aedificata Ionia nomen dedisse videtur Ionibus. Hi autem postea cum ceteris eiusdem gentis concesserunt in nomen Graecorum; concordatque lectio Septuaginta, qui dixerunt ἑλλὰς hellas, hoc est, Graecia: & apud Isaiam pro Iauan Hebraeo dixerunt ἑλλάδα hellada, Graeciam. Similiter apud Ioëlem, Iauanim plurale vocis Iauan conuerterunt ἕλληνες hellines, quam similiter nostra vulgata reddidit *Graecos*. Aliàs saepe Septuaginta retinent vocem Hebraeam Iauan; variant tamen in scribendo. quandoque Ιαυαὶ Iauan, nonnumquam, Ιαωὶ Iauan, aliquando etiam Ιωὶνων Iounon. Sed ad Iones reuertamur: ab his Athenienses originem trahunt, quorum nomine olim censebantur, vt auctor est Plutarchus in Theseo; qui cum agrum Megaricum adiunxisset Attico, celebrem pilam erexit in Isthmo, in qua Orientem versus hoc inscripsit: Haec non sunt Peloponnesus, ast Ionia: & versus Occidentem. Sunt Peloponnesus ista, non Ionia. Iones autem ex Asia in Graeciam venisse Hecataeus docet. Nomen Iauan interpretari solitos testatur Hieronymus Hebraeos: est, & non est: quod ad fallaces doctrinarum haereses refert. Alij uero eius interpretationis aliam rationem assignant, quia scilicet, cùm semper mercaturae operam dent, cui sunt addictissimi; vix alicubi reperies illos stabile domicilium incolere, sed mox ac comparent, aut sunt in hoc portu, discedunt, & non amplius sunt in eo: ac propterea (est, & non est) dicuntur Graeci.

Thubal. Hieronymus: id est, Iberi orientales, vel de Occidentis partibus Hispani, qui ab Ibero flumine hoc vocabulo nuncupantur. Eucherius, *Thubal* Iberi, qui & Hispani. Hispania quon-

Theodor.

De significatione Tharsis.

Gen. 10.

Psal. 71. ℣. 10.

Chaldaeus.

Ionae 1. ℣. 3.

Infra, c. 41.

Duo maria alterum externum, siue Oceanum, alterum internum, siue mediterraneum.

Psal. 47. ℣. 8. Isai. 2. ℣. 16. & cap. 23. ℣. 1.

Hebraei omnia maria Tharsis vocant nomine sui maris.

Mare quod nauigabat classis Salomonis. 3. Reg. 9. ℣. 26.

Gemma Tharsis, quae. P. Pradus super Ezec. c. 1. & 10

R. Mose comment. in psal. 71. illi 72.

De Carthagine.

Ezech. 38. ℣. 13.

Ierem. 10. ℣. 9.

Plin. lib. 5. c. 19.

Q. Curt. lib. 4. vitae Alex.

XIII.

Hieron. Graecia à Iauan condita.

Isai. 66. ℣. 19.

Ioel. 3. ℣. 6.

Plut. in Theseo.

Hecataeus apud Strab. lib. 9. Hieron.

Hieron. A Thubalis quae gens denominatur. Euseb. lib. 2. instruc. c. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

quondam ἰβηρία Iberia, & ἑσπερία Hesperia auctore Strabone, Plinio, alijsque ἰσπανία Ispania sine aspiratione dicta est. Ptolemaeus, & Stephanus, eandem παννωνίαν Pannoniam vocant. D. etiam Eulogius, ante septingentos annos scripsit Spaniam, non Hispaniam, teste Ambrosio de Morales. Eadem Celtiberia quondam dicta, teste Appiano Alexandrino. Hebraeis Sepharad dici scribit Postellus, & Arias Montanus, qui Spaniam à Chaldaeis appellari etiam testatur. Verùm Arias Montanus Iberiam Asiaticam, quam orientalem vocat Hieronymus, Ptolemaeus Caucasum, Strabo Albanos, & Iberas putat in sacris libris nonnumquam describi sub nomine Thubal: atque hinc profectos Hispanos, qui Europae vltimam partem versus Occidentem occupant. Cui quidem sententiae, & praecedenti de Graecia, Hebraeis dicta Iauan, patrocinantur Iosephi verba sic scribentis: Iapheto Noe filio filij fuerunt septem. Horum sedes à Tauro, & Amano montibus incipientes, pertinebant in Asia ad amnem vsque Tanaim, in Europa vsque Gades, in terris hactenus vacuis occupatae: quò factum est, vt ipsorum nomina gentibus imponerentur. Quos enim nunc Graeci Galatas vocitant, Gomarenses olim dictos, Gomar condidit. Magoges verò Magogarum à se denominatorum fuit auctor, qui ab ipsis vocantur Scythae. Ex alijs Iapheti filijs, Iauane, & Mado, ab hoc Madaei descendunt, Graecis Medi nominati: à Iauane verò Ionia, totumque Graecorum genus. Quin & Thobelus Thobelio sedem dedit, qui nunc sunt Iberi. Haec Iosephus. Ex quibus liquidò constat, quinam tractus nempe Europaeus coeperit incoli à filijs Iaphet, nempe meridianus, vtpote ab Asia, cuius paulo ante meminerat, Gades vsque. Verùm his tam firmis testimonijs innixam veritatem quidam ex recentioribus eludere velle videtur, & primùm Iosepho se opponit dicens, à Thubal Thubaleos, qui sunt Iberi, vel Hispani, putat dictos Iosephus sine vlla ratione: & subdit testimonium Septuaginta, & Chaldaei, qui idem nomen Thubal nonnumquam integrum retinuerunt, quo significarunt, inquit, Scripturae sacrae interpretes, se ignorare, quinam essent Thubalei. Sed quaeri posset ab hoc scriptore, qua ratione ductus, affirmare non vereatur sine ratione vlla à Iosepho, sine vlla scientia ab interpretibus Thubaleos reddi, vel Hispanos dici? Respondebit, quia eiusmodi sententia non ex aequo respondet quamplurimis sacrae Scripturae locis, praesertim Ezechielis, simul referentis Mosoch, & Thubal cum alijs Arabiae Phoenicis, aut Syriae vicinis opidis. Verùm haec ratio si quid probat, probabit etiam, Graeciam esse Phoeniciae vicinam, Persas, Lydos, ac Lybias, non immenso terrarum tractu sepositos; sed vicinos inter se, ac finitimos, quod ab omni ratione alienum est: aduersaturque Polychronio, cuius haec sunt verba: Propter vrbis tutum situm etiam ex remotis regionibus audebant mercatores aduentare, tamquam ad tutum portum confugientes: quin & eiusdem auctoris argumentis conuinci potest. Quapropter rationem eandem, quam huic dubiae, difficiliqué quaestioni lucem allaturam maximam sperabat hic auctor, credimus sequutum esse Iosephum. Mitto assiduam lectionem historiarum tum Hebraicarum, tum Graecarum, nec non Chaldaicarum paenè omnium, in quibus versatus fuerat Iosephus. Ratio verò huius auctoris est huiusmodi: Quòd si mercaturae, inquit, illius temporis nota esset nobis ratio, & sciremus, quae ex quibus regionibus merces solitae essent comportari Tyrum; certius aliquid de his populis statuere possemus. Haec sunt eius verba. Quae quidem omnia non ignorasset, si nostrum Prophetam attentè legisset: qui, cùm argenti, ferri, stanni, plumbique, quae afferebantur Tyrum, meminisset, subdit, *Graecia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui*. Neque erat ignotum Iosepho, in quibus regionibus haec metalla affatim gignerentur: cùm narret, Agrippam suadentem Iudaeis, vt Romanis parerent, commemoratis quamplurimis subiugatis regionibus, subdidisse: Neque Hispanis, inquit, nascens in agris aurum, pro libertate bella gerentibus, profecit: legeratque sine dubio libros Machabaeorum, in quibus scribitur: audiuisse Iudam *nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & quanta fecerint in regione Hispaniae, & quòd in potestatem redegerint metalla argenti, & auri, quae illic sunt*. Legisse etiam posset hic auctor Pomponium Melã, de Hispania in haec verba scribentem: Viris, equis, ferro, plumbo, aere, argento, auroque abundans. Quibus quasi commentarium nostro textui facere videtur: fusiorem Plinius: Metallis, inquit, plumbi, ferri, aeris, argenti, auri tota ferme Hispania scatet citerior, & specularibus lapidibus Baetica, & minio. Sunt & marmorum lapidicinae. Haec Plinius. Ex quibus omnibus planè doctissimi viri affirmant Thubalem fuisse Hispaniae conditorem. Verùm, vt frequenter solet, suboritur statim contentio inter Hispaniae partes, quas enumerat idem Pomponius, Tarraconem, Lusitaniam, & Baeticam de primatu obtinendo. quarum incolae ducti coniectura, quam etiam ex quibusdam apocryphis Berosi scriptis confirmant, primam Hispaniae vrbem Thubalis nomine insignitam fuisse arbitrantur. Tarraconenses igitur primatum ambiunt, leuissima coniectura freti, ex similitudine nominis Thudelae vrbis, quam incolunt, cum nomine Thubalis; dictamque putant quasi Thubciam, vel Thubaleam. Cui coniecturae nonnihil adderent momenti, aut ponderis, si aut tale nomen ab antiquis, probatisque auctoribus commemoratum, aut eius vrbis tantam fuisse originis vetustatem aliqua ratione probarent. Lusitani consimili, sed vero similiori argumento contendunt, eam esse primam Hispaniae ciuitatem, quam ipsi Setuval vocant, hoc est, sedes Thubal, se, enim eorum lingua sedem significat, in cuius nomine totum Thubalis nomen plenè reperiunt. Verùm ea ipsa coniectura, qua hoc ipsum confirmare contendunt, id ipsum infirmant. Prope Setuvalum, inquiunt, ruinae visuntur, & quamplurima antiquitatis monumenta cuiusdam ciuitatis magnae; eam incolae Troiam appellant: qua quidem fatentur, Troiam illam vetustiorem multò Setuvalo fuisse: ergo haec recens. Quod si nomen translatum, non antiquitas. praesertim cùm Iosephus de eo Europae tractu, qui ab Asia Gades vsque distenditur, loqui videatur, dum Thobelum Thobelio sedem dedisse commemorat: qui quidem totus mediterraneo, ac meridiano mari obijcitur tantùm. Lusitania verò teste Pomponio, Oceano tantummodo obiecta est. Vnde facilè coniectare possem, quod & ipsi verentur, Baeticae deberi eiusmodi principatum, nisi eo ipso, quòd in alijs reprehendo, notari posse viderer, nempe amore patriae potius, quàm certis rationibus hanc suscepisse disputationem.

Et Mosoch. Hebraicè משך mesech. Hieronymus Mosoch, quos Cappadoces intelligimus, quorum metropolis, quae postea ab Augusto Caesare, Caesarea

Strabo. Plin. D. Eulogi. De Hispania, quare sic dicta. *Ambros. de Moral. in vita Eulogij. Appia. Alex. Postel. Arias Monta. in Abdi. & in Appara.* *Ioseph. 1. antiq. c. 6.* *Matth. Beroal. lib. 4. Chronic.* *Ezech.* *Polychron.* *Pomp. Mela lib. 1. c. 6.* *Plin. lib. 3. c. 3.* Baetica specularium lapidum abundans. Thubal Hispaniae conditor. *Pomp. cita.* *Pomp. cita.* De significatione vocis Mesech, & quam gentem indicet. *Hieron.* Hispania metallis omnibus scatens, *Ioseph. 2. bel li cap. 16.* *1. Mach. 8 v. 1. & 3.*

Ioseph. Antiq. c. 6.

sarrea appellata est, ad haec vsque tempora lingua ipsorum Mazaca dicitur. Idem ferè Iosephus: Meschini, inquit, a Meschо auctore appellantur: (is fuit sextus filius Iapheti) Cappadocum enim appellatio noua est, veteris autem vestigium adhuc supereſt. Vrbs enim est apud eos hodie quoque Mazaca, satis indicans intelligere volenti, hoc prisco fuisse genti nomen. Haec Iosephus. Verùm

Matth. Beroal. lib. 4. Chronic.

his etiam opponit se testimonijs idem, qui suprà, contendens similiter, Mosoch fuisse Syriae, & Arabiae vicinum populum; quasi verò non possent naues ex longinquis regionibus Tyrum appelli, merceſque conuehere: & affert suae sententiae testimonium, vt ipse putat, firmissimum, locum psalmi: eo enim loco, inquiens, vt Hebraea habent, sic

Psal. 119. ℣. 5.

de miseria sui exilij quaeritur Dauid: Heu me miserum, quia peregre ago in Mosech, habito in tabernaculis Cedar. Quem locum ita reddidit Chaldaeus paraphrastes: O me miserum, quia peregrinatus sum cum Asianis, habitaui cum tabernaculis Arabum. Et subdit homine pio indignam sententiam: Septuaginta malè locum reddiderunt; quos sequuti Latini, ita versum hunc conuerterunt: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar.* Quod quidem fundamen

Vulgatae psalterium ab haereticorum calumnijs vindicatur.

tum Caluinianam haeresim redolet, temerè vulgatam nostram Latinam improbantem; praesertim in psalmis, de quibus Caluinus verba non minus impiè, quàm petulanter adiungit: vix esse tres continuos versus non insigni aliquo errore foedatos: quod vt confirmet, nonnulla profert testimonia Hebraicis fontibus non respondentia. Verùm aduersus huiusmodi calumniatores, sacri Concilij Tridentini decretum sit satis opponere; cuius quidem vim, & efficaciam nullo modo eludere poterit quisquam, ad varios recurrens Latinos codices: cùm toto prope terrarum orbe resonent Ecclesiae Catholicis psallentium vocibus: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Confirmat hoc etiam sacrosancta, vetustissima, celeberrimaque Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum in Vaticano Romae Basilica, quae felicis recordationis Pio V. Pontifice Maximo consentiente, & comproban-

Psalterium Vaticanum.

te, integrum, ac inuiolatum suum Latinum psalterium à maioribus traditum, mira veneratione conseruat. Quo ante duos annos in lucem edito fruimur, liberalitate humanissimi Suessani Ducis, Regis Catholici apud S. D. N. Clementem VIII. Oratoris. Quod quidem psalterium licet interdum à nostro nonnihil differat: tamen hoc in loco nihil omnino discrepat. Et quidem non propterea videri volumus ad sacram anchoram confugere, quasi vereamur, vt argumentorum vim sustinere possimus, aut rationum tela retundere. Sed, ne quis post hac sibi credat licere, facili quadam coniectura, & Hebraearum vocum significatione Latinam nostram vulgatam reprehendere, venio ad

Hilarius.

argumenta, vnde probat hic auctor, in eo psalmo loqui Dauidem de suo inter Asianos, & Arabes exilio; cùm tamen nulla, aut sacra, aut profana historia eiusmodi incolatus mentionem faciat. Quamobrem Hilarium legamus, & doctissimum, & antiquissimum Romanae Ecclesiae diaconum sic scribentem: Cedar genus est Ismaëlitarum deserta incolens, cuius fines vsque ad Medos, & Persas proferuntur. Cedar enim Ismaël filius fuit, Genesi testante: Primitiuus, inquit, Ismael Naboiothet Cedar: ij sunt nunc Sarraceni nuncupati. Qui ergo psalmos istos terreno ingenio intelligendos putant, id volunt ex persona populi captiui Prophetam conquestum, quod in habitaculis Cedar longus ei fuerat incolatus: sed verbi vim non intelligentes, nec Prophetae spiritum sentientes, auctoritatem nominis ad confirmationem stultae opinionis assumunt, psalmo omnino nihil, quod captiuitati populi congruat, continente. Haec Hilarius. Adde Remigium sic scribentem: & ne aliquis putaret eum de incolatu corporis dicere, addit, *multùm incola fuit anima mea.* Haec Remigius. Si ergo non est de incolatu corporeo intelligendus psalmus, frustra laborat in exquirenda locorum vicinia. Sed vrget Hebraeam vocem משך mesech, quod est loci nomen. Verùm hoc vnum probandum supererat huic auctori, vel etiam alijs Rabbinis, sentientibus hic alicuius loci sermonem fieri, nempe vocem Mesech locum significare, nihil praeterea; quod quidem falsum, & improbabile omnino est: omnium enim Hebraeorum consensu vox haec à משך masach deducitur, quae significat, traxit, protraxit, perrexit, profectus est. Vnde nomen mesech significat tractum, proiectum, aut protractum: propriè́que dicitur de iactu seminis, quod in terram proijcitur, dum seminatur. Sic in psalmo: *Euntes ibant, & flebant, mittentes* משך הזרע mesech hazaragh. *semina sua*, iactum seminis posses interpretari. R. Dauid pretiosum semen interpretatur, alluſionem faciens ad significationem vocis, dum subdit: res enim pretiosa ad longinquas partes suum nomen trahit. & apud Iob: *Trahitur autem sapientia de occultis.* Hebraicè ומשך vmesech. R. Dauid pretiosior est sapientia margaritis. Targhum: & tractio sapientiae plusquam margaritae. R. quoque Leui, & R. Mosech interpretantur: & tractio sapientiae, id est sapientia, quae est tracta, ascendit (dignior est margaritis) supra margaritas. longum esset singula percensere, cùm satis iam constare videatur, vocem mesech significare prolongationem. Quare aptè Hieronymus: Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est. aptè etiam Septuaginta, οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη oimi oti i paroicia mu emacrynthi. aptissimè Latinus interpres vocis significationem sequutus, interpretatur, *prolongatus est.* Quam lectionem duo interpretes, qui à Chrysostomo afferuntur, luculenter confirmant; quorum alter vertit παροικῶν παρείλκυσα paricon parilcysa, incolens protraxi, videlicet incolatum meum. Alter προσκλύτευσα ἐν μακεσμῷ proselyteusa en macrismo, aduena fui in prolongatione; hoc est iamdiu aduena fui. Qui etiam Hebraicam videtur phrasim expressisse, vt voci משך mesech subaudiatur praepositio ב beth, hoc est, in, quasi dicat, peregrinatus sum in protractu. Vbi notandus est loquendi mos Hebraeis frequens: nam cùm saepe careant aduerbijs, vtuntur nominibus cum particula ב beth loco aduerbiorum, vt in Psalmo: *Tunc loquetur ad eos in ira sua*, id est, iracundè, *& in furore suo conturbabit eos*, id est furiosè. atque ita sensus erit in protractu, hoc est protractè diu. Itaque, licet daremus huic Hebraicae veritatis zelantissimo viro, Mesech significare nomen loci; non tamen propterea malè interpretatos fuisse Septuaginta concederemus: cùm ipsi etymologiam loci interpretantes, verum loci sensum reddiderint, nempe: Heu me, ita me à patria extorrem, exulemque doleo, ac si inter remotissimos Mesechenos, siue Asianos commorarer, in tabernaculis, aut papilionibus more Cedarenorum coactus habitare. Iosephus filius Gorionis inscribit esse Tusciam, siue Etruriam. & R. Mosch interpretans illud Isaiae: *Equi amatores, & emissarij* משכים masechim, equi bene pasti, inquit, id est Tusci

Remigius.

Psal. 126. ℣. 6.

R. Dauid.

Iob. 28. ℣. 18.

R. Dauid.

Targhum.

R. Leui.

R. Mosech.

Hieron.

Chrysost. in Scholijs.

Hebraei loco aduerbij, quo frequenter carent, vtuntur nominibus cũ particula, in. *Ps. 2. ℣. 8.*

Iosephus filius Gorionis.

R. Mosch.

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerunt; è Tuscia enim veniebant equi fortes. Ex quibus omnibus tam latè discussis, hoc vnum certò colligitur, falsò contendere hunc auctorem, ex loco Psalmi posse probari, Mosoch fuisse vicinum locis Tubal, & Syriae; cùm omnino oppositum probetur etiam ex vocis etymologia. Apollinarius, Polychronius, & quidam Scholiastes Graecus putant cum Hieronymo Cappadoces intelligi.

Apollin. Polychr. Scholiast. Hieron.

Mancipia, & vasa aerea adduxerunt populo tuo. Septuaginta, in animabus hominum. Polychronius: Ex Graecia tum alia, tum aes exportari solitum. Pro ijs verò, quae portabantur, accipiebant homines in seruos, per quandam tyrannidem quosdam trahentes in seruitutem: ac ne processu temporis libertatem arguerent, ad extremam redigentes miseriam eos hospitibus reddebant: hoc enim significat in animabus hominum. Ferme idem alius Scholiastes: Magnam, inquit, illorum accusat iniustitiam; quippe, qui homines per vim vendant: & ne vmquam libertatem nanciscantur, in Graeciam illos vendebant. Hieronymus contrà, sed magis iuxta nostrae vulgatae sensum, putat mancipia ab his gentibus deferri Tyrum, non asportari è Tyro, vt interpretantur Graeci, quos attulimus. ait enim: Isti pretiosum Tyri fecere commercium, vt mancipia, & aenea vasa ex Corintho adducerent Tyrum. Aeris autem Corinthij saepe Iosephus mentionem facit, atque inter pretiosissima metalla computat. Vidimus Romae ex tali aere mensuram pedis Romani antiqui, apud R. P. Fratrem Illefonsum Ciaconem, diligentem rerum memorabilium indagatorem, sollertemque earundem conseruatorem. Hebraicè sic habet hic textus בנפש ארם benephes Adam, possetque verti in anima hominis, quod verterunt Septuaginta in animabus hominum. Quae quidem phrasis non semel reperitur in sacris libris: significat enim in anima idem, ac si dixisset, cum ingenti vitae periculo. Quod manifestum est in Threnis, *in animabus nostris*, inquiunt Hierosolymitani, *afferebamus panem nobis à facie gladij*, quem locum ita interpretatur Hieronymus: cum animarum nostrarum periculo quaesiuimus nobis victum, in deserto gentium constituti. Huic est consimilis phrasis illa Psalmi: *Anima mea in manibus meis semper*; hoc est, semper expositus sum mortis periculo, & tamen *legem tuam non sum oblitus*. Alluſionem videtur facere ad vas aliquod vitreum, quod, dum prae manibus gestatur, in maximo periculo est, ne è manibus elapsum confringatur: vel ad ludentes, qui, quas habent in manibus pecunias, maximo sciunt subijci periculo eas amittendi, seu potius perdendi. Ex qua similitudine orta est phrasis Hispanica, tiene la vida fugada, hoc est, vitam aleae exposuit, id est maximis periculis. Haec autem interpretatio non opponitur Latinae nostrae; verùm ad adyta, ac penetralia significationis nos deducit, dum non minora commercijs inesse significat vitae, ac libertatis spiritualis pericula, quàm corporalis ipsis mancipijs in nundinis expositis: quinimmo ipsammet diuitiarum affluentiam, seruitutem quandam esse affirmat Cyprianus, his verbis de diuite loquens: Nec intelligit miser, speciosa esse sibi supplicia, auro se alligatum teneri.

De domo Thogormae equos, & equites, & mulos adduxerunt in forum tuum. De Thogormaeis Iosephus: Gomaris autem trium liberorum parentis, vnus filius Aschanaxes originem Aschanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Graecis nominantur: Rhiphates verò Riphataeis, nunc Paphlagonibus: & Thygrammes Thygrammaeis, quos Phrygas Graecis libuit vocare. Theodoretus, equos, & equites, & mulos tibi Phrygia mittebat: ita enim domum Thogorma interpretantur. Sunt qui putent Turcas Thogormaeos esse; quare Iudaei nunc Turcarum Imperatorem nominant Thogar. Alijs Thogorma dicitur Germania, quoniam Chaldaeus paraphrastes hoc loco posuit גרמניא garmania. Verùm, quis non videat eandem esse hanc vocem, & Hebraicam Thogorma, sublata additicia priori littera, & retentis tribus (quas Hebraei vocant) radicalibus? Equos verò adduci ex Phrygia Tyrum non mirum est: equitatui enim assueta gens fuisse videtur ex Plinio, qui refert, inuenisse equo uehi Bellerophontem, frenos, & strata equorum Pelethronium, pugnam ex equo Thessalos, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem: & addit, bigas primùm iunxit Phrygum natio; quadrigas Erichthonius. Haec ille. *& equites.* Hebraicè ופרשים vparaſcim à voce פרש paraſc, quae equitem significat apud omnes, sic dictum à calcaribus, quibus incitat pungens equum: vox enim primitiua significat pungere, posses reddere calcariatum. Quidam singulare quoddam equorum genus significari putant hoc loco, quorum vsus praecipuus in bello est, qui sunt armis, paludamentis, phaleriſque prae ceteris militaribus equis conspicui, & cataphracti appellantur. Hispanicè cauallos de armas. Verùm R. Dauid ea interpretatione locum non egere putauit, quare mancipia significabit, prout significauit vulgatus, vel stipendiarios milites in equorum agitatione exercitatissimos. De mulis Plinius: Generantur ex equa, & onagris manſuefactis; mulae veloces in cursu, duritia eximia pedum, verùm strigoso corpore, indomito animo, sed generoso; onagro, & asina genitus omnes antecellit. Onagri in Phrygia, & Licaonia praecipui. Quae quidem Plinij testimonia non ideo adduxi, quòd putem illud, *domus Thogormae*, significare Phrygios, aliquo alio testimonio, aut probatione indigere; quod superuacaneum omnino fore credendum est: nam vbi indubitatum Iosephi testimonium habetur, à Patribus omnino receptum: nisi manifestè rationi aliunde probetur opponi, illud quidquid sit, nullo modo à cordato viro negari potest. Verùm ideo talia protuli testimonia, vt intelligatur, quàm conueniant cum sacris profanae historiae.

Theodoret.

Plin. lib. 7. c. 16.

De equitibus.

De equis.

R. Dauid.

De mulis.

Plin. lib. 8. cap. 44.

Filij Dedan negotiatores tui. Septuaginta: Filij Rhodiorum: Polychronius, & Theodoretus: Haec Rhodij, mare permeantes ad se ferebant, & horum tibi vsum supplebant. Hieronymus: Nescio quid, inquit, volentes Septuaginta, filios Rhodiorum pro Dedan interpretati sunt, nisi fortè primae litterae falsi similitudine: vt pro דדן dedan legerent רדן redan, quae & ipsa Cycladum maxima est, & in Ionio mari quondam vrbs potentissima, naualique certamine gloriosa; & propter tutissimum portum, mercatorum omnium receptaculum. Haec Hieronymus. Nos tamen cum bona venia sanctissimi Patris Hieronymi, non putamus deceptos esse similitudine litterarum Septuaginta, sed nec ipsos sapientissimos Hebraeos, viros in re tam manifesta alucinatos fuisse credimus; aliud conijcimus, a Dedan quarto filio Iauan conditam vrbem, ab eoque nomen accepisse: verùm processu temporum, corrupta voce Redam pro Dedam coepisse nuncupari, quam Graeci suo idiomati aptantes ῥόδον Rhodon nuncupauerunt. Quod Septuaginta intelligentes, Hebraeam vocem Dedam in Graecam ῥόδον Rhodon Rhodum conuerterunt: cuius coniecturae illud vnum argumentum

Filij Dedan Rhodij, qui & Coloſſenſes. *Polychron. Theodor. Hieron.*

Apollin. Polychr. Scholiast. Hieron.

Tyriorum impietas in vendendis hominibus.

Scholiast.

Hieron.

Aes Corinthium.

In anima, vel in animabus, idem est, ac si diceret, cum ingenti vitae periculo.

Thren. 5. ℣. 9. Hieron.

Psal. 118. ℣. 109.

Mercatura non sine magno vitae periculo exercetur.

Cypr. lib. 2. epist. 2. ad Donatum.

Ioseph. 1. Antiq. c. 6.

Thogorma eadem, ac Phrygia.

mentum habemus, Graecos omnes in hanc consensisse interpretationem, quam, dum probabilior non proponitur, tenere decreuimus. In hac insula, si neotericis quibusdam fides habenda est, fuit Solis statua colossi magnitudine, & inter septem mundi miracula celebrata, à qua incolae Colossenses dicti sunt. Probatur etiam, de insula sermonem hic fieri à Propheta: quoniam subdit, *& insulae multae negotiatio manus tuae*. Septuaginta: Ex insulis multiplicauerunt negotiationem tuam. Duplicem enim sensum admittunt verba, quorum primus hoc innuit, Dedaneos, siue Rhodios cum insulanis merces attulisse quamplurimas, quibus negotiaretur Tyrus: alter sensus est, quem Polychronius innuit his verbis: Cum merces ab alijs mercareris, alijs praebebas emendas, & suppeditans, quae erant opus egentibus, & omnia, quae afferebantur recipiens. Habebat enim Tyrus propter incolarum multitudinem quamplurimos, qui suas merces aliò transmitterent. tunc verò *negotiatio manus tuae* hoc significabit, negotiabantur per manus tuas, hoc est in tuis nundinis, & per exercitatissimos negotiatores tuos. Vel si ad significationem Hebraicae vocis יד iad manus recurramus, significabit negotiationem ditionis Tyriae. Hebraei enim tantum spatij, seu loci manus nomine vocant, quantum alicuius potestati subiectum est, & quousque potestas illius extenditur: Solebant enim in limitibus effictam collocare manum, quae demonstraret, quousque potestas, seu haereditas alicuius protenderetur.

Cuius rei exstat argumentum apud Isaiam, sic loquente Domino: *Qui custodierint sabbata mea, & elegerint*, ex electione, voluntariè inquam fecerint, *quae ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis*, intra muros domus meae *locum*, Hebraicè יד iad manum, possessionem, *& nomen melius*, &c. Et apud Ieremiam, *Speciosae, & delicatae assimilaui filiam Sion. Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria, in circuitu pascet vnusquisque*. Ex Hebraeo manum suam, quod aptissimè vertit vulgatus *eos, qui sub manu sua sunt*: in qua acceptione sensus huius loci erit: Et insulae multae negotiatio manus tuae, siue ditionis tuae, hoc est, non ad Dedanaeos, vel Rhodios tantùm; sed & ad multas orbis terrarum insulas se extendit negotiatio tua. quid enim aliud fuit causae, cur vrbem exaedificauerit in Gadibus insula, quasi orbis terrarum termino, quò non plùs vltrà progredi licere, columnae Herculeae comprobarunt, nisi vt ad vltimos vsque fines extenderet manum, siue ditionem negotiationis suae? tanta est nimirum mercatorum sitis; vt nullis terrarum finibus contineri possint: atque adeo, quò numquam dominandi cupiditas, aut ambitionis studium penetrare potuit, eò fames diuitiarum auida penetrauit, atque omnibus alijs cupiditatibus aditum patefecit.

Dentes eburneos, Hebraicè elephantinos, eodemque modo Septuaginta reddiderunt. Ebur enim ex dentibus elephantorum conficitur: vt suprà vidimus. *& ebeninos*. Symmachus, Theodoreto teste, cornua ebenos interpretatus est, è quibus ea fiunt, quae ebenia vocantur. Hieronymus: Et ligna ebenina, quae nigri coloris pretiosissima sunt. R. Dauid belluas esse dicit, ex quarum cornibus, vel ossibus faciunt opus, sicut ex ebore, quod Romae quotidie cernitur: ex ossibus enim bubalorum fiunt quaedam politissima nigro colore nitenti, & nusquam deficiente, quae non minimo aestimantur, licet eorum non sit exigua copia. Idem verò Rabbinus refert aliorum opinionem existimantium esse ligni genus, de quo Virgilius:

Sola India nigrum fert ebenum. Virgil. 2. Georg.

Seruius & in Aegypto nasci commemorat: quare Virgilium putat Indiae nomine totam Aethiopiae plagam intellexisse. Est autem nigrum, solidum, pulcrum; soliditate, nitore, ac pondere lapidem repraesentans, vriturque odore iucundo. Plinius verò arborem describens, atque commendans, sic ait: Vnam è peculiaribus Indiae Virgilius celebrauit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam Aethiopiae intelligi maluit, in tributi vicem Regibus Persidis è materie eius centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Aethiopas, cum arbore, & ebore prodendo. Neque omittendum id quoque, vicenos dentes elephantorum grandes Aethiopas eadem causa pendere solitos. & subdit. raram arborem ebenum; ideo fortasse in tributorum autoritate tertia res fuit ebenus: Romae eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Haec Plinius. Vocatur autem Hebraeis הובנים hobnim, quod quidem retinuisse videtur Graecae, ac Latinae linguae nomen, Hispanica, Itala, ac Gallica ab eis mutuatae sunt: estque ita solidum, ac ponderosum lignum, vt in aqua natare minimè queat. Creditur tamen tenuis esse substantiae Aëtio teste, & abstergentis virtutis: quo circa oculorum caliginem discutere creditur, quapropter eorundem medicamentis miscetur. Cuius arboris virtutem minimè agnouit Tyrus; quod si agnouit, tanto caecitatis amore tenebatur, vt debitis medicamentis vti noluerit. Quare subditur: *commutauerunt in pretio tuo*. Septuaginta: reddebas mercedes tuas, quasi dicant: Ebur, & ebenum reddebas mercedem, aut pretium reliquarum mercium. Hebraicè אשכר escar à verbo שכר sacar, quod ebrium esse significat. Quamobrem Sicar nomen Hebraeis omnem potum confectum significat, qui inebriare potest: quam vocem interpretes paulo deflexa voce siceram verterunt, quasi dicant, inebriatiuum. Sic in Psalmo, *& in me psallebant, qui bibebant vinum*. Chaldaeus: Fui cantilena illorum, qui vadunt bibitum siceram. & in Prouerbijs: *Noli Regibus ò Lamuel, noli Regibus dare vinum*. Ex Hebraeo sic verti potest, Non est Regum, Lamuel, non est Regum bibere vinum, & principum non est sicera: *ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent*, commutent *causam*, iudicium causae *filiorum pauperis*. qui locus allusionem fecisse videtur ad hanc, quam examinamus, vocis significationem, pretij, muneris, aut doni, quae inebriatiua dicuntur, quasi vinum, aut sicera: quod potissimum vini genus principibus interdicitur, ne eo inebriati obliuiscantur iuris, & pauperum filij patiantur, commutata causa, seu iure creditorum in debitores. Hoc quoque vinum respexisse videtur Ioannes in Apocalypsi, describens Babylonicam meretricem, habentem in manu poculum inebrians, seu dementans homines, cuius meretricis ruina huic vno sceleri adscribitur. *quia mercatores tui erant principes terrae*. principes diuendentes iudicia, mercatores potius, quàm principes uocandi: *quia in beneficijs*, muneribus, ac donis *tuis errauerunt omnes gentes*. Quis est enim hic, *qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia, & thesauris, quis est hic, & laudabimus eum?*

Syrus negotiator tuus. Hebraicè ארם aram. Fuit autem Aram filius Sem, nepos Noe, à quo exaedificata Armenia nomen sortita est, siue Armeniam dictam

Michaelis Glicae, Zonarae, & Eustathij testimon.

Polychr.

Locus alicui subiectus dicitur eius manus, & quare.

Isa. 56. ℣. 4. & 5.

Ierem. 6. ℣. 2. & 3.

Plus se extendit mercatorum insatiabilis sitis, quàm dominandi cupiditas.

Ebenum quid. Symmach. Theodor. Hieron. R. Dauid.

Virgil. 2. Georg. Seruius.

Plin. lib. 12. c. 4.

Herod. lib. 3. qui Italia inscribitur.

Aëtius.

Caeca Tyrus caecitatem dilexit.

Eccli. 31. ℣. 8. & 9.

Ps. 68. ℣. 16.

Prou. 31. ℣. 5.

Munera inebriant principes, ac iudices.

Apocal. c. 17. ℣. 4.

Syrus Armenius est. Gen. 20. ℣.

Universidad de Deusto Biblioteca

dictam putes, etymologiam considerans ab altitudine situs. Altissimam verò omnium terrarum orbis Armeniam esse, vel ex eo solùm Genesis testimonio constare potest, quo in montibus אררט ararat, exacto diluuio arca Noe resedisse dicitur: quorum montium nomen aptissimè Latinus vertit Armeniae: cùm constet montes Ararat in Armenia sitos esse. A prouincia eius שור sur dicta, tota regio appellata est Suria, quae Latinis dicitur Syria: cuius diuersitatis causam ex Graecis emanasse credimus, quibus Y. ypsilon valet V. quod in multis locis obseruare licet. Vnde factum est, vt & ipsa Syria ab eius incolis nuncupetur hodie Suria: quin & Cornuto, & Cassiodoro teste in libris veterum inueniuntur huiusmodi voces, Suria, Suracusas, Sumbola, Sucophantas, & alia huiusmodi. Ex quibus manifesta est ratio, propter quam dicta sit Syria, quae prius appellabatur Armenia: quamuis aliqua eius pars primaeuum nomen retinuerit. Porro, quoniam longa, & lata Armenia est, ideo in multas diuisam regiones secundum vrbes earum distinctis appellationibus cognominatam legimus: dicitur enim propter Damascum, aram damesech, hoc est Syria Damasci in libris Regum. & Syria, in qua est צובה tsobah aram tsobah dicitur. Est autem illa, quae inter Libanum, & Antilibanum iacet, & corrupta voce Caua Syria, & è Graecis Coele, ob demissam à decliuitate montium planiciem: quod idem sonat Hebraeis tsobah. Dicitur etiam in libris Psalmorum ארם נהרים aram naharaiim, hoc est Syria duorum fluminum, quae sine dubio illa est, quae Graecis μεσοποταμία mesopotamia, Latinis interamnis dicitur; eo quod inter Euphratem, & Tygrim sita sit. De ea fit mentio in Deuteronomio, *Conduxerunt Balaam filium Beor, de Mesopotamia*, quae in Hebraeo Aram naharaiim, hoc est Aram fluuiorum vocatur. Et in libro Iudicum, vbi dicitur, *Chusan Rex Mesopotamiae*, eadem vox reperitur. Insuper etiam ארם מעכא Aram Maghacha, fortè à Maacha filio Hacor ex Rheuma vxore, qui ciuitatem de suo nomine appellauit, dicta est. Fit autem plurium ex his prouinciarum in libris Regum mentio: nam legimus: *Videntes autem filij Ammon, quod iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syriam Rohob, & Syrum Soba viginti millia peditum: & à Rege Maacha mille viros.* Et iterum: *Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo*. D. Hieronymus reprehendit Septuaginta, propterea quòd vice Syriorum homines interpretati sunt: pro ארם aram legentes אדם adam, litterarum decepti similitudine. Verùm fortasse non errore, sed consultò Syrios, mercatores Tyri, homines vocant, quasi dicant, Adaminos, seu filios Adam, *qui terrena sapiunt*. de quibus admirans idem Hieronymus sic scribit: Vsque hodie autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor, qui per totum mundum lucri cupiditate discurrunt, & tantam mercandi habent vesaniam, vt occupato nunc orbe Romano, inter gladios, & miserorum neces quaerant diuitias, & paupertatem periculis fugiant. Syros, Arimos vocat Homerus teste Posidonio; Strabo affirmat suo tempore Aramos vocari: Iosephus eos vocat Aramaeos. Idem Strabo sic etiam à se ipsis nominari tradit; sed per duplex, m, Arammaeos scribit.

Propter multitudinem operum tuorum. Septuaginta, à multitudine mercatus tui. Theodoretus verò versionem Septuaginta sic legit: Et ijs, qui introducebantur, reddebas mercedes tuas homines negotiationis tuae, à multitudine commistos tuos; quam sic interpretatur. Haec autem omnia, inquit, tu suscipiens reddebas comportantibus mancipia, cùm colonos plurimos haberes. hos enim commistos vocauit, ex alijs quidem gentibus profectos; sed cum ipsis habitare non recusantibus. Quòd autem vulgata legunt, *operum tuorum*; Hebraicè habetur מעשיך maghasaiich, à verbo עשה ghasah, quod facere significat, cui opponitur otiari: in qua significatione loquebatur Pharao de Israëlitis captiuis dicens: *Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus*. Ex Hebraeo sic verti potest: Aggrauetur seruitus virorum, vt faciant in ea, & non respiciant ad verba vana. Quo quidem nomine aptissimè compellantur diuitiae, opes, ab eo, quod est, opus, seu operatio. Hanc phrasim aptissimè interpretatur Hispanica, facere enim dicunt hazer, inde hazienda significat id, quod faciendum, vel factum est non sine labore: & eodem prorsus nomine diuitias, & opes, seu gazam vocant: id vnum hisce appellationibus significantes, quid facto opus sit ei, qui diues cupit euadere. Quam quidem sententiam optimè persequutus est D. Bernardus: Hinc, inquit, diuitiarum amor insatiabilis longè amplius desiderio torquet animam, quàm refrigeret vsu suo: vtpote, quarum acquisitio quidem laboris, possessio verò timoris, amissio plena doloris inueniatur.

Gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Gemma Hebraicè dicitur נפך benophech, quam vocem Septuaginta intactam reliquerunt; sublata verò est à codice Sixtiano propter Hieronymi testimonium, asserentis ex Theodotionis editione in editionem Septuaginta irrepsisse, pro eoque Symmachum conuertisse, polymita. De significatione autem huius vocis variè sentiunt linguae Hebraicae interpretes. Rabbi Dauid putat significare lapidem pretiosum nigri coloris: Hieronymus verò in Exodo vertit carbunculum: Targhum in Exodo, & Ezechiele, vertit smaragdum. Verùm vocis originem inquirens, reperi deduci à verbo חפך haphac, quod significat Hebraeis idem, quod Latinis, verto, cum suis compositis: inde deducitur nomen פוך phuch, fucum significans, seu colorem, quo fucatur, seu conuertitur facies, vel oculi. In qua significatione accipitur in libris Regum, dum referunt Iezabelem, quae *introitu eius*, Iehu, *audito depinxit oculos suos stibio*, seu fuco. Et apud Ieremiam: *Cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio*, fuco, *oculos tuos frustra*, &c. Significat etiam haec vox pretiosum quendam lapidem, sic dictum à mutatione coloris. Fit eius mentio in libris Paralipomenon: de quo eodem putant nonnulli loquutum Prophetam nostrum, essèque lapidem rubei coloris, nempe eius, quo fucantur feminarum genae, quasi fragmen mali punici, qui nimirum lapis Hispanis dicitur rubi. Est & alius lapis, qui Hispanis dicitur granate à malorum granatorum colore, cui est magis proprium immutare colorem; in superficie enim tam est lucidum, vt rubeum colorem auro permistum praeferat: intus verò purum, & magis obscurum. Sed si cum Symmacho de vestibus sit sermo, Vestem polymitam intelligi credetem, non quam Plinius Polymitam vocat, quamque in Alexandria primò inuentam affirmat, quae plurimis licijs sit contexta, sicuti similitudine quadam deceptus asserit neotericus quidam; sed eam, quae ex duplici colore tantùm texta, non permistis, sed licijs rectis vnius coloris, & transuersis alterius; quò fit, vt vestis in varios colores mutari videatur,

Gen. 8. ℣. 4. Armenia omnium terrarum altissima, & quare.

Annaeus Cornut. lib. de enunciatione citatus à Cassiodoro lib. de orthogra.

2. Reg. 8. ℣. 3.

Psal. 59. in titulo.

Deut. 23. ℣. 4.

Iudic. 3. ℣. 8.

2. Reg. 10. ℣. 6.

Ibi. ℣. 8.

Hieron.

Aram in Adam commutatur, quoniam Arameni, mercatores Adamani, hoc est, terreni dicuntur.

Hieron.

Homerus apud Posidon.

Strabo.

Ioseph. citat.

Theodor.

Opes sic dictae, quasi opus opera plenum.

D. Bern. ser. de conuers. ad cleric. c. 12.

Gemma quae.

Hieron.

Symmach.

R. Dauid.

Hieron. Exo. 28. ℣. 18. & c. 39. ℣. 11.

Targh. Exo. 28. ℣. 18. & Ezech. 28. ℣. 13.

4. Reg. 9. ℣. 30.

Ierem. 4. ℣. 30.

Haphac rubinum significat.

1. Par. 29. ℣. 2.

Symmach.

Quae sit polymita vestis.

Plin. lib. 8. c. 48.

videatur, prout magis illuminata est, vel minus. Quapropter ad Hebraicam vocem alludentes, ac rem ipsam significantes, vocant eam Galli changeant, Itali cangiante, Hispani tornasol. Complutensis verò codex legit, in textu vulgatae, pro *gemmam* guttam, sequutus Theodoretum, qui inter vnguenta id commemorat pretiosissimi odoris; idemque elle affirmat cum eo, quod nos balsamum vocamus. Alij stactem cum Septuaginta putarunt: sed non est nostrae disputationis id hoc loco examinare. De purpura, & byssо iam satis initio capitis egimus. De scutulatis Plinius ait: Scutulis vestes diuidere Galliam primùm inuenisse; eam putant nonnulli, quae orbibus quibusdam, quasi scutulis sit diuisa: alij verò putant texturae plagis distinctam, quales in aranearum telis visuntur. Nos autem ex vi nominis nihil aliud deduci posse putamus, quàm distinctam scutulis vestem tum huius, tum alterius cuiuscumque figurae. Forsan ea vestis est, quam nos sericam Damascenam, vulgò damasco appellamus: eius meminit Iuuenalis:

Caerulea indutus scutulata, aut galbana rasa.

Hebraicè ריקמה richmah, inde videtur Italia dixisse vestem eam rechamata.

Sericum. Hebraicè ראמת raamoth, quod Septuaginta eadem voce reddiderunt: Polychronius verò amethystum interpretatur. Est autem Plinio violacei coloris gemma, nomen habens à vini colore: quem prius quàm degustet, in violam desinit, quae sunt Plinij verba. Alucinari eos ostendit Plutarchus, qui gemmae nomen datum putant à praesidio profligandae temulentiae. Theophrastus vineo colore esse dicit: Tryphiodorus, quòd diluti coloris formam referat: Dionysius Afer, quòd leniter purpureum colorem affectet. Quo circa interpretanda videntur vulgata nostra de serico eiusmodi coloris, prout solet pretiosi coloris nomine ipsamet vestis significari; id quod de purpura, & hyacintho diximus. Verùm, ex qua materia hoc sericum fuerit confectum, non satis constat: de serico enim sic scribit Alexander, cum alijs orbis terrae mirabilibus hoc conferens. Vsu quodam, inquit, assiduoque experimento didicimus, ex minimis, paruisque seminibus leui calore fotis, animari vermiculos mirabili constituto, qui fronde contecti, & educati, paulo post, cùm adoleuerint, sericum, vnde nobis pretiosarum vestium vsus est, ex se emittunt: & demum, cùm adulti sunt, gignunt, seu potius texunt ex se cucullos, & follicula, in quibus reconditi immoriuntur; indeque enascuntur papiliones candidiuli, qui inuicem nexi, pariunt semina, ex quibus denuo nasci queant. Nobis haec quotidiano, assiduoque vsu viluerunt; quae si alijs narrentur, ficta, & commentitia proculdubio videantur. Sed illud mirandum omnino est, quod Procopius Graecus auctor monumentis recentium historiarum prodidit, Iustiniani temporibus inuentum hoc serici sollertis ingenij quaesitum, primùm in Italiam allatum, cùm antea incompertum foret, & incognitum. Haec ille. Ex cuius verbis licet coniectare, sericas vestes ex vermiculis, quales hodie visuntur, apud prius saeculum, & veteres Romanorum non fuisse: licet byssus, & purpura, ac vestes sericae dissimili videlicet licio contextae, omnium sermonibus celebratae sint. Pausanias verò cuiusdam rei nostro serico similis meminit, cùm de Elide sic scribit: Nascitur in eorum terra vermis, quem serem Graeci, ipsi longè alio appellant nomine: magnitudine est id insectum dupla maximi scarabaei, cetera araneo simillimum: hos seres accurate nutriunt, sellas illis cùm aestiuas, tum hibernas fabricantes: pedibus (habet verò octo, quot & araneus) sub arboribus textile opus facit. Annos ferme quatuor panico alitur; quinto demum (neque enim longior contingit vita) viridem opponunt arundinem, quo pabulo bestiola illa maximè delectatur, eo satur, sagina rumpitur; educunt inde è visceribus staminum volumina. Verùm cùm vermium & natura, & nomen conueniat cum bombycibus, in quibus ab alijs auctoribus, & ab experientia nobis notissima dissentit, à veritate aberrasse credimus Pausaniam, falsa alicuius narratione delusum, dum de re, quam non viderat, scribit: cùm ea narret, quae in Elide remota sibi regione accidere solita sint. Quare cum Isidoro seres, & bombyces pro eodem accipimus. Neque obstat Clementis Alexandrini testimonium, Indicos seres, & operosos bombyces à iuuenum vsu ablegandos omnino praecipientis; quo quidem seres à bombycibus distinguere videtur. Etenim, illi quidem, qui aluntur moro alba, differunt subtilitate, & perfectione staminis ab alijs omnibus bombycibus. At quoniam in grauissimum Patrem incidimus, non alienum erit eius de bombycibus testimonium subijcere. Est autem (inquit) bombyx primùm vermis, deinde aspera ex eo nascitur eruca, post quam in tertia metamorphosi nascitur papilio, quem nonnulli appellant nechydalon, ex quo nascitur longum stamen, quemadmodum ex aranea tela araneae: Hactenus Clemens Alexandrinus. Procopium verò falli absque dubio putamus, dum sericum Iustiniani temporibus in Italiam primùm allatum fuisse commemorat, de quo Aristoteles mentionem fecerat: nisi sit interpretandus, eiusmodi commentum coepisse frequentius exerceri, cuius tam rarus vsus antea fuisset, quasi nusquam fuisset cognitus. Vel potius cum Zonara referente vermiculorum semen sericum facientium, à monachis quibusdam ex India Constantinopolim Iustiniani tempore adductum: cum quo potuit bene conuenire sericum filum, vel telam sericam, prioribus saeculis in Europam comportari solita; quod Procopius, aut Zonaras non negauerunt. De nominis autem Hebraici significatione hoc accepimus à peritis, deduci à radice ראם raam, quae eleuationem, seu leuationem significat apud Zachariam, dum dicit: *Et exaltabitur, & habitabitur in loco suo*: inde ראם reem nomen animalis, quod D. Hieronymus nunc vertit vnicornem, nunc rhinocerotem. Est autem rhinoceros animal quadrupes, habens in nare vnum cornu, vt ait Plinius, genitus hostis elephanto, cornu ad saxa limato praeparat se pugnae. Solinus repandum, hoc est recuruum esse eius cornu affirmat, & attritum cautibus in mucronem excitare, pugnare cum elephantibus, longitudine parem, breuiorem cruribus. Pausanias rhinocerotem affirmat duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex naribus exstans; alterum, quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum: vocaturque hoc animal reem, quasi, quòd cornu in altum tollat, vel motu ad feriendum, vel (quod magis verisimile est) quòd fortitudine, ac robore super omnium animalium cornua cornu suum exaltet, hoc est validius sit, potentissimumque esse demonstret. In qua quidem significatione accipitur à Moyse, dum benedicit Iosephum, dicens, *quasi primogeniti tauri pulchritudo eius*. non effeminata, & imbellis, sed robusta, & potens, *cornua rhinocerotis, cornua eius*. hoc est vires, arma, potentia, *in ipsis*, &c. Et Regius psaltes: *Et exaltabitur*

Scutulatae quae. *Plin. lib. 8. c. 48.* *Tiraq. lib. 5. c. 18. genial. Nomencla.*

Iuuen. Sat. 2.

Sericum quid. *Polychron. Plin. lib. 37. c. 9.*

Plutarch. Theophrast. Tryphiod. Dion. Afer.

De serici natura. *Alex. ab Alex. lib. 4. genia. c. 9.*

Procop. lib. 1. belli Persici.

Paus. lib. 6.

Theodor.

Isid. lib. 19. Origin. *Clem. Alex. lib. 2. peda. cap. 10.*

Arist. 1. de nat. animal.

Zach. 14. ℣. 10.

Hieron.

Plinius.

De vnicorni seu rhinocerote.

Solinus.

Pausanias.

Exaltare cornu idé quod potentissimum.

Deut. 33. ℣. 17.

Ps. 91. ℣. 11.

tur

tur ſicut vnicornis, Hebraea, & Chaldaea, ſicut naricornis, verbum è verbo reddiderunt. *cornu meum*. hoc eſt ibi tantùm vires, ac potentia mea (id enim ſignificat cornu, vt ex contextu patet) perditis inimicis Dei, & diſperſis omnibus operantibus iniquitatem praeualebunt: vt, ſicuti reliquorum animalium cornua robore, pulcritudine, ac ſoliditate à cornu rhinocerotis ſuperantur: ita ſupra omnium vires meae exaltabuntur, & creſcent. Deducitur etiam ex hac voce tur, & creſcent. nomen ראמות raamoth, quam nonnulli putant coralium ſignificare; fortaſſe quia procreatur in mari, ſimileque eſt cornu, refertque colore amethyſtum lapidem. verùm potius de ipſomet animalis cornu intelligendum putarem; cùm & magni pretij ſit, vtpote venenis medicamentum praeſtans; maximaeque aeſtimationis apud principes viros, quibus eſt à venenis timendum; quod non tantùm experientia didicimus, ſed etiam teſtimonio Iobi. Nam, quae nos legimus: *Excelſa, & eminentia non commemorabuntur in comparatione eius*, ſapientiae ſcilicet; ex Hebraeo ſic verti poſſunt. Nulla mentio fiet raamoth, & ghabis pretioſi lapidis, nempe cornu rhinocerotis, & gemmae nihili fient, ſi cum ſapientia comparentur: Sapientia quoque margaritis praeponderat.

De cornu rhinocerotis.

Iob 28. ℣. 18.

Latinis autem ſericũ à Seribus Indiae populis nominari putant neoterici, eorum meminit Virgilius:

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

Virgil. 2. Georgic.

Et Seneca.

Quae fila ramis vltimis Seres legunt.

Seneca.

Et Ouidius:

Vela colorati qualia Seres habent.

Ouid. lib. 1.

Eorum meminit Strabo.

Strab. lib. 15

Et chodcod. Hieronymus: Quid ſignificet *chodchod* adhuc inuenire non potui: Aiunt Hebraei omnes pretioſiſſimas merces hoc nomine ſignificari: vel ſpeciem quandam eſſe pretioſarum mercium, quam Romanus ſermo non reſonet: vel communi vocabulo ſcruta. Theodoretus chodcod autem gemmam, quae onyx dicitur nominari exiſtimat. Polychronius putat intelligendum pretioſum illum lapidem Alabandenum nuncupatum; quae interpretatio cogit nos vocis ſignificationem exquirere. Fuit Alabanda vrbs Cariae, teſte Stephano, ab Alabando, quem Calliroë Meandri filia ſuſcepit, nomen ſortita eſt; quod nomen, ſtrenuè ſe gerens in equeſtri bello, meritò obtinuit: Cares enim ſua lingua ala vocant equum, & banda victoriam: vnde Alabandus idem ſignificat, quod equo vincens; eamque vocem apud Romanos in vſu fuiſſe dicit, vt victoriam vocarent bandam. Vnde coniectare licet illud, quod vulgò nunc dicitur banda, militibus frequens victoriae inſigne olim fuiſſe, nunc nomen tantùm retinere: itemque vexillum, quod vulgò dicitur Romanis bandiera, inde etiam nomen traxiſſe. Alabandenum ergo, ſeu Alabandinus idem erit carbunculus, quem alabandicum vocat Plinius, ſic loquens de carbunculis: Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignis appellati, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id à quibuſdam apyroti vocati. Horum genera, Indici, & Garamantici: quos & carchedonios vocauere propter opulentiam Carthaginis magnae: adijciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur Alabandis; Haec Plinius. Hinc fit, vt à multis chodchod carbunculus, ab alijs vnio Latinè reddatur.

Theodoret. Polychron.

Chodcod, quid ſignificet.

Alabanda vrbs quae. Stephan. in com. de vrb.

Alabandus quid ſignificet.

Plin. lib. 37 cap. 7.

Iuda, & terra Iſraël, ipſi inſtitores tui in frumento primo. Connumeratis ijs, quae ad delicias, luxum, & opes neceſſaria ſunt, accedit Vates ad enumeranda ea, quae ad victum mercatoribus de longè venientibus neceſſaria erant: fruſtra enim vniuerſarum mercium diues eſſet emporium, à quo annonae caritas arceret emptores. Haec autem omnia ex terra Iuda, hoc eſt, Hieruſalem, & terra Iſraël afferebantur, vtpote, quae omnium rerum victui neceſſariarum abundaret copia, quod ex multis ſacrae Scripturae teſtimonijs tam clarè patet, vt confirmatione non egeat. Verùm, quoniam peculiari phraſi hoc teſtatur ſcriptura; ideo vnum, aut alterum afferam teſtimonium noſtro textui perſimile. In pſalmo ſic habetur: *Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle ſaturauit eos.* Chaldaeus ſic tranſtulit: Et cibaui eos de optimo pane tritici, & de rupis melle ſaturaui te. Adeps vocatur in ſacris libris, quidquid eſt in vnoquoque genere optimum, ſelectiſſimumque, ſicuti ex carnibus ſuauiſſimae ſunt pingues, & adipe redundantes. Quare *comedite pinguia* ſignificat ſelectiſſimos, & ſuauiſſimos cibos. Quo circa loci ſenſus erit: Habitantes Palaeſtinam cibauit Dominus tritico optimo, pane lectiſſimo, ac delicatiſſimo, quem producent illis valles; prout in pſalmo alio promittitur: *& de petra* de rupibus, ac montibus, qui, quod ſaxoſi eſſent, videbantur fore ſteriles, *melle*, hoc eſt rebus mellitis, dulcibuſque fructibus, melimelis: montes enim illi redundant palmis, oleis, ficubus, vitibus, & eius generis ſtirpibus, dulciſſimos proferentibus fructus. Hic locus quaſi commentarius quidam videtur eſſe eius, qui in Deuteronomio habetur: *Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum*; nempe frumentum vallium, *vt ſugeret*, hoc eſt, magna cum ſuauitate, ſine vllo labore degustaret *mel de petra*, in montibus ſua ſponte naſcens, *oleumque de ſaxo duriſſimo* germinantibus vberrimis oliuis in ſaxis ſilice durioribus. Quibus quidem omnibus in figura illis contingentibus, noſter caeleſtis panis, *frumentum electorum, & vinum germinans virgines* deſignatur, cum caeleſtis dulcedinis melle, ac diuinae gratiae, & conſolationis pinguedine. Triticum ergo optimum, ac pingue, quo terra Iuda, & Iſraël abundabat, Tyrum deferebatur quaeſtus cauſa. Hebraicè hoc triticum dicitur מנית minnit, quam vocem R. Selomo interpretatur, quaſi dicat in frumento numerabili, hoc eſt in tali frumento, vt prae magnitudine grana numero, non menſura diuendantur: quam explicationem in libro Midras Ageda reperiri teſtatur. vel iuxta R. Dauid Chimchi Minnit eſt nomen loci in terra Iſraël optima frumenta producentis; ad cuius frumentum alluſiſſe videtur textus Hebraeus, ſcribens בחטי מנית behite minnit, ſtatuens priorem vocem in ſtatu regiminis: quaſi dicat, in frumento ex Minnit allato, vel ſimili ei, quod ex Minnit afferri ſolet. Id optimè expreſſit vulgatus, vocans eiuſmodi frumentum primum, hoc eſt, praecipuum, & excellens.

Terra Iuda, & Iſraël rebus victui neceſſarijs abundans.

Pſal. 80. ℣. vlt.

Adeps ſignificat optimum in eo genere.

Nehem. 8. ℣. 10.

Pſal. 64. ℣. 10.

Deuter. 32. ℣. 13.

Euchariſtiae Symbola.

Zach. 9. ℣. 17.

R. Selomo.

R. Dauid.

Balſamum. Hieronymus: Verbum Hebraicum פנג panag. Aquila, Symmachus, & Theodotio, ita vt apud Hebraeos poſitum eſt tranſtulerunt: pro quo Septuaginta vnguenta, nos *balſamum* vertimus. Quod quidem inter odorata vnguenta commemorat Plinius: Sed omnibus, inquit, odoribus praefertur balſamum vni terrarum Iudaeae conceſſum, quondam in duobus tantum hortis, vtroque Regio, altero iugerum viginti non amplius, altero pauciorum; oſtendere arbuſculam hanc

De balſamo, eiusque arbore.

Hieron. Aquila. Symmach. Theodot.

hanc Vrbi Imperatores Vespasiani, clarumque dictu, à Pompeio Magno in triumpho arbores quoque ductas (sic enim legendum censeo, non duximus, vt mendosi codices habent) & statim arbusculam describit dicens: Quippe viti similior est, quam myrto: malleolis seri dicitur nuper vincta vt vitis: & implet colles vinearum modo, quae sine adminiculis se ipsae sustinent. Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit, properatque nasci intra tertium annum fructifera: folium proximum rutae perpetua coma: Haec Plinius. Verum alibi etiam nasci balsamum iam scriptores tradunt. Dioscorides, in Aegypto. Strabo siluestre nasci tradit in maritimis Sabaeorum. Pausanias balsami arbores in Arabia describit myrtorum magnitudine foliis amaraci. Immo & ipsam Iudaeam à Sabaeis accepisse balsami plantam tradit Iosephus, dicens: Aiunt etiam, quòd balsami plantam, cuius hodieque ferax est nostra regio, illius reginae (Aegypti, & Aethiopiae Reginam vocat ipse) munificentiae referri acceptam oporteat. Quem (vt Plinius ait) bello partum balsami fruticem ferebat Fiscus Romanus in magna copia. At nunc, vtpote solo non natiuum, ita perditum videmus, vt eius nullum exstet vestigium, neque memoria per totam Italiam. Nos tamen fruticis eiusdem figuram margini adiecimus, sicuti ex aereo semificlo sollerti diligentia bonae memoriae P. Hieronymi Pradi quaesito accepimus, & gratissimum eiusdem inter alia monumentum retinemus: ex quo, licet nonnihil vetustate attrito, quoniam satis apparent hinc palmae configuratio, cum inscriptione שקל sechel; illinc balsami cum hac alia חצית chatsit, hoc est dimidium sicli, ponduscque congruit cum semisicli Hebraici pondere, prout fusè Deo dante differemus, cùm de ponderibus, & mensuris Hebraeorum suo loco agemus: ideo fuisse veram imaginem semisicli, quo post captiuitatem Babylonicam vtebantur Hebraei, proferente symbola patriae, nempe balsamum, & palmam, omnino existimamus.

Dioscor. Strab. lib. 16. Pausan.

Iosephus 8. Antiq. c. 2.

Plin. lib. 12. c. 25.





Hieron. Hieronymus his verbis interpretatur hunc locum: Dicitur autem, inquit, quibus terra Iudaea, quae nunc appellatur Palaestina, abundet copijs, frumento, balsamo, melle, & oleo, & resina, quae à Iudaea, & Israël ad Tyri nundinas deferuntur.

Theodor. Theodoretus: Tanta enim erat, inquit, ex Iudaica negotiatione, quae ad te afferebantur, abundantia, vt indigenae tui, & hospites, & coloni comportatis bonis fruerentur alijs ad vsum edendi, alijs ad odoris delicias. Idem ferè Polychronius.

Polychr.

XVIII. De ciuitate Damasco.

Isa. 7. ℣. 8. *Damascenus negotiator tuus.* Damascus ciuitas opulentissima, sita in campo plano ad Septemtrionem terrae promissae vltra Libanum montem, *caput Syriae* ab Isaia, vel potius ab ipso Domino nuncupatur: nec tantùm hoc insigni nomine commendatur; verùm etiam, *ciuitatem laudabilem, vrbem laetitiae* vocat eam Ieremias. Quin & inter profanos Iulianus, veram Iouis vrbem, totius Orientis oculum eam nuncupat. Iosephus verò de eius conditore sic loquitur: Ex Aram verò quatuor liberis Vses habitator Trachonitidis fuit, Damascique conditor: ea sita est Palaestinam inter, & Syriam cognomine Caelem. D. tamen Hieronymus, postquam Iosephi sententiae meminit, Damascum à Damasco filio Eliezer procuratoris domus Abrahami conditam, & nuncupatam scribit. Ex quo quidem intelligere licet, vrbem hanc ab Hus conditam, & Aram nuncupatam: hoc enim vrbis proprium nomen fuisse testatur Hieronymus, à qua tota prouincia nomen accepit: deinde verò à Damasco reaedificata ciuitas, & illustrior effecta, eiusdem nomen retinuit. Quod quidem Iustini historici testimonio comprobari potest, quod hic addam; vt constet, quantis nugarum fucis confundant historici gentium Hebraeorum historias, quas ignorabant. Est autem Iustini testimonium huiusmodi: Fuit namque Iudaeis origo Damascena, quae Syriae nobilissima ciuitas est. vnde & Regibus genus ex Regina Semiramide fuit. Nomen vrbi à Damasco Rege inditum, in cuius honorem Syrij sepulcrum Aratis, vxoris eius pro templo colunt, deamque exinde sanctissimae religionis habent. Post Damascum, Abraham, Moses, Israël Reges fuere. Haec ille. *Negotiator tuus.* In codice Complutensi, & apud Theodoretum Septuaginta legunt; ἐμπορία σου emporia sou, hoc est, negotiatio tua, siue, emporium tuum: quasi dicat, non solùm in tuis nundinis negotiabantur Damasceni; sed & tui ciues in Damascenis nundinis. Vel, Damascus erat tibi quasi emporium; tantopere negotiabaris in illa. Sixtianus autem codex cum nostra vulgata legit, negotiatores.

Iustin. lib. 36.

Damascus erat Tyro pro emporio.

In multitudine operum tuorum. Polychronius: Quae apud te, inquit, fiebant, Damascus emebat: mercaturam igitur exercebas, & huic superflua diuendens, & inde aurum colligens. Theodoretus: A multitudine, inquit, omnium opum tuarum, quae apud te gignebantur, emebat Damascus: negotiabaris igitur cum ipsa quoque, ei vendens, quae tibi superabant, & inde aurum cogens.

Polychr. *Theodor.*

In copia diuersarum opum; quas, inquam, afferebat Damascus Tyrum. Describunt enim historici duos amoenissimos, & nauigabiles fluuios, *Abana, & Pharphar*, quorum Naaman Syrus meminit, eos Iordani praeferens: & ille quidem à Meridie, & Occidente vrbis moenia alluens; hic autem vrbem ipsam medius praeterfluens, vrbem omnigenis mercium copijs ditant: ex quibus non mirum est, multas Tyrum allatas, vt cum alijs Tyrianis commutarentur. Tanta est enim mercatoribus nouarum mercium in mercimonijs sitis, vt nouis venientibus, nouas semper exoptent, & quaerant; haud secus, quàm sitientes potis aquis marinis, quae salsugine potius sitim excitant, quàm exstinguant. Septuaginta, δυνάμεως dynameos, quam vocem, Hieronymus: in multitudine omnis fortitudinis tuae: Theodoretus: in multitudine potentiae tuae: Codex verò Sixtianus: e multitudine omnis fortitudinis tuae interpretantur: qui omnes vim exprimunt vocis Graecae δύναμις dynamis, quae potentiam, virtutem, imperium, vim, & facultatem significat. Accipitur etiam pro exercitu, & copijs. Notant autem Graeci hac voce significari id, quod est quasi principium, & origo potentiae: sicut semen, quod est magnarum arborum origo: quo nomine commercia, seu potius opes ciuitatum aptissimè appellantur. Sunt enim quasi omnis potentiae, & fortitudinis semina, vis, ac virtus.

De duobus fluuijs Damasci. 4. Reg. 5. ℣. 12.

Diuitiarum sitis diuitijs augetur, vt sitis sale.

Hieronym. *Theodor.*

Opes, quasi vis, ac virtus ciuitatis.

In vino pingui, & lanis coloris optimi. Hieronymus: Pro vino pingui, quod interpretatus est Symmachus, & apud Aquilam, & Theodotionem, & in ipso Hebraico habetur חלבון chelbon, vinum de chelbon. Septuaginta verò in Complutensi habent chelmon: in Sixtiano verò, & apud Theodoretum chelbon. Polychronius Symmachum refert χαλβάνη chalbanin galbanum interpretatum fuisse, quem, vinum pingue reddidisse testatur Hieronymus. Verùm vtrumque coniungit Theodoretus: vinum pingue, inquit, de Chelbon. Scholiastes Chelbon dicit opidum, quod Malaba dicitur: ergo apud Syros Maelbe

Vinum pingue quale. *Hieron. Symmach. Aquila. Theodot. Theodoret. Polychron.*

Scholiast.

Universidad de Deusto Biblioteca

R. Manach. Maelbe vocatur. R. Manachem vinum optimum reddidit: quo modo etiam per frumentum pinque optimum frumentum significare solemus. B. verò Hieronymus vocis etymologiam interpretatus, Chelbon lacteum significare dicit, hoc est, vinum ita gratum, gustuique ita suaue, vt quasi lac, palatum demulceat. Ad quam vini generositatem, & copiam alludere videtur ipsum Damasci Hebraicum nomen דמשק dameſec, quod compositum videtur à דם dam, quae vox sanguinem significat: & propter consimilem colorem, vinum rubrum; in qua notione sumitur in Deuteronomio, quam ad verbum transtulit vulgatus, dicens: *& sanguinem*, hoc est vinum, sanguineum colore *vuae*, ex vuis, vel vitibus, *biberet meraciſſimum*, generosissimum. Secunda nominis particula est שק ſac, quae saccum significat, consimili voce apud omnes ferè gentes idem significante, hoc vno discrimine, quod multis nationibus, tantum saccum lineum, aut laneum, solas res solidas; apud Hebraeos etiá liquidas continentem, indicet: quare vox composita saccum vini significat; consimiliq́ue acceptione componitur vox Graeca ab αἷμα hema sanguis; & ἀσκός ascos, ideſt vter, quae tamen vox ἀσκός ascos litteris transpositis saccum significat. Quoniam autem magna fuit ibi vini fertilitas, & copia, ideo finxerunt nonnulli Bacchum in sacco ibidem habitasse.

Damasci etymologia.

Deuter. 32. ℣. 14.

De lana. Hieron. *Et lanis coloris optimi*, Hieronymus; vbi nos posuimus, lanis coloris optimi, vel splendentibus, Aquila, & Theodotio verterunt, in lanis soor: significat autem, inter ceteras negotiationes Tyri, ad nundinas eius à Damasco deferri solitum vinum pinguissimum, & lanam praecipuam: quòd etiam nunc cernimus. Septuaginta apud Hieronymum: & lanam de Mileto: apud Theodoretum: lanam lucidam de Mileto; quem locum cum praecedenti sic illustrat: Vndique tibi, inquit, bona afferebantur, vinum dulce, & odoratum ex hac gente (Chelban) optimaq́ue lana è Mileto.

Theodor.

De Mileto vrbe. Haec autem vrbs olim quidem & ipsa Ioniae, nunc verò Cariae est. Verùm, quod magis tenere videtur Latinus, & Hebraeus textus, non dissentiente Graeco, hoc illud est, quod ex Hieronymo attulimus, nempe, mentionem fieri de opibus, vino, & lanis è Damasco Tyrum allatis. Quòd si opidorum, vel regionum aliquarum sit praeterea mentio ab aliquo interprete, iuxta Hebraea id tantùm intelligendum est, ex his locis generosa vina, aut lanas magnae aestimationis, & pretij asferri solitas; ac propterea vsum obtinuisse, vt tale vinum, Chelbon; eiusmodi lanae è Mileto, dicerentur; veluti nunc, Romani, vinum Neapoli allatum, Graecum vocant: castaneas item è suis praedijs lectas, ex Hispania vulgò nuncupant. Quare non alienum erit apponere, quae de Damasco neoterici, oculati testes, in hunc modum scribunt: Qui ciuitati adiacet campus, quamuis natura sterilis, & infecundus; tamen praedictis fluminibus, *Abana*, *& Pharphar*, addito tertio, qui Chrysorrhoas, hoc est, auriſluus dicitur, varijsq́ue alijs fontibus, & aquarum deductis fluminibus, totus irrigatur, & tam fertilis euadit, vt frumenti optimi, viniq́ue generosissimi ferax, pecoribus, armentis, ac bestijs pascendis opimus, aptissimusq́ue euadat; fructusq́ue omnis generis, & suauissimos, & copiosissimos, per quinque vndequaque passuum millia, fructiferarum arborum quasi nemoribus consitus, toto ferè anno producat, maturet, atque conseruet. Mitto aromata, &

De Damasci vino, & lanis.

Tyr. 17. belli sacri. Vitriac. c. 46. Ludo. Rom. nauig. lib. 1. cap. 5. & 6. Apud Adrichomii.

Damasceni campi vbertas, & magnitudo.

flores, quae ignis opera in sublime vaporata, odoriferas aquas distillant, vocanturq́ue propter excellentiam, Damascenae apud Austriacos. Incolae tandem diuites ingenio, & arte mirabili praediti; quorum magna pars ex bombycum tenuissimis lanis, mirabili artificio, varijsq́ue figuris, contexunt vestes, quarum similes, vocamus Damascenas, propter inde allatum mirabile eas conficiendi artificium. Ex gossipio etiam non dissimili artificio, candidissima, mollissimaq́ue lina gossipina conficiunt, mensis principum operiendis aptissima. De horum itaque omnium pecorum, fruticum, aut vermium lana, seu lanugine intelligendum esse textum opinor. Quòd verò addit *coloris optimi*, Hebraicè habetur צחר tsachar, quae vox nitidum, splendidum, lucidum significat, quare in Genesi vsurpatur pro fenestra, quae lucida dicitur, quòd per illam lux ingrediatur, vel quòd fiat ad excipiendum lumen: ac propterea Dauid Chimchi lanam albam interpretatur: ad quam significationem respexisse videtur Ioannes, dum de Ecclesia dixit: *Datum est ei, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido*. nec mirum, si tale donum exhibeat sponsus Ecclesiae, qui vestimentis huiusmodi ita gaudet, vt in transfiguratione facta sint eius *vestimenta alba sicut nix:* est enim ipse *candor lucis aeternae*. Quapropter notandum est, sponsum Christum Dominum candore splendido delectari, quoniam *iustificationes* (hoc est opera iusta, sine peccato facta) *Sanctorum*, nec placent Deo, sine candore splendidae, neque sine splendore candidae: sed candidas esse oportet sine permistione labis; & splendidas fulgore caritatis, vt probentur Dei oculis propter candoris puritatem, & sint vtiles proximis propter splendorem luminis: quas nimirum vestes, & iustitia candidas, & misericordia fulgentes effecerit.

Lana coloris optimi quae.

Genes. 6. ℣. 16.

R. Dauid Chimchi.

Apoca. 19. ℣. 8.

Matth. 17. ℣. 2.

Sap. 7. ℣. 16

Iustificationes non placent Deo sine splendore candidae, nec sine candore splendidae.

XIX.

De miracodicum varietate.

Dan, & Graecia, & Mosel. Mira est inter codices hoc loco varietas, quam breui perstringam. Septuaginta in Sixtiano Latino codice, postquam vini ex Chelbon, & lanarum de Mileto meminere, subijciunt: Et vinum in forum tuum dederunt. In multis alijs, & apud Theodoretum additur, & vinum de Dan, & Ioauan, & Meozel in forum tuum dederunt, ex Asel ferrum, &c. In Complutensi est hoc tantùm: Dan, & Ioauan, & Moozel in nundinis tuis; ferrum operatum, & rotae in commistione tua sunt. Hieronymus in contextu vulgatae antiquae: Dan, & Iauan, & Meozel in nundinis tuis ferrum, &c. Sed in commentarijs asserit, illa verba, Dan, & Iauan, & Meozel editioni Septuaginta ex Theodotione esse addita. Nec tamen nouum est, in locis difficillimis huiusmodi, varios interpretes, varia glossemata, seu varias paraphrases adscripsisse, vel in margine, vel inter lineas, quae omnia simul colligens imperitus quidam scriptor, tenebras offudit legentibus potius, quàm veritati aditum patefecit. Quapropter laudandum, amplectendumq́ue maximè est Sanctae matris Ecclesiae Romanae studium, quae propterea curauit ex purissimis fontibus Latinam nostram vulgatam edi; eamq́ue intactam, inuiolatam, ac puram perpetuò retineri: non enim minor est interpretum, quàm textuum varietas, dum singula interpretari conantur. Theodoretus Ioanan, Ioniam vocat; Dedan verò vrbem Idumaeae. Scholiastes: Cilicias porro est opidum sub Anazarbum: Dedan verò dicit, quae nunc dicitur Palmyra, Iouan, & Meozel nomina opidorum

Hieronym.

Theodor.

Vulgatae editionis vtilitas.

Theodor.

Scholiast.

Pal-

Polychron. Palmyrenorum. Polychronius: Iouan, Ioniam, Dedan vrbem Idumaeae. ex hac,& ex hac gente, subintellige, afferebantur vina, aut merces. Verùm ad Hieronymum veniamus,cuius diligentiae, & labori, Dei beneficio, vulgatae nostrae editionem acceptam referimus: ille sic interpretatur locum. Ex nomine Patriarchae Dan, & tribus, & locus, in quo habitauit tribus nomen accepit, vbi hodie Paneas, quae quondam Caesarea Philippi vocabatur. Vnde & Iordanis fluuius fortitus est nomen Ior, videlicet, fluuius Dan, qui fluit de Libano. Verùm alibi idem Hieronymus Dan, inquit, viculus est in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum, qui vsque hodie sic vocatur, terminus Iudaeae prouinciae contra Septemtrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen: Ior quippe fluuium, siue riuum Hebraei vocant. Et alibi: Laisa, hanc filij Dan captam manu possederunt, cùm esset procul à Sidone, & vocauerunt eam Dan: fuit autem terminus terrae Iudae contra Septemtrionem, à Dan vsque Bersabee se tendentis. Haec ille. Meminit huius & Isaias. Sita est autem iuxta Paneadem, ex qua Iordanis fluuius erumpit. Adde Lesem, siue Lais positam esse ad radices montis Libani, in ea valle, aut planitie, quae Rehobaea dicebatur ab vrbe Rehob, vbi praecipuus Iordanis fons est, à quo flumini isti positum esse nomen tradunt Doctores Hebraei: est enim, inquiunt, explicatio ירדן Iarden Iordanis ירד מן דן Iored min Dan, quòd est, fluens ex Dan. Vocatus est sequentibus temporibus hic locus Paneas, vt Plinius cum Doctoribus Hebraeis scribit. Stephanus appellat πάνιον panion: sed Philippus, Herodis frater, cùm Tiberij imperio illic Tetrarcham ageret, instauratam vrbem de Caesaris, & suo nomine Caesaream Philippi appellauit. Ferunt nunc Pelin, corrupto scilicet Panij nomine, dici. Abest à Sidone Orientem versus, millia passuum circiter triginta quinque. Haec Masius. Duplex tamen ex dictis existit quaestio. Prima, quia haec ciuitas, de qua loquimur, Lais dicta, cecidit in partem Iudaicae tribus extra Daniticam. Secunda, quòd antiquius videtur Dan huius vrbis nomen tempore, quo filij Patriarchae Dan illam obtinuerunt; cùm & Abraham vsque Dan persequutus legatur hostes, qui fratris sui filium Lot captum abducebant in Genesi. Qui quidem liber, tamquam à Moyse conscriptus,ab omnibus recipitur;qui mortuus est multò antè, quàm Danitae terram promissam possiderent: immò etiam, antequam eam ingrederentur. Primam soluit quaestionem historia Iosue, quae,postquam enumerasset ciuitates Danitarum, absoluit narrationem, dicens: *Cum termino, qui respicit Ioppen, & ipso fine concluditur*. Et statim subdit, indicans extra assignatos terminos egressos fuisse: *Ascenderuntque filij Dan, & pugnauerunt contra Lesem, ceperuntque eam, & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesem Dan ex nomine Dan patris sui*. Sed adhuc quaeres. Quare Danitae sua sorte minus contenti, aliarum tribuum sortes inuadere audebant? Nimirum, quia, cùm erga Deum minus pij, & grati fuissent Danitae,minus etiam potentes erant ad debellandas, aut expellendas gentes, barbarasque nationes suae sortis, quae potentissimae aliàs erant, vtpote habitantes litus portuosissimum, vt Strabo annotauit, & Delbora cecinit; quae etiam refert Danitas in nauibus latuisse, cùm praelio non interfuissent. Et alioqui Danitas suopte ingenio raptores, & alieni appetentes fuisse, testantur quamplurimi ex Iacob, & Moysis testimonio: quod hominum genus nundinas, emporia,ac mercatus frequentare solet. Ad secundam verò quaestionem respondere quidem possumus, quod Hilarius consimili dubitationi de Samuele à Moyse commemorato respondet, nempe, ab Esdra eiusmodi traditionem profectam. Et quidem negari non potest, libros legis à Moyse primùm conscriptos,captiuitate Babylonica interijsse,prout Chrysostomus, & Clemens Alexandrinus tradunt; aut deprauatos iuxta Theodoreti sententiam; ab Esdra diuinitùs inspirato tandem instauratos fuisse. Quod ijdem Patres cum Isidoro, Basilio, Irinaeo, Tertulliano, ac alijs memoriae proditum reliquerunt. Tunc verò conijci facilè potest, pluribus locis nomina indita noua, quae rerum gestarum memoriam, certa sui cognitione postliminio reuersis demonstrarent.

Et Graecia, quae Hebraicè dicta est Iauan, vt suprà fusè probauimus. Verùm haec eiusdem gentis secunda commemoratio suspicionem posset alicui ingerere, ne fortè sit gens alia praeter illam; praesertim, cùm suprà Graecia annumerata sit Tubalitis, & Mosochitis; nunc verò Danitis, & Moselitis. At hanc omnino repellet à se suspicionem, qui sibi ob oculos mentis proposuerit Vatem, nundinas Tyri perambulantem, in quibus, pro vario mercium genere varia sunt loca assignata institoribus. Et quoniam solent ab vna, eademque regione variae merces adduci; ideò etiam fit, vt vnius regionis homines varijs in locis reperiantur, nunc inter istos, nunc inter illos diuersarum regionum, earundem tamen mercium venditores. Quod innuere videtur Propheta, qui illic Graecos inter Tubalitas, & Mosochitas, vendentes equos, & mulos cum mancipijs, vasisque aereis offendit: hic vero inter Danitas, & Moselitas, vendentes ferrum fabrefactum, stacten, & calamum, fuisse commemorat. *Mosel.* Hieronymus: pro Meozel Symmachus vertit, deferens: vt sit sensus: Dan, & Graecia detulerunt,&c. Aquila verò pro Meozel posuit de Vzal: Hebraicè מאוזל Meuzal, à verbo אזל azal, quod est, ambulare, abire, recedere. In quo sensu locutus est Saul ad puerum suum,dicens; *Panis, azal abijt, deficit in sitarcijs nostris*. In eadem significatione accipitur ab Ionatha, loquente cum Dauid, & dicente: *Sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Exel*. Hebraicè האזל haazel, iuxta lapidem itinerarium, vel itinerantium, qui illis demonstrabat in biuio vtriusque viae exitum; vel lapidem euntium, quo milliaria, vel distantiae locorum ostendebantur: prout postea Romani, omnis politiae aemuli, in omnibus vijs statuerunt milliarios lapides. Ex quo vsus scriptorum obtinuit, vt secundo, vel tertio ab Vrbe lapide, scriberent pro milliari. Ex qua quidem vocis significatione maximè confirmatur interpretatio, quam suprà retulimus, Hieronymi ex Symmacho.

Stacte Hieronymus:Stacten odoris optimi: quae quidem vox vnguentum, seu aroma quoddã significat odoriferum; Theophrasto verò oleum è cinnamomo,& myrrha incisa sudans. At Plinius arbores myrrhae deferibens,affirmat incidi eas.Sudant autem, inquit, sponte, priusquam incidantur, stacten dictam, cui nulla praefertur. Cuius testimonio confisi, hanc putamus vocari myrrham primam. Dioscorides tamen, est, inquit, pinguitudo

Hieron. De ciuitate Dan, & de Iordanis etymologia.

Hieron. de locis Hebr. lit. D.

Ibid. lit. L.

Isai. 10. ℣. 30.

Iosu. 19. ℣. 40.

Plinius.

Steph. an.

Masius Iosue 19. ℣. 40.

Genes. 14. ℣. 14.

Iosu. 19. ℣. 46. & 47.

Minus pij erga Deum, minus etiam potentes aduersus hostes.

Strabo.

Iudic. 5. ℣. 17.

Masius vbi supra.

Hilarius praefat. in Psal.

Chrysostom. Homil. 8. in epist. ad Hebraeos.

Clem. lib. 1. stromatum.

Theodoret. praefat. in Psal.

Isido. lib. 6. etymol. c. 1. & lib. 5. cap. vlt.

aetate 5.

Basil. ep. ad Chilonem.

Irin. lib. 3. c. 25.

Tertul. lib. de habitu mulierum.

De Graecia, quae Iauan Hebraeis dicitur.

Sup. ℣. 13.

Hieron. De Mosel.

Aquila.

1. Reg. 9. ℣. 7.

1. Reg. 20. ℣. 19.

De lapide milliario.

Romani omnis politiae aemuli.

De stacte, quae myrrha prima dicitur.

Hieron. Theophras. Plin. lib. 12. c. 15. Dioscor. lib. 1. c. 59. Basil. in Psal. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

Basilius. do recentis myrrhae cum exigua aqua tusae, & organo expressae. Quare Basilius stacten myrrhae tenuissimae genus esse scribit: cùm enim exprimitur, quod effluit, in stacten seponi; quod crassum restat, myrrham vocari. Stacte autem videtur à stillando dicta; quod Graeci נָטַף ftazin dicunt: quia è stillatitia tantùm myrrha fiat. Verùm Graecae vocis etymologiam potius deducerem ex eo, quod dixit Plinius; quòd sit sponte stillans. Eius meminit Lucretius:

Lucr. lib. 2. *Sicut amaracini blandum, stractaeque liquorem.*

In Hebraeo pro stacte est vox קדה chiddah, à verbo Chadah, quod significat accendi, ardere, inflammari, vt in Deuteronomio: *Ignis succensus est,*

Deuter. 32. ỳ. 22. exarsit, *in furore meo*, vel propter furorem meum. Quare stacte vocabitur hoc vnguentum à colore aureo: quod aptissimè conuenit ei vnguento, siue liquori, quod ex India occidentali allatum, mirabilem ex se emittit odorem, praestatque odoriferis chirothecis inungendis. Ad quem antiquum etiam morem respexit in Canticis Sponsa dicens:

Cant. 5. ỳ. 5. *Manus meae distillauerunt myrrham primam.*

quod quidem vnguentum Hispanis, & Italis, ad quos inde deuenit, vocatur vulgò Storaque liquido.

Serapio. Matthiol. super Dioscor. lib. 1. c. 59. Sic autem vocari stacten Serapioni, & omnibus Arabibus affirmat Matthiolus, eiusque nos vidimus in medica arte mirabiles effectus; quos & nonnumquam experti sumus. Pro hac voce Hebraei vertunt casiam: sed quam ob causam, nos ignorare non erubescimus, cùm & ipsimet, quam diximus, tantùm tradant vocis significationem: sed neque scire cupimus, quod falsum est omnino: quoniam, vt statim videbimus, & casia, & canna distinguuntur in compositione vnguenti sacerdotalis.

De calami acceptionibus, & natura. *Et calamus.* Hebraicè וקנה vechaneh nomen significans cannam, calamum, arundinem. Est autem duplex calami genus; artificiosum alterum, alterum verò naturale. De primo apud nostrum Prophetam saepe: *Calamus mensurae sex cubitorum*, &c. & in Apocalypsi: *Habebat mensuram arundineam auream.* & iterum, *& mensus est ciuitatem de*, hoc est cum, *arundine aurea*. Est iterum duplex naturalis cannae, siue calami genus, vnum aromaticum, alterum commune; huius meminit Isaias, dicens: *Calamum quassatum non confringet*. Inter aromatica computatus est calamus, cuius succus decoctus fit saccharum, vocaturque dulcis canna. Est aliud genus aromaticae cannae, quod cinnamomum appellari nonnulli putant: verùm sine vlla ratione, immò verò contra omnem rationem. Primùm, quia duplici nomine, atque vtroque valde diuerso nominatur ab Hebraeis: deinde, quia tamquam duo aromata diuersa recensetur saepe in sacris litteris: ex quibus cinnamomum inter suffitus, & gratissimos odores annumeratur. In Prouerbijs enim meretrix illa, *Aspersi* inquit (quod ex Hebraeo verti potest, suffiui) *cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo*. Et in compositione vnguenti, quo tabernaculum, & arca, & cetera vngebantur, iubetur Moyses sumere *primae myrrhae, & electae quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos; calami similiter ducentos quinquaginta; casiae autem quingentos*, &c. Quidam putant esse aroma illud, quod ex orientali India allatum, Itali, & Hispani canellam vocamus, a nomine cannae sic dictum. Verùm Plinius eius naturam describit, dicens: Calamus quoque odoratus in Arabia nascens, communis Indis, atque Syris est, in qua vincit omnes. A nostro mari centum quinquaginta stadijs, inter Libanum montem, aliumque ignobilem, (non vt quidam existimauere, Antilibanum) in conualle modica iuxta lacum, cuius palustria aestate siccantur, tricenis ab eo (siue vt Theophrastus legit, in eo) stadijs calamus, *Theophrast.* & iuncus odorati gignuntur. Nihil ergo à ceteris sui generis differunt aspectu; sed calamus praestantior odore. Haec Plinius. Neoterici verò ex medicis duplex tradunt esse aromatici calami genus; alterum Syriacum, ad ripas Genesareth lacus, seu maris Galilaeae nascens, à vulgari nihil dissimile; praeterquam quòd post quadragesimum diem siccatum, nonnihil fragrat; alterum Indicum, descriptum à Dioscoride, diuersissimum à Syriaco. Dionysius Erythraeum vocat à colore, non *Dionys. de situ orbis.* (vt Eustathius putat) quòd eius altrix India Erythraeo mari contermina sit. Fuisse autem magno *Eustat.* in pretio, & aestimatione apud ipsos Hebraeos, patet ex sermone Domini apud Ieremiam: incusat enim Hebraeos, verba Dei non audientes, & *Ierem. 6. ỳ. 20.* legem eius proijcientes, dicens: *Vt quid mihi tus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua?* ad Indicum fortasse alludit. Et apud Isaiam idem Dominus: *Non emisti mihi argento calamum*, reprehendit Dominus ingratos, *Isai. 43. ỳ. 24.* qui accepta beneficia non muneribus, sed offensis compensare velle videntur. Septuaginta pro *stacte & calamus in negotiatione tua*, verterunt καὶ τροχοὶ ἐν τῇ συμμίκτῳ σου che trochi en to Symmicto su, hoc est, & rotae in commistione tua sunt: siue vt habet Sixtianus codex, & rota in commisto tuo est. Trochus verò & rota, & instrumentum est, quo ludùt pueri, de quo iocatus poëta quidam, ait. *Ludoria instrumenta in nundinis Tyri.*

Inducenda rota est, das nobis vtile munus:
Iste trochus pueris; at mihi canthus erit.

Martial. lib. 14. Nec dubium est, omnia instrumenta, etiam ludoria, nec non puerilia quaeuis reperta in nundinis Tyri: verùm neque Prophetam, neque ipsos Septuaginta ad haec descendisse crediderim; sed sicut Graecis dicitur τροχὸς ἄγγελος trochis angelos, hoc est expeditus nuncius, sollers, qui non cessat à cursu: sic expeditos, sollertes, ac sollicitos huiusmodi mercatores Danitas, & Graecos fuisse credendum est in commistione, vel in commisto; hoc est, in nundinis, vbi omnes gentes commiscentur; vel in quibus omnia permutantur, atque venduntur. Quam interpretationem sequutus videtur Po- *Polychron.* lychronius, super his verbis dicens: Qui fide digni erant, currebant ad te, vrbis fama commoti, & ad spectandum, & lucrandum. Fide dignos vocat eos, quibus fides rebus integris non ciderat, prout Romanis contigerat aliquando testante Cicerone: Tum enim, inquit, cùm in Asia res ma- *Cic. pro lege Manilia.* gnas multi amiserunt, scimus Romae, solutione impedita, fidem concidisse.

Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. XX. Dedanitarum quae gens fuerit suprà disseruimus. *Sup. ỳ. 15.* Hieronymus multùm, inquit, Hebraicum, & *Hieron.* Septuaginta in praesenti loco discrepant; infinita quippe distantia in tapetibus ad sedendum, & iumentis electis ad currus. In tapetibus verò vehuntur, & requiescunt institores Dedan, sessione composita venientes ad nundinas Tyri. Haec ille. Ex Hebraeo sic transtulerunt nonnulli: Dedan negotiatrix tua in pannis pretiosis pro curribus. Pro tapetibus, Hebraicè בבגדי חפש bebigde chophes, quarum prior vox praeuaricatricem significat ex radicali significatione, vt apud Ieremiam: *Et vidit praeuaricatrix soror eius Iuda*. Ex qua vocis significatione occasionem sumpsere forsitan Septuaginta

De tapetibus, & cui vsui deseruirent.

Concordantur Septuaginta cum vulgato, & Hebraeo textu. *Ierc. 3. ỳ. 7.*

ptuaginta interpretandi mulas: nuncupantes eas κτηνεσιν, & non, hoc est quadrupedes, nomine generico: at Latini patrium illis nomen indidere, iumenta vocantes. Habet tamen haec vox aliam etiam, & non insolitam significationem, vt apud Isaiam: *Omnes*, inquit, *ipsi sicut vestimenta veterascent*. Et in Exodo: & *haec vestimenta facient*. ex dictis constat, aptè vertisse Hieronymum *in tapetibus*, qui sunt inter vestimenta computandi. Locum hunc Ezechielis sic interpretatur R. Dauid: in vestibus libertatis; id est pretiosis, quae liberum hominem decent. *Ad sedendum*; vel in curru via incedentem, vel domi manentem.

Isai. 50. ℣. 9. *Exod. 28. ℣. 4.* *Hieron.* *R. Dauid. lib. rad.*

XXI. De Arabia, & Cedar.

Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuae, cum agnis, & arietibus, & hoedis. Hieronymus: Arabia, & Cedar Sarracenorum regio est. Theodoretus: Cedar verò ab Ismaële oriundos vocat. Polychronius: & sunt hi quidem à Cham orti, à Chus prognati: constat igitur illos finitimam circumcirca habitare regionem. Sed de his gentibus infrà latius. Verùm phrasim illam oportet explicare, quid significet, *negotiatores manus tuae*. Quidam enim putant *negotiatores manus* dici, hoc est, qui manum tuam tenentes, stipulabantur contractus, morem illum respicientes, quo, qui firmare pactum volebat, vel spondebat, manum alteri daret; prout in Prouerbijs: *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, fixisti pro alieno manum tuam*: quasi dicat; firmum, & stabile fit promissum alteri factum; haud secus, quàm, si manu data firmaretur, non licet retrocedere; etiamsi alienus, vel extraneus sit ille, pro quo spopondisti. Verùm huiusmodi interpretatio, licet non abhorreat à praesenti loco; tamen non satisfacit ex aequo; neque conuenit cum sequentibus, vt conuenire posset, aut debuisset. Quare *negotiatores manus*, intellige dictum consimili Hebraea phrasi, ac si diceret, ad manum tuam. Vbi enim in libro Regum nos legimus: *Stetit ergo Rex iuxta portam*: ex Hebraeo verti potest, ad manum portae, quod idem est. Et apud Ezechielem: *Et haec nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam*, Hebraicè, ad manum viae, *Hetalon pergentibus*. Hac eadem phrasi Hispani dicimus: lo tiene a la mano: & Itali: ti sono alla mano; hoc est ita tibi sunt vicini, vt commodè cum ijs agere possis, & illi tecum. Sensus ergo erit: Arabes, & principes Cedar, ipsi sunt negotiatores iuxta te, hoc est propinqui, & vicini. Cùm enim alios connumerasset, ex remotissimis regionibus afferentes pretiosas, & exquisitas merces, nunc finitimos commemorat, afferentes agnos, arietes, & haedos: quae quidem animalia vix, aut nullo modo possunt è longinquo adduci. Notat autem hic Hieronymus, Septuaginta, pro *agnis, arietibus, & hoedis*, camelos, arietes, & agnos interpretatos esse. Quae omnia Arabibus, & Cedarenis aptè congruere probat; dum abundare illorum regionem huiusmodi animantibus affirmat, *agnis* videlicet, *arietibus, & hoedis*; atque Tyri nundinas hac illatione multiplicare. Sed & camelorum etiam fertilissimam regionem fuisse testatur, ob pascuorum eremi latitudinem, aërisque temperiem, quibus rebus hoc animal gaudet. Theodoretus in omnibus Septuaginta interpretes sequutus, in hanc sententiam interpretatur hos versus: Alij quidem, inquit, tibi ferrum elaboratum afferebant, alij autem mulos, & equos ad currus; alij verò camelos, & arietes, & agnos, vt illis ad onera ferenda; his ad cibos, & vestes vtereris.

Hieron. *Theodoret.* *Polychron.*

Infra ℣. sequente.

Negotiatores manus qui dicantur.

Prouer. 6. ℣. 1.

Ad manum quid significet.

2. Reg. 18. ℣. 4.

Ezech. 48. ℣. 1.

Hieronym.

Decamelis Arabiae.

Theodor.

A *Venditores Saba, & Reema, ipsi negotiatores tui.* Hieronymus: in psalmis, inquit, vbi scriptum est: *Reges Arabum, & Saba* munera offerent tibi, in Hebraeo habet, שבא ורעמה sceba vsba, sceba, & Saba; quorum vnum, sceba, pe ש scin litteram scribitur, alterum per ס samech, quae nostrae litterae similis est. Haec Hieronymus. Verùm primò differentiam inter has litteras constituunt Hebraei in hoc, quod tres assignant, quarum similes non habet Latinus, quae sunt צ tsade ס samech & ש sin vel scin, quas omnes nostro S exprimere cogimur. Verùm apud illos, sicut forma, sic etiam prolatione longè sunt diuersae: quod discrimen difficilè comprehenditur à nostris, nisi audiant diuersitatem soni. Verùm, B quod scripto potest tradi, in hoc differunt inter se: quòd ש sin molliter profertur, ס samech asperiùs, צ tsade vehementius. Ex hoc litterarum discrimine nascitur etiam inter nomina non minima differentia. In Genesi filiorum Noë fit mentio, à quibus etiam dicitur diuisas fuisse insulas gentium in regionibus suis. De primogenito autem Cham, secundo genito Noë, qui vocabatur Chus, sic loquitur textus: *Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. filij Regma, Saba, & Dedan*. In quibus verbis non est idem nomen Saba filij Chus, & Saba filij Regma; illud enim scribitur per ס samech: hoc autem per ש sin. Quoniam autem de vtroque disputationem aggredimur, ne confu- C sionem pariat eiusdem nominis iteratio, cùm duo nomina Hebraea significare velimus; ideò differentiae causa cuique nomini suam Hebraicam litteram praeponemus. ס Saba ergo filius Chus, ס Sabaeis, qui felicem Arabiam colunt, nomen, & initium dedit. Quod quidem ita se habere vel ex eo potest intelligi, quòd ס Sabaei Arabum populi, propter tura clarissimi, ad vtraque maria porrectis gentibus habitent, vt ait Plinius. Et apud Isaiam prophetam Chus, & ס Saba primogenitus eius, iunguntur, vt, qui vicinas sedes habuerint; Chus quidem ad isthmum, quo mare Syriacum, & Aegyptiacum submouentur à sinu Arabico, seu mari rubro: ס Saba autem ad ipsum Arabicum sinum. D nam ש Saba sedes habuit versus sinum Persicum, vt ex historia Iobi constare potest; in qua ש Sabei pecus Iobi abigunt, quemadmodum Chaldaei ipsis finitimi camelos eiusdem Iobi diripiunt. ס Sabaei autem filij Chus, qui versus Arabicum sinum habitabant, nequaquam potuissent pecora Iobi inuadere; neque ex locis illis, in quibus pecora Iobi nutriebantur, praedas poterant agere, tam longo terrarum tractu ab eo diiuncti. Ceterùm apud Isaiam sic habetur: *Quia ego Dominus Deus tuus, sanctus Israël, saluator tuus, dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te*. Hebraicè, Misraim, & Chus, & ס Saba: quo loco ordine describuntur gentes, ipsi Misraim, hoc est Aegypto conterminae, nempe Chus, & ס Saba. Chus au- E tem Arabia est, Peluso propinqua, & sinui Heroopolitico. At ס Saba est interior Arabia. De ס Sabaeis verò fit iterum mentio ab ipso Isaia, dum dicit: *Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt*. Quo etiam loco finitimi populi iunguntur, qui potentia, & opibus clari habiti sunt, Misraim, Chus, & ס Saba. Dixit autem ס *Sabaim* vulgatus, retenta terminatione numeri pluralis vocis Hebraicae: quasi dicat ס Sabaei, quos Hebraica phrasis vocat viros mensurae, hoc est procerae staturae; ac si diceret, bonae mensurae. Eam aptissimè reddidit vulgatus, viros sublimes, statura intellige. Locus autem ci-

XXII. Sabaei quae gens.

Hieron. Psal. 71. ℣. 10.

ש sin, ס samech, & צ tsade quomodo in pronunciatione differant.

Genes. 10. ℣. 7.

Plin. lib. 6. c. 28.

Isai. 43. ℣. 3.

Isai. 45. ℣. 14.

Universidad de Deusto Biblioteca

tatus ex Plinio, asserens, Sabaeos ad vtraque maria porrectis gentibus habitare; de vtroque mari intelligendus est, quo felicis Arabiae cinguntur latera; quorum alterum dicitur Arabicus sinus, alterum verò sinus Persicus. Ad quae quidem maria sedes habuerunt tàm ד Sabaei, quàm ש Sabaei; quos, neque Graeci, neque Latini distinguunt: cùm plurimae gentes ortae sint, & a ד Saba, & à ש Saba; quas, tamquam contiguas, licet longè, lateque diffusas, coniungit psalmus, cuius interpretationem initio suscepimus. Nam vbi in Hebraeo habetur, Reges ש Saba, & ד Saba, Latinus ex Graeco tranſtulit: *Reges Arabum, & Saba*. Atque iterum in eodem psalmo: *Et dabitur ei de auro Arabiae*, Hebraicè ש Seba. De ש Sabaeis verò manifestum habemus testimonium in Iobi historia, vbi dicitur, eos inuasisse asinas, boues, & aratores Iobi; sicuti paulò post Chaldaei eiusdem camelos occupasse dicuntur: quasi Satanas eos populos, latrocinijs assuetos habuerit ad manum, ad euertendas, & diripiendas Iobi facultates. Habitabat autem Iobus in terra Hus, quae complectitur Idumaeam, cui finitimos fuisse Chaldaeos cernimus; quos omnes populos ad sinum Persicum sedes habuisse constat ex geographica historia. Et quamuis ditissimi fuerint ש Sabaei isti auri, turis, atque gemmarum; tanta tamen flagrabant earundem rerum cupiditate, tamque effrenata libidine, vt vicina opida, & gentes inuaderent, latrocinijs intenti: sicuti etiam animalia Iobi satanica tyrannide inuaserunt. Huius autem gentilitij moris, seu potius sceleris testis est Plinius, sic scribens de Arabiae felicis incolis, quorum meminimus: Mirumque dictu, inquit, ex innumeris populis pars aequa in commercijs, aut latrocinijs degit; in vniuersum gentes ditissimae: vt apud quas maximae opes Romanorum, & Parthorū subsidant, vendentibus, quae è mari, aut siluis capiant: nihil inuicem redimentibus. Quibus profectò verbis commentarium agere videtur Plinius vulgati nostri textus; qui honestissima, sed acutissima phrasi ש Sabaeos latrocinij accusat, dum eos venditores compellat: qui, quod depraedantur, vendunt, nihil emunt, quod iterum vendant; sed iterum depraedantur, vt vendant.

Reema, Hieronymus: Raama, siue iuxta Septuaginta, Rhamma in nullo alio scripturarum loco inuenire potui; neque quae regio sit, quidve significet: nisi, quod manifestum est, & ex eo, quòd iungitur Saba, vicinam huic prouinciae esse regionem. Haec Hieronymus. Adde in confirmationē huius sententiae Regma, quartum filium Chus, fratrem ד Saba, patremque ש Saba dici in Genesi. Quod quidem nomen, licet differre videatur à *Reema* nostri textus; cùm & ipsum hoc nomen in varijs codicibus etiam variet: tamen in Hebraeo idē est nomen, eademque scriptura: quapropter finitimas filio ש Saba regiones incoluisse patrē *Reema* non est dubitandum. Verumtamen eadem Hebraica voce רעמה ragma vsus est Dominus, Iobo dicens: *Numquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius* ragma *hinnitum*? alij verterunt, commotionem; alij tonitruum. Quia tamen vox *ragma* in alijs sacrae scripturae locis inuenitur significare motum, commotionem, tremorem, & tonitruum, vt in psalmo: *Vox tonitrui tui in rota*; ideo posset intelligi *Reema* esse quasi Sabaeorum epitheton, Sabaei commotores, vel turbantes omnia; quoniam illa coniunctio, Et, Hebraicè ו ve, solet nonnumquam interpretatiuè accipi: quasi dicat, hoc est; vt in Psalmo: *Sacrificate sacrificium iustitiae*, &, id est, *sperate in Domino*. hoc est enim iustum sacrificium Deo debitum. Et in alio psalmo: *Calicem salutaris accipiam*, &, id est, *nomen Domini inuocabo*. Quare sensus erit *Saba*, &, hoc est, *Reema*. quod si tamquam coniunctio accipiatur, potest esse alterius consimilis gentis nomen appositicium; sicut fuit illud: *mulier, quae erat in ciuitate peccatrix*, &: *Homo quidam diues*. *Cum vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro*. Quarum omnium rerum ditissimam fuisse Sabaeam, siue Arabiam felicem, multis constat sacrae scripturae testimonijs. Ieremiae sit primus: *Vt quid mihi tus de ש Saba?* & apud Isaiam: *Omnes de ש Saba venient, aurum, & tus deferentes*. Ab horum Sabaeorum regione venisse creditur Regina ש Saba, quae, cùm ditissimae gentis princeps esset, ac Regina, venit Hierosolymam cum magno apparatu, & pompa, *ingressa Hierusalem*, vt ait sacer historicus, *multo cum comitatu, & diuitijs, camelis, portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas*. Quae quidem merces eaedem omnino sunt, atque illae, quae à nostro Propheta recensentur: nempe, aromata, gemmae, & aurum. Ea verò *Regina Austri* dicitur in Euangelio à Christo Domino, & venisse *à finibus terrae audire sapientiam Salomonis*. Etenim Sabaea regio, siue Arabia felix sita est ad Austrum Iudaeae, longoque dissita terrarum interuallo, fines terrae occupans versus mare Rubrum. Quare meritò Sabaei gens longinqua vocatur à Domino, apud Ioëlem prophetam dicente: *Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos ש Sabaeis genti longinquae*. His, quae attulimus, & consimilibus argumentis incusat mendacij Iosephum ex recentioribus quidam, omnesque sectatores, innixos Iosephi stulta opinione, seu potius delirio, quòd Sabaeam regionem in Aethiopiam reijciant. Iosephus autem hoc testatur primò, dum de bello Mosis contra Aethiopas agit: Aethiopes ad vltimum, inquit, compulsi in Saba, regiam huius gentis, quam postea Cambyses Persarum Rex de sororis suae nomine Meroën appellauit, obsidione sunt cincti. Iterum, dum Reginam Saba, de qua sumus paulò ante locuti, Reginam Aegypti, atque Aethiopiae nominat. Ratio autem, quam hic auctor adducit contra Iosephum, ideo nobis non probatur, quòd non minus militat contra vulgatam nostram Latinam, quàm contra eum: ratio autem est huiusmodi. In allatis locis sacrae scripturae simul fit mentio de Sabaeis, Aegypto, & Chus: ergo sunt finitimae regiones: non ergo Aethiopes. Quae quidem ratio, si vera esset, opponeretur eisdem locis, quibus pro Chus vulgata editio reddit *Aethiopia*. Sunt autem duo, quos suprà attulimus ex Isaia. Immoverò probant illa loca (si quid pro Beroaldo probant) huiusmodi Aegyptū, Aethiopiā, & Sabaeam, vicinas esse regiones, quod falsum omnino est. Neque obstat Iobi historia de Sabaeis; quoniam Sabaei dicebantur non solùm eius gentis, seu regionis incolae; sed etiam, quotquot illorum mores, & vitia imitabantur; praesertim ebrij, seu potatores vini: à radice enim סבא Saba, seu שאב Saab, deducuntur haec nomina, quae potatores significant vini. Huius exemplum habetur in Prouerbijs: *Vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur*. ex Hebraeo sic verti potest; potator, & commessator, excutientur haereditate. Quare hac voce possent communiter nuncupari depraedatores, quòd hoc vitium potationem consequatur. Quapropter loca ea sacrae scripturae, etiamsi probarent Sabaeos finitimos fuisse Arabum; non tamen contra Iosephum

Psal.71. ¥. 16.

Iob 1. ¥. 15. & ¥. 17. Sabaei latrocinijs assueti, nullis opibus saturati, alienas opes inuadebant.

Diuitiarum cupiditas in Satanae tyrannidem adducit. *Plin. lib. 6. c. 28.*

Latrones vocantur venditores, & quare. *Hieron.*

De Reema.

Iob 39. ¥. 22.

Psal. 77. ¥. 19. Coniunctio, Et, interpretatiua nonnumquam est. *Ps. 4. ¥. 6.*

Psal. 115. ¥. 17.

Luc. 7. ¥. 37.

Luc. 16. ¥. 1. & 19. & sequentib. Sabaei auro, aromatibus, & gemmis diuites.

Ieremi. 6. ¥. 1.

Isai. 60. ¥. 60.

3. Reg. 10. ¥. 2.

Matth. 12. ¥. 42.

Ioel. 3. ¥. 8.

Matth. Beroal. lib. 4. Chron.

Ioseph. 2. Antiq. cap. 5.

Iosephus 8. Antiq. c. 2.

Supra ex Isai. 43. ¥. 3. & c. 45. ¥. 14.

Prou. 23. ¥. 21.

Rapinae, & & latrocinia ebrietatem consequuntur.

phum probarent, eo nomine non potuisse etiam compellari regionem aliquam Aethiopiae, atque eius metropolim Meroëm, tamquam ab aliquo ex Sabaeorum filijs exaedificatam, atque inhabitatam: praesertim, cùm non tantùm hi duo, quos commemorauimus, dicantur Saba, & eorum posteri Sabaei: sed etiam tertius eodem loco Genesis, qui fuit filius Iauan, ordine natiuitatis decimus. *Omnes autem hi filij Iectan* obtinuisse dicuntur regiones *de Messa, pergentibus vsque Sephar montem orientalem*, hoc est versus montana Orientis. Fuit & quartus Saba, qui in filijs Abraham dicitur de Cetura natus: qui quidem videtur constituisse Sabaeos Persis proximos; quos Dionysius Afer Graeco versu commemorat, qui sic potest reddi: Primum Sabaei, post hos sunt Pasagardae: propè verò hos sunt Thasij, qui Persidis sunt populi, ad quos concessisse videntur filij Abraham, emissi ab eo ad plagam orientalem. At filius Iectan Saba vlterius progressus videtur ad Indos. Sunt enim & in India Sabaei, quorum etiam meminit Dionysius: describens enim Indiam, ait: Horum medij habitãt Sabaei, & Thasij viri. Et tandem confirmat, quae diximus, Theodoreti testimonium: Saba, inquit, & Rhegma à Chuz genus ducunt: Chuz autem Cham primogenitus fuit: Aethiopiae igitur hae, & Indicae gentes. Haec Theodoretus.

Haran, & Chene, & Edem. Septuaginta. Charran, & Chalen, & Dedan. Theodoretus. Chalane est, vbi turris aedificata fuit. Haram ciuitas fuit Mesopotamiae, celebris ea quidem propter Abrahami diuturnum incolatum; cuius meminit Genesis historia cum alijs; sic enim habet: *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldaeorum, vt irent in terram Chanaan; venerunt que vsque Haran, & habitauerunt ibi*. Iterum dixit illi Dominus: *Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui*. Et post multa magnalia, quae illi promiserat Deus, atque sub benedictionis nomine Christum benedictum illi datum iri in filium, subdit sacer historicus: *Egressus est itaque Abram, sicut praeceperat ei Dominus: & iuit cum eo Lot. Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haram*. Hanc totam narrationem retexit Stephanus protomartyr, cùm coram principe sacerdotum constitutus, pro se, & pro Euangelio Christi, quod praedicabat, respondit dicens: *Viri fratres, & patres audite. Deus gloriae*, glorioſus, *apparuit patri nostro Abrahae, cùm esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur in Charam*. Eadem est ciuitas, quae & Haram, vt patet ex vtraque historia. *Et dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi: tunc exijt de terra Chaldaeorum, & habitauit in Charam*. Quo loco animaduertendum est, semel, atque iterum eductum à Domino fuisse Abrahamum de patria sua. Primùm viuente patre; cùm in Chaldaeorum ciuitate, quae Vr dicebatur, commoraretur: iterum mortuo patre, cùm habitaret in Haram, vt vidimus, & mox iterum videbimus. Deinde, cùm manifestissimè testetur Stephanus, Abrahamum ex Vr Chaldeaorum euocatum fuisse à Deo; mirandum sanè videtur ab historia Geneſis, Tharamum Abrahami patrem, tamquam profectionis auctorem commemorari. In quo non mirandum tantùm, sed imitandum etiam proponitur patriae auctoritatis, & dignitatis exemplum. Licet enim Abrahamo fuisset imperatum à Deo, vt è patria egrederetur, & eum pater comitari, ac sequi decreuisset: quia tamen ex patris imperio pendebat obsequens filius, ac simul tota familia: ideò patri profectionem adscribit scriptura sacra, qui fuit profectionis comes: filio verò tribuit, fuisse patris socium; cùm tamen ipse fuerit profectionis auctor vocatus à Deo. *Et inde*, subdit Stephanus, *postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis*. Vocatus, inquam, à Deo, & translatus secundò. Haec autem ciuitas, quae deferenda precipitur Abrahamo, terrenam nobis indicat deferendam habitationem. Nos autem allecti *sperandarum substantia rerum, atque argumento non apparentium*, obedientiam non differamus, exeuntes versus locum, quem accepturi sumus in haereditatem; etiamsi nobis incognitus sit locus, quo tendimus: vtpote, qui in cor hominis non ascendit; quo nec oculorum acies acutissima penetrauit, neque aures attentissimae eius famam vsquequaque perceperunt. Sic enim fecisse dicitur credentium pater, de quo Paulus ipse testatur: *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in haereditatem, & exijt, nesciens quò iret*.

Chane. De hac ciuitate, aut regione nullum aliud testimonium reperi, praeterquam Theodoreti; qui, cùm eam nominatam reperisset à Septuaginta interpretibus Chalan; illam dicit esse locum, vbi turris fuit aedificata. Verùm, si hanc Septuaginta vocem accipiamus, de ea scribit Arias Montanus, dici ab Hebraeis Chalne eam Mesopotamiae regiunculam, quam Ptolemaeus Chalcitin vocat: cuius rei testem Hieronymum adducit. Verùm longè diuersa ciuitas est Chalan à Chane: illius mentio fit apud Amos prophetam: *Transite in Chalane, & videte*: quae longè diuersis characteribus scribitur. Haec autem, si vocis etymologiam consideremus; probare videtur Theodoreti sententiam: deducitur enim ab Hebraico verbo חנה Channa, quod significat cognominare, hoc est, honoris causa insigni aliquem cognomine decorare, ab aliqua illustri persona, vel ab aliquo praeclaro facinore deducto, vt Scipionem Africanum propter deletam Carthaginem cognominarunt Romani. Huius rei exemplum habes apud Isaiam dicente Domino: *Propter seruum meum Iacob, & Israël electum meum, & vocaui te nomine tuo, & assimilaui*; hoc est, cognominaui, insigni titulo te compellaui, ac si illustri viro similis esses, *& non cognouisti me*; cùm tamen nondum me cognosceres: priusquam tibi notus essem. Et Eliu Iobum reprehendere volens: *Non accipiam*, inquit, *personam viri, & Deum homini non aequabo*. Ex Hebraeo verti potest; & hominem non cognominabo: quasi dicat; non ero personarum acceptor: neque enim noui hominem cognominare, hoc est, illustri, aut diuino potius aliquo cognomine dignum ducere. Quam quidem phrasim aptissimè reddidit vulgatus interpres, dicens: *Deum homini non aequabo*. hoc est, cùm Deum tantummodo deceant cognomina illustria, non exaequabo illum homini, vel hominem Deo, tribuens homini similes compellationes. Haec ergo ciuitas, in qua turris illa, humanae superbiae, ac dementiae singulare monumentum, confusis linguis, dispersisque gentibus, famosum nomen obtinere potuit, & per antonomasiam dici, Chane, hoc est cognominata, celebris. *Eden*. Certum est, aliquando in sacris vsurpari, conuertique, tamquam appellatiuum nomen, delicias, & voluptatem significans, & consequenter, deliciarum nomine amoc-

Gen. 10. ¥. 28.

Dionys. de situ orbis.

Dionys. ibid. Theodor.

De Haram, quae regio sit. Theodor.

Gen. 11. ¥. 31.

Gen. 12. ¥. 1. & 4.

Act. 7. ¥. 2.

Bis Dominus eduxit Abrahamum de patria sua.

Honos patribus deferendus singulari Abrahami exemplo.

Habitatio terrena deferenda. Hebr. 11. ¥. 1.

Dei promissa semper sequenda, etiamsi nobis ea non appareant.

Hebr. 11. ¥. 8.

De ciuitate Chane. Theodor.

Arias Montan. in apparatu. Ptolem. Hieron.

Amos 6. ¥. 2.

Cognominare, quid significet.

Isai. 45. ¥. 4.

Iob 32. ¥. 21.

Deum tantùm decent illustria cognomina.

Turris Babel in Chane posita.

De Eden paradiso.

Universidad de Deusto Biblioteca

amoeniſſimos hortos, atque pomaria innui. In quo ſenſu accepit hanc vocem vulgatus in Geneſi: vertit enim: *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem.* Quem locum Septuaginta interpretes cum Chaldaeo paraphraſte, paradiſum in Eden, interpretantur, tamquam nomen proprium loci accipientes. At verò ipſimet Septuaginta in eodem Geneſis libro iterum reddiderunt cum vulgato: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Verùm haec vox aliàs nomen loci proprium ſignificat, vt videre eſt in nuncio, ac epiſtola à Rabſace, Sennacheribi nomine miſſa ad Ezechiam; prout in libris Regum, & ab Iſaia recenſetur: *Numquid*, enim inquit, *liberauerunt dij gentium ſingulos, quos vaſtauerunt patres mei? GoZan videlicet, & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Talaſſar?* Quis autem fuerit huius Edenenſis regionis ſitus, certiùs ex Propheta Amos haberi poterit, qui ſic habet: *Et conteram vectem Damaſci, & diſperdam habitatores de campo Idoli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriae Cyrenem, dicit Dominus.* In quo loco Latinus interpres etymologiam vocis ſecutus, domum voluptatis vertit, quod in Hebraeo habetur, mibbet Eden, hoc eſt, de domo Edem. Septuaginta in Complutenſi codice, à viris Adam legunt; vel (vt notat codex Sixtianus) voce ab Hebraea non diuerſa: vel quòd Eden locus Adam dicatur, quòd in eo ſit collocatus à Deo. Fuit autem huius propheticae comminationis exitus, vel executio relata in libros Regum: vbi ſic habes. *Aſcendit enim Rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtauit eam; & tranſtulit habitatores eius Cyrenem; Raſin autem*, Regem inquam Syriae, *interfecit.* Non eſt autem haec Cyrene illa nobilis Africae vrbs, à qua Cyrenaica prouincia dicta eſt, de qua & in actis Apoſtolorum, *& partes Libyae, quae eſt iuxta Cyrenen*: ſed vrbs alia in regione Medorum: in ſuam enim regionem captiuos abduxit Aſſyrius, non in Libyam, quae longiſsimè aberat ab Aſſyrijs, medio interiacente mari, & Aegypto. Ioſephus etiam narrat Damaſcenos translatos eſſe in ſuperiorem Mediam. & Ptolemaeus Curnam in Media ponit: quae eadem videtur eſſe, ac Cyrene, de qua nunc loquimur: quamque Chaldaeus vocauit קרני chorni. Ex quibus manifeſtò intelligitur, *Eden*, de qua loquitur Vates, regionem fuiſſe amoeniſſimam in Syria, quorum incolae negotiatores Tyri fuerunt. Verùm ſupererat hic diſputandum de loco iſto *Eden*, an ſit ille idem, *quem plantauerat Dominus à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Sed quoniam multae, ac variae doctorum de hac re ſententiae, & quamplurimae, quas inſperſere difficultates, longiorem exigunt diſputationem, quàm vt in huius capitis angustijs includi debeat; & cùm inſtituti noſtri ratio exigat, vt de hac re poſt explicationes omnium capitum fuſiùs agamus; eò curioſum lectorem remittimus.

Saba, Aſſur, & Chelmad. De Sabaeis iam ſatis ſuprà diſputatum. Nunc autem hoc vnum annotandum occurrit, non fruſtra, vel obliuione iterum Sabaeorum fieri mentionem; ſed conſultò, & magno conſilio: vt indicet eos attuliſſe vniuerſa pretioſa aromata, gemmas, & aurum. Quoniam verò has eaſdem merces aſportabant, & ſimul vendebant in proximis officinis Reemaei; ideò illis annumerantur praedicto loco: & quoniam aſportabant varia inuolucra hyacinthi, & polymitorum, pretioſaſque gazas, quas diuendebant, permiſti Aſſyrijs, & Chelmadaeis; ideo iterum inter hos fit de illis mentio. *Aſſur.* Hoc nomine fuit nuncupatus ſecundus filius Sem, qui dedit nomen Aſsyrijs, quorum florentes opes, & diuturnū imperium profanae commemorant hiſtoriae. Verùm tam magna, humanamque fidem excedentia commemorant profani hiſtorici, praeſertim Herodotus, Cteſias, Diodorus Siculus, & alij, vt verendum omnino ſit, ne extra veritatis fines nonnihil ſint diuagati, eiuſmodi imperium deſcribentes. Neque enim ambigimus, florentes, ac magnas fuiſſe Aſsyriorum opes, an verò tantae fuerint, hoc dubitamus omnino: praeſertim, cùm poſſit è ſacris, & alijs eiuſdem claſſis profanis hiſtorijs talis exceſſus deprehendi. Nam cùm maximè florens Aſsyriorum imperium, & opes hiſtoriae ſacrae proponunt: tunc id maximè fuit, cùm imperio potiretur Sennacheribus. Is enim ſuperbus, & elatus Rex, contra Deum caeli praeualere contendens, potentiam imperij, maiorum victorias, debellatasque gentes proponit Ezechiae, dicens: *Ecce tu audiſti, quae fecerunt Reges Aſſyriorum omnibus terris, quas ſubuerterunt, & tu poteris liberari? Numquid eos eruerunt dij gentium, quas patres mei euerterunt, GoZan, & Haran, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Talaſſar? Vbi eſt Rex Emath, & Rex Arpha, & Rex Sepharuaim, Ana, & Aua?* Hae ſunt gentes deinde ab Aſsyrijs vſque ad ea tempora, quibus maximum fuit eorum imperium. Quae quidem omnes gentes, vt è ſacris ſcripturis intelligimus, vix fines Syriae excedunt, quam totam occuparunt Aſsyrij, excepta Damaſco, atque Samaria. Huc accedit, quòd Aegyptus tunc afflictabatur ab Aſsyrijs, vt ex vaticinijs Ieremiae, Iſaiae, & Ezechielis conſtat. Quare potius ſtandum videtur Dionyſij Halicarnaſſei ſententia, vtpote ſcripturae ſacrae magis congruente. Sic enim ait: Antiquum illud Aſsyriorum imperium, retro ad fabuloſa vſque pertingens tempora, modicam quandam Aſsyriae partem obtinuit: hoc in Medos translatum, & auctum etiam opibus, non longo durauit tempore, in quartam aetatem deſinens. Perſae porrò Medis deuictis, Aſia quidem paenè tota potiti ſunt. Haec Dionyſius. Cuius teſtimonium eo magis credibile fit, quòd eodem tempore, quo Aſsyriorum imperium vſque adeò floruiſſe perhibetur, alia ſimul potentiſſima, & plurima imperia floruerint. Nam praeter illud Dauidicum, & Salomonicum, floruit etiam Syriacum, Babylonicum, Arabicum, & Aegyptiacum, quae omnia coanguſtaret neceſſe eſt anguſtum terrae ſolum. Verùm huic de Aſsyrijs neoterici cuiuſdam ſententiae, quae Aſſyriorum fines coarctare videtur, ſeſe opponit Diodorus Siculus, non magnificentiam Aſsyriorum commendans, in quo falſitatis poſſet accuſari, quam facilè incurrunt laudibus, & encomijs ſtudentes; non inquam laudans: ſed commemorans eius gentis res geſtas. Ait enim: Solùm memoratur auxilium Troianis ab Aſsyrijs miſſum: Dux praeſidij Memnon Tithoni filius fuit. Theutamo enim in Aſia regnante, qui vigeſimus à Nino, atque Semiramide deſcendit, Agamemnonem tradunt aduerſus Troiam cum Graecis bellum mouiſſe, cùm Aſsyrij amplius mille annis Aſiae imperaſſent. Cùm verò Priamus bello oppreſſus, à Rege Theutamo praeſidium, utpote Aſsyrijs ſubditus, per legatos poſtulaſſet; ille decem millia Aethiopum, totidemque Suſianos cum ducentis curribus, duce Memnone ad Troiam miſit. Ex quo quidem teſtimo-

Gen. 2. ℣. 8. — Gen. 2. ℣. 15. — 4. Reg. 19. ℣. 12. — Iſai. 37. ℣. 12. — Amos 1. ℣. 5. — 4. Reg. 16. ℣. 9. — Act. 2. ℣. 10. — Ioſeph. 9. antiq. c. 13. — Ptolem. lib. 6. c. 2. — Gen. 2. ℣. 8. — Supra ℣. 22.

De regione Aſſur, quae eſt Aſſyriorum. — Herodot. Cteſias. Diodor. Siculus. — Iſai. 37. ℣. 11. — Dionyſ. Halicar. lib. 1. antiq. — Beroal. lib. 4 Chronic. Diod. Sicul. Laudantes facilè falſitatis ſolent accuſari.

testimonio hoc intelligere licet, imperij longam seriem à millesimo anno protractã; eiusque latã fuisse ditionem: siquidẽ Asia potitus Theutamus dicitur, subditosque habuisse Troianos, Aethiopas, ac Susianos. Fuit autem Susiana Asiae regio, Persicae dictionis, quae à Septemtrione terminatur Assyria, ab Occasu Babyloniae adiacet, ab Oriente habet Persidem, à Meridie partem Persici sinus. Neque his aduersatur allatũ Isaiae testimonium: neque enim commemorans debellatas gentes, propterea debuit enumerare haereditario maiorum iure acquisitas; maximè, cùm eae notissimae potuissent esse Ezechiae: sed eas tantùm, quae bello partae denuo erant: neque omnes oportuit, sed finitimas; ne longinquitas regionum fidem facti minueret, ac propterea terrorem non augeret, quem intendebat Sennacheribus. Quòd autem Assyria fuerit Asiae regio, postea Adiabene dicta, probat Plinij testimonium. Barbari mutata S. in T. Attyriam eam vocant Dione teste; Niger eam ab indigenis Adrinza appellari testatur.

Susiana quaenam sit regio, & qui eius fines.

Plin. lib. 5. c. 12.

Dion. Niger.

Chelmad Hebraicè כלמד Chilmad à radice למד Lamad, quae discere, docere, assuescere, erudire significat: vt in Canticis: *Ad bella doctissimi*, vel assueti. Et apud Oseam. *Ephraim vitula docta diligere trituram*, assueta triturae. Et apud Ieremiam: *Onager assuetus in deserto*. Quapropter nonnulli locum hunc sic interpretantur ex Hebraeo: *Saba, & Assur Chilmod*, hoc est, Saba, & Assur, quasi docti, periti negotiationis tuae: quasi dicat: Hi, qui exercitati, assuetique sunt negotiationi tuae, iugiter ad te veniendo, vt negotientur in nundinis tuis; *ipsi negotiatores tui*. Sic interpretatur hunc locum R. Ioseph Chimchi. Neque multùm abest explicatio haec à textu vulgatae in codice Hieronymi: habet enim: *Assur Chelmad venditores tui*: nempe Assur assueti, vel docti venditores tui. Verùm in alijs codicibus, & praesertim, quia in Sixtiano (cui vt par est, plurimùm deferimus) *Assur, & Chelmad* habetur; quae coniunctio potius indicat nomen loci proprium, quàm quòd sit appellatiuum; propterea retinenda potius videtur Targhum Hierosolymitani interpretatio: quae sic habet. Prouinciae Assur, Medorumque, ipsae, vel potius habitantes illas, negotiatores tui. Eisdemque allatis rationibus Medi Chelmad vocabuntur venditores, hoc est, assueti venire ad nundinas Tyri.

Cant. 3. ℣. 8.

Oseae 10. ℣. 11.

Ierem. 2. ℣. 24.

R. Ioseph Chimchi.

Targhum.

XXIV. *Ipsi negotiatores tui multifariam inuolucris hyacinthi, &c.* Hieronymus: Habentque multifariam supellectilem, & incredibili varietate distinctam, quae inuolucris hyacinthi astricta est. Quod Hieronymus reddidit, multifariam, in Hebraeo habetur כמכללים chemaclulim, à radice כלל calal, quae perfectam, vniuersalem, vel vniuersam significat. Quare hoc verbum significabit multitudinem, varietatem, & perfectionem mercium, quasi dicat: in omnimoda varietate perfectarum mercium. *inuolucris* Hebraicè בגלומי baglome à radice גלם galam, inuoluere, duplicare, vnde nomen deducitur, quod significat amictum, vestem, qua se homo inuoluit: pallium: vt in libris Regum: *& tulit Elias pallium suũ, & inuoluit*. Vulgò, inquit, R. Dauid appellatur כפה cappa. Sunt, qui exponunt inuolucra pannorum, aut vestium, vulgò Hispanis, & Italis vna balla. Quae quidem inuolucra hyacinthinis operiebantur pannis, quasi dicat, tantam fuisse mercatorum pompam, vt non solùm merces pretiosas adducerent; verùm etiam tanto apparatu & sumptu exornatas, vt & ipsas vestes pretiosis inuolucris obuolutas, atque odoratis scrinijs, affabrè ex pretiosa materia elaboratis reconditas, funibus etiam sericis, hyacinthino colore, seu purpura infectis astrictas asportarent. Quae omnia ex editione Septuaginta persequitur Theodoretus, ea confirmans, quae suprà diximus: Saba, inquit, Indicam nationem appellat: comperimus enim hoc nomen in ipsius Sem genealogia, & Assur Asyrium, Charman verò eam, quae Carmaene nuncupatur, & illud in Machalim (Septuaginta eandem Hebraeam vocem, quam suprà pro multifariam explicuimus, reddiderunt) & in Galima (Sic pro inuolucris Septuaginta reddunt) hyacinthum, & varietatem, & thesauros electos in Magozis compositos: Aquila ita interpretatus est: constructis inuolucris hyacinthi, & varietatis, & in Magozis compositis (& in Magozis) ab Hebraeo in Graecam linguam transtulit; significatque, in occultis vasis. Ita enim Syrus quoque in hanc sententiam interpretatus est. Statim autem sumptuosa, inquit, & varia pretiosis inuolucris contecta, & in vasis optimè instructis reposita, funiculisque deuincta tibi afferebantur. Hactenus Theodoretus.

2. Reg. 2. ℣. 8.

R. Dauid.

Theodoret.

Aquila.

Syrus.

Cedros quoque. Septuaginta in hoc, & superiori loco cyparissum reddunt, licet in vtroque Hebraicè habeatur erez, cedrum potius significans: & quamuis cupressi proceritas, & rectitudo malo nauis non videatur inepta: tamen, quia facilè rumpitur, eius materies scrinijs, & alijs minutioribus operibus aptior est, quàm nauis malo.

De cedro iterum. Cupressus aptior conficiendis scrinijs, aut aliis minutis operibus, quàm nauis malo, & quare.

Naues maris, principes tui in negotiatione tua. Pro *maris*, Septuaginta reddunt, Tharsis, Hebraicam vocem retinentes, quam ita interpretatur Theodoretus: & ad negotiationem vsa es Carthaginiensium nauibus; infinitam habens multitudinem, non solùm domesticam, sed etiam aduentiam. Significat his verbis, inquit Polychronius, rerum, quae comportabantur, copiam, vt ne iumentis quidem vterentur, sed nauibus. Scholiastes verò ait, hoc per praeteritionem dictum est, quasi dicat. praetereo Africae incolas, quàm multa, & quaenam hi quoque comportarent. De significatione verò, & acceptione vocis Tharsis, satis suprà a nobis actum est. Cùm autem frequens sit Hebraeis, genitiuo nominis substantiui vti pro adiectiuis, quibus ferè carent, *naues maris*, interpretari possumus: quasi dicat, marinas, quae mare nauigant; sicut in Psalmo: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum*, hoc est diuites, *in manibus suis*. Et in alio: *montem sanctificationis suae*, hoc est sanctum suum. *Principes tui*. In Hebraeo est, generis feminini שרות Sarot principes tuae: vt sensus sit, naues tuae, quibus vteris ad comportandas merces, sunt principes, seu praecipuae inter omnes naues, que vndequaque mare nauigant. Nec mirum, cùm & ipse Plinius non solùm Tyrios laudet, quippe peritissimos nautas; verùm etiam tamquam nauticae artis inuentores. Ait enim: ipsa gens Phoenicum in gloria magna (subintellige, fuit) litterarum inuentione, & siderum, naualiumque, ac bellicarum artium. Quidquid enim de tota prouincia dicitur, id suo iure Tyrus, totius prouinciae metropolis sibi vindicare posse videtur. Quare non est mirandum, si naues Tyri principatum tenerent inter omnes aliarum gentium naues, cùm illic primùm fit earum aedificandarum ars excogitata. Verùm vulgata nostra potius ad significata per naues, nempe principes respexisse videtur. Principes enim sunt, quorum industriae, sollicitudini, & labori adscribendum est, quidquid vbertatis, quidquid mercium, quidquid denique

Tharsis pro Carthagine. *Theodor.*

Polychron.

Scholiast.

Supra ℣. 12. Genitiuus substantiui pro adiectiuo.

Psal. 75. ℣. 6.

Psal. 77. ℣. 54.

Phoenices nauticae artis inuentores.

Plin. lib. 5. c. 13.

Principes Reipublicae quasi naues sunt onerariae.

denique eorum, quae ad victum sunt necessaria, in vrbem conuehitur. Vel sensus est: Naues sunt principes tui, quibus diuitiarum copia, famulorum caterua, principatus gloria nullum alium in vsum seruiunt, quàm naui merces. Sicut enim illa non minus opprimitur auri, vel argenti pondere pressa, quàm ferri, vel plumbi: neque maiorem ex illis fructum, quàm ex istis decerpit: quocumque enim pondere grauetur, semper obiecta est fluctuum, procellarum, ac ventorum incursibus, ac tandem naufragio, & sui, & mercium iacturae; cùm tamen sibi minimè sit vtilis asportatio mercium: ita & principibus auaritiae studentibus, diuitiae, honos, rerumque publicarum administratio graui ponderi est, non leuamini, aut consolationi; dicente Spiritu sancto: *Est alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole: diuitiae conseruatae in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filium, qui in summa egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero matris suae, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo:* quo sustinuit videlicet diuitiarum pondus. *Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei, quod laborauit in ventum?* quo agitabatur; vel *in ventum*, quo elisa, naufragium eius nauis passa est. Propterea, inquit Concilium Aquisgranense, eis, qui militant Deo, fugiendae sunt ex toto corde diuitiae: quas, qui habere volunt, sine labore non quaerunt, sine difficultate non inueniunt, sine cura non seruant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Neque recensentur ibi omnia damna, cùm dicat Ecclesiasticus. *Multi dati sunt in auri casus*, vel in ruinam propter aurum, *& facta est in specie ipsius*, quòd eius specie, vel pulcritudine capti sunt, *perditio ipsorum: quibus procella tenebrarum seruata est in aeternum.* Praedictae interpretationi congruunt, quae sequuntur.

Diuitiarum studium graue, & periculosum, *Eccls. 5. ℣. 12. 13. 14. & 15.*

Concil. Aquisgr. 2. c. 110.

Deo seruienti fugiendae sunt diuitiae, & quare.

Eccls. 31. ℣. 6.

Epist. Iudae ℣. 13.

Et repleta es, & glorificata. Hieronymus: Nihil, inquit, tibi defuit, quod ad diuitias pertinet insularum; quae tamen glorificatio fuit aggrauatio possidentis, dum non potes moderatè ferre diuitias. Theodoretus: Satietas, inquit, te ad exultandum induxit, perceptisque bonis, auctorem beneficiorum ignorasti. Hoc quoque nomine Israël accusauit. Comedit enim Iacob, inquit, & expletus est, & recalcitrauit dilectus: quia verò nihil ex tranquillitate vtilitatis percepisti; contrarijs te resipiscere docebo. Polychronius. Hoc est, saturabaris praesentibus bonis. Scholiastes: Vbique terrarum eras celebris, & appellentibus, & soluentibus, renunciantibus vrbis felicitatem. Septuaginta: Et repleta es, & aggrauata es nimis. Hebraicè ותמלאי ותכבדי vatimmalei vatticbedi. prior harum vocum deducitur à radice מלא male: quae implere, complere, perficere significat. In quo sensu vsus est ea Ieremias, dicens: *Iccirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens.* In tantùm furore, indignatione, & zelo *Domini*, vel magno sum plenus; vt vix possim me continere, quin effundam illum. In simili significatione sumitur à Michea, dum dicit: *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini*, hoc est spiritu Dei forti, qui cogit me quodammodo prorumpere, *vt annunciem Iacob scelus suum.* quasi *musto* efferuescente, quo *pleni* Apostoli, putabantur pleni inebriante vino. Sic Micheas. Targhum: Et verè ego repletus sum fortitudine spiritus prophetiae à facie Domini. Quare significabit haec vox non solùm, quod plenum, & perfectum est; sed quod superabundanter plenum est, iamque prope est, vt effundatur. Vox altera deducitur à radice כבד cabad, quae graue esse, ingrauescere, aggrauari duritie, pondere, honore, vel gloria intensionem, & excellentiam eius, de quo dicitur, significat, vel in bonum, vel in malum. Et notandum, sicut verbum huic oppositum קלל calal, quod leuitatem significat, transfertur ad significandam abiectionem, & contemptum: sic etiam verbum hoc cabad, quod propriè grauitatem sonat, ad gloriam, & honorem referri. Quapropter Septuaginta sic reddunt: Et aggrauata es nimis in corde maris; quos etiam interpretatur Hieronymus in commentarijs. Vtriusque significationis vnum, aut alterum exemplum, proferam. In Prouerbijs Sapientia loquitur, dicens: *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; nondum fontes aquarum eruperant.* Ex Hebraeo sic: Dum non essent fontes grauati aquis. R. Dauid: cùm non essent fontes, cùm nondum essent grauata aquis, vel potius grauedines, seu copiae aquarum. Et in Genesi: *Erat autem*, Abraham, *dies valde.* Ex Hebraeo: grauis valde *in possessione auri, & argenti.* Et in Prouerbijs: *Graue est saxum, & onerosa arena; sed ira stulti vtroque grauior.* Hinc fit כבוד cabod nomen, quod gloriam significat, quo vsus est Zacharias dicens: *Post gloriam misit me ad gentes, quae spoliauerunt vos.* Dauid Chimchi sic exponit: post omnes has prophetias, in gloriam, & in magnitudinem; quasi dicat: Gloriae causa amplioris misit me, &c. Alij melius exponunt de Christo dicente; post gloriam regni Israëlitici, & cultus diuini, qui in illo vigebat: finitis his, misit me ad gentes. Et apud Ieremiam: *Populus verò meus mutauit gloriam suam*, Deum suum gloriosum, *in Idolum.* Ex dictis facilè colligitur loci nostri sensus, qui quidem gradus quosdam feciisse Tyrum ostendit ad naufragium. Ex eo enim, quòd ad cumulum vsque diuitiarum plena conscendit, statim descendere coepit. perstitit in nauis allegoria, cui, si onera oneribus addas, ipsa aggrauata ad ima descendit; siue ad cor maris, & aquis multis oppressa submergitur: siue, sensus est, plena diuitiarum, & gloriae, naufragium sibi incauta parauit. De vtraque abundantia diuitiarum, & gloriae, sapienter differit Sophar Naamathites apud Iobum, dicens: *Hoc scio, à principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritae ad instar puncti.* Septuaginta: Laetitia impiorum ruina insignis: gaudium verò iniquorum est perditio. Haec igitur pertinent ad glorificationem Tyri cum alijs, quae sequuntur. Subdit verò, *cum satiatus fuerit*, vsus hoc eodem verbo מלא male: *arctabitur, aestuabit, & omnis dolor irruet super eũ.* Septuaginta: Cùm putauerit se iam impletum esse, coarctabitur; omnis autem necessitas in eum superueniet: tales enim sunt humanae felicitatis exitus. *In corde maris*, hoc est, plena, & aggrauata fuisti, dum existeres in medio maris, vel in alto mari: in medio marium legunt Hebraea, & Chaldaeus, quasi dicant, nauigans mundi maria. R. Dauid Chimchi sic interpretatur locum: Glorificata es nimis in corde maris, id est, mediante mari, glorificata, & repleta es diuitijs; quasi dicat, à corde maris, vel ab alto mari repleta es diuitijs, & gloria propter merces, quas ad te afferebant nautae maris.

Leuis, pro abiecto, grauis, pro glorioso accipitur.

Hieron.

Prou. 8. ℣. 24.

R. Dauid.

Gen. 13. ℣. 2.

Prou. 27. ℣. 3.

Zac. 2. ℣. 8.

R. Dauid Chimchi.

Post absolutam gloriam regni Israëlitici venit Christus.

Ierem. 2. ℣. 11.

Gradus quos descendit Tyrus versus naufragium.

Iob 20. ℣. 4. 5. & 22.

R. Dauid Chimchi.

In aquis multis adduxerunt te remiges tui. R. Selomo sic interpretatur locum: Comparat Tyrum naui magnae: quae, quò maior est, ac plenior, eò magis in altum maris inuehitur: quae tandem vehe-

XXVI.

R. Selomo.

Ruina Tyri diuitiae fuerunt.

vehementi spiritu, ac tempestate turbatà demergitur, ac frangitur: Sic Tyrus erat in medio maris, magna quidem, ac diues, plenaque omnibus bonis: quae agitata vehementi vento, ac tempestate, id est, à Nabuchodonosore submersa, ac confracta fuit. Causa igitur ruinae eius fuerunt diuitiae eius. Haec ille: Sed magis placet Patris Hieronymi Praefi interpretatio, in aquis, vel in aquas multas adduxerunt te remiges tui: quae quidem ad triremem potius pertinent, quàm ad nauim. Voluisti altum mare transfretare, cum esses triremis, nec sine magno tuo periculo. Quae, si superioribus annexa intelligantur, hunc sensum facient, quasi dicat: Confisa diuitijs, & gloria, quibus te plenam conspiciebas, ausa es in altum mare conscendere nihil timens; & tamen ventus Auster contriuit te, &c. Vel sensus est ad elationes maris referendus, indicans, quàm difficilem, quàm duram, quàm omnibus humanis viribus superiorem prouinciam suscipiat is, qui gubernationem suscipit alicuius prouinciae, vel vrbis, quae in magna felicitate versatur: pondere enim diuitiarum, & gloriae, quasi nauis in medio mari aggrauata, siue inuidiae, atque hostium incursionibus exposita, submergi potius, quàm moueri; & in profundum tendere, quàm in portum deduci facilius potest. Quare R. Dauid Chimchi sic locum interpretatur: In aquis multis; hoc est, multas, ac varias tribulationes adduxerunt super te. Vel, vt Rabbi Ionathan habet: Quasi aquae multae, ascenderunt super te (remiges, seu gubernatores tui) & depraedati sunt substantiam tuam. Vel, vt Chaldaeus vertit: In aquis multis venerunt contra te, qui diripuerunt te. Hieronymus ex Aradiorum, & Sidoniorum etymologia, qui suprà dicti sunt remiges Tyri, vocat eos venatores deponentes: venantur enim eorum animas, quas inter saeculi huius fluctus suo ducunt arbitrio: neque ad excelsa tollunt, sed in profunda demergunt. Neque imitantur eos, qui vsque ad matutinam vigiliam nauigantes, fregerunt insanos maris fluctus, & Dominum Saluatorem suscipere meruerunt; statimque tali vectore, & comite peruenerunt ad portum quietis. *In aquis.* Hebraicè במים bemaim, quae vox, licet singulari terminatione careat; tamen forma duali semper vsurpata, & expressius hoc loco videtur duplices aquas significare posse; nempè superiores nubium imbres, & inferiores fluctuum copias. Et quoniam quidam putant hoc nomen deductum à voce significante copiam, & abundantiam; ideo passim aquae pro symbolo copiae sumuntur. Quocirca & ad calamitatum, & malorum vim, quibus quis prematur, atque ad pericula multa, & magna, quae immineant, transferri solet; idque multas ob causas. Primùm, quia aquae torrentis, aut maris, magno impetu irruentes, submergunt, absorbent, atque consumunt omnia viuentia. Deinde, quia aquis diluuij tota terra submersa, omnem decorem, & pulcritudinem amisit, viuentiaque omnia, paucis exceptis, periere. Postremò, quia si ad Israëlitas habeatur oratio: ipsis primum periculum, quod sine timore, & tremore vix recolere nunc posse videntur, fuit ex aquis maris rubri, quas instar montium ipsis imminentium à dextris, & à sinistris conspiciebant ad caelos vsque pertingere, ac minitari naufragium, quo mox absorbendi erant Aegyptij. Et hoc sensu interpretandus est psalmus, in quo Christus Dominus Patrem compellat, dicens: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam.* Quem locum sic interpretatur Hilarius: Introëuntibus enim aquis vsque ad animam, subiectus morti crucis fiebat, cùm passionum vniuersarum impetus vsque ad mortem animae prorumperet; hoc est, vsque ad mortem, qua anima poneretur. Significant item aquae, vt idem Hilarius, & Remigius tradunt, saeuientis populi turbam furentem. Quo sensu vsurpantur in alio psalmo, in quo alloquitur Dominum Psaltes, dicens: *Accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius: turbabuntur gentes, & timebunt.* Quem locum sic reddidit Hieronymus iuxta Hebraea, & Chaldaea: Accinctus fortitudine, compescens sonitum maris, fremitum fluctuum eius, & multitudinem gentium; quasi dicat, non minus haec, quàm illa. Quae cùm ita sint, loci sententia talis erit. Multis incursibus, periculis, & calamitatibus agitatam, tum è caelo coortis, tum ab hominibus excitatis, *adduxerunt te remiges tui*, in aquas multas populorum, & militum Nabuchodonosoris, quos ad obsidionem tuam videbantur non solùm allicere; sed etiam trahere, abundantia, & diuitiarum copia, vnà cum affluentia omnium temporalium bonorum. Quasi verò ipsimet vrbis incolae, ministri, ac gubernatores, qui augendis vrbis opibus, splendori, ac fastui studebant, hoc eodem studio ciuitatem in hoc omnium maximum discrimen adduxerint: siquidem quò opulentior erat ciuitas, eò magis accensi milites fuere eam depraedandi desiderio. Quare meritò eosdem, quos remiges appellat, qui diuitias asportabant, naufragium attulisse testatur.

Ventus Auster contriuit te in corde maris. Theodoretus: Per translationem Babylonium ita appellauit, quando maximos excitare fluctus Auster consueuit, & difficilem contra nauigantes excitare tempestatem. Per translationem, quasi contra maritimam vrbem, Austrum vocat hostium incursum. R. Dauid Chimchi: Ventus Austri contriuit te in corde maris, hoc est, tu, quae sita in corde maris, ac aedificata es, contereris vento australi; id est, naues tuae vento australi conterentur, iuxta illud: In spiritu australi conteres naues Tharsis. Per ventum autem australem intelligit Nabuchodonosorem, quem vehementi vento comparat. Quo etiam modo habet Targhum Ionathae: Rex fortissimus instar venti australis confringet te in medio marium. Scholiastes: Quoniam, inquit, tamquam de naui loqui coepit de vrbe, meritò veluti persistens in tropo, vento Austro illam ait esse contritam: intelligit Nabuchodonosore. Polychronius: Tamquam in nauim malorum irruptio: persistit enim in metaphora, & à suis recedent muneribus ij, qui Rempublicam gerendam susceperant, & summa consilij inopia populus laborabit, & omnia, quae lugentium sunt propria, facient. Hieronymus: Omnes diuitiae Tyri Austro flante dispereunt; qui significantiùs Hebraicè קדים chadim, Graecè καύσων causon exprimitur, quem nos ventum vrentem dicere possumus. Quam quidem vocem deductam putat Hieronymus à radice יקד iachad, quae vrere, vel comburere significat apud Isaiam: *Propter hoc*, quia superbiuit Assyrius contra eum, qui dedit illi potestatem aduersus Hierusalem, *mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem*, vel maciem, *& subtus gloriam*, hoc est, omne carum, pretiosum, & glorioſum, *eius succensa ardebit, quasi combustio ignis*. ex Hebraeo, vret vrendo, quasi combustio ignis: ter enim repetitur haec vox. Vel deduxit vocem à radice קדח chadach, quae accendi, succendi significat. Apud Iere-

Magnam, ac periculosam prouinciam suscipit, qui eam suscipit gubernandam, quae in magna felicitate versatur.

R. Dauid Chimchi.

R. Ionathan.

Chaldae.

Hieron.

Aquae duplices.

Aquae pro copia rerum sumuntur.

Aquae, quare pro miseriis, & calamitatibus accipiantur.

Psal. 68. ℣. 1.

Hilarius.

Aquae aliquando saeuientis populi turbam furentem significant.

Remigius.

Ps. 64. ℣. 8.

Hieron.

Diuitiarum copia in maximum discrimen ciuitates adducit.

De vento Austro.

Theodor.

R. Dauid Chimchi.

Ps. 47. ℣. 8.

Targhum Ionathae.

Scholiast.

Polychron.

Hieron.

Ventus Auster pro vento vrenti.

Isai. 10. ℣. 16.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ieremiam iratus Dominus contra Iudam, ait: *Et seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras; quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in aeternum ardebit*: hoc est, non placabor, neque dimittã. Quapropter aptissimè vertit vulgatus hanc vocem, quasi significet uentum urentem; qua etiam ratione iterum eandem uocem reddidit eadem significatione. In Genesi enim, dum Pharao somnium suum enarrat Iosepho, ait: *aliae quoque septem spicae tenues percussae vredine*, Hebraicè קדים cadim, quod somnium mox interpretatus Iosephus, ait: *& septem spicae tenues percussae vento vrente*. Quo loco interpretatus est vulgatus significationem uocis vredinis, quoniam eadem omnino uox reperitur in Hebraeo. Ventum autem urentem aptissimè interpretatus est Austrum; multa enim significat, quae locum hunc illustrant. Primùm, quia excitatas procellas, tempestates, & naufragia Tyri significabat, optimè excitatas dixit procellas Austro, quem ab hauriendis aquis Latini dictum esse contendunt. Et Gellius eum etiam ait Graecè nominari νότον notον: quia est nebulosus, atque humectus: νοτις notis enim Graecè humor uocatur. Dicitur uerò urens, quòd à Meridie flans, exurentis solis radios adducere uideatur. Neque huic sententiae aduersatur Virgilius, dicens:

Frigidus vt quondam siluis immurmurat Auster.

Vocat enim eum frigidum, propter frigidas, quas excitat, procellas. Et tandem, quoniam Nabuchodonosorem significabat, qui ab Austro, nempe ab excidio Hierusalem, quae sita erat ad Austrum, Tyrum veniebat. Quare non audiendus est Chaldaeus, vel Hebraei, qui ventum orientalem reddunt. Nam in Exodi verbis illis: *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrente tota nocte*. Septuaginta, non orientalem, sed Notum, hoc est, Austrum verterunt. Verùm quàm aptè Propheta noster Tyrum naui comparauerit, eiusque ruinam naufragio, intellexere etiam profani scriptores. Cicero enim ad amicum sic scribit: Quamobrem, mi Quincte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim: vna enim est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu: sed quicumque venti erunt, ars nostra certè non deerit. Et Horatius Rempublicam hortatur bellorum fluctibus agitatam, ne se, dijs iratis, committat fluctibus, dicens:

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, vt
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennaeque gemant, ac sine funibus,
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Aequor? non tibi sunt integra lintea:
Non dij; quos iterum pressa voces malo.

XXVII. *Diuitiae tuae, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum*. Hieronymus: Multi ita legunt: in corde maris diuitiae tuae &c. vt omnes Tyri diuitiae, & thesauri, vniuersaque substantia in corde maris sit posita, & saeculi fluctibus obruatur, nihilque habeant stabile habitatores eius, atque perpetuum: impleto illo Euangelico: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quae autem parasti, cuius erunt?* Polychronius: Quid lucratus es ex rerum copia, quae tibi affluit? quasi dicat, nihil.

Multiplex instrumentum tuum. Hebraicè מערב magharabech à radice ערב gharab, quae, vt suprà tractauimus, significat commercium, negotiationem; significat etiam res suaues; & gratas, vt apud Ieremiam. Facta enim de Christo Domino promissione, subdit: *Ideò quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi*: quasi dicat: postea quam vidi per somnium, Christum venturum, natum ex Virgine, qui inebriaturus erat omnem animam, lassam siti, & labore; euigilaui protinus, & recordatio talis somni dulcis, iucundissima, gratissima mihi fuit; vel potius, ipse somnus, quo mente conspiciebam haec, gratissimus, & omni suauitate fuit mihi plenus. Ex quibus verbis (quod obiter notemus) manifestum est, quàm dulce sit diuinum consortium, quàm suaue colloquium eius. Manifestum igitur fit, hac voce significari à Propheta pretiosissimas quasque merces, quas vendebat, atque emebat negotiatrix Tyrus, & eas, quas carissimas habebat, & ex quarum vsu maximam percipiebat voluptatem.

Cum vniuersa multitudine tua, quae est in medio tui. Hieronymus: Multitudinem autem tuam, quam commistionem Septuaginta transtulerunt, exceptis principibus vulgus significat, qui absque nomine dignitatum, simili iudicio conterentur. Haec Hieronymus: Hebraicè קהלך chehalech, quae uox ecclesiam, congregationemque significat: ut in Leuitico: *Quòd si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum Domini est*. Ex Hebraeo sic uertunt nonnulli: Quòd si totus coetus Israël errore peccauerit, res uerò haec coetum latuerit, &c. expiabit se coetus ille. Septuaginta: Si autem omnis synagoga Israël ignorauerit (hoc est, peccauerit: peccatum enim ignorantia, siue inscitia quaedam est) non spontè, & latuerit uerbum ab oculis synagogae, &c. Quo loco discrimen innuitur inter קהל Cahal, & עדה ghadah, nempe, quod est inter partem, & totum: significat enim prior uox, de qua nunc agimus, omnem congregationem, complectentem singulas, & omnes congregationes populi: quasi diceret, iuuenum, senum, virginum, principum, militum, mercatorum, sacerdotum, & ceteras: quae quidem omnes congregationes, quasi vna congregatio, *cadet in corde maris*. Scholiastes: cum dixisset sigillatim ipsis mala ventura, quod amplificantium est proprium, nec illam quidem omittit explicationem, quae syllepsi, ac breui complexione constat. Vult enim dicere, vt paucis complectar, quòd & aduenae, & ciues, & omnes. Synagogam verò indigenas appellat, remiges, ciuitatis magistratus; omnes autem adiecit: quoniam multi erant, qui rerum potiebantur, cùm alius alij vsui ad ciuitatis procurationem esset principi Tyri; hoc est, cùm plurium opera vteretur Rex Tyri in administratione Reipublicae. Hactenus Scholiastes. R. Dauid Chimchi: Diuitiae tuae, inquit, thesauri tui, & omnia, quae sequuntur, intendunt significare, quòd scilicet, postquam Nabuchodonosor cepit Tyrum, iussit vniuersa vasa regionis illius colligi, & comportari in ciuitatem, animo scilicet transportandi ea in Babylonem. Rex autem cùm exercitu suo extra ciuitatem in tabernaculis commorabatur; quando ecce subitò mare inundauit ipsam ciuitatem: transportauitque vniuersam praedam, ac interfectos; puluerem quoque, & vniuersa vasa, quae erant in ipsa ciuitate: & sic, vbi antea ciuitas sita fuerat, nuda petra apparuit. Et hoc volunt verba illa significare: *Cadent in corde maris, in die ruinae tuae*; id est,

Ierem. 17. ℣. 4.

Gen. 41. ℣. 6. & ℣. 22. & 23. & ℣. 27.

Quare ventus Auster dicatur vrens.

Auster dicitur ab hauriendis aquis. *Gell. noct. lib. 2. c. 22.*

Virgil. 4. Georg.

Auster, frigidus quare dicatur.

Exo. 14. ℣. 21.

Cic. lib. 12. epist. ad Q. Cornif.

Hor. lib. 1. od. 14.

Nihil stabile in hac vita. *Hieron.*

Luc. 12. ℣. 20.

Sup. ℣. 9.

Ierem. 31. ℣. 26.

Dulcis Dei memoria, dulce colloquium

Hieron.

Leuit. 4. ℣. 13.

Scholiast.

R. *Dauid Chimchi.*

sed est, capta ciuitas submergetur cum vniuersa substantia, & habitatoribus in profundum maris. Pingui Minerua interpretantur Rabbini scripturas, eas figmentis commaculantes. In quo quidem figmento satis ostendunt Rabbini, quam pingui, & crassa Minerua scripturas sacras interpretentur; cùm litteram, quae occidit, sectantes, excaecatos oculos ab omni veritatis lumine auertant. Quomodo enim mare inundaret praecelsum montem, cui insidebat ciuitas? Quòd si hoc diuinae prouidentiae miraculo, licet non necessario, quod impossibile non est, tribuant; quo modo victor Nabuchodonosor vrbem deseruit? & cùm Tyrus insula sit, quò discesserit? habitaturusne in continenti sub tabernaculis? cui commisisset vrbem sibi subditam? Quae omnia cùm falsitatis manifestè arguant Chimchium, non tamen propterea eius protuli testimonium: sed quia hoc figmento ob oculos mentis posito, statum ruinae Tyri optimè cogitatione, ac mente percipere poterimus. Quod quidem vsui magnopere erit studiosè perpenti, quae hic subdit Hieronymus: Mista prophetia est inter vrbem, & nauem, vt ex altero alterum intelligas: & tamen vtrumque ad consummationem saeculi pertineat, atque in naufragium.

Hieron. Consummationem mundi significari aliqui dicũt consummatione Tyri.

A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes. Theodoretus ad haec addit, ita fore, vt obsessa, & capta vrbe, procul degentes gubernatores tui, multo terrore affecti, in fugam vertantur: eademque nautae faciant cum ijs, qui ad proram imperant, relictisque nauigijs lamentantes, & lugentes in terram descendant, & terra caput conculcent, atque in ipso solo recumbant, puluerem inde extergentes, capitaque capillorum spolient ornatu, saccisque induti, lamentari, & lugere perseuerent. Hieronymus verò multa de ijs, quae sequuntur, desiderari affirmat in editione Septuaginta: verùm addita fuisse ex Theodotionis editione, quae sic interpretatur: Quando Tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentque de classibus, & remiges, vectoresque, ac proretae, siue nautae, & vniuersi gubernatores maris iactati fluctibus, stabili aliquando consistent gradu, & eiulabunt super ea voce magna, quam prius suis locupletabant mercibus. His Prophetae verbis hi Patres arbitrantur significari miserabilem fortunam eorum, qui, dum Tyrus exstaret, omnium bonorum copia affluebant: qua quidem deleta omnes situ, & squalore confecti, desistentes ab omni mercatura, & commercio, iacent in puluere: quo quidem exemplo ob oculos posito, miserabilis Tyri casus exaggeratur. Consimili vsus est Ieremias argumento, dum ruinam Hierosolymae lugeret. *Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in vijs*, fame enecti, *qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora*: quasi dicat, qui, dum staret ciuitas, non ad copiam tantùm, sed & ad luxum, & pompam lautissimè, ac splendidè epulabantur; capta deinde ciuitate, in tantam inopiae miseriam deuenere, vt prae fame in vijs, & compitis exanimes iaceant, ac tandem prae indigentia pereant. Qui autem pretiosissimis, ac delicatissimis vestibus, non tam necessitati, quàm voluptati deseruiebant, vastata vrbe humi iacere coeperunt, super stercora cubantes, quorum calore naturali indigentiae frigoris, & nuditatis satisfacere se posse putabant; quae ita expetebant, vt oblata occasione, quasi carissimas vestes, stercora ipsa iacentes complecterentur. Et quidem huiusmodi mala, ac si quae sunt peiora, incolis, & gubernatoribus Tyri accidisse, nemo est, qui dubitet. Verùm, an hoc tantùm significet textus, vel aliquid

Theodor.

Hieron.

Threu. 4. ℣. 5. Amplexari stercora quid significet.

A aliud praeterea, hoc non dubitandum, sed examinandum videtur. Et primò, quid *gubernatorum* vox iterata significet, inquirendum. Ea verò Hebraeis dicitur חבל chobel; qua vsus est Ionas, dicens: *Et accessit ad eum* רבח חבל rabah chobel: *gubernator, & dixit ei, quid tu sopore deprimeris?* R. Dauid: Erat, inquit, maior, seu supremus nauis, qui constitutus erat super חבלי chabie, hoc est, funes nauis, vt eam rectè regeret, quasi funarium diceres. Significat enim vox sua origine constringere funibus, vel doloribus. quod vtrumque significat ea vox in psalmo: ait enim: *Circumdederunt me dolores*, seu funes *mortis, & pericula inferni inuenerunt me*. Ad vtramque verò significationem vocis respexisse videtur Petrus, dum ait de Christo Domino: *quem Deus suscitauit, soluens doloribus inferni*, solutis funibus, vel vinculis, quibus mors, sepulcrum, aut ipse infernus, in quem victor descendit, constringere illum poterant. Et quoniam à naui ad Rempublicam transfertur, gubernator dicetur quasi funarius, hoc est, qui sollicitam curam agit funium, hoc est legum, quibus ciues, quasi vinculis constringuntur, & continentur in officio; vel dolorum, ac poenarum, quibus arcentur à scelere. Propterea dixit Sapiens: *Intelligens gubernacula possidebit*: qui scit constringere, & ligare, aut curam funium habere, ille gubernationi est aptus. Quidam interpretantur, consilia, aut cogitationes possidebit, sed non consequenter. Atque alibi idem Sapiens manifestat, quantùm huius generis hominum indigeat populus, dicens: *Vbi nõ est gubernator, populus corruet*. Iam verò ad interpretationem nostri textus redeuntes: *A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes*, ob oculos legentium ponit Propheta omnia, quae in vehementi tempestate accidere solent periturae naui. Gubernatores enim, quasi è specula prospicientes periculi magnitudinem, neque se prouidere satis posse existimantes, consilij inopes vociferantur, clamant, lamentantur, praecipiunt nemine obsequente, nemine, quid dicant, auscultante; quoniam singulorum iam res agitur, non nauis, cuius est desperata iam salus. *A sonitu* ergò, vel à voce; eadem est enim Hebraea vox קול Chol, quae apud Ezechielem: *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarũ, quasi sonum sublimis Dei*, subintellige tonantis, *cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis, vt sonus castrorum*. Quo loco eadem vox saepius iteratur *clamoris* זעקה zaghacah, quae clamorem ex animi angore ortum significat, vt in psalmo: *Clamaui ad te Domine: dixi tu es spes mea*, cùm essem omni alia spe destitutus. *A sonitu* ergò *clamoris conturbabuntur classes*, sibi damnum simile pertimescentes.

Vnde dicatur nauis gubernator. *Ionae 1. ℣. 6.*

R. Dauid lib. radic.

Psal. 17. ℣. 5.

Act. 2. ℣. 24.

Gubernator quasi gerens curam funium, quibus ciues continentur in officio, & arcentur à scelere. *Prou. 1. ℣. 5.*

Prou. 11. ℣. 14.

Ezech. 1. ℣. 24.

Psal. 141. ℣. 6.

XXIX.

Et descendent de nauibus suis: non de tuis, quia de vicinis nauibus sermo est, *omnes qui tenebant remum, nautae, & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt*, &c. Exaggerat ruinam Tyri; naufragium commemorans, vt persistat in instituta allegoria. Obstupefactae conturbabuntur classes, & quotquot illarum curam gerebant; uel eius ministeria exercebant, in summa miseria vile tugurium incolere uolent potius, quàm in mari gubernacula possidere. R. Dauid Chimchi: A sonitu gubernatorum tuorum turbabuntur uillae, id est, villae tuae, quae sunt in terra, audita ruina, ac desolatione tua, turbabuntur: & nautae in terra stabunt. R. Salomon: Nescientes quo tendere debeant: uel post destructionem tuam omnes nautae, ac negotiatores, qui cum suis mercibus ad te ueniebant,

Quàm sit terribilis Tyri ruina ab adiunctis declarat.

R. Dauid Chimchi.

R. Salomon.

Universidad de Deusto Biblioteca

bant, in terra ſtabunt; id eſt, non nauigabunt amplius, cùm non ſit futura ulla ciuitas tui ſimilis in negotiatione, & mercatura: quare deinceps in terra, non amplius in mari negotiationi uacabunt. Haec Rabbini. Vel ſenſus eſt, tantum fore ſonitum, clamoremque ruentis Tyri, ut uicinae gentes obſtupeſcant, & conturbentur. Simile quiddam ſignificare Dominus uoluit, dicens Samueli: *Ecce ego facio verbum in Iſraël, quod quicumque audierit, tinnient ambae aures eius*. Sumpta tranſlatio eſt ab eo, qui repente audit aliquod cymbalum, uel torméntum bellicum, aut tonitruum magnum: uehemens enim ille ſonus, aut aër commotus ſenſum auditus uerberans, non ſolùm audientem conturbat; uerùm etiam tinnitum diu durantem in auribus excitat, ex quo poſtea ſequuntur affectus, timoris primùm, quales ſunt praedicti, *deſcendent de nauibus, & in terra ſtabunt*. Quod alia phraſi expreſſit Iſaias, dicens: *Tacete habitatores inſulae*, ſiue inſularum: hoc eſt, quieſcite, abdicate uos mercatura, & nauigatione. Alij quoque ſequuntur affectus commiſerationis uerſus miſeram Tyrum, talia ſufferentem, quos indicant ſequentia, eoſque manifeſtauit Iſaias, dicens: *Vlulate naues maris, quia vaſtata eſt domus, vnde venire conſueuerant naues*. Verùm quoniam utriuſque humani affectus oblita Sidon, potius uidebatur inſultaſſe Tyro, ac ſine ulla commiſeratione riſum mouiſſe, excitare illam conatur Iſaias, ut ſibi timeat, & infelicis ſororis miſereatur, dicens: *Erubeſce Sidon, ait enim mare, fortitudo maris dicens*. Tyrum inducit loquentem, eamque mare compellat, & fortitudinem, ſeu arcem maris, quòd loco eſſet ſita maritimo, & arte, ac natura munitiſsimo: uel potius ad hoc naufragium Tyri alludens, non Tyrum, ſed mare, in cuius corde ſubmerſa iacet munitiſsima Tyrus, pro ea loquens inducit, dicens: *Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines*. Quem locum alioqui difficilem aptiſsimè interpretatur Pintus, dicens Hebraeam particulam לא lo, hoc loco interrogantis eſſe, non negantis; quam in hunc ſenſum uertit vulgatus in libro Iob: *Nonne diſſimulaui? nonne ſilui? nonne quieui?* quae quidem interpretatio non eſt aliena à Latina phraſi: Cicero enim ea uſus eſt, dum ait: Non ager Picenus amiſſus? non patefactum iter ad urbem? hoc eſt, nonne amiſſus? nonne patefactum? Quamobrem erit loci ſenſus ita, ut Tyrus feminam agens, dicat. *Nonne* uehementer dolens *parturiui*? hoc enim ſignificat Hebraea uox, *non* ne *peperi*? & tamquam uera mater filios edidi? omnes ne mei ciues exteri ſunt, & alienigenae, à quibus deſtituta perierim? *non* ne *enutriui iuuenes* electos ad bellum, qui amore patriae fortiſsimè decertarent pro me? nonne *ad incrementum perduxi virgines*, quas defenderent viri bellatores, qui forti animo mortem potius eligerent, quàm eas paterentur hoſtium praedae, atque ignominiae patere? Si ergò ego maris quondam inſula, tot fortiſsimorum militum mater, atque omnium tum meis, tum exterorum munita praeſidijs, tam miſerè corrui; ne efferaris uicina Sidon; mihi crede, & quòd ad me attinet, miſericordia commouearis: quòd ad te, tibi ſollicitè caue. Quae quidem hortationis uerba non Tyro tantùm dicta, ſed cuicumque urbi regionum mundi: immò uerò unicuique noſtrum dicta, & maximè perpendenda crediderim. Hoc itaque feciſſe dicuntur nautae, remiges, & gubernatores claſsium, quicumque interfuerunt naufragio: ſibi enim praecantes, deſcenderunt de nauibus, & in terra ſteterunt. Quae autem ſequuntur, ad miſericordiam, & ſympathiam pertinent.

Et eiulabunt ſuper te voce magna. Tanto miſericordiae ſenſu tangentur eorum corda, ut, cùm uim doloris continere non poſsint, prorumpant in gemitus, & clamores. Et audire facient ſuper te uocem ſuam, reddunt ex Hebraeo nonnulli. Etenim vox Hebraea id eleganti phraſi ſignificat, quod ex magna, contentaque uoce profertur; ita ut uel ab ijs, qui procul abſunt, audiri queat: ut in libro Iſaiae: *Et auditam faciet Dominus*, audiri faciet, *gloriam*, maieſtatem, uel fortitudinem; elationem, uel contentionem diceres *vocis ſuae*, ut ex Hebraeo uertitur, fulgetro, & imbre, *& lapide grandinis*: quaſi dicat, uſque adeo extollit Deus ualidiſſimam tonitrui ſui uocem, ut audiri poſsit ab omnibus, tum qui procul, tum qui prope; non minus à uigilantibus, quàm à dormientibus; id enim omne ſignificat, auditam facere uocem. *Et clamabunt amarè*, conceptum animi dolorem exprimentes, nec uoce tantùm; ſed etiam lacrymis, & gemitibus doloris ſigna proferent: ſed multò magis factis: propterea ſubdit.

Et ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere conſpergentur. Quae quidem maximi moeroris ſigna ſunt: quapropter & paenitentiam agentium affirmat Hieronymus eſſe propria. Quod quidem legentibus ſcripturas ſacras ita manifeſtum eſt, vt confirmatione non egeat. Verùm cogitanti mihi, quam ob cauſam aſperſus capiti puluis, vel cinis, paenitentiam oſtendat, vel excitet, hoc unum ſeſe obtulit: duo potiſſimum in paenitentia ſpectari, ut offenſus Deus placetur, & homo à peccato reuocetur. Quòd ad primum attinet: cùm miſer mortalis homo puluerem, uel cinerem capiti ſuo aſpergit, ſuam originem, & quid etiam de ſe futurum ſit, Deo ex alto proſpicienti oſtendit, quò diuinam miſericordiam erga miſerrimum, & puluerulentum hominem excitet. Hoc ualidiſsimo argumento diuinam implorabat opem ſanctus Iob, dicens: *Memento quaeſo, quòd ſicut lutum feceris me*, ex puluere coagmentatum, *& in puluerem reduces me*. Et iterum: *Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillae, & cineri*. Hoc etiam uſae ſunt orationis rhetorico colore ſanctae mulieres, Iudith, & Eſther, aſpergentes cinerem capitibus ſuis. Eodem & Niniuitae, & miſeram Hieroſolymae ruinam dolentes, quae *conſperſerunt cinere capita ſua, virgines Hieruſalem*. Idemque de noſtris Tyrijs, & uicinis Sidonijs affirmat Chriſtus Dominus: ſi in illis factae fuiſſent uirtutes, quae in Corozzain, uel Bethſaida factae fuerant, *olim in cinere, & cilicio paenitentiam* fuiſſe facturas. Et hoc quidem facto condonatio delicti, ac miſericordia facilè impetratur à Deo, ſi quis faciat, quod in ſe eſt: quod ut faciat, aſpergat cinere, uel puluere caput, quaſi tollens de puluere ruinae Tyri, uel de cinere, aut fauilla, in quam redactae ſunt illius merces, & gloria, & imponens capiti, cogitet ad ſe conſimilis exitus memoriam pertinere. Neque Tyri tantùm; ſed & omnium praeteritorum principum, in quorum tumulis Auſonius refert inſcriptum tale carmen:

Ductores quondam, puluis, & vmbra ſumus.

Ante ipſum uerò Horatius alio carmine.

— Nos vbi decidimus,
Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus;
Puluis, & vmbra ſumus.

Et Lucanus:

Capit omnia tellus,

Quae

1. Reg. 3. ℣. 11.

Iſai. 23. ℣. 2.

Non eſt ridendum, aut inſultãdum miſeris, ſed timendum, & dolendum.

Ibid. ℣. 4.

Hebr. Pint. in Iſai.

Iob 3. ℣. 26.

Cic. Ad.

Aliorum ruina nos cautiores reddit.

Iſai. 30. ℣. 30. Auditam facere vocem quid ſignificet.

Hieron.

Cinis, vel puluis aſperſus paenitentiae ſignum, & quare. Duo paenitentia includit. Cinis in capite noſtram miſeriã Deo oſtendit.

Iob 10. ℣. 9. & 30. ℣. 19.

Iudith 9. ℣. 1. Eſther 14. ℣. 2. Ionae 3. ℣. 5. & 6. Thren. 2. ℣. 10. Luc. 10. ℣. 13.

Cinis in capite conſimilis exitus memoriam indicat.

Auſon. in Heroum tumul. 17. Hor. carm. lib. 4. od. 7.

Lucan. lib. 7. belli ciu.

Vtae genuit.

Et Cicero Euripidis carmen citans, ait, reddenda est terra terrae. Quocirca Basilius: Vbi iam dic, qui ciuitatum magistratus amplissimos capessebant? vbinam illi inexpugnabiles, atque inuicti rhetores? vbi item, qui praeclarè adeo statuerunt, ac benemeriti sunt de publicis istis conuentibus? quò abierunt illustres hippotrophi? hoc est equorum nutritores: vbi duces sunt exercituum? vbi satrapae? denique tyranni quò concesserunt? non omnia puluis? non sunt in fabulam versa omnia? Memoria vitae istorum in quam paucis ossibus retinetur? in horum sepulcra defecte parumper oculos; possene re speras discernere inter famulum, & dominum? inter pauperem, & diuitem? discerne, si qua suppetit vis discernendi, inter vinctum, & eum à quo vinctus erat Regem; inter robustum, & debilem: inter eleganti quadam forma praeditum, & deformem. Haec ille. Quae omnia, vt assiduè mortis memoriam recolamus, hortantur. Nec sacra solùm, sed & profana philosophorum scripta audiamus. Cicero enim: Tota philosophorum, inquit, vita, vt ait Socrates, commentatio mortis est. Et Diogenes de Democrito sic scribit: Saepe solitarius viuens, atque etiam sepulcra incolens.

Cic. lib. 3. Tusc.

Basil. in homil.

Cic. lib. 1. Tusc.

Diog. Laërt. lib. 9. vitae philosoph.

Duplex ergo affectus exprimitur puluere, & cinere. Primus misericordiae erga miseram Tyrum, quae praecipitata corruens, in puluerem redacta erat. Nam puluueris aspersio eiusdem damni communicationem quandam importat, quae solatium aliquod miseris afferre solet. Hac primùm ratione Iobum consolabantur amici: cùm enim vidissent eum sciffis vestimentis, tonso capite corruisse in terram, puluereque respersum, non symbolo, sed verè dicentem: *Nudus egressus sum de vtero matris meae, & nudus reuertar illuc:* ipsi quoque *exclamantes plorauerunt, sciffisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in caelum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum.* Alter affectus, erga se ipsum diuinam misericordiam implorans, eiusque indignationem placans, optimè puluere, & cinere indicatur: duo enim mala, quasi cuidam vrbi, minatur vnicuique Deus, incendium, & ruinam, prout videre est in Isaiae allato loco: *Auditam faciet Dominus gloriam vocis suae, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine, & lapide grandinis.* Contra haec autem potentissima diuini brachij tela, scutum, & galeam adinuenit humana miseria, nempe cineres, quos non amplius comburit ignis; & puluerem, quem non comminuit turbo, neque conterit grando: nempe propriae abiectionis, ac miseriae assiduam meditationem, quam Deo sibi irato commemorabat sapientissimus Iob, dicens: *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Et iterum: *Ecce nunc in puluere dormiam; & si manè me quaesieris, non subsistam.* Quòd si adhuc intumescat puluerulentus peccator, adhuc timeat; erit enim *tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terrae:* hoc enim pulueri supereſt, vt dispergatur. Idem mos omnino fuit gentibus, teste Luciano, probaturque Homeri testimonio, apud quem Achilles, audita morte Patrocli, cinere caput aspersit. Et iterum ait: *— nunc perpexis in pectore barbis*

Verrere humum, nunc foedantes in puluere crinem.

Puluueris, aut cineris aspersio diuinam prouocat misericordiam, iram placat.

Isai. 30. ℣. 30.

Iob 13. ℣. 25.

Et cap. 7. ℣. 21.

Ps. 1. ℣. 4.

Lucia. libel. de luctu. Hom. lib. 18. Ilia.

Et apud Catullum:

Caniciem terra, atque infuso puluere foedans.

Catull. in Argonau.

Et Virgilius:

Caniciem multo deformat puluere.

Virgil. 10. Aenei.

Et radent super te caluitium: radere, & caluitium, verbo, & nomini ex eodem verbo deducto, respondet in textu Hebraeo קרח charach, quae vox significat forcipe crines remouere: est enim longè aliud nomen, significans eum, qui natura caluus est. Quare aptissimè vim vocis exprimens vulgatus, radere caluitium vertit; quam optimè interpretatur ipse Hieronymus, dicens: Radentque super Tyrum caput, & facient caluitium: quod in luctu fieri solet eo tempore, quo magnitudo doloris omnem excluſit laetitiam. Lucianus enim narrat in more fuisse positum apud antiquos, cùm intestino dolore premerentur, comam vellere. Et Suetonius sic scribit: Quin & barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque aduersus nos bellum esset, velut in domestico, communique moerore consensisse ad inducias: Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. Et Herodotus ait lugentes Masistij mortem, se ipsos, & equos, & iumenta totondisse. Et Plutarchus refert Alexandrum in luctu Hephaestionis mortui equos, mulosque totondisse, & finitimarum vrbium pinnacula diruisse. Cuius quidem consuetudinis, quamquam sapienter à Patre Hieronymo Prado, & ab Antonio Gueuara, testimonia, & rationes allatae sint, ita vt vix quidquam, vel addi, vel exoptari aliud posse videatur: tamen eam loci interpretationem, quam Theodoretus commemorat, referre non pigebit, quoniam totum hunc lugentium morem illustrat. Est autem huiusmodi: Capitis insigne ornamentum, nempe capillos deponunt, quo se miseros inter sordida exprobratorum hominum consortia annumerandos deinceps fore profiteantur. Haec ille. Cuius rationem reddit Ouidius sic scribens:

Catull. in Argonau. Virgil. 10. Aenei. XXXI.

Hieron.

Lucian. lib. de luctu.

Sueto. in Caligula c. 5.

Hero. lib. 9. ubi de morte Masistij. Plut. in vita Alex.

P. Hieron. Prad. super Ezech. 24. ℣. 17. Anto. Gueuara super Habacuc 3. ℣. 13. Theodor.

Ouid.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus;
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Et auctor est Beda, tondere caput ideo ab Ecclesia fuisse receptum, vt quod antiquitùs probro dabatur, & ignominiae apud gentes, honori, ac decori haberetur sacerdotibus suis. Nam Petro Apostolorum principi, cùm Antiochiae praedicaret, caput ab impijs abrasum fuit, vt cunctis ludibrio foret. Idemque Eliseo obiectum fuit ab exprobrantibus pueris, & dicentibus: *Ascende calue, ascende calue:* quod scelus atroci morte vindicauit mox Deus. Et vsque adeo abominabantur Hebraei caluitiem, vt eos, qui natura calueſcunt, iudicauerit Deus lege vindicandos ab infamia, dicens: *Vir, de cuius capite capilli fluunt, caluus, & mundus est:* quasi dicat, non propterea immundus, quia caluus; nisi fortè ex leprae morbo caluus sit, vt mox eius signa subdit. Quae verò de cinere, & capitis rasura diximus, eadem propè omnia ad cilicia quoque pertinere putamus.

Quare in Ecclesia caput radatur sacerdotibus.

4. Reg. 2. ℣. 23.

Leu. 13. ℣. 40.

Et accingentur ciliciis; quae ex pilis camelorum, vel caprarum texebantur, quorum vsum, bellicis machinis, ab ignibus praesertim tuendis aptissimum fuisse tradunt Vitruuius, Seruius, & Asconius. Quod innuit Cicero, dum dicit: cùm iste coria, cilicia, saccos imperaret, & cetera. Quibus adde, dicta fuisse cilicia à Cilicibus, apud quos primùm confecta sunt, vt auctor est Varro. Quare aptissimè etiam à diuinae vindictae iaculis, ac missilibus, cilicijs se tuentur peccatores, vt, qui vixerant, inquit Hieronymus, in delicijs, postea paenitentes

Cilicij vsus in bello.

Vitr. lib. 10. c. ult. Seru. Geor. 3. Ascon. Pedianus lib. 3. in actio. Cic. in Verr. Varr. lib. 2. de re rust.

D

Universidad de Deusto Biblioteca

nitentes viuant in austeritate, atque duriria. Hic enim est primus cilicij effectus, maximè si ad carnem intrinsecùs vestiatur; sicut fecisse dicitur Ioram Rex Israël, cùm Benadad Rex Syriae obsideret Samariam, essetque tam magna fames in ea, vt coxerint mulieres filios ad vescendum. *Quod cùm audisset Rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum, viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecùs.* Alius effectus est, vt moeroris, luctus, atque tristitiae signum sit: de quo in psalmo: *Conscidisti saccum meum;* hoc est, vestes lugubres, *& circumdedisti me laetitia.* Pro eodem autem accipiuntur in sacris, saccus, & cilicium: quoniam eadem voce Hebrea פש sac, ambo significantur. Hebraeam vocem, quod mirandum est, quamplurimae nationum linguae vsurpant: Graeca enim, Germanica, Belgica, Gallica, Italica, & Hispanica consimili voce saccum nominant. Est autem saccus squalida, ac sordida vestis, qualis moestos decet. Propterea Cicero ferè semper luctum cum squalore coniungit, dicens, ne illius luctum, squaloremque aspicerem. Et iterum: Aspicite, Iudices, squalorem, sordesque sociorum, spectaculum sordidum, atque luctus. Erat autem Romanis huiusmodi vestis, dicta pulla, propter terreum colorem: quocirca idem Cicero ait: Atque etiam id à te scire cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accumberes? & subdit: Quis vnquam cenauit atratus; cùm ipse epuli dominus Quinctus Arrhius albatus esset? Huiusmodi crimine accusabatur homo ille, cui dictum fuit in Euangelio. *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* hoc est candidam. Propterea *dixit Rex ministris; ligatis manibus, et pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, et stridor dentium:* erat enim malum omen, lugubrem vestem nuptijs inferre. Ratio autem, vt dixi, propter quam erat lugubre hoc vestimenti genus, ea potissimum erat, quia eo vtebantur vilissimi, & abiectissimi homines. Suetonius enim refert de Augusto in hunc modum: Militem secreuit à populo, multis è plebe proprios ordines assignauit; praetextis cuneum suum, & proximum paedagogis; sanxitque, ne quis pullatorum media caueae sederet. Et Quinctilianus ait: Iam collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mirè ad pullatum circulum facit. hoc est, ad cumulum hominum abiectissimorum. Qui quidem mos apud antiquos inoleuit, vt funus sequeretur vestitus pullus. Homerus enim tradit Thetim adituram Iouem, cùm Achillem filium breui ad Troiam periturum deploraret, sese velo nigerrimo operuisse. Et Crassus ille diues muraenam in piscina domus mortuam atratus, tamquam filiam luxit, vt scribit Macrobius; de quo videndus est Aelianus, & Apuleius. At praetextam pullam induere nulli alij licebat, nisi ei, qui funus faciebat.

4. Reg. 6. ℣. 30.

Cilicium moeroris signum. Psal. 29. ℣. 12.

Saccus, & cilicium pro eodem accipiuntur in sacris.

Sic vox Hebraea pluribus gentibus communis.

Saccus quid sit.

Cic. ad Att. & pro Cluē.

Vestis pulla, quae.

Cic. in Vatin.

Matt. 22. ℣. 12. & 13.

Quale crimen nuptias adire sine veste nuptiali.

Suet. in August.

Quinct. lib. 2. c. 13.

Homēr. lib. 18. Iliad.

Macr. li. 3. Satur. c. 15. Ael. lib. de nat. ani. c. 4. Apul. lib. 3. meta. & 7. Sext. Pomp. lib. 14.

XXXII. De carmine lugubri.

Et assument super te carmen lugubre. Cuius mentio est in Euangelio: cum enim vocatus Dominus ab Archisynagogo, vt morituram puellam sanaret, eamque iam mortuam resciuisset in via: *Cùm venisset,* inquit Euangelista, *in domum principis, et vidisset tibicines, et turbam tumultuantem.* Vbi Chrysostomus ait: tibicines, & tumultum, mortis demonstrationem appellat; more enim veteri tibicines ad excitandos luctus in mortuis ferebantur adhiberi. Verùm huius lugubris cantus mentio cernitur in Ieremia: *Vocate,* ait Dominus, *lamentatrices, vt veniant: et ad eas, quae sapientes sunt, mittite, et properent, festinent, et assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lacrymas, & palpebrae nostrae defluant aquis,* hoc est carmen, quod repeti solebat ad singulos lamentationis versus, prout in cantico laudis iterabantur illa verba: *Quoniam in saeculum misericordia eius. Quia vox lamentationis audita est de Sion: quomodo uastati sumus, et confusi uehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra.* Haec ad reliquum carminis videntur pertinere. *Audite ergo mulieres uerbum Domini: & assumant aures uestrae sermonem oris eius, et docete filias uestras lamentum, et unaquaeque proximam suam planctum; quia ascendit mors per fenestras nostras,* velut fur, *ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.* Qui quidem locus Ieremiae sic apertè declarat omnia, quae in hoc ritu contingebant, vt nihil amplius desiderari posse videatur. Ibi enim, & à quibus caneretur, & qua de causa, & quale carmen caneretur, omnia sigillatim habentur expressa. Quare nihil aliud mihi superest tractandum, quàm, cui etiam genti idem mos obseruatus fuerit, & nomen carminis, ac mulierum cantantium. Quod ad primum spectat, Alexander de Romanis recenset his verbis: Lecto igitur constrato purpura, aut linteis splendentibus, & in eo defuncti corpore locato, post vltimam conclamationem, tibicine praecedente, qui naeniam funebrem, qua laudes defuncti, & facta recensebat, tum pudorem, integritatem, & fidem, non saltabundus vt olim, sed stans Phrygio modulo caneret, funus procedebat. Et subdit: Praeficas, quae luctui praeessent, aduocare, vel pretio conducere solebant, quae cantu, & funebri carmine lamentarentur, vitamque, & praeclara gesta, summasque virtutes non sine miseratione laudarent. Quas quidem naenias Graecis in luctu saepe decantari inuenimus, qui apio coronati, defuncti laudes recensere carmine, quod ἰάλεμον ialemon vocant, & res memoratu dignas, claro praeconio celebrare assueuerant. Haec ille. Quae disertè notationibus illustrat Tiraquellus. Festus item Pompeius, Naenia, inquit, est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Et Diomedes: Id carmen, quod cum lamentatione extremum, atque vltimum mortuo adcanitur, naenia dicitur. Nonnius: Naenia ineptum, & inconditum carmen, quod adducta mulier, quae praefica dicitur, ijs, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberet: citatque illud Varronis, dicentis: Ibi à muliere, quae obtusa voce esset, perquam laudari, deinde naeniam cantari solitam ad tibias, & fides. Huius meminit Horatius sic scribens:

Sed ne relictis musa procax iocis
Ceae retractes munera naeniae.

Fuit autem Simonides Graecus poëta lyricus, primus inuentor huius carminis, à Cea insula oriundus, ac propterea Cea naenia dicitur. Cicero etiam eius meminit, dicens: Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen naeniae: quo vocabulo etiam Graeco cantus lugubres vocantur. Et Ouidius:

Ducit supremos naenia nulla choros.

Qui potius ad deam Naeniam respicere videtur, quam ad cantum. De modulo tandem Phrygio, quo naeniae canebantur, agit Apuleius ex Luciano, cuius haec sunt verba: Vninscuiusque harmoniae seruare proprietatem Phrygiae diuinum impetum.

Psal. 105. ℣. 1. & Dan. 3. ℣. 89.

Graeci ac Romani lugubres cantilenas funeribus exhibebant.

Alex. ab Alex. lib. 3. Genial. c. 7.

Praeficae lugubre carmen canebant.

Tiraq. ibi. Fest. Pomp. Diom. Grammaticus. Non. Marcell.

Varro lib. 4. de uit. pop. Rom.

Hora lib. 2. car. Od. 1.

Cic. 2. de legibus.

Ouid. 6. Fas.

Quo modulo caneretur naenia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Apul. lib. 1. Florid. & 2. Luciam. in Harmonid. Ariſt. 8. Polit. c. 5. & 7. Poll. lib. 4. c. 9. & 10. Plin. lib. 2. 622. Cenſ. de die natal. c. 26.

petum; Apuleius vertit, religioſum. Huius meminit Ariſtoteles, Pollux, Plinius, & Cenſorius: Huiuſmodi verò carmina, & moduli aſſumenda ſuper Tyrum affirmat Dominus, tamquam ſuper mortua, quae effertur ad ſepulcrum. Forma autem huius carminis ea eſt, quae ſequitur.

Quae eſt, vt Tyrus, quae obmutuit in medio maris? Nihil eſt, quo praeficae, aut tibicines magis excitarent ad luctum, & moerorem, quàm dum defuncti bonos mores, felicitatemque enumerantes, conferrent cum infelici, & immatura morte. *Quae eſt vt Tyrus?* quaſi dicat: nulla alia ciuitas toto terrarum orbe reperiri poterat, vel tam celebris, vel ſic munita &c. & tamen obmutuit. Theodoretus: In otio, inquit, & pace hoc tempus omne tranſegiſti, quo nemo tibi perturbationem excitare auſus eſt. *quae obmutuit.* Hebraicè כדומה chedumah, à radice דום dum, quae excidere, ſuccidere, ſeu ſilere ſignificat, ſeu compeſci; quod eſt proprium mortuorum: vt in pſalmo: *Paulo minus habitaſſet in inferno* דומה dumah, id eſt, exciſa, vel in ſilentio *anima mea*: vtroque enim modo exponit, R. Dauid. Et in alio pſalmo. *Neque omnes, qui deſcendunt in infernum*, Hieronymus vertit, in ſilentium. Conſimilis etiam vox habetur in pſalmo alio: *Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam*: ex Hebraeo verti poteſt: Si non poſui, & ſilere feci animam meam. Huius ſilentij meminit Virgilius:

Dij, quibus imperium eſt animarum, vmbraeque ſilentes,
Et Chaos, & Phlegethon.

Cenſ. de die natal. c. 26. Nihil eſt, quod tam ad commiſerationem moueat, quàm colliuio praeteritae felicitatis cum praeſenti miſeria. *Theodor.* Obmutęſcere, vel ſilere idem, ac mori. *Pſal. 94. ℣. 17. R. Dauid lib. radic. Pſ. 114. ℣. 17. Hieron. Pſal. 130. ℣. 2. Virgil. 6. Aeneid.*

Ecce Chaos vocat Virgilius, quod ſanctus Iob dixit, *vbi nullus ordo*, ſcilicet, temporis, diei, ac noctis viciſſitudo, *ſed ſempiternus horror inhabitat.* Ex hac Hebraea phraſi ſumpta eſt Latina, qua Plinius, & Columella ſilentem Lunam appellant, quae non apparet: & ſilentes ſurculos, aut vineas, quae nondum germinant. Et Ouidius mortuos vocat ſilentes:

Iob 10. ℣. 22. Plin. li. 16. c. 39. Colum. li. 2. c. 10. & lib. 11. c. 2. & lib. 4. c. 27. Oui. 5. Faſt. Virgil. 6. Aeneid.

Mox etiam lemures animas dixere ſilentum.

Et Virgilius:

Quaeſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum,
Conciliumque vocat, vitaſque, & crimina diſcit.

Eſt ergo loci ſenſus: *quae eſt vt Tyrus?* quae celſitudine, ac excellentia reliquas omnes vrbes ſuperabat; nunc in infernum detruſa, & quaſi mari ſubmerſa miſerè conticeſcit.

XXXIII. Vani praeſentis felicitatis fructus. *Theodor.*

Quae in exitu negotiationum tuarum de mari impleſti populos multos. Septuaginta: Quantam inueniſti mercedem à mari? Vbi Theodoretus: Satis hoc eſt ad docendos omnes homines, ne ſuperbia efferantur, propter eam, quae ſub aſpectum cadit, felicitatem; propterea quòd mutatio conſequitur: hoc enim ipſi Tyro ait: Quid tanto tempore à negotiatione tua lucrata es? nihil tibi negotiationis labor profuit, neque omnium gentium concurſus: inſtar enim nauigij demerſi malorum deformitate cooperta es, veluti quoſdam fluctus, excipiens hoſtilium legionum defluxus.

In exitu. Hebraicè בצאת betſeath, à radice יצא iatſa, quae quemlibet exitum ſignificat; a qua deducitur illa frequēs in ſacris litteris phraſis, qua ingredi, & egredi idem ſignificat, ac Latinis exſequi officium ſuum & foris, & domi; vt in Deuteronomio Moyſes: *Centum viginti* inquit *annorum ſum hodie, non poſſum vltrà egredi, & ingredi.* Et Caleb loquens cum Ioſue, ait: *Illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum, quam ad gradiendum.* Aptiſſimè tranſtulit phraſim vulgatus, quam ſic alij reddunt. Quale olim erat robur meum, tale nunc quoque ad bellum, ad egrediendum, & ingrediendum. Quare non tantùm ſignificabitur hoc loco, Tyrum in exitu negotiationum, ſiue in mercium mittendarum copia ditaſſe populos; ſed etiam omni negotiatione, qua merces exportabantur, vel comportabantur.

Ingredi, & egredi quid ſignificet. *Deut. 31. ℣. 2. Ioſue 14. ℣. 11.*

Nunc contrita es. Hieronymus: Ad nihilum deducta es, ſiue facta perditio es: vt non naturam perditionis habueris, ſed voluntatem. Quibus verbis contritionem, ſeu ruinam Tyri ipſius voluntati tribuit; non aſtris, non fato, non caſui, non fortunae. Licet enim Tyrus, ſicut omnes peccatores, non voluerit poenam, nempe ruinam, & deſolationem, quae paſſa eſt; quia tamen dilexit ſcelera, & iniquitates, quas neceſſariò conſequitur calamitatum poena; ideo & poenam, & interitum dilexiſſe meritò dicitur. Quod diſertis verbis ſignificauit Dominus, Iſraëli per Oſeam loquens: *Perditio enim* inquit, *tua Iſraël*, non hoſtium, non infecti aëris, non concurſus ſiderum, non virium accenſi ignis, ſed *tua*; tu enim haec omnia mala in te concitaſti; cùm aduerſus tuum creatorem, & rerum auctorem, peccata, & ſcelera impudenter commiſiſti.

XXXII II. *Hieron.* Tyri rui na eiuſdem ſceleribus tribuenda, non fato, neque aſtris.

Oſe. 13. ℣. 9.

Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te. Hoc eſt enim hominibus natura comparatum, vt ad alicuius hominis, in caenoſo aliquo praecipitio ruentis, ſpectaculum obſtupeſcant primùm, miſereantur deinde, & tandem miſerum hominem luto ſpurcatum, claudicare, aut volutari contemplantes, in riſum, & cachinnos concitati, ad ſibilos conuertantur. Sic apud Sophoniam de Niniue dicitur: *Omnis, qui tranſibit per eam, ſibilabit.* Et in threnis: *Sibilauerunt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem.*

XXXV. Sibilatio comitatur ruinam.

Sophon. 2. ℣. ult. Thren. 2. ℣. 15.

Et non eris vltra vſque in perpetuum. Theodoretus praeter eam, quam ſuprà attulerat loci interpretationem, nunc adducit aliam ex Ieremia, aſſerente Dominum poenitentiam acturum de malis, quae cogitauerat facere genti, ſi gens conuertatur à malis ſuis; & concludit: igitur & fert Dominus ſententiam, & latam, antiquat. Neque veritas mentitur: fert enim ſententiam contra non paenitentes: in iis verò, qui paenitentiae remedium exceperunt, ſupplicij decretum nullum habet locum: hoc vſu venit Niniuitis. Hic igitur itidem longi ſupplicij decretum abrogauit poſterorum commutatio. Haec ille. Verùm cùm haec ſint inſultantium verba, nulla alia indigent interpretatione, quàm quòd maleuoli ea minitentur, quae exoptant mala euenire. Vel ſignificant de tam ſublimi felicitatis gradu, in tam profundum miſeriarum barathrum praecipitatam Tyrum, vt in priſtinum ſtatum nullo vmquam tempore poſſe reſtitui exiſtimetur.

Theodoret. Sup. c. 26. ℣. ult. Ierem. 18. ℣. 8. Qua ratione Deus videatur mutare, quam tulerat damnationis ſententiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Principem Tyri de ſuperbia, & arrogantia conuincit Propheta, incitatus ad deplorandos eiuſdem ruinae caſus, quibus & Sidonis euerſionem, & Iſraëlis libertatem, ac felicem patriae habitationem ſubnectit.

I. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

II. Fili hominis, dic principi Tyri: Haec dicit Dominus Deus: Eo quòd eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris: cùm ſis homo, & non Deus, & dediſti cor tuum quaſi cor Dei.

III. Ecce ſapientior es tu Daniele: omne ſecretum non eſt abſconditum à te.

IIII. In ſapientia & prudentia tua feciſti tibi fortitudinem: & acquiſiſti aurum, & argentum in theſauris tuis.

V. In multitudine ſapientiae tuae, & in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem: & eleuatum eſt cor tuum in robore tuo.

VI. Propterea haec dicit Dominus Deus: Eo quòd eleuatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei:

VII. Idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium: & nudabunt gladios ſuos ſuper pulcritudinem ſapientiae tuae, & polluent decorem tuum.

VIII. Interficient, & detrahent te: & morieris in interitu occiſorum in corde maris.

IX. Numquid dicens loqueris: Deus ego ſum, coram interficientibus te: cùm ſis homo, & non Deus in manu occidentium te?

X. Morte incircumciſorum morieris in manu alienorum: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

XI. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

XII. Fili hominis, leua planctum ſuper Regem Tyri: Et dices ei: Haec dicit Dominus Deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore,

XIII. In delicijs paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuum: ſardius, topatius, & iaſpis, chryſolithus, & onyx, & berillus, ſapphirus, & carbunculus, & ſmaragdus: aurum opus decoris tui: & foramina tua in die, qua conditus es, praeparata ſunt.

XIIII. Tu cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti.

XV. Perfectus in vijs tuis a die condicionis tuae, donec inuenta eſt iniquitas in te.

XVI. In multitudine negotiationis tuae repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te o cherub protegens, de medio lapidum ignitorum.

XVII. Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: perdi-

diſti

disti sapientiam tuam in decore tuo, in terram A *proieci te: ante faciem Regum dedi te, vt cernerent te.*

XVIII. *In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuae polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te.*

XIX. *Omnes, qui viderint te in gentibus, obstupescent super te: nihili factus es, & non eris in perpetuum.*

XX. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens:* B

XXI. *Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem: & prophetabis de ea,*

XXII. *Et dices: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui: & scient quia ego Dominus, cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea.*

XXIII. *Et immittam ei pestilentiam, & sanguinem in plateis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & scient quia ego Dominus.*

XXIV. *Et non erit vltrà domui Israël offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferens vndique per circuitum eorum, qui aduersantur eis: & scient quia ego Dominus Deus.*

XXV. *Haec dicit Dominus Deus: Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob.*

XXVI. *Et habitabunt in ea securi: & aedificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus, qui aduersantur eis per circuitum: & scient, quia ego Dominus Deus eorum.*

EXPLANATIO EIVSDEM CAPITIS VIGESIMI OCTAVI.

I. Quibus locis prophetae vtantur hoc exordio.

ET *factum est verbum Domini ad me, dicens.* Frequens Prophetarum exordium, quo non tantùm initio totius libri, seu prophetiae vtuntur; verùm etiam initio cuiuslibet nouae visionis, aut noui alicuius vaticinij. Tum vel maximè, cùm aut calamitates, & miserias principibus, optimatibus, siue etiam toti genti, aut populo superuenturas praedicunt. Quo quidem exordio, & à seipsis odium, & inuidiam repellunt, quae aures audientium obstruerent, animosque auerterent, & sibi tamquam à Deo missis, Deique mandata exponentibus, auctoritatem, beneuolentiam, attentionem, fidemque conciliant: quibus prophetiae propositum finem faciliùs consequantur. Perfimili vsus est argumento Apostolus, dicens: *Paulus Apostolus*, missus, *non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem.* Et iterum: *Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quòd euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem*, hoc est secundum opinionem humanam: *neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.* Hoc idem testatur Propheta noster, dum dicit: *Factus est sermo Domini ad me, dicens.* Quo quidem magnifico, sublimique exordio indigebat Propheta, cuius alioquin imbecillitas mox exprimitur, dum à Deo subiungitur.

Gal. 1. ℣. 1. & ℣. 11. & 12.

II. Filius hominis abiectũ significat.

Fili hominis, fili Adam: quàm enim glorioſum est à Deo ipso mitti, eiusque legatione fungi; tam est abiectum, filium hominis dici: & quàm credibilia sunt verba mittentis; tam sunt suspecta verba C filiorum hominum, à quibus *diminutae sunt veritates*, vel quasi desuetudine perierunt. Verùm in eo maximè diuini verbi vis, atque maiestas elucet, quòd ab ipsis etiam hominum filijs prolatum, & omni fide sit dignum, & cum omni reuerentia sit excipiendum. Vtrumque innuit Isaias, dicens: Domine, *quis credidit auditui nostro?* Hoc est mysterijs de Christo, quae accipiunt à nobis, annuncianti-bus tam inaudita. Cui alibi respondere videtur Dominus, dicens: *Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meae protexi te, vt plantes caelos, & fundes terram:* quasi eadem praestans, quae verbo praestanda decreui, *& dicas ad Sion, populus meus* D *es tu.*

Ps. 11. ℣. 2.

Isa. 53. ℣. 1.

Isa. 51. ℣. 16.

De quo principe Tyri sit sermo, agitatur quaestio.

Dic principi Tyri. Magna est hoc loco inter Patres controuersia; variè enim hunc locum interpretantur: totius autem controuersiae cardo in hoc maximè versatur, ad quem Tyri principem fiat sermo propheticus: quoniam & ad Regem, seu principem Tyri verba referri videntur: at ei non omnia aptari posse nonnulli confirmant. Quare ad diabolum omnia, vel aliqua referunt. Neque solùm à Patribus, & sacrae scripturae interpretibus agitatur haec quaestio; verùm multò magis à doctoribus scholasticis, dum disputant de peccato primo angelorum; quod superbiae peccatũ fuisse ferme omnes E tradunt: idque tum ex hoc, tum ex quarto decimo Isaiae capite probant; de quo similis est omnino disputatio. Triplici porro via progrediuntur scriptores: alij alterutra extrema, alij media. Hieronymus enim per principem Tyri diabolum intelligi videtur asserere, dum scribens ad Damasum, ait: Ad principem Tyri dicitur, in delicijs paradisi Dei

Scholast. 1. p. q. 63. a. 3. & 2. Sent. dist. 5.

Prima sententia daemonem intelligi putat. Hieron. ep. 146. & lib. 6. comm. in c. 14. Isa.

Universidad de Deusto Biblioteca

natus es: & iterum respondere videtur ad obiectionem, dum vocatur à Deo Tyri princeps homo, & non deus. Nam probat in Euangelio, diabolum hominis nomine compellari, dum dicitur a Christo: *inimicus homo superseminauit Zizania*. Quarè etiam ad eundem, & socios dictum legimus: *Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes; vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis*. Quin alibi firmius adhaeret huic sententiae, dicens: Quis tam stultus, & vecordis ingenij, vt in paradiso Dei positum principem Tyri (quemcumque illum esse crediderit) & conditum inter cherubim, & inter igneos lapides conuersatum (quos haud dubiè angelos intelligimus, caelestesque virtutes) putet fuisse eum, qui terrenis lapidibus ornatus sit, & habuerit similitudinem, & signaculum Dei? Hoc idem videtur asserere Augustinus, qui verba illa: *Tu signaculum similitudinis*, &c. de diabolo interpretatur, qui ab initio peccauit, & in veritate non stetit. Et iterum idem Augustinus citat illa verba: *In delicijs paradisi Dei fuisti* omni lapide pretioso ornatus: subditque, ubi intelligitur fuisse aliquando sine peccato diabolum. Origenes: Plangitur itaque, inquit, princeps Tyri: nec putandum est hunc hominem esse: in medio quippe Cherubim nullus hominum est creatus: & in paradiso Dei, si simpliciter litteram sequimur, hominum nullus est enutritus. Et cùm in paradiso deliciarum, sicuti diximus, nemo fuerit, nunc dicitur princeps Tyri in paradiso deliciarum natus, & enutritus. Quis est iste princeps Tyri? Haec & alia multa profert Origenes, quibus fusiùs, ac multis argumentis probat istum fuisse diabolum. Atque alibi idem Origenes vehementius huic sententiæ insistit, dum ex hoc loco probat, malignos spiritus ab omni malo immunes creatos; proprijs culpis, ac sceleribus infectos cecidisse. Inuenimus namque (inquit) in Ezechiele duas quasdam prophetias scriptas esse ad principem Tyri; quarum prima fortasse videbitur alicui, antequam audiat & secundam, dici de homine aliquo, qui princeps fuerit Tyriorum: & ideo nos interim nihil de prima illa sumemus. Vocat autem Origenes duas ad Tyrum prophetias, totidem huius capitis partes: priorem ab initio vsquè ad finem versus decimi; alteram inde vsque ad versum vigesimum secundum. Quare subiungit: Secunda verò quoniam euidentissimè talis est, vt nihil prorsus de homine, sed de virtute aliqua superiori intelligi debeat, quae delapsa fuerit à superioribus ad inferiores, & ad deteriora deiecta, ex ipsa deferemus exemplum, ex quo manifestissimè demonstratur, contrarias istas, magnasque virtutes non natura tales esse conditas, vel creatas; sed de melioribus venisse in peius, atque in deterius esse conuersas. Si enim is, qui dicitur princeps Tyri, referatur, quia inter sanctos erat, & immaculatus erat, & in paradiso Dei constitutus, corona quoque decoris, & plenitudinis exornatus; is qui talis erat, quomodo aliquo sanctorum inferior putandus est? Hactenus Origenes. Et Isidorus sic scribit: Distat condicio angelica à condicione hominis: homo enim ad Dei similitudinem conditus est: Archangelus verò, qui lapsus est, signaculum Dei similitudinis appellatus est, testante Domino per Ezechielem: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti*. Quanto enim subtilior est eius natura, tantò pleniùs exstitit ad similitudinem diuinae virtutis expressa. Quae quidem videtur Beda ab Isidoro sumpsisse, cùm totidem verbis apud illum

Matth. 13. ℣. 28. *Ps 81. ℣. 6. & 7.* *Hieron. lib. 15. comment. in Isai. c. 54.* *August. de Gen. ad litt. lib. 11. c. 22.* *August. lib. 11. de ciuit. Dei c. 15.* *Orig. homil. 13. in Ezec.* *Orig. lib. 1. Periarch. c. 5.* *Isid. lib. de summo bono c. 12.* *Beda lib. quaest. q. 9. de Angelis.*

A scripta cernantur. Ambrosius item: fuisse diabolum in paradiso etiam Ezechiel propheta docet, qui dicit, super Principem Tyri: in voluptate, inquit, paradisi factus es. Principem autem Tyri in figura accipimus diaboli. Tertullianus denique Augustini sententiam recenset, atque confirmat.

Ambr. lib. de parad. c. 2. *Tertull. lib. 2. aduersus Marc. c. 10.*

Verùm huic sententiae opponi videtur ipse Hieronymus, qui in huius capitis prooemio sic scribit: Consequens erat, vt prophetiam Tyri, & principis Tyri vno volumine comprehenderem: & tàm locis, quàm vaticinatione coniunctos nequaquam librorum ordine separarem. Quibus verbis manifestè testatur hanc similem omnino prophetiam esse ei, B quam capite praecedenti interpretati sumus de vrbe Tyri. Quare sicut illam nullus ab vrbe separauit; sic istam ab eius principe nulla ratione separandam Hieronymus putauit. Quam quidem sententiam tam constanter defendit Polychronius, vt Origenem non vereatur accusare, quòd ab illa discesserit. Eius haec sunt verba. Quidam, inquit, haec non amplius de homine dici volunt, sed de diabolo; vt qui contendant, non vt ipsi diuinarum litterarum sententiam sequantur, sed vt πρὸς τὴν ἑαυτῶν φαντασίαν pros tin heauton phantasian, ad sua commenta verba detorqueant. Verùm apertè ex verbis ipsis falsa esse, quae ab eis dicta sunt, ostendentur. Huius porro allegoriae dux quidem, & auctor Origenes C fuit; verùm alij quidam illum secuti sunt, qui suis in scriptis, quippe qui ab ipsa veritate cogerentur, Prophetam hoc loco de homine verba facere confessi sunt; sed eadē tamen de diabolo quoque intelligenda dixerunt. Nec eos puduit & veritatem proponere, & contra illam ex aduerso pugnare: cùm omnis disertè veritas ostendat, hoc loco à Propheta ambitiosum Tyri principē accusari, quique tum ob res praeclarè gestas, tum ob diuitiarum magnitudinem Dei aequalitatem somniauerit. Est autem obseruandum, vt verborum consensione, & consentanea vtatur oratione. Cùm enim esset illi propositum in ciuitatem dicere, orationem in populum, principemque distribuit. Hunc enim vt malorum D principem accusat; illos, vt sectatores impietatis. Ac decimo quidem anno regni Sedechiae hoc vaticinium feciisse Ezechielem, ipsemet apertè satis ostendit, cùm huius visionis tempus initio proposuit. At erat hic annus duodeuigesimus imperij Nabuchodonosoris, quando statua constituta, se ab omnibus censuit adorandum. Cùm ergo Nabuchodonosor omnium potitus esset, vt sibi etiam Dei aequalitatem fingeret; nec tamen Tyrum superare potuisset: magnificè de se Rex Tyri sentiebat, qui omnes & sapientia, & potentia vinceret: & quanto maior erat Babylonij gloria; tanto magis tumebat, maiora sibi tribuens, quam homini par sit; quippe qui visus esset Nabuchodonosore omnium victore praestantior. Quibus quidem uerbis E Polychronius & sententiam suam, & eius fundamenta, rationesque patefecit, ita ut nulla uel interpretatione, uel confirmatione praeterea indigere uideatur.

Polychron.

Mediam uiam ingreditur Apollinarius, qui nonnulla de principe Tyri, alia de diabolo intelligenda esse contendit, ut suprà allatus Origenis locus affirmare uidetur. Verum quoniam eiusdem uerba lucem non modicam textui afferre posse speramus, ideo eadem subdere non pigebit. Execranda, inquit, sunt omnia peccati genera; at maximè est horum omnium superbia execrabilis. Omne enim excelsum, inquit, abominatio est coram Domino: &

Tertia sententia quaedam de principe Tyri, quaedam de diabolo intelligi putat. *Apollinar.*

superbis

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuperbis Deus reſiſtit. Et diuinus Apoſtolus; non neophytum, inquit, ne ſuperbia elatus in iudicium incidat diaboli. Hoc morbo laborauit etiam Tyri princeps, & qui cernebatur, & qui non cernebatur. Etenim nos ueram religionem colentes, in regno quidem, ac poteſtate ſumus huius uniuerſitatis Dei. Tyrus quoque ſimiliter, ac nos etiam, Deum habet Regem, & homines, qui ab illo ſunt conſtituti, ut regnent. Olim tamen Dei ignoratione laborans, & impietati ſeruiens, ductorem habebat, & principem uitiorum, & impietatis inuentorem ſimul, ac magiſtrum diabolum. Habebat etiam uiſibilem principem, qui ab illo malè poſſeſſus agebatur, & impietatis imperio ſubiectus erat. Ad utrumque igitur ſermo; uerùm neutri omnia conueniunt; utrique uerò nonnulla, quaedam alterutri, & quae initio ſunt ſcripta, utrique. Nam & diabolus ad eam inſaniam progreſſus eſt, ut rabie percitus deum ſe ipſe praedicaret; & ut hanc ſibi uenerationem deferrent, hominibus perſuaderet: & uiſibilis Tyriorum princeps hoc faſtu laborans, & ſuam reſpiciens felicitatem, deum ſe eſſe exiſtimauit. Quapropter ad hunc deum dicit: Tu uerò homo es, non deus. Quae quidem propè omnia Apollinarij uerba Theodoretus uſurpat.

Propria ſententia.

Ex his omnibus grauiſſimorum Patrum teſtimonijs aliqua ſine dubio tenenda; alia uerò examinanda deducuntur. Et primùm quidem certum eſt, ad principem Tyri ſermonem haberi, prout ex Prophetae uerbis, & omnium Patrum conſenſu indubitanter aſſeritur. Patrum etiam tam concors ſententia, de ſatana eadem uerba intelligens, de ſatana quoque intelligenda eſſe ita confirmat, ut pium hominem dubitare minimè patiatur. Verùm quo ordine, aut contextus ſerie id faciat Propheta, id quibuſlibet non à tantùm pijs; ſed & à doctiſſimis etiam hominibus dubitari, & inquiri poſſe uidetur. Et quidem maxima difficultas in eo uerſatur potiſſimum inueſtigando, quod aſſumit Origenis, Apollinarij, & Theodoreti ſententia; quod uelle tueri uidentur ſcholaſtici: nempe aliqua de Tyri principe, alia de ſatana, nonnulla etiam de utroque interpretanda, atque intelligenda eſſe. Verùm qua etiam ratione inſtitutam prophetiam de principe uel interniſerit Vates, ut tranſiret ad ſatanam; uel ei huius caſum immiſcuerit, non ſine difficultate, ac multiplici ratione declarant. Quidam enim contextui ſermonis, aut prophetiae de Tyrio principe, annexam planè fuiſſe caſus angelici hiſtoriam affirmant: quaſi exemplo quodam contendat Propheta Deum ſimilem ruinam principi minitari propter ſimile ſuperbiae peccatum. Qui ſanè dicendi modus alijs praeſertim ſacrae ſcripturae locis conueniens, probandus videretur, niſi contextus ipſe Prophetae, ac Domini verba obſtarent. Ait enim:

℣. 11. & 12. *Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum ſuper Regem Tyri: & dices ei: Haec dicit Dominus Deus: tu ſignaculum ſimilitudinis, &c.* quibus quidem verbis Regem Tyri iubetur Vates alloqui, eundemque compellat, dicens: *tu ſignaculum ſimilitudinis*, &c. Quare vt has effugiant anguſtias alij, ad quandam confugiunt Tyconij regulam, à D. Auguſtino propoſitam, qua contendit, multa eſſe in ſacris ſcripturis, quae de impijs, & eorum capite impijſſimo, ac nequiſſimo daemone, coniunctis ſententijs ita dicuntur; vt aliqua membris, ſeu corpori ita conueniant, vt capiti nulla ratione poſſint aptari: alia ita de capite, vt membris non conueniant. In cuius rei exemplum perſimilem huic locum profert Iſaiae, in quo haec habentur verba: *Quomodo cecidiſti de caelo lucifer, qui mane oriebaris?* quae, inquit ille, ſub figura Regis Babyloniae de eadem perſona, vel ad eandem perſonam dicta ſunt, in ipſa contextione ſermonis de diabolo vtique intelliguntur. Et tamen quod ibi dictum eſt: *Contritus es in terra*, non totum ipſi capiti congruit; niſi quia ipſe eſt in corpore ſuo, quòd contritum, fit vt puluis, quem proijcit ventus à facie terrae. Qui quidem dicendi modus hoc vno differt à priori; quòd emollire videtur tranſitum ab vno in alium; quatenus rationem excogitauit non incongruam, qua minus diſtet à peccatoribus peccatorum omnium pater: oſtenditque facilem à capite ad membra, & à membris ad caput in concinna oratione tranſitum fieri non rarò. Verùm tranſitus iſte ab vno in aliud non facilè admittendus eſt, niſi quando nos vel res ipſa, vel alterius loci ſenſus cogat: praeſertim cùm haec regula huic vni innitatur fundamento, quòd aliqua ſint, quae ita alteri congruant, vt alteri nulla ratione aptari poſſint; alia, quae contrà huic conueniant, neque illi poſſint accommodari. Alias enim, ſi vtrique omnia conueniant, quid opus eſt tranſitu? cùm de eo primùm, propriéque dicantur, qui contextui magis congruit; de altero verò ſecundo loco, & figuratè. Quoniam autem & huic eidem fundamento innituntur omnes, qui de diabolo textus hos interpretantur, quàm firmum illud ſit, conſiderandum videtur. Et quidem, quod ad verba Iſaiae pertinet, nulli dubium eſt, quocumque ſenſu accipiantur, ſiue de Babylonio, ſiue de tenebrarum principe, figurata ea quidem eſſe; quoniam vox *lucifer*, & illud, *qui mane oriebaris*, ſiue Hebraea הלל halal, expandens lucem, filius aurorae, propriè dicitur de ſtella matutina, vnde transfertur ad ſignificandam ſplendoris magnitudinem, quo illuſtris erat vel Nabuchodonoſor, diuitiarum, & gloriae opibus: vel Satan naturae, & gratiae eximijs ornamentis. Similiter in noſtro textu, *paradiſus*, locum amoenum nemoribus conſitum, delicijs affluentem ſignificat primaeua ſui inſtitutione; transferturque, ad ſignificandas conſimiles Tyri delicias, amoenaque loca; vel caeleſtis patriae felicem habitationem, vnde ſuperbia tumens diabolus decidit.

Iſai. 14. ℣. 11.

Tranſitus ab vno ſenſu in alium non facile admittendus niſi res ipſa, vel alius contextus cogat.

Lucifer quid ſignificet.

Quapropter cùm contextus in reliquis omnibus de Nabuchodonoſore ille, hic autem de Rege Tyri loquatur, rationi conſentaneum videtur, vt de eiſdem primum intelligātur dicta, mox de diabolo: cum vterque quàm ſimillimo ſuperbiae ſcelere tumidus, perſimili caſus ruina ceciderit. Neque enim à Patrum ſententia hic dicendi modus diſcedit: qui hoc tantùm affirmant, eſſe de Luciferi caſu intelligenda loca; quod nos nulla ratione negamus: quin potius, illum ſenſum primò & principaliter à Spiritu ſancto intentum dici poſſe non dubitamus, vel propterea maximè quòd alienigena princeps Tyri, mox in ſuo ſcelere periturus, neque prophetiam audierit, neque illam ſibi vſui fuiſſe, morum mutatione probauerit. Nobis autem, qui haec legimus, magis vtilis videtur fore conſideratus angeli caſus, quàm Tyrij principis: quantò ille à ſublimiore dignitatis gradu ad inferius miſeriarum barathrum detruſus eſſe perhibetur. Quapropter & Patres huic potius, quam illi interpretationi inſiſtunt. Neque verò vt nouam hanc, aut à nobis excogitatam interpretandi rationem tradimus: ſed potius vt antiquam, & grauiſſimorum Patrum conſenſione probatam. In primis verò Hieronymi,

Primum de Tyrio: mox de diabolo intelligendus eſt locus.

Aug. lib. 3. de doctrina Chriſt. c. 37.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hieron. ronymi, quem in interpretandis sacris scripturis Doctorem maximum confitetur Ecclesia. Is enim, dum locum hunc interpretatur, scribit non minus huius capitis verba de Rege Tyri, quàm praeceden tis de vrbe intelligenda esse, & subdit. Scriptum est in Isaia ad Regem Babylonis Nabuchodonosor, quòd se Dei potentiae coaequarit, & in tantam elatus sit arrogantiam, vt auderet dicere: Super sidera caeli ascendam, & ero similis altissimo: praecipitatusque de solio, meruit audire: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur? Et de Pharaone in hoc eodem Propheta: Mea sunt flumina, & ego feci ea: Et de principe Tyri, quòd elato corde dixerit arroganter: *Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi:* siue in habitaculo Dei habitaui: cùm sit homo, & non deus. Quae quamquam videantur vires humanae fragilitatis excedere, & non tam hominum verba esse, quàm insanientium daemonum; tamen hyperbolen debemus accipere, quòd in tantum intumuerint, & nescierint mensuram suam; vt elati felicitate saeculi, & regni potentia, dum praesentia bona putant esse perpetua, homines se esse nescierint, & aeternum sibi imperium vindicarint. Haec Hieronymus. Quibus verbis loci sensum, quem litteralem vocant, seu historicum, interpretatus est, rationem reddens eorum, quae eidem obijci posse videbantur: & quomodo sint intelligenda, demonstrauit. Verùm ad alium sensum transcendit, haec addens. Licet sub typo principum, Regum, & singularum vrbium, vel prouinciarum, potestates aduersariae demonstrentur: de quibus scribit & Apostolus Paulus: non est nobis pugna aduersus carnem, & sanguinem; sed contra principes, & potestates, rectoresque tenebrarum istarum. Ex quibus quidem Hieronymi verbis duplex habetur loci sensus: alter, quem diximus, historicus de Rege Tyri; alter verò tropicus, siue allegoricus de aëreis potestatibus tenebrarum. Atque in hunc eundem modum interpretandus est semper Hieronymus, vt sibi constet; sicuti constare necesse est tantum virum: nempe, vt quotiescumque de Satana locum interpretatur, in sensu figurato locutus credatur, alias in historico. Quo etiam modo intelligendus est ipsemet in Decreto citatus, dum ait: De caelo etiam cecidit Lucifer, qui mittebat ad vniuersas nationes: & ille, qui in paradiso deliciarum inter duodecim nutritus est lapides, vulneratus à monte Domini, ad inferna descendit. Eademque ratione interpretandi sunt reliqui Patres. Origenes verò, Apollinarius, & Theodoretus, qui ita se opponunt huic sententiae, vt nulla ratione adduci posse in hanc sententiã videantur; quoniam affirmant, aliqua verba non posse ad principem Tyri referri; accipiendi etiam sunt, tamquam loquuti de eorundem verborum significatione, quae in sensu grammatico, hoc est, quem ipsa verba per se sonant, elicitur. Atque ita non possent ad principem, vel Tyri, vel Babylonis accommodari, cum figuratè ponantur: quod & verum est, & à nobis satis suprà demonstratum. In eo enim sensu Lucifer stellam significat, non Regem: Paradisus hortum significat, non Tyrum. Neque tamen propterea nobis aduersantur, cum in sensu rhetorico, seu figurato, qui historiam connectit, de Rege Tyri sit intelligendus locus; quoniam alter, grammaticus nempe, omnino à mẽte scriptoris est alienus, vt fusè probat Augustinus, dum quibusdam in locis tantum inesse difficultatis affirmat, vt vix ab imperitis lectoribus, quid vel falsò suspicentur, inueniatur; ita obscurè quaedam dicta densissimam caliginem obducunt: quod ex multis causis prouenire ibidem ostendit. Verùm ne videamur, vnius tantùm Hieronymi testimonio, licet satis firmo confidentes, aliorum Patrum non sequi sententiam, libet tantisper aliorum etiam testimonia breuiter percensere. Primumque sit Anastasij Synaitae huiusmodi. Ad spiritualis autem, inquit, paradisi rationem se maximè conformarunt interpretes, adducentes testem Ezechielem, & Deum, qui in ipso loquebatur; vbi videtur Deus nobis aenigmaticè reuelare apud ipsum Prophetam diaboli è caelo casum; sic dicens: Et tu fili hominis accipe lamentum super principem Tyri, & dic ei: *Haec dicit Dominus, Tu signaculum similitudinis,* & corona pulcritudinis, in delicijs paradisi Dei generatus es. Erat enim impius princeps Tyri, & idololatra in diebus Ezechielis prophetae. Quibus verbis manifestissimè Anastasius sensum, qui de caelesti paradiso, & angelo est, spiritualem nuncupat, & aenigmaticum; de Tyro historicum. Cyrillus etiam consimiliter, inquit, Ezechiel propheta sub typo, & nomine Regis Tyri, qui membrum erat diaboli, dicit de eo: *Tu signaculum similitudinis,* &c. Et Tertullianus. Signaculum Dei, & figuram, quae velut in cera mollissima expressa sit, Rex Tyri resignauit, ac perdidit. Cui quidem disputationi finem imponet Gregorius, dicens: Mos est sacrae scripturae, vt vno, eodemque sermone, dum narrat gestum, pandat mysterium. Quòd si cui fortè videbimur diutius, quàm par erat, in hac immorati disputatione; consultò nos intelligat maluisse semel haec certò statuere, ne saepius essent iteranda, aut nouis argumentis confirmanda.

Synai. comment. in Hexameron.

Cyrill. lib. 6. in Ioan. c. 6.

Tertull. lib. 2. cont. Marcio. c. 10.

Gregor. 20. Moral. c. 1.

Principi. Hebraicè נגיד negid, quae vox ex significatione alterius desumpta videtur, quae est נגד neged, significatque coram, ante, è regione, vel contra; vt in Exodo; vbi enim nos legimus, à Pharaone dictum: *Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros: cui dubium est, quòd pessimè cogitetis?* in Hebraeo habetur רעה נגד פניכם rangha neged penechem, hoc est, malum est coram facie vestra, vel ante faciem vestram. Quam Hebraicam phrasim aptissimè transtulit vulgatus, dicens, *pessimè cogitetis.* Et in libris Regum: *Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis:* vbi repetitur haec vox. Ex ea verò putant Hebraei deductam vocem נגיד negid, dux, aut princeps, sic dictus, quòd semper sit coram, vel in oculis populi, quem prospiciat, & sequatur in omnibus negotijs, & operationibus; vel quòd eiusdem ducis opera omnium sint oculis conspicua. Ex quo colliges, quàm aptè ex alijs multis principis nominibus hoc vno vtatur hic Vates; vtpote enunciaturus meritas, ac publicas poenas ab eo exigendas propter admissa scelera, quippe publica; siue etiam quòd dux fuerit, exemplo prouocans subditos sibi populos ad ea crimina perpetranda, propter quae ruinam, & perpetuam desolationem meriti sunt, & consequuti. Quare aequum est, vt is, qui scelerum non tantùm comes, sed & dux, exemplarque fuerit, sit etiam malorum, ac poenae ceteris exemplum. Vias autem, quibus ad interitum praecipitatur princeps; vel contra in diuturnam vitae felicitatem deducitur, disertis verbis demonstrauit Sapiens: *Dux*, inquit, *indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.* Quem locum, quoniam huic nostrae de Tyrio principe tractationi non parum luminis afferre posse videtur, ideò fusius aliquanto explicare non pigebit. Igitur ex Hebraeo sic verti potest:

Ephes. 6. ỹ. 12.

Isai. 14. ỹ. 12.

Infra c. 29. ỹ. 3.

De paenit. dist. 2. c. 1.

Origen. Apollin. Theodor.

Aug. lib. 2. de doctrina Christ. c. 6.

Duplex loci sensus.

Respondet obiectis. *Hieron.*

Duplex litteralis sensus, alter grammaticus, quem verba sonat, alter rhetoricus, quem figurate significant. *Supra in hoc capite.*

Quid significet nomen principis.

Exo. 10. ỹ. 10.

2. Reg. 12. ỹ. 12.

Princeps dicitur quasi semper in oculis.

Malorum qui fuerunt exemplar, fiunt poenae exemplum. Duplex principum via, perditionis vna, altera felicitatis. *Prou. 28. ỹ. 16.*

Universidad de Deusto Biblioteca

poteſt: Dux deficiens intelligentijs, multiplicabit rapinas: odio habens auaritiam, multiplicabit dies. Vel ſenſus eſt ex Chimchi: Vir deficiens intelligentia, & multus oppreſſionibus; quaſi dicat: qui quantùm carer intelligentia, tantùm abundat oppreſſionibus; ſubintellige, mortem ſibi accelerat: *qui* autem *odit auaritiam*, diu viuit. Rabbi verò Dauid ſic exponit, vt ex fine verſus ſit intelligendum principium; eſt enim ibi mira antitheſis; ſubintelligendum quippe eſt, inquit, verbum (morietur) ſic enim eſt frequens ſcripturae ſacrae mos. Quare ſic explicat: Dux deficiens (vel carens) intelligentijs, & multiplicans rapinas, morietur; nempe in dimidio dierum ſuorum: & odio habens auaritiam, prolongabit dies. Verùm nos in omnibus, ac ſingulis verbis antitheſin quandam agnoſcimus, ita vt prioris partis ſententiae verba repetenda ſint in poſteriori contrario ſenſu, & poſterioris in priori, vt ſit ſenſus: *Dux*, carens, ſignificantius cum vulgata, *indigens prudentia*, & abundans oppreſſionibus, vtpote ſtudens auaritiae, vel diligens auaritiam, imminuet dies ſuos. Qui autem diues eſt intelligentia, caretque oppreſſionibus; nempe, qui *odit auaritiam*, prorogabit dies ſuos. Quam quidem expoſitionem confirmare etiam videtur R. Ioſeph Chimchi: ait enim vocem נגיד negid deduci à נגר negid Chaldaeo verbo, quod ſignificat perire, & mori. Quo circa ſenſum elicit huiuſmodi, exſpirauit, perijt, vel exſtinctus eſt, quicumque multiplicat rapinas. Quam explicationem probat R. Dauid. Egregium ſanè principis epitheton, quod vnicum ambitioſos deterrere poſſit: ſed neque hoc quidem poterit; mortem enim ipſam etiam non perituram appetent, ſi nomine principatus condecoretur. Targhum verò Dux, inquit, deficiens intelligentijs, multiplicat rapinas, & vocem, multiplicat, interpretatus, non numero tantùm, ſed ſceleris etiam magnitudine multiplicatas ait. Et eſt ſenſus; cùm fuerit magnus rapinis, quia opprimit pauperes, illorum depraedatus ſubſtantiam, eſt carens intelligentijs; quia non eſt in illo ſapientia, aut *prudentia*, qua perpendat eiuſmodi ſceleribus exſcindendum regnum: verum prout odio habebit auaritiam, & iudicabit in iuſtitia, & iudicio, prolongabit dies. Vel dic. Si in duce fuerint haec duo, quamquam ſunt magna mala, vt careat intelligentia, & multiplicet rapinas; ſi tamen odio habuerit auaritiam, ita vt ad peruertendum iudicium non capiat munera, prolongabit dies; quod dixiſſe putat Hebraeus, ut munerum deteſtetur acceptionem, alia ſcelera imminuens eius comparatione. Vel dicit: Dux carens intelligentia, quia non eſt ſapiens, eò progredietur, ut rapiat, opprimatque illos, qui ad illius uenerint iudicium: ab illo enim peruerſum egredietur iudicium, & rapiens aliena, & opprimens innocentes: quapropter non prolongabit dies. Si uerò fuerit intelligens, & non rapuerit, nec quemquam oppreſſerit: ſed odio habuerit auaritiam, & ad peruertendum iudicium munera non acceperit, prolongabit dies, &c. Quae quidem loci interpretationes eò ferè omnes recidunt, ut confirment, ignarum principem omni ſcelerum colluuioni, ac mox ruinae obnoxium eſſe. Quod & in principe Tyri contigiſſe uidemus, cuius inſipientia omnium inſipientium ignorantiam ſuperauit: in quas enim denſiores ignorantiae tenebras quiſpiam incidat, quam ut dicat *inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*? In eo enim non diuino, & ſupernaturali lumini tantùm, ſed & naturali; ipſi, inquam, inſito menti lumini oculos intelligentiae non obtuſos tantùm, ſed & omnino caecos, & omni rationis luce orbatos opponit. Verùm inſipientes omnes inſipientia Tyrij maximè ſuperauit, dum dixit: *Deus ego ſum*. In quo non ſolum à ueritate defecit, diuinam ignorans dignitatem, & maieſtatem: uerum etiam omnem ſuperans uanitatem, propriae ignarus fuit inanitatis, & miſeriae, quam quotidianis experimentis cognoſcere potuiſſet.

Haec dicit Dominus Deus. Septuaginta, in Complutenſi, & Theodoreti textu: Haec dicit Adonai dominus. Hieronymus. Vbicumque iuxta Septuaginta ponitur Dominus Dominus, primum nomen tetragrammaton eſt, quod propriè ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur: ſecundum commune, quod ſaepe hominibus tribuitur. Hebraicè אדני יהוה Adonai elohim. Quae quidem duo ſunt Dei nomina, quorum primum אדני Adonai, ſuſtentatorem Deum ſignificat, & qui ſit, uelut baſis, ſeu fundamentum domus, uel columen familiae, ſeu Reipublicae, cui incumbit cura, uel adminiſtratio rei familiaris, ſeu publicae. In qua quidem acceptione de hominibus etiam dicitur, quorum ſubiectionem renuunt impij, dicentes: *Linguam noſtram magnificabimus*: Vel, lingua noſtra praeualebimus: *Labia noſtra à nobis ſunt*: hoc eſt, in noſtra poteſtate ſita, *quis noſter Dominus eſt*? vel ſuſtentator noſter? Et in alio pſalmo: *Dixi Domino, Deus* אדני Adonai *ſuſtentator, meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*; quaſi dicat: tu Domine ſuſtentas me, nullo bonorum meorum indiges, non ſolùm tibi, cui omnia ſuppetunt; ſed neque ad ſuſtentandum me, hoc eſt, in te ſolo viuo, moueor, & ſum, non in aliquo bonorum meorum. Hieronymus cum multis alijs ex Patribus Latinis loco huius vocis Dominum reddit, maximè, quando cum alio Dei nomine coniungitur, vt in praeſenti loco.

יהוה elohim verò nomen eſt Dei ineffabile, Graecis dictum tetragrammaton, quòd quattuor conſtet litteris, ſignificans, vt Hebraei tradunt, diuinam eſſentiam: & ob tanti nominis reuerentiam ab Hebraeis nō profertur, vt ſcribitur, ſed quod quattuor his litteris ſcriptum eſt ה,ו,ה,י, iod, he, vau, he, nullum ipſarum reddentes ſonum, legunt Adonai, vel elohim. Quod vt etiam ſcripto aſsignarent, puncta ipſarum litterarum nominis Adonai, ſub iſtis quattuor litteris nominis ineffabilis ſcripſerunt. Ex quo factum eſt, vt nomen illud coeperit enunciari iehouah, non, quòd iſta ſit vera nominis vox, ſed quaedam compoſita, aut efficta, ſeu potius quaedam litterarum materialis enunciatio. Alij verò non puncta vocis Adonai, ſed alterius nominis Dei, nempe elohim, ſuppoſuerunt eiſdem characteribus; idque propterea factum putant nonnulli, quòd ſaepe nomen Dei tetragrammaton iungitur nomini Adonai. Ne ergo bis repetant eandem vocem Adonai, vocem tetragrammaton proferunt, & ſignant punctis nominis elohim, vt videre eſt in Complutenſi codice hoc loco. Ex quibus fit ab imperitis illa abſurda enunciatio vocis quattuor litterarum ieheui, quae Hebraeis maximè diſplicet. At verò alter mos, legendi hoc nomen Dei ineffabile per nomen aliud Adonai, ab antiquo vſu venit, etiam ante Chaldaeos paraphraſtes, ante Chriſtum Dominum, apud Septuaginta interpretes, quibus nomen Adonai videtur reſpondere Dei nomini tetragrammato: immo & in vulgata noſtra D. Hieronymus eundem morem ſequutus, in Exodo ſic reddit: *Loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum* יהוה *Adonai non*

Chimchi.

R. Dauid. lib. rad.

R. Ioſeph Chimchi.

Princeps quaſi mortuus ſi malè ſe gerat. R. Dauid.

Targhum.

Munerum acceptio principem maximè dedecet.

Ignarus princeps omnibus ſceleribus, ac mox ruinae obnoxius.

Pſ. 52. ℣. 2. Atheorum inſcitia.

Hieron.

Nomen Dei Adonai ſuſtentatorem ſignificat.

Pſ. 11. ℣. 5.

Pſ. 15. ℣. 1.

Hieron.

Ineffabile Dei nomen, quare Graecis tetragrāmaton dicatur.

Nomen Adonai apud Chaldaeum, Septuaginta, & vulgatam ſaepe ineffabili Dei nomini ſuccedit.

Exo. 6. ℣. 2. & 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

non indicaui eis. Citatur Hieronymus scribens: si litterae nominis tetragrammaton efferrentur, lectum iri, Iao, prout in Sibyllinis oraculis etiam reperitur hoc nomen. Quapropter aliquibus videtur hoc nomen ineffabile dici, non quòd omnino non possit, aut debeat efferri; sed quòd, cùm sit sacrosanctum, assumi non debeat temerè, neque profanis admiscери colloquijs, aut scriptis. R. vero Moses Aegyptius, ob sublimem, ait, nominis dignitatem (Dei quippe essentiam indicantis) curam eius efferendi grauem, & reuerentiae plenam futuram esse. Cui consonat, quod Galatinus de gentibus affirmat, quibus nulla ratione licebat nomen Demogorgonis primi falsi dei proferre: quòd si quisquam temerè proferret, terrae tremore offensum se numen ostendebat. Quin & Apollo Delphicus, & Mercurius Trismegistus Dei nomen nec verbo capiendum, & Deum esse innominabilem in suis oraculis monuere. Verùm quid nobis repraesentet de Deo hoc nomen, non facile statuitur, quia iuxta Dionysium, Deum, quem cognoscere non possumus, neque nominare possumus, cum nomina signa sint eorum, quae mente concipimus. Quoniam verò Deum ex rebus creatis cognoscimus, Paulo teste, vel tamquam earum principium, & finem; vel quia in singulis creaturarum perfectionibus diuinam agnoscimus excellentiam, ab ea imperfectiones creaturarum remouemus. Atque ita, Damasceno testante, Deum cognoscimus semper, quatenus id, quod in eo cognoscimus, dicit ordinem ad creaturas, taliaque sunt nomina, quae Deo imponimus. Inde fit, vt nullum possit Deo nomen à nobis imponi, quod Deum ipsum, vel diuinam essentiam exprimat, sicuti est in se: prout fusè probat D. Thomas. Et licet Scotus, quem sequitur Gabriel, arbitretur, à Deo ipso posse sibi nomen imponi, significans ipsum, sicuti est, quoniam ipse se cognoscit, sicuti est, atque tale esse nomen tetragrammaton, à Deo ipso immediatè inuentum; ac propterea repraesentare Deum, sicuti est: tamen cùm eiusmodi repraesentatio Dei, sicuti est, sit impossibilis alicui nomini, eidem nomini ineffabili neganda videtur. Cuius ratio vel ex eo maximè intelligitur, quòd, vt Deum cognoscere non possumus, sicuti est, cognitione, quam vocant, abstractiua; sed tantùm intuitiua, quae fiat per ipsam diuinam essentiam: ita etiam, & multò aequius talem Dei cognitionem habere non possumus, opera alicuius nominis referentis. Quod quidem non arguit vllam impotẽtiam in Deo quasi non possit tale sibi nomen imponere: immo verò infinitam diuinae essentiae magnitudinem ostendit, quae nullo creato signo aut cerni, aut cognosci possit, sicuti est. Non tamen propterea negamus huic Dei nomini ineffabili modum quendam inesse (confusum tamen, & obscurum) significandi diuinam essentiam, prout est in se, neque vllam dicere communicationem ad extra: in quo quidem differt ab alijs ferè omnibus nominibus Dei, quae semper attendunt, aut consignificant aliquem ordinem, seu respectum creaturarum ad Deum; vel gubernationem, aut rationem principij Dei ad creaturas, prout in nomine Adonai suprà explicato licet videre. Sed extat mirabile testimonium eorum, quae dicta sunt, cuiusdam Rabbini, relati à Galatino. Antoninus, inquit, Romae consul, Rabbinum quendam Haccados, tunc celebrem Hebraeorum doctorem rogasse fertur, vt de quattuor litterarum Dei nomine quid sentiret, exponeret; cui Rabbinum respondisse ferunt in hunc modum. Quòd Antonine petis de veritate instrui, eius scilicet, quod significat nomen quattuor litterarum, haec scias velim, arcana, & diuina esse, quae omnibus hominibus clam esse debent. Sed quoniam te ex ijs esse intelligo, cui tutò arcana creduntur, consentaneum ratus sum, tui similibus huiuscemodi res patefacere. Quare sic habeto, Deum nomen non habere, cuius notionem nos mortales habere possimus: eius enim substantia nomen est ipsius, atque etiam è contrario. Nam sicut eius substantiae notitiam habere non possumus, quoniam, si eam cognosceremus, ei similes efficeremur: ita nec eius nominis cognitionem habere possumus. Scito tamen eius nomina attributa esse: nomen enim quattuor litterarum operationibus eius peculiare est, ideoque ostendit eius notitiam, nescio quo pacto perfectiorem, illique magis accommodatam, prout noster intellectus concipere facilius potest. Quare ex hoc ipso nomine eius omnia procedunt nomina: ideoque etiam Hebraeo nomine, seem hammemphoras vocatum est; non quod nomen sit ex ipsius substantia, sed quod nos ita vocamus, prout nostra facultas comprehendere potest, cùm altiùs penetrare non possit. Haec ille. Sed multo magis ad rem Damascenus. Nullum, inquit, tam proprium Dei nomen, quam ens: huius verò notio à nullo alio nomine potest tam perfectè repraesentari, quàm hoc Hebraico quattuor litterarũ.

Ad nostrum ergo venientes institutum, Deus optimus maximus rationem exigens à principe Tyri, de ambitiosa praesumptione diuinitatis, nomina glorioſa profert, quasi ostendens, & in medium proferens, quo iure, diuinitate, ac Regia potestate potiatur ipse Deus. *Haec dicit* Adonai *Dominus* elohim *Deus*. Cuius quidem nominis dignitatem manifestauit ipse Deus in Deuteronomio, dum petit ab Israële amorem, & obsequium: ait enim: *Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium*. יהוה אלהיכם הוא אלהי האלהים וארני האדנים Adonai elohechem hu elohe haelohim va adoni haadonim, hoc est Dominus Deus vester, ipse Deus deorum, & Dominus dominantium. Quo loco triplex Dei nomen habetur, ineffabile, elohim, & Adonai. Vel dicendum est, Ezechielem constitui à Deo iudicem causae principis Tyri, vt ex rebus gestis censeat super crimine pessimo laesae diuinae maiestatis, de quo diffamatus est, tamquam diuinitatis praesumptor iniquus. Cuius quidem exemplum extat in Exodo, dicente ad Moysem Domino: *Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus propheta tuus. Deum.* Hebraicè אלהים elohim nomen Dei, significans eius maiestatem, & potentiã, quam exerit, & extendit quaque locorum, & super omnes creaturas in caelo, & in terra. Quo etiam nomine nuncupantur iudices, primates, qui cum imperio sunt, & qui magistratus gerunt: eo quòd, vt Apostolus ait, à Deo sint ordinati. Et sensus loci est, creatum Moysem à Deo iudicem, magistratum, seu potestatem, quasi vicarium Dei super Pharaonem; cui etiam assignantur pro dignitate muneris ministri; *& Aaron frater tuus propheta*, interpres, vel legatus *tuus erit*. Et quemadmodum huiusmodi iudices, antequam munus suum aggrediantur, Regium chirographum proferre solent, cuius initio praefiguntur Regij tituli, ac dignitates: Philippus, verbi gratia, Rex Castellae, Aragoniae, &c. Sic & Propheta. *Haec dicit Dominus Deus*: Omnes illos ambitiosos Regum terrae titulos duobus verbis comprehendit, Dominus, Deus, Adonai, Elohim: quorum alterum diuinam maiestatem, quid nempe

Quare dicitur hoc nomen ineffabile.

R. Moses.

Galat. lib. 2. c. 10.

Dionys. c. 1. de diuin. nomin.

Nomina sunt signa eorum, quae mente concipiuntur. *Rom. 1. ℣. 20.*

Damasc. Deum quomodo semper cognoscamus.

D. Tho. 1. p. q. 13. & Doct. 1. Sent. d. 22. Scotus. Gabriel. ibi.

Galatinus.

Damasc. lib. 1. de fide c. 12.

Deus rationem exigens à Tyrio de praesumpta diuinitate, his nominibus vtitur, vt ostendat se Deum, omnium, & Dominum. *Deut. 10. ℣. 17.*

Propheta iudex Principis constituitur.

Exo. 7. ℣. 1.

Deus omnes superbos titulos principum terrae, duobus nominibus cõprehendit.

nempe Deus sit in se, eo modo, quo potest, exprimit: alterum verò, quid sit erga reliqua omnia, nempe sustentator eorum, & Dominus.

Eo quod eleuatum est cor tuum. Eleuatum Hebraicè גבה gauah, quod verbum significat altum esse, excelsum, sublimem, eleuari, seu extolli, & tam de animo, quàm de corpore, tam de corporis rebus dicitur, quàm de iis, quae corpore omnino carent. In Isaia reperitur haec vox cum eius oppositis, ait enim. *Et incuruabitur homo*, pauper, & miser, *& humiliabitur vir*, nobilis, & diues; *& oculi sublimium*, vel sublimes, potentes, & magnates, *deprimentur*, vel concident: *& exaltabitur Dominus exercituum in iudicio*, dum iudicauerit illos, *& sanctificabitur in iustitia*, vindice superbae elationis eorum. Cuius quidem loci interpretatio & vocem gauah, & nostrum textum mirificè illustrat: sensus enim Isaiae huiusmodi est: Deus optimus in iudicio recto, & aequa iustitia, damnans impios aeternis inferni ignibus, semper exaltabitur, vincens omnes querellas, quas impij agitare possent, quasi de grauiore accepta poena, quàm pro meritis culpae. Et quicumque ille sit, qui has proferat querellas, siue pauper, siue diues, siue magnus, siue paruus, cadet à praerensa causa; quasi dicat: iustè Deus impios damnat inferno, qui *dilatauit animam*, siue ingluuiem *suam*. Haec autem vox aliàs absolutè ponitur pro intumescere, seu superbire, vt apud eundem Isaiam, *pro eo, quod eleuatae sunt*, siue superbierunt *filiae Sion*. Et apud Iob de Domino dicitur: *Reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur*, siue se extollunt in superbiam, quo deponendi sint. Et apud Ieremiam: *Nolite eleuari*, vel nolite in superbiam extolli, *date Domino Deo vestro gloriam*. Quando verò hoc verbum tribuitur cordi, vt hoc loco eleuare cor, auget mirum in modum eius significationem, indicans etiam, quibus affectibus hoc pessimum scelus insideat. לב leu enim Hebraea vox, siue לבב lauau non tantùm significat membrum illud corporis, quod est fundamentum, seu sedes vitae: verùm transfertur etiam non rarò ad significandum cogitationem, consilium, voluntatem, animum, mentem, intellectum, sapientiam, & tandem omnia illa studia, & operationes, quae in corde perficiuntur. Huius rei exempla longum esset percensere, verùm paucioribus expositis, sibi quisque reliqua facilè adinueniet in sacris libris. In Genesi ait Dominus: *sensus enim, & cogitatio humani cordis*, hoc est animi, vel mentis, *in malum prona sunt ab adolescentia sua*. Et de Absalon in libris Regum scribitur: *& sollicitabat corda virorum Israël*; vel vt ex Hebraeo verti potest, furabatur, seu rapiebat Absalon cor, voluntatem, nempe virorum Israël. Et in Exodo loquitur Dominus ad Moysem, dicens: *Et loqueris cunctis sapientibus corde*, hoc est intellectu. Et in Prouerbijs: *Labia sapientum disseminabunt scientiam*: *cor*, consilium, vel affectus *stultorum dissimile*, varium, inconstans *erit*. Et iterum pro conscientia sumitur: nam vbi nos legimus: *Secura mens, quasi iuge conuiuium*, ex Hebraeo aliqui reddunt, Cor bonum conuiuium perpetuum. Et pro sapientia sumitur in alio Prouerbiorum loco: nam vbi habetur: *Qui autem possessor est mentis*, Hebraicè cordis, *diligit animam suam*. Ex quibus quidem omnibus vocis acceptionibus liquidò constat loci sensus. Exaltare cor significabit extollere animum, mentem, voluntatem, sapientiam, & reliqua, prout ex sequentibus superbiae varijs generibus, quae Propheta reprehendit in principe Tyri, manifestiùs etiam constabit. Quapropter Regius Psaltes Deo proponit in cantico modestiam suam, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum*; nullo interiori superbiae affectu foedatum est cor meum, siue animus meus. Longè aliter Rex Tyri. Nam vt bene notat Polychronius, non dixit ei Dominus: propterea quod magnus es, sed elatum est cor tuum, ostendens animi tumorem, ac fastum.

Et dixisti. Polychronius. Non dixit, cogitasti, sed etiam dixisti, hoc est, confirmasti, & ratam habuisti sententiam tuam. Haec ille. Verùm frequens est significatio verbi אמר amar, quo vsus est hic Propheta, vt eo exprimatur id, quod animo statuitur, siue decernitur. Nam in Exodo Hebraeus ille ad Moysem dixit: *Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium?* Ex Hebraeo propter huius verbi significationem verti potest: num occidere tu me dicis? vel dixisti, pro decreuisti? Et in psalmo: *Ego autem dixi* decreui, statui, *in abundantia mea*, vel in prosperitate mea, dum bonis circumfluerem, *non mouebor in aeternum*. Et in libro Paralipomenon. *Decreuit*, Hebraicè, dixit, *autem Salomon aedificare domum*. Duplex est enim dictio, mentis, & oris, & pro vtraque potest hic accipi, quò ex maioris sceleris tabe profectam blasphemiam ostendat, quàm si ex aliquo repentino diaboli impulsu, ore tantùm prolata fuisset. Ex dictis ergo constabit, quomodo etiam ad alteram intelligentiam de principibus tenebrarum applicari possit haec vox: illis enim mentis vnica tantùm dictio conuenit, non oris, cùm corpore careant.

Deus ego sum. Hebraicè אל אני el ani. אל el autem Dei nomen primaeua sui institutione significat fortem, seu potentem: eum, inquam, penes quem est facultas faciendi aliquid, cuiusque potentia se longè, lateque exerit, & extendit. Quare per antonomasiam Deum significat, quatenus omniporens est; cuiusque suprema potestas se extendit super omnes creaturas: & à cuius maiestate, & potentia pendent vniuersa, quae habent aliquam potentiam, virtutem, aut maiestatem in caelo, & in terra. Propter quae quidem munera, ac liberalissima dona, quae ab ipso recipiunt, & propter ipsum retinent, perpetuum illi cultum, obedientiam, & gratitudinem debent, ac praestare omnino tenentur. Quam quidem vocis significationem videtur exprimere voluisse Abraham, respondens in Genesi Regi Sodomorum his verbis: *Leuo manum meam*, iurantis actus est, *ad Dominum* יהוה Adonai *Deum* אל el *excelsum, possessorem caeli, & terrae*. Ex hac voce componitur illud glorioſum Iesu Christi Domini nostri nomen, *Emmanuel*, עמנואל ghammanuel constat enim, vt notat Forerius, ex praepositione עם gham, hoc est, cum, & pronomine נו nu, nobis, & Dei nomine אל el, quasi dicat, nobiscum est Deus omnipotens, in cuius potestate sunt omnia posita, cui omnia subijciuntur, & obediunt. Quoniam verò omnipotentem Deum magna opera decent; hinc vsus obtinuit apud Hebraeos, vt quae magna, mirabilia, altissimaque dicere volunt, ea hoc nomine אל el Dei, vocent; vt in psalmo: *Iustitia tua sicut montes Dei*. Sunt autem à Deo fundati montes perpetui, non casuri, vt solent ab hominibus aggesti, neque humiles, sed altissimi, itavt capita super nubila exerant. Est ergo iustitia stabilis, permanens, altissima, & quasi se extollens super nubes munerũ, acceptionis personarum, ignorantiae, vel malitiae. Et in alio psalmo de Israële sub vineae parabola loquens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai. 5. ℣. 15. & 16.

Exalt. cor quid significet.

Polychron.

Polychron. Dicere quid significet.

Exod. 2. ℣. 14.

Ps. 29. ℣. 7.

2. Par. 2. ℣. 1. Duplex dictio, mentis, & oris.

Dei nomen, el, quid significet.

Eorum omnium, quae creata sunt, obedientia Deo debetur.

Gen. 14. ℣. 22. Leuare manum actus iurantis.

De significatione vocis Emmanuel. Forer. Isai. 7. ℣. 14.

Quare vox Dei Hebraeis sit pro superlatiuo.

Ps. 35. ℣. 7.

Ps. 79. ℣. 11.

Isa. 3. ℣. 16.

Iob 36. ℣. 7.

Ierem. 13. ℣. 15.

Genes. 8. ℣. 21.

2. Reg. 15. ℣. 6.

Exo. 28. ℣. 13.

Prou. 15. ℣. 7. & ℣. 15.

Prou. 19. ℣. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal. 79. ℣. 11.

1. Thess. 4. ℣. 15.

quens, ait: *Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei* altissimas, quas nempe Deus plantauit. Eadem quoque dicendi formula vsus est Paulus, dicens: *quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei*, sonitu magno, qui ab omnibus exaudiatur, *descendet de caelo, &c.* Hanc ergo tituli excellentiam sibi arrogabat princeps Tyri, dum dicebat אל אני el ani Deus ego.

Quomodo potuerit appeti ab Angelo diuinitas.

Quoniam verò locum hunc doctores Scholastici ad peccatum Angelorum examinandum adducunt, cuius perspicax intellectus nulla ratione ita obtundi vmquam potuit, vt nescierit diuinitatem sibi esse impossibilem, vtpote suae naturae incompossibilem: necessum erat illum non ignorasse: quod si possibile esset Angelum Deum esse; iam necessum erat Angelum non esse; vel vt manifestius loquar; impossibile erat, alienam induere naturam, etiamsi diuina esset induenda, quin propriam amitteret: quod quidem, tamquam sibi impossibile; vel etiam malum nulla ratione appetere posset voluntas angelica. Quapropter inuestigantes, an hoc aliqua ratione appeti potuerit ab Angelo, duplicem voluntatem considerant; efficacem alteram, & absolutam; alteram verò inefficacem, & condicionatam. Et de illa quidem facilè probant, nulla ratione ferri posse in impossibile, dummodo tamquam impossibile cognoscatur; quoniam voluntas absoluta illud tantummodo appetit, seu appetere potest, quod sibi bonum est; cùm autem impossibile nulla ratione possit, tamquam absolutè bonum repraesentari; consequens est, vt neque appeti possit. Voluntate autem condicionata, impossibile esset etiam appetibile, tum propter se, tum propter aliud bonum appetibile: sicut iustus vellet non peccasse, quod bonum fuisse cognoscit; & damnatus vellet Deum non esse, aut non esse suorum scelerum vindicem, quoniam tamquam bonum appetit non puniri. Quare communis est doctorum sententia, nullum Angelorum peccasse, appetendo excellentiam Dei per essentiam; quia illud obiectum impossibile erat, & notum Angelis, tamquam impossibile. Quibus etiam rationibus facilè in eam adducor sententiam, vt credam, neque principem Tyri, aut Babyloniae Regem hoc scelere infectos: licet enim horum intellectus, propter deprauatissimos affectus facilè potuisset decipi, & apprehendere diuinam essentiam, tamquam sibi possibilem, atque ita sub aliqua ratione boni appetibilem: tamen diuinae scripturae verba, quae ipsorum superbiam exprimunt, id non exigunt. Licet enim dicat Nabuchodonosor: *In caelum conscendam*: id ad templum Hierosolymitanum referendum putant nonnulli, ex sequentibus id comprobantes, atque ex illo psalmi: *Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius*; quasi sit sensus, qui in caelo tantùm residet, & in templo, alio nempe terrestri caelo, vel caelesti solo, quod sibi delegit Deus, habitare similiter consueuit. Aliàs enim de Angelo intelligi non posset Isaiae locus. Quomodo enim in caelum ascenderet, qui in caelo peccauit, & mox è caelo cadens *in profundum laci* detrusus fuit? Satisque locis omnibus factum iri putamus, si intelligatur omnes superbos istos, diuinos tantùm honores sibi ab hominibus deferri affectasse. Eodem affectu diabolum adhuc mirabiliter tangi, in timoratis energumenorum conscientijs obseruauimus: quas suprà, quàm dici potest, malignus exagitabat spiritus, hoc vnum agens, aut expetens, vt se Dei nomine compellarent; vel saltem aliquid peterent, omnia daturum pollicitus, si tantùm daemonem quidquam posse dare aliquo signo exprimerent. Quodque idem quilibet obseruare poterit, audiens diabolum superstitiosis feminis, aut strigibus seruum infamem agere, vilissima quaeque exsequendo, suae naturae, & elationi maximè aduersantia, si vel minima quaedam candelula sibi accendatur, vel aliquid simile ex ijs, quae diuino cultui affatim exhiberi solent, aliqua ex parte exhibeatur. Hoc idem confirmat Theodoretus, cum ait: Diabolus enim in illam insaniam lapsus est, & rabie percitus Deum se ipsum appellauit, hominibusque, vt hunc sibi cultum adhiberent, persuasit. Et qui cernebatur Tyriorum princeps hoc fastu laborans, cùm in multam respiceret felicitatem, opinabatur esse se deum. Hanc etiam sententiam confirmare videtur Scholiastes Graecus; ait enim. Tale quiddam ijs, qui tunc regnabant, euenit, vt deos se ipsos quoque proclamarent; & sunt, qui sacrificia etiam illis constituerint offerenda: & plena est huiusmodi rerum profanorum scriptorum historia. Haec ille. At verò Cicero causam huius peruersi conatus assignat, dicens: Suscepit autem vita hominum, consuetudoque communis, vt beneficijs excellentes viros in caelum fama, & voluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Castor, & Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber &c. Haec Cicero. Hinc etiam superba potentum cogitatio eò progressa est, vt quem honorem assequi se etiam posse putabant morientes, affectare coeperint, dum viuerent. Refert enim Suetonius Iulium Caesarem ad tantam arrogantiam peruenisse, vt ampliores honores humano fastigio decerni sibi pateretur; nimirum templa, aras, simulacra iuxta deos, & è suo nomine mensis appellationem. Et Antoninus Verus Imperator, cognomento Heliogabalus, teste Lampridio, Herodiano, & Dione, Heliogabalum, quem magni numinis loco habuit, in praefatione sacrorum reliquis dijs praeponi voluit. Domitianus quoque propter consimile facinus irridetur à Philostrato. Cùm, inquit, alius propterea se accusatum quereretur, quòd Tarenti, vbi dominabatur, sacrificans, publicis precibus non addidérat, Domitianum Palladis filium esse: at enim, inquit, arbitraris fortasse Palladem non peperisse, cùm semper habita sit virgo. Ignorabat autem (vt opinor) deam ipsam draconem quandoque Athenienses peperisse. Haec ille. Cui astruunt Quinctilianus, Suetonius, & Martialis. Virgilius quoque Aeneam refert vidisse in inferno quendam Salmonea, cuius etiam scelus commemorat his versibus:

Vidi & crudeles dantem Salmonea poenas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quattuor hic inuectus equis, & lampada quassans,
Per Graium populos, mediaeque per Elidis vrbem
Ibat ouans, diuumque sibi poscebat honorem,
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simulabat equorum.

Eandemque historiam referunt Didymus, Higinius, & Suidas. Haec item vesana diuinitatis cupido incesit Alexandrum Magnum, vt filius Iouis Ammonis existimari, & diuinum sibi cultum adhiberi vellet. Eadem insania Caius Caligula, alijque Imperatores agitati sunt. Verùm ante illos Nabuchodonosor in aurea statua adorari voluit, vt est apud Danielem. Et Medi, ac Persae, Satrapae Darij, annuente Rege statuerunt, *vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumque deo, & homine, vsque ad triginta dies*, nisi à Rege, *mittatur in lacum leonum*. Et ante hos omnes ille alter

Duplicem voluntatem Scholastici in peccato Angeli considerant.

Voluntas absoluta solum bonum appetere potest.

Voluntas condicionata quomodo impossibile appetere possit.

Doct. 2. sent. d. 5. & 6.

Anselm. lib. de casu diaboli c. 4.

D. Tho. 1. 2. q. 13. art. 5.

Isai. 14. ℣. 13.

Templum Hierosolymitanum dicitur caelum.

Ibi. ℣. 15.

Diabolus cum superbis diuinos sibi deferri honores appetit.

Theodor.

Scholiast.

Cic. de nat. Deor.

Sueton. in vita Iul. Caesaris.

Aeli. Lamprid. in vita Anton. Herodian. lib. 5. Dio in Anto.

Quinct. lib. 3. c. 9. Sueton. c. 4. Martial. plurib. locis.

Virg. lib. 6.

Didymus. Higinius. Suidas.

Dan. 3.

Dan. 6. ℣. 7.

alter Nabuchodonosor, qui misit Holofernem, prout in historia Iudith legitur, cum exercitu magno ad regna Occidentis, cui praeceperat Rex, *vt omnes deos terrae exterminaret, videlicet, vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quae potuissent Holofernis potentiae subiugari.*

Iudith. 3. ¥. 13.

Verùm, quae hactenus attulimus omnia, eò tantum pertinere videntur, vt princeps Tyri intelligatur ore dixisse subditis suis, *Deus ego sum*, exhibete mihi debitum Deo cultum. At cùm non tantùm de exteriori loquela, sed de interiore potissimum intelligenda esse probauerimus; hoc vnum supereſt interpretandum; quomodo princeps Tyri intra se ipsum potuerit decipi, ac dicere, *Deus ego sum*; id quod de maligno spiritu, an possit etiam intelligi, examinandum erit. Et quidem in re tam graui, post tam multas doctissimorum hominum interpretationes, animi mei coniecturam exponere nulla ratione auderem; nisi & ipse Paulus è tertio, hoc est supremo, ac supercaelesti caelo descendens, aditum nobis patefecisset, viamque demonstrasset. Scribens enim ad Philippenses, vt illos confirmet in fide Iesu Christi, auertatque à falsis pseudoprophetarum doctrinis, seipsum tamquam eorum exemplum, vitaeque exemplar proponit; & multa bona opera, quae in lege operatus fuerat, commemorans, subdit: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam*, hoc est, quatenus me impediunt à consequenda eminenti scientia *Iesu Christi Domini mei: propter quem*, tamquam vltimum finem consequendum, *omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora*. Quae postquam fusiùs explicauit, subdit: *Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant*, mihi ex aduerso, *sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus; quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*. Haec est vera, & completa definitio eorum, qui omnibus idololatris peiores, debitum Deo cultum sibi ipsis impendunt. Quod enim à nobis primo, ac maximo mandato, immo verò omnium mandatorum vnica summa, exigit Deus, hoc est, vt ipsum diligamus *ex toto corde, in tota anima, & in tota mente*: nempe vt in Deum, tamquam in vltimum gloriae finem, omnes nostros affectus, & actus referamus, ita vt *confusione contempta*, hoc est, nullam metuentes confusionem, pericula, aut damna, quae vocat Apostolus crucem Christi; caelesti Iesu Christi scientia imbui studeamus: hi contra, propriam tantummodo excellentiam, gloriamque expetentes, ac felicitatem, in se ipsos, tamquam in vltimum finem, cor, mentem, & animum penitus dirigunt. Ex quo fit, vt inimici sint *crucis Christi*, ventri, ac delicijs seruientes, terrenae, quam, rationem status vocant, sapientiae operam dare consueuerunt; quae docet illos mendacio, fallacia, atque astu sibi honores, & felicitatem expetendam; & religionem, Deumque ipsum colendum, vel non colendum, hoc modo, vel illo, honore prosequendum amplius, aut secus, quatenus, huic, quam expetunt, felicitati consequendae deseruire posse arbitrantur. In quo quidem nihil aliud facere videntur, quàm Deum optimum, ac maximum ad se ipsos referre, multò magis impiè, quàm Tyrius, dicentes, *Deus sum ego*. Siquidem ille terrena tantùm ad se conuertebat, hi etiam caelestia; ille res creatas solùm, hi creatorem ipsum. Quibus meritò Paulus exitum tam impij sceleris denunciat, dicens: *quorum finis*, quem ipsi sibi proponebant immortalitatis, ac perpetuae felicitatis, *interitus* erit, *& gloria*, quam expetebant, *in confusione ipsorum*, hoc est, sita est in ijs, quorum pudere eos oporteret; vel quae confusionem illis, dedecus, & ignominiam afferent sempiternam. Eadem enim via, qua illa exquirebant, haec consequuntur. Neque desunt huius nouae haeresis vetera exempla: antiquus est enim eorū architectus, & machinator diabolus. De Achaz namque impijssimo Rege legitur in libris Regum, ac Paralipomenon, quoddam inauditum idololatriae genus, in quo videtur sagaci stratagemate voluisse adorari. *Direptis* enim *omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalem*. Neque hoc contentus, voluit etiam adorari in templo Dei. Erat autem locus adorationis in templo ad Occidentem, à parte orientali, introitus; in medio verò atrio interiore situm erat altare aereum holocaustorum; ab occidentali autem parte eius erat sanctuarium illud, in tres partes diuisum, vestibulum scilicet, Sanctum, & Sanctum Sanctorum, quod per antonomasiam templum dicitur; eiusque portas clausisse scribitur Achaz. Ab Oriente verò porta erat celebris, Regi destinata, de qua Propheta noster: *Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem*, sacrificium offerens, & consummans *coram Domino, per uiam portae vestibuli ingredietur, & per uiam eius egredietur*, quam vocat locus Regum mox afferendus, *introitum Regis*: & ab huius latere dextro erat suggestum quoddam, in quo sedentes Leuitae, & sacerdotes, legem, ac prophetas interpretabantur diebus, quos appellabant sabbata; hoc vero suggestum, *Musach sabbati* vocabant. Quae omnia non scripta tantùm, sed efformata in descriptionibus templi, quas in apparatu adijcimus, sigillatim poterit quisque perspicere. Igitur ad Achaz redeuntes: Is quidem statuto nouo, & maiori altari maximo, iuxta formam Damasceni, super eo praecepit immolari victimas. *Musach quoque sabbati, quod aedificauerat in templo*, in atrio, inquam, interiore, *& ingressum Regis exterius*; portam, quippe, orientalem *conuertit in templum Domini*, praecipiens inquā, vt holocausta, & sacrificia, adorationesque fierent versus Orientem, à prospectantibus introitum Regis, vbi ipse sedebat. Ne autem videretur velle adorari, vnà cum introitu Regis fecit etiam adorari suggestum legis, quasi fingens eundem posse ibi adorari Deum, qui in Sanctuario adorari consueuerat. Siquidem in Sanctuario nihil aliud erat, quàm arca, eiusque satellites, nempe Cherubini, in qua lex Dei asseruabatur. Haec omnia sunt impia politicorum figmenta, tradentium, posse Deum coli, & statum super omnia diligi. Verùm artificiosius sanè Nabuchodonosor, immò eius praeceptor, ac magister diabolus diuinum honorem affectat, fingens, se nihil minus curare, vt videre est in eo, quem saepe attulimus, Isaiae loco. Improperat enim his ruinam propter elationem cordis: *Qui dicebas*, inquit, *in corde tuo, in caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum*. Cuius loci intelligentia id postulat, vt meminerimus, Hebraeos templum caeli nomine nuncupare solitos, vt ex psalmo suprà probauimus. Quapropter & de aulaeo, ante templi fores appēso, ait Iosephus, fuisse illud quasi omnium rerum imaginem praeferēs: eratque in eo perscripta omnis caeli ratio, propter signa, & Cherubinos

4. Reg. 16. 2. Paralip. 28. ¥. 24.

Ezech. 44. ¥. 3.

4. Reg. 16. ¥. 18.

Isai. 14. ¥. 13.

Ioseph. 6. bel. cap. 6.

Quomodo potuerit Tyrius intra se dicere, deus ego sum. Tertium caelum quod dicatur. *Philip. 3. ¥. 8.*

& ¥. 17. 18. 19.

Contra politicos disputatio.

Matth. 22. ¥. 37.

Hebr. 12. ¥. 2.

De ratione status.

Descriptio templi Hierosolymitani.

Sanctuarium templi in tres partes diuisum.

Politicorum impia figmenta.

Hebraei templum caeli nomine compellare solebant.

Universidad de Deusto Biblioteca

rubinos vocabant astra. In quo sensu putat Hieronymus, locutum fuisse Dominum ad Iob, cùm dixit ei, *vbi eras, cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* eosdem enim filios Dei vocat; & *astra*, propter scientiae, quae lumine significatur, magnitudinem: *matutinaque* dicuntur *astra*, quia ante omnes intellectuales creaturas facta. Quae quidem astra ab initio ortus sui Deum laudare, atque illi iubilare non desistunt. Erant autem in templo Cherubim, quattuor alis suis protegentia propitiatorium, & super eis sedebat Dominus, vniuersum mundum gubernans. Quare in psalmo dicitur ei, *qui sedes super Cherubim*. Hanc ergo sedem, hoc caelum, has stellas, solio suo exaltando, expetebat vterque Nabuchodonosor, terrestris, atque infernalis. Quod quidem aenigma declarat, subdens: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*; de quo in psalmo: *Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni*. Exoptabat solium, ac sedem Dei, sedentis inquam, in propitiatorio inter alas Cherubim. Neque uerò alienum videri debet hic tantisper immorari, & quae sit haec sedes, alta mentis consideratione perpendere. Praecepit Deus in Exodo Moysi, vt, quam dederat ei legem duabus scriptam tabulis, arca includeret, ex lignis setim compacta, & deaurata, desuper propitiatorium habente, atque à lateribus duos Cherubinos, quasi duos legis custodes; duplicem, inquam, Dei, ac proximi amorem, qui totam legem complectitur: in quorum medio sibi Deus sedem parauit, dum, *Inde*, inquit, *praecipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim*; de quibus paulò ante praeceperat Dominus: *Respiciant se mutuò, versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca*. Quibus quidem praeceptis, ac statutis, quid aliud manifestius videtur significare voluisse Deus, quàm se fore legis, & eius custodiae finem, nempe legem custodiendam, Deum, ac proximum diligendum propter ipsum Deum. Atque eandem Dei sedem appetunt isti idololatrae; vt omnibus eodem modo stantibus, ipsi pro Deo sedeant, hoc est, vt legis obseruatio, amor proximi, vel ipsius Dei, in eum solùm referatur finem, vt dominentur, ac regnent. Ex quo fit, vt eatenus tantùm Deo seruiant, proximũ diligant, aut legem obseruent, quatenus id ad proprij status conseruationem conferre posse arbitrẽtur. At si qua ex parte detrahi aliquid, vel minui de statu suspicentur; nullo negotio & legem violant, & proximum auersantur, odio prosequuntur non proximum tantùm, sed & Deum ipsum, quem aspernantur, atque contemnunt. Et quod exsecrabilius est, violandam legem, detestandum proximum, & Deum ipsum contemnendum esse profitentur, & impijssimos asseclas docent. Discant ergo alieno malo edocti omnes viuentes, in quod scelerum, atque haeresum barathrum incautos deducat nimius propriae excellentiae appetitus. Longè verò aliter iusti, ac sancti se gerunt in prosperis. de quibus sic scribit Scholiastes Graecus: Non vtique Moyses, qui Pharaonis dictus est deus, neque sancti, ad quos dictum est, *dij estis*, qui nec vt homines mortui sunt, neque vt vnus aliquis ex principibus ceciderunt, hoc dicerent, quod obijcitur principi Tyri, *deus ego sum*, domicilium Dei habito. Haec ille.

Vbi nos legimus: *Et in cathedra Dei sedi in corde maris*, Septuaginta legunt, habitationem Dei habitaui in corde maris. Hebraicè מושב אלהים ישבתי mosciab elohim iasciabti. Vtraque autem vox, quae in *cathedra*, &, *sedi*, transfertur, à verbo ישב iasab deducitur, quae primùm quidem sedem significat; deinde per quandam synecdochen habitare: quod vbi habitamus, ibi frequentiùs, ac diutiùs sedere soliti simus: vt in Genesi: *Abraham habitauit in terra Chanaan*. Et in libro Regum, *cùm sedisset*, hoc est, habitasset *Rex in domo sua*: transferturque hoc verbum ad significandum idem, quod regnare, quòd Rex in Regia, & in solio sedens, potissimùm Regiam ostendat, vel exerceat auctoritatem; vt in libris Regum: *Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis*. Et in Exodo: *A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius*, administrans Rempublicam, *vsque ad primogenitum ancillae, quae est ad molam*. Quoniam autem Regum est ius dicere, siue, quoniam sedentes iudices sententiam proferunt, inde sedere saepe significat iudicare; vt in Apocalypsi: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est eis*, hoc est potestas iudicandi. Vtramque verbi significationem innuit Dominus noster Iesus Christus, cùm Petro interrogante, omnibus respondit apud Matthaeum: *Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël*. Et regnum, & iudicium Apostolis promittit in gloria; obtinendum quidem non vno succedente post alium, sed omnibus simul; quapropter, & numerum sedium duodenarium totidem Apostolis parem commemorauit. Hoc ergo sibi arrogat princeps Tyri; nempe Regiam, verùm non humanam, sed diuinam potestatem; eam nempe, quae omnia possit, nullius egeat, cuiusque reliqui omnes indigeant. Quasi dicat, Deum quendam referre possum, sedens in hoc excelso throno eminentis rupis, quae mari cincta omnem pulcritudinem, munimentum omne, omniumque rerum expetendarum copiam facilè superat. Quod sic intellexit Graecus Scholiastes: Vt enim, inquit, Deus in caelo domicilium habens, incomparabilem vim, ac potestatem habet; ita ipse quoque (qui sum Rex Tyri) maritimam vrbem incolens, maris bona percipio; cùm sapientia, & viribus inter omnes excellam. Alius vero Scholiastes: Propterea quòd, inquit, regnas in mari, & rebus omnibus praeclaris, quae sunt in ipso, potiris (hoc enim cor maris significat) elatus es ita, vt deum esse te putes. Idem confirmat Polychronius inquiens, Vbique apparet, cor maris appellare bonorum praestantiam, quae ex illo capiuntur. Quidam vero sic interpretatur locum: Tam fortis sum, & tam securus, sedens in medio maris, vt neminem mortalium timeam. Ago deum quendam in mari, cui omnes negotiatores afferunt dona. Origenes: Cor est maris profundi sermones profundorum, intimorum intimi, ex quo corde delapsus, qui propterea sese extulerat, deiectus est in ipsum mare sensibile. Atque id etiam hominibus accidit, qui ob suos labores efferuntur.

Cùm sis homo, & non deus. Perpulcra anthitesi vanas, ac superbas hominum cogitationes coërcet, ac reprimit Deus, duo nomina simul connectens, Dei nempe אל el & hominis אדם adam, quorum significata omnino sunt contraria, vt quilibet cognoscere facilè poterit, si legat, quae de vtroque mox afferemus. Nam quemadmodum nomen Dei el, significat fortem potestatem, vel sustentatorem omnium: ita adam significat imbecillum,

Hieron. Iob 38. ℣. 7.

Psal. 79. ℣. 2. & Psal. 98. ℣. 1.

Isai. 14. ℣. 13.

Psal. 47. ℣. 3.

Exo. 25. ℣. 10.

De dispositione arcae testamenti, eiusque morali interpretatione.

Ibi. ℣. 22.

Politicorum haeresis.

Nimius propriae excellentiae appetitus in summa pericula adducit.

Scholiast. Sancti, quibus diuinitatis participatio quaedam conceditur, nequaquam diuinitatem sibi arrogant.

Scholiast. alius.

Alius Scholiast.

Polychron.

Clarius.

Origen.

Gen. 13. ℣. 12.

2. Reg. 7. ℣. 1. Sedere, & habitare significat regnare, iudicare.

3. Reg. 2. ℣. 12.

Exod. 11. ℣. 5.

Apocal. 20. ℣. 4.

Matth. 19. ℣. 28. Sedes Apostolis promissa quae.

Dei potentia, & hominis miseria ipsis indicatur nominibus.

lum, infirmum, quòd nihil potest, quod se ipsum A sustinere non potest, quod maximè sustineri, ac sustentari debet; quodque maximè aliena ope indiget: vt in psalmo: *Substantia mea tamquam nihilum ante te*. Alloquitur Deum Dauid, dicens, substantia, hypostasis, meae vitae subsistentia, vigor, & firmitas (sic solent Septuaginta hypostasim sumere) praeter nihil, prope, differt à nihilo; sed quid nihilum? *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo*; nempe *omnis homo viuens* est *vniuersa vanitas*, vanissimus. ita vt omnis rerum omnium vanitas in vno homine, quasi aggregata uanescat, vtpote, quae in rebus alijs dispersa est vanitas, in eo complexa, & colligata reperiatur; *viuens*, etiam dum permanet: quasi dicat, quod magis permanens est B in homine, si, quod est ex se, vel in se, attentè contemplemur, id ipsum vanissimum est. Quam interpretationem mirificè confirmat psalterium Vaticanum. Nam vbi nos legimus: *Verumtamen in imagine*, vel fabula, *pertransit homo, sed & frustra conturbatur*; ibi legitur: *Quamquam in imagine Dei ambulet homo; tamen vanè conturbabitur*, hoc est, tametsi imagine Dei quodammodo stabiliri, ac confirmari videatur homo; ita tamen est vanitati addictus, vt à vanitate ipsa conturbari nullo modo desistat. Sed & vanitatem vitae hominis diuinae stabilitati, immutabilitati, atque aeternitati comparat idem Psaltes, dicens: *Dies mei sicut vmbra*, quae C ad motum luminis mouetur, eoque deficiente euanescit, nullum sui vestigium relinquens, sic *declinauerunt* ad motum Solis, *& ego sicut fenum arui*. *Tu autem Domine in aeternum permanes, & memoriale tuum in generatione, & generationem.* Si ergo hanc, quae est inter Deum, & hominem infinita distantia, attentè perpenderis; intelliges, quàm impudenter mentiatur homo, dicens, *deus ego sum*: *cùm* sit *homo, & non deus*. Quid enim tam distans, quàm à diuinitate humanitas? ab omnipotente omnino impotens? à spiritu infirma caro? Quam quidem distantiam ipse Dominus apud Isaiam declarauit, dicens: *Aegyptus homo, & non deus, & equi eorum caro, & non spiritus*. Scholiastes: Fefellerunt cogitationem tuam, quasi dicat, D quae somniabas de diuinitate praesumpta, *cùm sis homo, & non Deus*.

Et dedisti cor tuum quasi cor Dei. Cor autem, vt paulò antè tractauimus, significat consilium, sicut etiam in libris Regum orante Dauide coram Domino, & dicente: *Quia tu Domine exercituum, Deus Israël, reuelasti aurem serui tui, dicens: domum aedificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum*, hoc est consilium, sibi vsui futurum, *vt oraret te oratione hac*. Neque hoc tantùm significat hoc loco, sed etiam sapientiam, intellectum, atque prudentiam, cum animi magnitudine cõiunctam, quae neque deprimatur aduersis, neque prosperis extollatur, aut euanescat. Haec omnia postulasse videE tur à Deo Salomon, dicens: *Dabis ergo seruo tuo cor docile; vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum, & malum*. Quod postulatum referens, interpretatur liber Paralipomenon: *Da mihi sapientiam*, inquit, *& intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo*. Idemque Dominus postulatis obsequens, ait: *Postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium*. Quae quidem omnia vocis significata vnicus comprehendit locus in libris Regum, qui sic habet. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quae est in litore maris*. Relatae sunt autem hoc loco omnes animi dotes, quas requirere posses in principe, vt Rempublicam summa cum laude administrare possit: quaeque clarissimum virum optimè de Republica meritum maximè decerent. Hae autem virtutes omnes, praeclaraque gesta, in quo possunt vel adinueniri praestantiores, aut in quo altiorem excellentiae gradum consequi, quàm in virtutum omnium excellentissimo principe Deo, optimo, maximo, earumque omnium origine, ac fine? Haec ergo omnia sibi immeritò arrogasse reprehenditur princeps Tyri, dum vno verbo dicitur, *dedisti*, hoc est, tu tibi indulges, & ambitiosè tribuis, *cor tuum* esse, *quasi cor Dei*. Ad quam quidem impiam, ac fallacem cogitationem alluisse dicitur Dominus in cantico beatissimae Virginis Mariae, dicentis: *Dissipersit*, longè sepositi *superbos* à *mente*, vel cogitatione, seu potius ab aestimatione *cordis sui*. Graecè καρδίας αὐτῶν cardias auton, cordis eorum, hoc est, sui ipsorum: quasi dicat, *dissipersit*, profligauit, perdidit *superbos*, qui mente, & animo tument, sibi ipsis nimium tribuentes, & arrogantes, quasi cor suum putent diuino cordi simile fore. Scholiastes: Maiora, quàm natura ferat, tibi tribuis, ac de te sentis. Hanc verò textus Ezechielis, quam attulimus, explicationem probat, qui sequitur.

Ecce sapientior es tu Daniele. Hieronymus: Quia iactas sapientiam in tantùm, vt regni tui homines Salomonem in aenigmatibus prouocarent: numquid sapientior es Daniele, qui Dei gratia, vicit omnes magos, & ariolos, & nunc in Babylone sapientissimus est? Septuaginta interrogatiuè legunt: Numquid sapientior es tu Daniele? quam lectionem sic interpretantur Graeci Scholiastes. Quid iam sapientiae meminit Danielis, qui multis partibus sapientiam Chaldaeorum superabat? nam (respondet) & si quis est sapiens, vel ab alijs didicit, vel ipse inuenit sapientiam; & ad priorem illum sapientiae acquirendae modum pertinent illa verba; an sapientes te fua scientia erudierunt: ad posteriorem, illa: Num scientia tua, & prudentia tua potentiam tibi comparasti? Quibus verbis significare velle videtur Scholiastes, Tyrium principem tam innatae, quàm acquisitae sapientiae ostendi expertem; cùm ipse sibi arrogaret, se vtriusque compotem fuisse. Theodoretus vero aliter: Tantum abest, inquit, vt res tuas cum diuina natura comparem; vt etiam te prudentibus hominibus longè inferiorem ostendam. Daniel enim & diuina sapientia praeditus fuit, & Chaldaeorum scientiam sibi comparauit; tu verò & diuina gratia orbatus es, & ab hominibus sapientibus haud percepisti scientiam. Alius verò Scholiastes subiungendus videtur, qui: Vide, inquit, quomodo illius arrogantiam deprimat. Is enim diuinitatem affectabat; hic ne ad pueruli quidem Hebraici prudentiam se peruenisse testatur. Ac si ita cum illo ageret: Si hoc magnum putas, gubernandae vrbis, & nauali peritia, & sociorum opibus, & diuitiarum splendore inter omnes excellere; vide quàm sit tibi praeferendus Daniel adolescentulus, qui, cùm nec diuitijs affluueret, neque gloria emineret, nec socios, vel adiutores haberet, ad eam gloriam studio pietatis, diuinique cultus est prouectus, vt etiam, qui apud Babylonios erant in honore, illius prudentiam venerentur. Hoc dicit ad superbiam Tyri coërcendam, & vt latenter significet, non protectoris imbecillitate Hebraeos premi, & conflictari; siquidem religiosum (Danielem inquam) ac pium etiam, captiuum abductum, omnium optimum demonstrauit: idque vel dominantis (Nabucho-

Animi dotes in principe requisitae, vt cum laude possit, ac fructu Rempublicam administrare.

Luc. 1. ℣. 51.

III. Hieron.

Scholiast.

Scholiast.

Sapientia caret, qui sibi sapientiam arrogat. Theodoret.

Alius Scholiast.

Non protectoris imbecillitate Hebraei patiũtur, cùm eorum aliquos à maximorum periculorum extremis nullo negotio liberauerit.

Hominis vanitas.

Psalterium Vaticanum.

Psal. 101. ℣. 12. & 13.

Isai. 31. ℣. 3.

Scholiast.

Cor significat consiliũ, & animi magnitudinem, quae neque deprimatur aduersis, neque prosperis extollatur.

2. Reg. 7. ℣. 27.

3. Reg. 3. ℣. 9.

2. Paral. 1. ℣. 10.

3. Reg. 3. ℣. 11.

3. Reg. 4. ℣. 29.

Universidad de Deusto Biblioteca

buchodonosoris, & satraparum) iudicio, omniumque sententia. Haec ille. Verùm quoniam nostra Latina lectio maiorem vim obiurgationi adhibet, magisque est Hebraicae similis, eam interpretaturi praemittamus oportet, quomodo cum superioribus cohaereat haec Danielis commemoratio. Quod quidem manifestum vnicuique erit, si in memoriam reuocet, quod Dionysius Areopagita nomine diuinitatis intelligendum docet, his verbis: *Dionys. cap. 12. de diuin. nomin.* Θεότης δὲ ἡ πάντα θεωμένη προνοία καὶ ἀγαθότητι παντελεῖ, καὶ πάντα περιθέουσα, καὶ συνέχουσα, καὶ ἑαυτῆς ὑπερπληροῦσα, καὶ ὑπερίσχυουσα πάντα τὰ τῆς προνοίας αὐτῆς ὑπολάχοντα, id est: Deitas est autem omnia θεωμένη theomeni, id est spectans prouidentia, & quidem perfecta bonitate: & περιθέουσα peritheusa circum omnia currens, & continens, ac se ipsa replens omnia: omnia denique supereminens, quae illius prouidentia perfruuntur. Haec Dionysius. Quare nomen θεὸς theos, id est Deus, ad illas duas voces referre potissimùm videtur, θεᾶσθαι theasthai, quod est spectare, & θέειν theein, quod est currere. Ioannes *Io. Damasc. lib. 1. ortho. fid. c. 12.* Damascenus tertiam addit notionem, cùm ait: Δεύτερον δὲ ὁ θεὸς ὄνομα, ὃ λέγεται ἢ ἀπὸ τοῦ θέειν, καὶ περιπάντα τὰ σύμπαντα, ἢ ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ὅ ἐστι καίειν (ὃ γὰρ θεὸς πῦρ καταναλίσκον πᾶσαν κακίαν ἐστίν) ἢ ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα (ἀλάθητος γὰρ ἐστίν) καὶ πάντων ἐποπτικός, hoc est. Alterum vero nomen est θεὸς theos, Deus, vel à θέειν theein, id est currere, & obire vniuersa; vel ab αἴθειν aethin, id est vrere (Deus enim ignis est, vitium omne consumens) vel à θεᾶσθαι theasthai, id est omnia spectando. Nihil enim eum latere potest, & omnium inspector est. Haec vero omnia arrogasse sibi videtur Tyrius, cùm sibi diuinitatem arrogasset. Verùm obiurgans illum Deus cum amarulenta irrisione, ironicè profert: *Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non est absconditum à te*, & quae sequuntur: quasi dicat, cum tu te deum putes, diuinum possidere cor, sapientiam, consilium, & prouidentiam, quis dubitet te multo sapientiorem esse Daniele? Hic enim licet & somnium, & interpretationem eius narrauerit Regi; tamen ipse fatetur se à Deo illa omnia accepisse, dum dicit: *Dan. 2. ℣. 28.* *Sed est Deus in caelo, reuelans mysteria, qui indicauit tibi* Rex *&c.* Quod quidem mysterium non nisi per Danielem indicatum est: quare à Deo per Danielem indicatum fuisse Regi intelligendum est. At verò Tyrius non ita, sed omne mysterium sibi cognitum esse putat nullo edocente, cùm cor Dei se habere credit. Daniel sapiens quidem, & sapientissimus est habitus: ita ut in prouerbium abierit Danielis nomen pro sapiente; eam tamen, qua praeditus est, sapientiam Deo refert acceptam, dum initio suae prophetiae, *Pueris autem*, inquit, *his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium uisionum, & somniorum*. Et expressis uerbis modestia plenis iterum. *Dan. 2. ℣. 30.* *Mihi quoque*, inquit, *non in sapientia, quae est in me, plus quàm in cunctis uiuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio Regi manifesta fieret.* Princeps autem Tyri omnem sapientiam, quam se, falsa opinione deceptus, putat habere, ita à se ipso habere se putat, ut neque à sapientibus hominibus, neque à Deo ipso eam habuisse se credat.

Sapientior Hebraicè חכם chacham, quae uox latius patet, quàm latina, sapientia; illa enim certam rerum diuinarum, & humanarum cognitionem significat: tum earum, quae ad operationem, seu munus exsequendum, ad prudentiae uirtutem pertinentes, referuntur: tum earum, quae mentem cognitae perficiunt, atque nobilitant. Ex quo fit, ut tot sapientiae encomijs, tot laudibus, tota ferè sacra pagina plena sit: immò uerò ea propterea tantummodo scripta uidetur, ut sapientia erudiantur mortales, testante Propheta. *Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans paruulis.* *Ps. 18. ℣. 9.* simplicibus, alij reddunt, vel insipientibus, quos separat Christus Dominus à sapientibus mundi, dicens: *Confiteor tibi Pater Domine caeli, & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus, & prudentibus*, Tyrio Regi simillimis, *& reuelasti ea paruulis*. Hanc autem sapientiam, uel potius eius falsam opinionem, aut praesumptionem superbis dissuadere uidetur Dominus Danielis exemplo, quem sapientissimorum uirorum facilè principem omnis illa uenerabatur aetas; quique tamquam nulli conferendus, in omnium oculis, & ore uersabatur. Neque credibile uidebatur, ipsum Tyrium, quantumuis impudentem, ac stultum, ausum esse se cum Daniele conferre; quoniam facilè posset experientia probari, illum non posse somnia, seu potius, quae erant futura, cognoscere. Consimili, at omnis suauitatis plena obiurgatione, Deus quattuor simul eiusdem libri capitibus sanctũ Iob in officio continere uolebat, sic exorsus: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae?* *Iob 38. 39. 40. & 41.* Quasi dicat, tu te omni culpa uacare putas, & tuam iactas innocentiam, ita ut nullam meruisse te credas earum, quas sustines immissas à Deo calamitates; cùm eiusmodi innocentia, & uitae sanctitas solius Dei propria sit: deus ergo haberi uis, & rerum omnium conditor: praeclaram, quasi dicat, cogitationem, & pio uiro dignam: Astitisti ergo mihi cuncta creanti. *Vbi ergo eras, quando ponebam fundamenta terrae?* & cetera quae sequuntur. Quod si nondum eras: *Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo, & ostendisti aurorae locum suum? &c.* Quae quidem omnia ut infinitis partibus humanum captum excedunt, ac superant; sic ab eo longè abesse oportet & innocentiae opinio, & sapientiae arrogantia. Rabbi uero Selomon aliam quoque affert interpretationem: *Ecce sapientior es tu Daniele*, ideſt, inquit, numquid sapientior es tu Daniele, qui omne arcanum, ac mysterium nouit, omnemque scientiam, ac sapientiam? & tamen cùm Nabuchodonosor uoluisset eum, quasi deum adorare, renuit, iuxta illud dictum. *Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias, & incensum praecepit, ut sacrificarent ei.* Tu autem cum non sis maiori merito, aut sapientior, tacis te ipsum deum. Haec ille. Verùm oppositum omnino eius, quod intendit, probare videtur, allato Danielis testimonio; cùm ex eo potius probari videatur, Danielem orationem Regis non prohibuisse: maximè si accedat Hieronymi commentarius, respondens Porphyrio, impiè calumnianti locum istum; ac sacram historiam incredibilia referre astruenti, nempe à superbissimo illo Rege seruum adoratum. Quasi non (inquit Hieronymus) & Lycaones ob signorum magnitudinem, vt est in actis Apostolorum, Paulo, & Barnabae voluerint hostias immolare, illum Mercurium, hunc Iouem appellantes. Error ergo gentilium, qui omne, quod supra se est, deum putant, scripturae non debet imputari, quae simpliciter refert vniuersa, quae gesta sunt. Possumus tamen credere, causas adorandi, & sacrificandi ab ipso Rege expositas fuisse, cùm diceret Danieli: *verè Deus vester Deus deorum est*: ergo non tam Danielem, quàm in Daniele adorare voluit Deum, qui mysteria

Dan. 2. ℣. 47.

Quid sibi arrogare voluerit Tyrius, dum Deum esse se dixit.

De sapientia Danielis.

De significatione nominis sapientiae, tum Latini, tum Hebraici.

Quam longè reijcienda sit ab humano corde sanctitatis, aut sapientiae praesumptio. R. Selom.

Vtrum Daniel adorationem sibi oblatam à Rege prohibuisset. Hieronymus non prohibuisse sentire videtur.

ria reuelauerat. Quod & Alexandrum Magnum in Pontifice Iadda fecisse legimus apud Iosephum. Quod si hoc dissimulet, dicendum est, Nabuchodonosor signorum magnitudine, & stupore confusum, quid faceret ignorasse; vt qui Dominum verum intelligebat, & ipsum Dominum, & seruum eius adorare, & incenso, atque hostijs veneraretur. Illud quoque calumniatur, & reprehendit Porphyrius, quòd oblata sibi à Rege munera, & honores Daniel accipere non recusarit, nec planè repudiarit: non considerans, ideo somnium illud diuinitùs Regi missum, eiusque interpretationis mysteria per Danielem reuelata, vt Daniel crescceret, & in loco captiuitatis princeps fieret omnium Chaldaeorum, & Dei omnipotentia cognosceretur. Quod quidem & in Ioseph apud Pharaonem, & Aegyptum legimus factum: & in Mardochaeo apud Assuerum, vt in vtraque gente haberent captiui, & peregrinantes Iudaei solatia, videntes hominem gentis suae Aegyptiorum esse principem, & Chaldaeorum. Haec ille. Quae quidem omnia Hieronymi verba propterea lubens retuli, quòd si sensum, quem prima facie prae se ferre videntur, quemque aliquibus immeritò probabilem reddunt admitterent, non tantùm Rabbino sese opponerent, eiusque sententiae aduersarentur, sed etiam huius loci, quem interpretamur, vim omnem eneruare viderentur. Quid enim commemoret Deus Tyrio principi, vt eius superbam praesumptae diuinitatis arrogantiam comprimat? quid inquam, commemoret Danielem hominem (si ea vera sunt) eiusdem sceleris suspicione commaculatum? Dices, non affectasse Danielem eiusmodi diuinos honores. At parumne videbitur admisisse? Dices, non expetijsse: at magni sceleris est coram Deo, non prohibuisse, non repulisse, Rege blasphemante vestes non conscidisse. Tali enim crimine accusatur impijssimus Rex Ioachim, comburens librum Ieremiae, cùm dicitur: *Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.* Et quidem impijssimum Herodem Regem, neque quando *occidit Iacobum, fratrem Ioannis gladio:* neque cùm apprehendit Petrum, & misit in carcerem, vt post Pascha produceret eum populo, diuina prosequuta est vltio: sed tunc tantummodo, cùm oblatas diuini honoris à populo acclamationes non repulit, neque Regiam illam vestem, tanti flagitij occasionem, vt par erat, proscidit, attestante haec Luca in actis Apostolorum his verbis: *Statuto autem die Herodes vestitus veste Regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit illum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo; & consumptus à vermibus exspirauit.* Quapropter efficaci argumento probat Pererius, diuinos honores, aut sacrificia Danielem non admisisse, sed auersatum omnino fuisse: siquidem eum non vltio diuina, sed innumera paenè miracula, & mysteriorum caelestium multiplex reuelatio prosequuta est. Verùm Gabriel Vazquez altius fodit fundamentum, contendens, neque ipsum Nabuchodonosorem talia munera, aut sacrificia Deo tantùm offerri solita obtulisse: quod bene probat ex significatione vocum tam Hebraicae, quam Graecae linguae: Verùm vtinam omnem exhausisset difficultatem, magna me leuasset cura, & onere liberasset non modico. Eius sententiam maximè probo; eamque tum Ezechielis, tum Danielis textui omnino consentaneam habendam esse censeo. At facessit nobis negotium hostiarum, & incensi sacrificium; sed multò maius adorationis verbum, à quo exordiamur necesse est. *Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam:* (in quo ferè omnes Latini, Graeci, & Hebraei concordant textus) *& Danielem adorauit.* Hebraicè לדניאל סגד ledaniel segid, à verbo סגד sigad, quod quidem verbum rarò citatum reperi in Biblijs, quatter tantùm apud Isaiam, & apud Danielem bis. Quibus omnibus locis, hoc excepto, quem interpretamur, adorationem, quae idolis, vel Deo vero exhibebatur, significat. At quoniam verbum hoc Chaldaicam tantùm terminationem, & interpunctionem, non Hebraicam hoc loco Danielis habet; ideò eius Chaldaicam acceptionem exquirens, reperi, vbi nos legimus in libris Regum, Bersabee adorasse Regem, in Chaldaeo haberi, סגידה segida. Quare vox haec quemlibet honorem, venerationem, & reuerentiam, non solùm illam, quae Deo ex religione debetur, significabit. Concordat Graecum verbum προσεκύνησεν prosecynisen, quo eodem vsi sunt Septuaginta in Genesi vbi nos legimus: *Adorauit Abraham coram populo terrae*, gratias agens Ephroni de oblato agro, ac spelunca duplici *in possessionem sepulcri*. Quae omnia optimè exprimit Latinum verbum, adorare, quo saepè Latinus interpres Dei, & hominum venerationem significat, licet teste Festo latiùs olim significatio verbi pateret: significabat enim idem, quòd agere. Vnde & legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt: propterea que crediderim eosdem dictos adoratores, quod & ipsi venerarentur exteros principes.

Et hostias, Hebraicè ומנחה vmincha, quam eandem reddiderunt Septuaginta in Complutensi codice μάννα manna: in Sixtiano verò μαναὰ manaa pronunciatione parum accommodata suo more: eandem Hebraeam transtulerunt, non autem aliam, vt aliqui putant, exquirentes alijs locis eius vsum. Et in eo, quem afferunt ex libro Regum de filijs Belial, nolentibus afferre munera Sauli, in Hebraeo habetur haec eadem vox מנחה mincha. Quae quidem vox, vt ex eodem loco clarè patet, non solùm sacrificium significat, quod offertur Deo; sed etiam munus, quod hominibus datur. Putat autem R. Dauid sic dictum donum, quòd cum pompa hominibus etiam offeratur. à radice נחה nacha, quae sensim deducere significat. Quare honorificentissimum donum oblatum Danieli significabit. Et licet Latina vox *hostias*, animalia Deo mactata propriè significet, sic dicta (teste Festo Pompeio) ab eo, quod est hostire, seu ferire: tamen iam vsus obtinuit, vt nomine hoc quaelibet oblatio significetur. Sicut frequens nos docet experientia, quas triticeas formas, quas in altari consecrandas proponere solemus, Latinè, Italicè, & Hispanicè hostias appellamus. Quare meritò Scholiastes Graecus δῶρον doron, munus interpretatur.

Et incensum ונחוחין venichochin, à radice נוח noach, quae cum omnibus vocibus, quae ex ea deducuntur, significat requiem, quietem, vel ab opere, vel à negotijs, vel à laboribus, & afflictionibus: Vel vt alij putant, ab ira, & indignatione. Inde transfertur ad significandam refocillationem, seu recreationem, suauitatem: soletque sumi frequenter tamquam adiectiuum odoris: sicut in Exodo, vbi habetur, *odor suauissimus*, ex Hebraeo vertunt, odorem quietis, refocillationis,

Deadoratione Danieli à Rege exhibita. *Isai.* 44. ℣. 15. 17. & 16. & *cap.* 46. ℣. 6. *Danie.* 2. ℣. 46. & *cap.* 3. ℣. 5.

Gen. 23. ℣. 12. & 9. Adorare Dei & hominum venerationem significat. *Sex. Pomp. Festus.*

De hostijs Danieli oblatis.

1. *Reg.* 10. ℣. 27.

R. Dauid.

Hostia quid significet. *Sex. Pomp. Festus.*

Suauis odor quis.

Exo. 29. ℣. 18.

Non prohibere diuinos honores oblatos magni sceleris culpa est. *Ierem.* 36. ℣. 24.

Actor. 12. ℣. 2.

Act. Apost. c. 12. ℣. 21. 22. & 23.

Perer. extremo lib. 2. *comment. in Dan.*

Danielem non admisisse diuinos honores.

Gabriel Vazquez lib. 1. *de adorat. disput.* 6. c. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recreationis, refrigerij. Graeci Ἐωθινὸν euodian fragrantiam reddiderunt; sicut in hoc Danielis loco, & alijs. Est & alia celebris huius vocis significatio apud Ieremiam, vbi enim habetur: *Saraias autem erat princeps prophetiae*, in Hebraeo sic: Princeps מנוחה menuchah, requiei. Sunt qui dicunt, inquit R. Dauid, fuisse amicum Regis, quem sibi socium adhibebat tempore recreationis: vel vt alij interpretantur, qui Regi erat à remissione animi, vel propter consuetudinis, morumque suauitatem; vel propter amorem, quo illum prosequebatur Rex, suauissimus Regis comes potest intelligi. Vel vt Targhum exponit, quasi sit princeps מנחה mincha, muneris, vel munerum, seu oblationum; ac si dicat: primus in muneribus acceptis à Rege. Vbi videtur confundere vocem hanc cum praecedenti: & quidem non immeritò, cùm radicales litterae propè sint eaedem. Vulgatus autem vocat illum principem prophetiae, quo nempe vsus erat Ieremias ad manifestandam prophetiam. Ex ijs igitur, quae dicta sunt, intelliges sensum loci eò spectare, vt significet munera, eaque suauissima, fragrantia, & quae animum reficere possent. Quare aptè Hieronymus vertit *incensum* aroma suauis odoris hominibus, suauissimi Deo. Cuius odorem suauissimum commemorat sponsus, dicens in Canticis: *Odor vestimentorum tuorum sicut odor turis*. Quapropter possent hac voce נחוחין nichochin significari vnguenta, ex pretiosis aromatibus confecta, vt ex sequentibus magis constabit. Nisi malis inter munera etiam incensum, non quidem igni adustum, vt solet Deo, sed quale oblatum fuit à Magis inter pretiosa munera Christo Domino; & à Regina Saba Salomoni inter aromata.

Ieremi. 51. ℣. 59.
R. Dauid.
Targhum.
Cant. 4. ℣. 11.
Isa. 60. ℣. 6. & Matt. 2. ℣. 11.

Sacrificarent. Hebraicè לנסכה le nassacha, à radice נסך nassac, quae vox, fundere, effundere, seu libare significat. Et quoniam effusione olei, vel vnguenti Reges, & principes creabantur, ideo transfertur hoc verbum ad id significandum, vt in psalmo: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo*; & ego נסכתי מלכי nasacti malchi. R. Abraham: Regnare feci Regem meum. Aben Hezra: regnare feci, id est, feci, vt esset ex principibus meis. Idem sentit R. Dauid. Sensus autem est, vt bene notat Genebrardus, vt sint verba Christi Domini, & ego ordinatus, inauctoratus, designatus, consecratus, vel vnctus sum *Rex ab eo super Sion, montem sanctum eius*. Chaldaeus vertit רבית rabath, euexi, siue euectus sum, quod alij vertunt, inauctoratus sum. Et in Genesi de Iacob scribitur: *Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus, libans super eum libamina*, ויסך עליה נסך vaijssec ghaleiha nessec, verti posset, fundens super eum fusionem: & est sensus, quòd lauit eum, & postea effudit super eum oleum, inquit R. Abraham. Ex qua vocis huius tam manifesta significatione satis patet, quid praeceperit ministris Rex, nempe vt afferrent munera, quibus cumularetur, & vnguenta; nisi malis ad verbum reddere, fragrantia, quae effunderentur super eum; vel quae infunderentur illi, quibus princeps crearetur, vt mos erat genti. Quod & factum sic fuisse commemorat eadem historia sacra. Nam, dum irent serui allaturi ea, quae Rex praeceperat afferri: familiari colloquio affatur Rex Danielem, nihil minus cogitans, quàm Danieli diuinos honores exhibere. Quin potius verbis expressit, quas mente conceperat de Deo cogitationes; ait enim scriptura: *Loquens ergo Rex, ait Danieli: Verè Deus vester Deus deorum est, & Dominus Regum, reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum*. *Tunc*, nempe cùm allata iam fuissent à ministris, quae praeceperat, *Rex Danielem in sublime extulit*, siue magnificauit; vnctione nempe, aut perfusione aromatum, *& munera multa, & magna dedit ei*: nempe, quae praeceperat afferri, *& constituit eum principem*, &c. Quae cùm ita sint, manifestè patet & ex contextu, & ex loci vero sensu, neque Babylonium Regem quidquam peccasse, honore illo Danieli deferendo, multoque minus Danielem illum recipiendo; quia totus ille honor erat à Deo intentus; neque in aliquo excesit vel ille reddendo, vel hic accipiendo; prout ex allatis Hieronymi verbis manifestè patet. Neque in alio sensu intelligendus est Hieronymus, neque alia ratione calumnijs Porphyrij satisfactum iri putamus; nisi dicamus, sanctissimè à Daniele receptos honores, quos sibi Deus destinauerat, ad maiorem diuinae maiestatis gloriam, & gentis suae vtilitatem. Quae omnia desiderarentur in hoc actu, si vel hic non prohibuisset, vel ille sanxisset tribuendos homini diuinos honores. Adde etiam Theodoreti sententiam, praedictae similem, quatenus sine vllo alicuius crimine haec omnia peracta fuisse contendit; dissimilem in eo, quod historiae superaddit, nempe, non à Rege, sed à sacerdotibus oblationem illam peractã quod minimè cogimur asserere, cùm olim Regibus suffitum offerre, hostias, aut victimas mactare interdictum non fuerit: immo verò huiusmodi sacrificia illorum erant propria, prout ex Ouidij versibus intelligere est.

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Et iterum.

Victima, quae cecidit dextra victrice, vocatur.

Quod quidem munus vincendi, aut domandi hostes, Regum, ac principum potius, quàm sacerdotum fuisse, non est dubitandum. Constat etiam ex ipso contextu, munera magna ab ipso Rege oblata Danieli, prout vidimus; licet non repugnet oblata per ministros fuisse: At cur per sacerdotes fuissent? Fateor meam inscitiam, ac me non posse intelligere, cuius rei causa sacerdotum meminerit Theodoretus, nisi significare forsan velit, vnctionem illam principum, seu creationem in principem, à sacerdotibus fieri solitam: prout apud nos Reges, atque Imperatores à Pontificibus inunguntur, & coronantur. Sed iam tempus est, vt ad nostram redeamus prophetiam, diutius in Daniele commorati.

Vngere Hebraeis idem, quod Regem creare.
3. Reg. 10. Psal. 2. ℣. 6.
R. Abrah. Aben Hezra.
R. Dauid. Genebrardus in psal.
Gen. 35. ℣. 14.
R. Abrah. in comment.

Danielem non admisisse diuinos honores, neque à Rege illi oblatos fuisse probatur ex contextu.

Respondet Patrum sententiis.

Theodoret.

Ouid. 1. Fast.

* *Omne secretum non est absconditum à te.* Septuaginta: Sapientes non erudierunt te disciplina sua. *Secretum* Hebraicè סתום satum, quae vox clausum, abstrusum, absconditum significat. Et sensus est, omnia clausa, & abscondita (aptissimè vno verbo dixit vulgatus, *omne secretum*) non sunt abscondita; vel vt interpretatur R. Dauid, non absconderunt se à te. Est enim, inquit, verbum intransitiuum, nos diceremus, neutrum. Eadem videtur hic Propheta asserere ironicè manifesta Tyrio fuisse, quae manifestata sibi à Deo gratulatur Psaltes: *& occulta sapientiae tuae manifestasti mihi*. Vbi haec eadem vox reperitur, quam nonnulli interpretantur, & in clauso, abscondito sapientiam scire me facies: nempe, vt abscondita, & clausa intelligam, iuxta viam veritatis mihi à sapientia tua manifestatam. Targhum: in abscondito cordis sapientiam scire me facies. Quidam sapientiam, quae est in occulto, eam putant, de qua Christus Dominus apud Matthaeum locutus est, dicens: *Nihil occultum, quod non scietur*, per reuelationem eiusdem

Secretum quale.
R. Dauid in comment.
Ps. 50. ℣. 7.
Targhum.
Matth. 10. ℣. 26.

dem Iesu Christi Domini nostri: ad eamque allu-
1. Cor. 2. ℣. 7. sisse Paulum, & recentem: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio*; verùm quàm aptè, lector expendat. Quod nostri numeris est eo spectat; vt intelligamus Tyrium omnia se scire arbitratum, etiam secretissima; neque à quoquam sapientum ea didicisse;
Polychron. prout tradant Septuaginta. Polychronius verò sic interpretatur: Sapientes dicit Babylonios, magos, ac diuinos, & qui de rerum futurarum scientia gloriabantur.
Scholiast. Scholiastes: Id verò ait; quia proposito somnij indicio, soli Deo confessi sunt res huiusmodi cognitas esse: quasi interpretentur Graeci, dictum hoc fuisse affirmatiuè, non ironicè: Sapientes Babylonij, qui maximè confusi, suamque inscitiam professi sunt coram Rege, non te erudierunt: siquidem ipsi nulla ratione auderent asserere, omne secretum sibi cognitum, aut se sapientiores esse Daniele. Hoc eodem argumento vsus est Eli-
Iob 15. ℣. 7. & seq. phaz Themanites aduersus Iob, dicens: *Numquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? numquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Quid nosti, quod ignoremus? quid intelligis, quod nesciamus? & senes, & antiqui sunt in nobis multò vetustiores, quàm patres tui.*

IV. *In sapientia, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem*, munitionem, ac robur ciuitatis, siue stabilimentum regni, optimis, ac perpetuò duraturis legibus instructi; & acquisitionem auri, & argenti. Quasi dicat (inquit Scholiastes) numquid ipsi (vrbi) ad tutelam sociorum robur suppeditasti?

V. *In multitudine sapientiae, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum*
Supra ℣. 2. *est cor tuum in robore tuo*. Hebraicè est eadem phrasis, quae suprà explicata est: possetque sic verti: Et dedisti tibi cor tuum, vel arrogasti tibi sapientiam, & reliqua, quae ibi diximus, significari voce, cordis, nempe prudentiam in administrando, & defendendo regno; sapientiam in exaltando, & opibus, ac omnibus bonis cumulando. *In robore tuo*; Hebraicè בחילך beheleca, vbi R. Dauid Chimchi, & Ionathan, in exercitu, transtulerunt,
R. Dauid Chimchi. R. Ionath. vel in pecunia, & diuitijs tuis (ב be autem particula praeposita voci, quam frequenter transtulit vul-
Praepositio, in, valet nonnumquam Propter. Gen. 18. ℣. 28. Gen. 29. ℣. 18. gatus per (in) aliquando significat (propter) vt in Genesi: *Delebis propter quadraginta quinque*: in Hebraeo enim reperitur illa littera ב be, posses vertere, delebis in quadraginta, id est propter. Et iterum: *Seruiam tibi septem annis* ב רחל be Rachel, in Rachel, *propter Rachel*. Et sensus loci erit; propter militares copias robustissimorum militum, siue
Scholiast. propter multitudinem diuitiarum eleuatum est cor tuum. Scholiastes Graecus: Ostendit, inquit, eum ne tantum quidem imperium comparaturum fuisse, nisi Deus ipsum hisce rebus ditasset; & quomodo, ac quando huius vnus ex eius maioribus
Deus regna, eorumque augmentum praestat. Chiram, cum Dauide, & Salomone commercia exercens, ad magnas opes peruenerit; propter eas,
Theodor. quae ad Tyrios mari comportabantur; vt in libris Regum, ac Paralipomenon indicatur. Huius sententiae vim magis explicat Theodoretus: Ipsis, inquit, rebus disce, non tua sapientia, sed me subministrante, fuisse tibi hanc negotiationem, bonorumque abundantiam: nam si voluero, ego statim te his omnibus orbabo, magistramque tibi rerum experientiam praeficiam. Si enim tua sapientia istam possessionem adeptus esses, eadem sapientia permanente ijs, quae possedisti, haud fuisses orbatus: sed spoliatus his rebus omnibus, insanas abijce cogitationes, & intellige, eum esse me, qui dederim, quique ista rursus ademerim. Cùm enim non agnoueris me, quando ea accepisti, discres, quando ipsis spoliatus fueris. Haec ille.

Propterea haec dicit Dominus Deus; Hebraicè VI.
ארני יהוה Adonai elohim. Duo nomina Dei, quae initio explicauimus. *Dominus*, cuius sunt opes, de quibus gloriaris; robur, ac fortitudo, quibus inniteris. *Deus*, cuius est diuinum consilium, ac prouidentia. *Eo quod eleuatum est*, vel in superbiam elatum est *cor tuum*, arrogans sibi sapientiam, *quasi* esset *cor Dei*, Hebraicè אלוהים elohim, quo Dei nomine iudiciariam eius potestatem significari putant nonnulli; nec immeritò, cùm in Deuteronomio scriptum sit: *Nec accipietis cuiusquã personam*, faciem interpretantur Septuaginta, *quia Dei* אלוהים elohim *iudicium est*, ad ipsum deferendum est tandem iudicium: vel, quia quilibet iudex ab ipso accepit iudiciariam potestatem; ipsius tantùm est proprium iudicium, vel iudicare. Quod intellexerat Iosaphat Rex Iuda, de quo scriptum est in libris Paralipomenon: *Videte, ait* iudicibus, *quid faciatis: non enim hominum*, quorum non est proprium, *exercetis iudicium, sed Domini* יהוה Adonai, *& quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit*. Quare perpulcrè haec diuini nominis significatio cum toto contextu congruit. Tu assumis tibi cor Dei, Dei inquam iudicis, ac iudicaturi viuos, & mortuos; quasi verò tu non sis iudicandus: *Propterea haec dicit Dominus Deus iudex*. Vel quia non times Dei iudicium: hoc enim significat, eleuare cor, quasi cor Dei.

Dei nomen, elohim, iudiciariam Dei potestatem innuit. *Deut. 1. ℣. 17.*

2. Paral. 19. ℣. 6.

Idcirco ecce ego adducam super te alienos, robustissimos gentium. Robustissimos, Hebraicè VII.
עריצי gharitse à radice ערץ gharats, quae praeualere significat. Qua significatione vsurpat eam Iob, Deum in hunc modũ alloquens: *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam*. Ex Hebraeo verrunt nonnulli: An folium propulsum plus violentabis? vel in folium delapsum praeualebis, maiorem impetum, seu vim exercebis? Inde nomen עריץ gharits significat praeualidum, potentiorem, qui alijs praeualet. Eius mentio fit apud eundem Iob: *Cunctis diebus suis*, inquit Eliphaz, *impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius*. Vel vt aliqui vertunt; numerus annorum absconditus est praeualido: quasi dicat, qui plus alijs potest, hoc vnum non potest, scire numerum annorum suorum. Quod bene Hieronymus reddit voce tyrannidis: significat enim hoc nomen tyrannos. Septuaginta vero λοιμοὺς limous reddunt, pestilentes; significat enim λοιμὸς limos contagium, pestilentiam, corruptionem, quam Philo definit quasi ἀέρος θάνατος aëros thanatos, aëris mors, vel aër mortifer. Quare transfertur haec vox ad significandum homines sceleratos corruptis moribus, qui haud secus, quàm corruptus aër, mores hominum inficiunt: à quorum cathedra semouetur iustus in psalmo. Siue etiam vocat Babylonios pestilentes, eleganti periphrasi significans eos fore, qui vniuersalem omnium Tyriorum ciuium allaturi sint mortem, atque interitum, nulli hominum sexui, aetati, vel dignitati parcentes, non secus, ac mortifera pestis. Quare Theodoretus ait, ab alienis ipsi minatur exitium, & pestilentijs, & gentibus. Polychronius. Quae videris aspernari, per haec tibi calamitatem inferam; quasi dicat, eos ipsos alienigenas, ac pestilentes, quos tu aspernabaris, & nihili ducebas, adducam super te.

Iob 15. ℣. 20.

Praepotentes hoc vsu minimè possunt, nosse numerum annorum suorum.

Philo lib. de mundo.

Pestilentes moribus qui.

Ps. 1. ℣. 1.

Theodor. Polychr.

Et nudabunt gladios suos. Hebraicè והריקו vehericu, à radice ריק rich, quae significat euacuare. Quoniam autem euacuatur vagina educto gladio; inde

Universidad de Deusto Biblioteca

Euaginare gladium idem, quod occidere.

inde transfertur ad significandum idem, quod euaginare, vel educere gladium; significatque non solum actum illum euaginandi gladium, sed id, ad quod potissimum euaginari solet, nempe ad interficiendum. Sic in Leuitico Dominus ait: *Vos autem dispergam in gentes, & euaginabo post vos gladium*, ad interficiendum, caedendum, & mactandum. Haec phrasis Hispanicè posset reddi echaran mano a sus espadas. Ex quo colliguntur sequentia, *& polluent*, perdent, seu vastabunt.

Leuit. 26. ℣. 33.

Super Hebraicè על ghal, quae praepositio significat frequenter, super; sed nonnumquam etiam, adversus, vel contra, vt in Numeris: *Et murmurati sunt contra Moysem*: Hebraeus verteret, super Moysem. Et in psalmo: *Et principes conuenerunt in vnum* על ghal, *aduersus Dominum*, ויעל veghal, *& aduersus Christum eius*.

Num. 14. ℣. 2.

Psal. 2. ℣. 2.

Scholiast. Pulcritudinem sapientiae variè interpretantur Graeci.

Pulcritudinem sapientiae tuae. Scholiastes Graecus; hoc est, vrbis decorem delebunt. Pulcritudinem enim vocat eius vrbis gloriam. Alius vero Scholiastes: Pulcritudinem appellat, inquit, opes, ac diuitias, quas tua scientia te adeptum esse arbitraris. Alij putant pulcritudinem significare exercitum lucidissimum, ac pulcherrimum, quem tua sapientia te comparasse dicis. Venient, inquam, & obscurabunt splendorem tuum, hoc est, spoliabunt te regno, quod magno splendori, ac pulcritudini solet esse Regi. *Pulcritudinem* Hebraicè יפי iephi, forma, venustas, elegantia, pulcritudo, nempe id omne, quod videntibus placet, inque sui amorem allicit, ac pertrahit. Hoc nomine, & verbo, à quo deducitur, vsus est Psalres, Christum in spiritu alloquens: *Speciosus forma* יפיפית יפ iaph iaphitha, quam phrasim sic ad verbum redderes, pulcritudine pulcher es *prae filijs hominum*. eius pulcritudinem videndam promittit iusto Isaias. Nam cùm ipsum iratum iudicem aduersus peccatores, veluti quibusdam coloribus expressisset, eumque cum deuorante igne, cuius sempiternos ardores, nullus inueniretur, qui posset sustinere, contulisset, sermonem ad iustum conuertens, ait: *Regem in decore suo videbunt oculi eius*; quasi dicat: non toruo, aut irato vultu, sed pacatissimo, ac summa pulcritudine Regiae maiestatis, vel in regno suo caelesti, vnde *cernent terram de longè*. Quare non immeritò Scholiastae Graeci regnum, vel gloriam vrbis intelligunt nomine pulcritudinis. Nos verò aliquid magis vniuersale putamus: nempe quidquid est pulcrum, quidquid est amabile, in te ipso, in domo tua, in vrbe tua, in regno tuo, quod omne tuae tribuis sapientiae; id omne insequentur, & aggredientur districtis ensibus suis, *& polluent*, foedabunt, seu conspurcabunt decorem tuum sanguine tuo, & puluere pedum suorum. R. Salomon: In libro Midras ageda, inquit, habetur, tres olim fuisse, qui se deos faciebant, quibus omnibus inimici eorum abusi sunt, & hi fuerunt Achaz, Hiram Rex Tyri, & Nabuchodonosor. Verùm falsus omnino liber est, quatenus Regi Tyri ea tempestate regnanti Hirami nomen indidit: cùm hic multis saeculis ante destructionem Tyri mortuus fuisset. Neque verò omnes Reges Tyri vocabantur Hirami, vt apud Graecos Ptolemaei: quod ex historia Phoenicum, & Tyriorum annalibus, referente Iosepho probatur.

Pulcritudo quid sit.

Christi pulcritudo. Ps. 44. ℣. 3.

Isai. 33. ℣. 17.

Merita arrogantiae poena.

R. Salomon.

Achaz, Hiram, & Nabuchodonosor dij esse voluerunt.

Ioseph. Antiq. 9. c. 14. & cont. Apio. lib. 1.

VIII.

Interficient, & detrahent te. Ex Hebraeo sic vertunt nonnulli: In foueam deducent te, & morieris mortibus interfectorum in corde maris. Septuaginta in Sixtiano codice: & sternent: Hieronymus: humiliabunt pulcritudinem tuam in perditione, & descendere facient te, & morieris morte vulnerato-

Hieron.

A torum in corde maris. Sic etiam legit Theodoretus. Quae omnia eò recidunt, vt depressum iri in omnibus superbiam Tyrij demonstrent. *Eleuatum est cor tuum*, dixerat prius, nunc autem *interficient, & detrahent te*, vel in foueam deijcient te, *& morieris interitu occisorum in corde maris*. Ex Hebraeo vertunt nonnulli: morieris mortibus interfecti. Quam versionem sic interpretatur R. Dauid Chimchi: Varias, ac diuersas mortes, seu tormenta patieris: non enim vnica morte, hoc est, vnico tormento, aut vulnere peribis, sed varijs, & acerbissimis; quod significare voluit, dum mortes dixit numero multitudinis. Morte mori, phrasis est, & pleonasmus, vim quandam voci adhibens: sicut B contrà, *vita viuet*, hoc est, *non morietur*. Hic autem ter repetit mortis nomen, quo mortem magis atrocem, & tremendam declaret. Quibus verbis, & modo loquendi vsus est Ieremias, dicens: *Mortibus aegrotationum morientur*: vsus est enim repetitione vocis מות muth, quae mortem significat, vt in praesenti, & voce חלל chalal, quae occidere, vulnerari, cadere, vel deficere, vita functum esse, significat; quod vertit vulgatus, *aegrotationum*. Subditque: *& erit cadauer eorum in escam volatilibus caeli, & bestijs terrae*: cui consonant sequentia.

Theodor.

R. Dauid Chimchi.

Morte mori, & vita viuere quid significet.

Ierem. 16. ℣. 4.

In corde maris: quasi dicat, vulneribus confossus, demergeris in profundum maris: vt ibi sis piscium esca, ipsique infelix sepulcrum tuum. Quam C sententiam videtur probare Polychronius, dum ait: Amplificat his verbis supplicium Tyrij: Tu enim, inquit, qui putabas te omnibus antecellere, & superare omnes, inutilis praeda hostium factus, ne sepulcri quidem memoriam relinques. Alij verò verba haec ita intelligunt, vt sit quaedam repetitio verborum Tyrij principis, qui vrbem suam tutissimam, felicissimam, ac perpetuò duraturam cor maris appellarat: quasi dicat, etiamsi in tutissima vrbe degas. Hanc verò vrbis munitionem eleganti metaphora significat cor maris, siue medium, aut profundum maris, quod infinita aquarum mole contectum, ab omnibus hominum iniurijs, machinationibus, & copijs tutissimũ est. Vel ut Graecus Scholiastes interpretatur, cùm ait: Mortis te poena multabo, ut nihil tibi possint maris opes, ac bona prodesse; quoniam Graeci, vt suprà vidimus, corde maris diuitiarũ affluẽtiam significari putant.

Polychron.

Cor maris significat tutissimam munitionem.

Scholiast.

IX.

Numquid dicens loqueris, Deus ego sum, coram interficientibus te, cùm sis homo, & non Deus, in manu occidentium te? Hieronymus: etiamsi sapientior sis Daniele, qui omnium confessione sapientissimus est: & diuitiarum, ac potentiae magnitudine Dei te cupias potentiae coaequare: tamen capieris ab aduersarijs, & urbe perdita, multis confodieris uulneribus, & ultrà non dices: *Deus ego sum*; sed doctus interitu, hominem te esse cognosces, non deum. Theodoretus: Quando te, inquit, Regia potestate priuabunt ij, quos contra te hostes misero, teque interficient, num fremens, & arrogantia insolens, rursus deum te ipsum nominabis, quasi eos dei appellatione perterrefaciens? Verùm hoc fieri nequit, rerum enim commutatio superbiae quoque mutationem afferet, discesque hominem esse te, non deum, cùm uulneratus, & caesus aequè, atque incircumcisi tibi subiecti, occideris. Haec ille. *Numquid dicens loqueris*, Hebraicè האמר תאמר he amor tomar. Eiusdem uerbi repetitio est, dicens dices, pleonasmo, figura Hebraeis frequenti; uel uim etiam interrogationi, & irrisioni adhibet. Numquid tunc audacter dices, ut olim solebas? uel uocis iteratio iterationem facti significat: quasi dicat,

Hieron.

Theodor.

dicat, tu, qui olim saepius iactare solebas, te deum esse, el ani, el ani, deus ego, deus ego; numquid tunc dices iterum, atque iterum, deus ego? Quam quidem interpretandi rationem probare videtur contextus, qui, cùm iactantiam Tyrij retulisset, Dei nomen vsurpantis, vsus est breuissimo Dei nomine duarum litterarum אל el. At nunce eodem, sed multiplici litterarum serie magnifico, atque in numero multitudinis vsus est אלהים elohim, quasi dicat, numquid etiam tum pomparicè loquens, dices, nos dij, auctoritatis, & maiestatis ergo? *coram interficientibus te*; לפני הרגך liphne horgeca, in conspectu occidentium te, posses vertere; Hispanicè, dezir en la cara, Italicè; dirgli in faccia, idem quod dicere coram: quasi dicat, cùm primum videris occisores, tanto capieris timore, atque tremore, vt saltem tunc nulla ratione audeas illis dicere; *deus ego sum, cùm sis homo, & non deus, in manibus occidentium te*, cùm manus occidentium probent, vel probaturae sint, te hominem esse, non deum. Perpulcrae insunt antitheses Deum inter, & hominem, Deum, & teneri manu, Deum, & occidi, in significatione vocum Hebraicarum. Ex pluribus verò has tantùm, quas retulimus, examinare lubet. De priori suprà egimus, quatenus nomen Dei אל el significare diximus fortitudinem, אדם adam verò infirmitatem: el potentiam, adam miseriam: el stabilimentum, vel sustentatorem, adam eum, qui neque stare, neque se ipsum sustinere potest. Quod ad secundam attinet oppositionem, Deus habitat lucem inaccessibilem, de quo ait Psaltes: *Altissimum posuisti refugium tuum; non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, Itaque propter altitudinem infinitae maiestatis, & quoniam est incomprehensibilis totus spiritus, non potest non dicam manibus attrectari, sed ne perspicacissimis quidem hominum oculis cerni. *Non enim*, inquit Deus, *videbit me homo, & viuet*, vel homo viuens: neque propterea tantùm; sed quia, vt ait Isaias, ignis consumens est, cuius *sempiternis ardoribus*, non est qui cohabitare possit, ne dum eos apprehendere. At homo nullis non conflictatur miserijs, & calamitatibus, testante Iob: *repletur multis miserijs*, tamquam *natus de muliere* infirma, mortali, & carnea. Et tandem *occidentium te*, Hebraicè dicitur מחללך mechalelecha à radice חלל chalal, quae vim passum, violatum, profanatum significat. Oppositum omnino vocis חיקדיש hichdis, quae ferè semper Deo tribuitur, sanctumque significat, immunem, purum, ac sepositum. Vtriusque notionis meminit Dominus in Leuitico, dicens: *Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino, vt sit placabilis: eo die, quo fuerit immolata; comedetis eam, & die altero: quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis, si quis post biduum comederit ex ea, profanus*, hoc est, morituras *erit, & impietatis reus: portabitque impietatem suam* morte punitus, *quia sacratum Domini polluit*, vel sanctificatum Domini profanauit. Et iterum: *Non periurabis in nomine meo, neque pollues* profanabis, *nomen Dei tui, ego Dominus*, praecipio, vel ego Deus: est enim in Hebraeo Dei ineffabile nomen, cuius proprium, & sempiternum epitheton exprimit ipsemet Deus apud Isaiam, dicens: *Ego Dominus* Deus: vbi etiam est Dei nomen tetragrammaton. *Sanctus vester*. Et postquam de vocatione gentium loquutus est, subdit, *& contaminaui*, seu profanaui, vel tamquam profanos abieci *principes sanctos*, qui fuerant prius sancti: quam profanandi rationem explicat, dum subdit: *Et dedi ad internecionem Iacob, & Israël in blasphemiam.* Quae quidem omnia, quae tam longè absunt à diuinitate, cùm te oppressserint, intelliges te quoque humanis miserijs obnoxium, longè quoque abesse à diuinitate. Nullum enim tam salutare potest, superbiae, tumenti parotidi adinueniri medicamentum, quàm tribulationis adustio, vel persecutoris gladius, qui tumorem incidens, lethale, quod intimis cordis medullis alitur pus, expelli faciat, atque expurgari. Cuius rei testimonijs, atque exemplis tam plena est Scriptura sacra, vt ferè nullo alio argumento magis abundet.

Inter Dei, & hominis nomina perpulcrae intersunt antitheses. Prima.

Secunda.

Ps 90. ℣. 9.

Deut. 33. ℣. 20.

Isai. 33. ℣. 14.

Iob 14. ℣. 1.

Tertia oppositio.

Leuit. 19. ℣. 5. 6. 7. & 8.

Ibid. ℣. 12.

Isai. 43. ℣. 14.

Superbiae parotidi tribulationis ignis, vel persecutoris gladius vnicum est medicamentum.

X. Theodor.

Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum. Theodoretus: Praedictas omnes comminationes in superbissimum Angelum contorquens, aptissimè probat, fideles ex gentibus pestilentibus, alienigenis, incircumcisis, qui olim erant longè, nunc autem Dei gratia, & Iesu Christi Domini nostri pretioso sanguine facti sunt prope, eductis gladijs suis, pulcritudinem scientiae maligni spiritus ad nihilum redacturos; omnes enim machinationes, & insidias aduersus humanum genus paratas destruent; delubra omnia, ac templa daemoni exaedificata à fundamentis euertent. & subdit: Atque ipsis rebus disces incassum te hominibus persuasisse, esse te deum: & haec patieris, quia incircumcisam mentem habuisti, grauemque tuae arrogantiae morbum nequaquam circumcidisti. Ex quibus Theodoreti verbis hic sensus erui videtur, morte incircumcisorum intelligi eam, qua digni sunt incircumcisi corpore, & incircumcisi corde, siue mente. Neque alienus est à contextu sensus, quem etiam tenet R. Dauid Chimchi, & Targhum, morte iniquorum, & impiorum interpretantes. Verum incircumcisorum mortem alij ad occisores referunt: quasi dicāt in manibus, aut manu incircumcisorum, nempe Babyloniorum morieris. Hebraicè ערלים gharelim à participiali nomine ערל gharel, quo incircumcisus homo significatur. Et quoniam praeputij nomine significabant Hebraei, teste R. Dauid, quidquid superfluum, graue, abscindendumque esset in carne, vel membris, vel animo, vel moribus; ideo nomine gharel compellare solebant homines carnales, crassos, praeduros, rigidos, crudeles, & immanes. Et huiusmodi fuisse Babylonios ex innumeris ferme sacrae Scripturae locis constat: sed praesertim ex prophetia Habacuc: ibi enim respondens Dominus lamentanti Prophetae, quod pateretur impium Babylonium Nabuchodonosorem impunè grassari, tot caedes, ac facinora perpetrare, de tot partis victorijs exultare, seseque iactare, ait post multa: *Vae, qui potum dat amico suo, mittens fel suum*: quasi dicat: *Vae* illi, *qui potum*, vel calicem poenae, & medicinalis amaritudinis *dat amico* proximo suo, quem velut amicum debuisset diligere, *mittens fel* nouae indignationis, & crudelitatis, nempe odium, & furorem *suum, & inebrians*: persistit in allegoria potus; hoc est, sine vlla discretionis mensura, ad ebrietatem vsque propinans, *vt aspiciat nuditatem eius*, vsque dum turpiter nudatus cadat, sicut olim Lot. *Repletus es* tu quoque ò Nabuchodonosor, *ignominia, pro gloria, bibe tu quoque* de eodem calice, *& consopire*. Hebraicè est haec eadem vox והערל vehagharel, quam aliqui vertunt, ad verbum reddentes, & praeputiabere, hoc est, cadens apparebis praeputiatus, nempe turpis, & abominabilis. Vel sensus est, vtrique textui magis conueniens: cùm potatus, inquam, eodem calice furoris Domini, quem propinabas, inebriatus cades; hoc est, quando eadem diuina vltio,

Mors incircumcisorum quae dicatur.

Praeputii nomine quid Hebraei significent. R. Dauid.

Habac. 2. ℣. 15. explicatur. Vae illis, qui quos Deus puniendos cum misericordia tradit, ex odio, & indignatione castigant.

Gen. 9.

Universidad de Deusto Biblioteca

vltio, quam in alios exercebas, in te ipsum exercebitur, tunc apparebis praeputiatus in vindicta; nempe superabundans, & omnino excedens terminos, tibi à diuina iustitia, & misericordia praescriptos. Quibus quidem verbis hoc vnum maximè innuitur, quam sit timendum principibus, magistratibus, & ijs omnibus, quibus ad vindictam malefactorum datus est à Deo gladius, ne quid admisceant propriae indignationis, odij, vel amaritudinis, nisi velint eodem gladio percussi serò tandem discere, quàm aliter esset hominum iudicium in proximos exercendum. Apparet etiam hic Dei clementissimi iudicis aequitas in puniendis sontibus: & maximè, si cum hac Tyri euersione, & eius causa conferatur illa Hierosolymae, omnium scelerum maximo commaculata; crudelissima nempe morte Iesu Christi, veri Dei, atque hominum saluatoris, propter quam est misera ruinae damnata: & tamen eius excidij memoria ipsi iudici, cuius mortē impia ciuitas machinabatur, lacrymas extorserit; *Videns* enim *ciuitatem, fleuit super illam*, &c. *Quia non relinquent in te lapidem super lapidem.* Ac tandē cùm punienda fuit Hierosolyma, tradidit illā Deus subuertēdam omnium Romanorum Imperatorum clemētissimis, ac benignissimis, Titō, & Vespasiano. De hoc enim praeter cetera clementiae exempla Suetonius. Ceterùm, inquit, neque caede cuiusquam vmquam laetatus, iustis supplicijs illacrymauit etiam, & ingemuit. De altero verò idem Suetonius: Titus cognomine paterno, amor, ac deliciae generis humani: tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenij, vel artis, vel fortunae superfuit. Haec ille. Neque ipse solus, sed etiam Titi clementiam, & humanitatem in ipsa euersione vrbis, ac templi testatam Iudaeus Iosephus reliquit. Multis enim, atque admirandis clementiae exemplis, ac tandem facti historia commemorata, subdit: Templum quidem hoc modo inuito Tito exuritur. Quo Iosephi testimonio omnibus etiam ipsis Iudaeis, Christiani nominis perpetuis hostibus perspicuum sit, atque futuris saeculis innotescat, ab vltione diuina euersos, cum vrbe, ac templo, propter mortem Iesu Christo Domino nostro, per summam impietatem procuratam: sed ita tamen, vt appareat in ipsa vindicta diuinus in eam gentem amor. qui, quamuis tam immani Iudaeorum scelere ad vltionem vsque lacessitus, tum in reliquis rebus, tum in ipsis vltionis ministris maximè elucet.

Quia ego locutus sum, ait Dominus. Polychronius: Quoniam enim erant Iudaei à Babylonijs de medio sublati: quocirca maximè etiam contra Deum sese ille (Tyrius) iactabat, cùm vellet ostendere (Dominus) non Iudaeorum regno suum dominatum circumscribi. Illos dicit esse suae sententiae administros, & exsecutores, qui putabantur alieni: vt ostendat omnium se Dominum constitutum, suo arbitratu cuncta fieri iubere. Et subdit: meam de tua damnatione sententiam tuis viribus superiorem esse constabit. Alius verò Scholiastes: Conuincit, inquit, eum non modò in Hebraeos dominari, sed etiam in omnes gentes; siquidem eius nutui obsequentes Tyrio calamitates inferrent.

XII. *Fili hominis leua planctum super Regem Tyri.* Leua, Hebraicè נשׂא sa, à verbo נשׂא nasa, cuius significationem latè patere suprà diximus. Verùm hoc loco tollere vocem canendo significat, sicut apud Iob: *Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.* Quem locum, quoniam ibi est hoc verbum, sic interpretantur nonnulli, reddentes vocem ex voce: eleuabunt in tympano, scilicet vocem, hoc est, alta voce canent ad tympanorum, atque aliorum instrumentorum concentum. In praesenti verò loco, quoniam iungitur voci קינה Chinah, longè diuersum concentus modum significat: ibi enim laetum, hic moestum; ibi tripudiantium, hic lugentium: ibi nihil minus quàm moestam commemorent mortem; hic nihil aliud quàm eius miseros casus, infelicemque praeteritae felicitatis commemorationem & canunt, & lugent: ac tandem ibi tripudijs, ac saltationibus, risu, atque laetitia consociant modos musicos: hic verò lacrymis, singultibus, ac gemitu intercipiunt semiprolata verba. Deducitur enim haec vox à radice קין chonen, quae lamentari significat: eaque vsus est Dominus apud Amos, dicens: *Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Hic est enim finis illius cantici: uel potius facilè conuertitur illud canticum in hoc, quod meritò dicitur planctus. Hic vero sermo est ad Ezechielem, tamquam ad chori magistrum, uel potius ad praeficam mulierem, quae naeniam ad demortui laudes commemorandas, atque adstantium mouendam commiserationem decantatura, prima attollit uocem; eamque mox consequitur reliquorum musicorum turba. De quibus omnibus mortuorum ritibus satis suprà dictum est. Hanc interpretationem confirmare uidetur Polychronius, dum ait: Iubetur assumere lamentum, ut ueluti antè denunciet rerum in contraria conuersionem, & alienationem à Deo. Quam sententiam explicare uidetur alius Scholiastes: Deplorare enim, inquit, nunc Propheta iubetur non supplicium, sed lapsum Tyrij, & auersionem à Deo: & quando erat cum Deo; uel quando eius maiores Danidis familiaritate, & Salomonis adiuti, Deum caeli, terraeque procreatorem Deum Hebraeorum appellabant. Quoniam igitur tantam maiorum uirtutem propositam non est imitatus, sed ita in idololatriam est prolapsus, ut contradicat Israēlis Deo, lamentatio necessariò de illo instituitur. Seuerus autem subdit: Principi Tyri figuratè, per tropum diabolo reuera haec dicit, describens quidnam sit, & quemadmodum deprauatus abiectus sit.

Et dices ei: Haec dicit Dominus Deus. Haec cum his, quae sequuntur, sunt verba cantici, vel naeniae, commemorantis felicitatem, ac rerum omnium copiam, & affluentiam, qua in pace fruebatur olim Rex Tyri; & qua ratione ipsemet sibi earum rerum omnium, ac lucis huius, & aeternae iacturam adsciuerit, ac comparauerit: hoc vnum initio carminis, seu lugubris prophetiae praemittens, quòd non à se, neque ab humano ingenio; sed ab ipso rerum omnium Domino, Deoque viuo, & vero excogitatum, compositum, & sibi demandatum fuerit tale poëma, atque vt illud canendo euulgaret, iniunctum.

Tu signaculum similitudinis. Difficile carmen, & multa complectens. In quo vno elucidando Patres quamplurimi, ijdemque grauissimi, alijque scriptores non pauci desudarunt. An verò ad perspicuum luminis splendorem sit hucusque perductum, videant perspicacia legentium ingenia; meum fateor obtusum; quippe cùm, quò cuperet, nondum penetrare possit. Verùm diuini luminis inuocato splendore tractationem aggrediemur: eius, inquam, luminis, cuius anniuersarium sollemnitatis diem hodie celebramus, quo stella duce ad contemplandam Iesu Christi Domini nostri diuinitatem magi Bethlehem vsque peruenerunt: à quo, fide ducti, vsque ad contemplandam diuinae celsi-

tudinis

Principibus, & iudicibus maximopere cauendum, ne in pronuncianda sententia reorum aliquid propriae indignationis admisceant.

Dei iudicis clementia ostenditur in Hierosolymae euersione.

Luc. 19. ℣. 41.

Vespasianorum patris, & filij laus.

Sueto. Vespa. cap. 15.

Sueto. Tit. cap. 1.

Ioseph. 7. bel. cap. 10.

Polychron. De prouidentia, & dominatu.

Alius Scholiast.

Leuare planctum significat alta voce lamentationem canere.

Iob 21. ℣. 12.

Seuerus.

Lamentatio, siue elegia de Tyrio.

Difficilis locus pertractatur.

Universidad de Deusto

rudinis speciem, nos quoque perductum iri speramus. Quae igitur primùm examinanda occurrit, ne in aequiuoco laboremus, vocum significatio est. Et quidem, quoniam hic signaculi, & similitudinis fit mentio; in Genesi verò imaginis, & similitudinis, quae Latinis quodammodo idem significare videntur, animaduertendum est, longè aliter Hebraeis accidere. Nam locus Genesis, vt benè notatur à Pereiro, duas adhibet voces, בצלמנו be tsalmenu, quam reddidit vulgatus *ad imaginem*, & כדמותנו chidmuthenu, quam reddidit vulgatus, *similitudinem nostram*: quarum prior deducitur à radice צלם tselem, quae primaeua sui significatione, vt Pagninus censet, non expressam imaginem significat, sed adumbratam tantùm, seu potius ipsam vmbram, non permanentem, sed transeuntem. Quam vocis significationem probant scripturae loca, quibus eadem reperitur: nam in psalmo sic habetur: *Verumtamen in imagine pertransit homo*, quasi vmbra, quae citò euanescit. Et in alio psalmo: *Sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum*. Nec tamen dubito esse nonnullos, qui hanc Pagnini sententiam conentur euertere, illud assumentes, quòd his scripturae locis, licet in voce צלם tselem eaedem radicales inueniantur litterae, tamen ex alia sint radice deductae. Sed quidquid sit de vocis huius notione, aut modo significandi *imaginem*; hoc tamen certum est, longè diuersam vocem esse ab ea, quae hoc loco *signaculum* significat, vt mox patebit. Altera verò vox deducitur à radice דמה damah, quae simile esse propriè significat, licet ad plura alia significanda transferatur, vt in psalmo: *Homo vanitati similis factus est*. Et in Canticis: *Similis est dilectus meus capreae*. Ex qua radice deducitur nomen דמות demuth, *similitudinem* significans. Verùm in hoc Ezechielis loco duae aliae voces longè diuersae reperiuntur, quarum prior est חותם chotham, à radice חתם chatham deducta, quae propriè obsignare sigillo significat. In qua significatione accipitur apud Esther: *Ipsaeque epistolae, quae anulo ipsius obsignatae sunt*. Et in libris Regum de Iezabel: *Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signauit eas anulo eius*. Quoniam autem obsignare litteras, vel aliud quidpiam, multas ob causas solemus; ideò hoc verbum ad multa significanda transfertur: vtrumque enim significat apud Ieremiam, dicentem: *Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes*, hoc est stipulationis instrumentum authenticum feci. Quae quidem phrasis in nouo etiam testamento frequens est. Apud Ioannem ille alter Ioannes Baptista, sic loquitur de Christo: *Qui accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est*, hoc est, quicumque accipit testimonium Christi, sua acceptatione, quasi quodam sigillo obsignans, confirmat, quia Deus verax, fidelisque est: nempe sua promissa re ipsa seruans, atque explens. Apostolus autem Paulus Corinthijs scribens: *Et si alijs*, inquit, *non sum Apostolus: sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino*, vestra conuersione, & fide testificantes, & confirmantes me esse Apostolum, per quem credidistis. Significat tertiò abscondere, occludere: vt in Cantico Moysis Dominus: *Nonne haec condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Et apud Iob: *Qui praecipit Soli, & non oritur: & stellas claudit, quasi sub signaculo*, videlicet ne luceant. Hinc fit nomen חותם chotham, *signaculum* significans, signum nempe illud, quod sigillo exprimitur in cera. Quam vocem aptè expressere Septuaginta ἀποσφράγισμα aposphragisma reddentes, quamque explicat Plinius, scribens: Signata est, inquit, anulo meo, cuius aposphragisma quadriga. In hac significatione reperitur haec vox in Canticis, dicente sponso: *Pone me, vt signaculum*: quasi dicat, in bulla expressum, *super cor tuum*. Erat autem bulla, teste Plinio, Macrobio, Plutarcho, & alijs, aureum nobilitatis insigne, formam cordis habens, pectorique appensa; qua etiam, Alexandro teste, ad obsignandum veteres vsi esse dicuntur: *vt signaculum* in armilla expressum, *super brachium tuum*, ne vmquam inde me amoueas, neque mei amplius, quàm mũdi muliebris, aut ornamentorum tuorum obliuiscaris.

Quae cùm ita sint, in hoc loco R. Dauid Chimchi aliam videtur sequi lectionem textus, praeter eam, quam legit, & interpretatur Hieronymus. Hic enim legisse videtur חותם chotham, quasi sit nomen: vertit enim *signaculum*. Ille verò חותם chothem, quasi sit participium actiuum praesens: atque ita interpretatur vocem, quasi sensus sit, tu obsignans. Et Hieronymus legisse videtur תבנית tabnith, interpretatus *similitudinis*. Ille verò alter תכנית tachnith legit, & interpretatur perfectionis: ea enim vox, quam Rabbinus legit, deducitur à radice תכן tachan, quae numerare, seu ponderare significat in Prouerbijs. *Appendit autem corda Dominus*, hoc est, ipse solus cogitationum, consiliorum, & intentionum momenta perpendit. Et in Cantico Annae: *ipsi praeparantur cogitationes*, hoc est, ipse eas ponderat. Quare significat perfectum numerum, vel appensum, & aequum in statera pondus: Et vtraque lectio, tantùm abest, vt aliquod inducat absurdum, vt potius alteri altera quasi commentarius, & explanatio sit. Sensus enim Rabbini huiusmodi est: Tu sigillas, seu perficis summam. Explicatius multò vulgatus: *tu* es *signaculum* perfectè expressum *similitudinis*, aptè repraesentans exemplar, seu sigillum, quod anulo incisum est: quasi dicat, omnium rerum formam, pulcritudinem, & dispositionem tu exples, velut earum omnium sigillum expressum. Vt enim diplomata, tabulae publicae, seu instrumenta perfecta, omnibus numeris absoluta, & authentica tum demum fiunt, cùm magistratus sigillo muniuntur: ita etiam tu omnium es *signaculum*. Quam quidem phrasim allusionibus diues exprimit Hispanica lingua: tunc enim perfectum quodcumque opus significant, cum dicitur: artifex in hoc opere echo el sello, sigillum adhibuit; quasi dicant, ad perfectionis culmen perduxit hoc opus. Quae quidem verba summa etiam quaedam sunt eorum, quae mox explicantur ijs, quae sequuntur: *perfectus sapientia, &c.* praedictamque interpretationem eadem sequentia verba confirmant: sed potissimum Septuaginta, qui paraphrasticè addunt στέφανος κάλλους stephanos callus, hoc est, corona pulcritudinis: quasi idem sit *signaculum similitudinis*, & corona pulcritudinis. Quae quidem epitheta omnia, si humanam naturam attentè consideres, eidem aptè conuenire cognosces. Licet enim angelica sit superioris gradus, vtpote tota spiritualis; humana tamen vniuersalior; complectitur enim spiritualem, atque corpoream, & huius omnes gradus; ac propterea *signaculum* rerum omnium meritò vocatur; quasi earum ultima perfectio, ac Dei suprema manus: vltimo enim loco creatus fuit homo; eoque creato *requieuit Deus ab vniuerso opere, quod patrarat*. Atque ad hoc quidem explicandum, vsum fuisse conijcimus diuinum historicum tam diuersa commemorandi ratione. Angelum enim vnico

uerbo,

Genes.1.ϒ.26. — *Pereirus.* — Imago quae. — *Pagninus.* — *Psal.38.ϒ.7.* — *Psal.108.ϒ.23.* — Similitudo quae. — *Psal.143.ϒ.5.* — *Cant.2.ϒ.9.* — Signaculum quid significet. — *Esther 8.ϒ.10.* — *3. Reg. 21.ϒ.8.* — *Ier.32.ϒ.10.* — Signare pro stipulari, aut confirmare. — *Ioan. 3.ϒ.33.* — *1.Cor.9.ϒ.2.* — Signare idē, quod occludere, abscondere. — *Deut.32.ϒ.34.* — *Iob 9.ϒ.7.*

Plin.epist. — *Cant.8.ϒ.6.* — *Plin. lib. 33.c.1.* — *Mac. lib.1. Satur.c.6.* — *Plutar.problem.c.101.* — *Alexan. ab Alex.lib.5. genial.c.18.* — *R. Dauid Chimchi.* — *Hieron.* — *Prou.21.ϒ.2.* — *1.Reg. 2.ϒ.3.* — Quanta sit hominis praestantia. — Naturae humanae dignitas, & excellentia. — *Gen.2.ϒ.2.*

Universidad de Deusto Biblioteca

uerbo, creatum, significat, dum dicit: *In principio creauit Deus caelum, & terram*: hominem verò creauit diuino interueniente consilio: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*: & quae sequuntur. Manifestauit hoc idem diuina conditoris sapientia; nam *cum eo eram*, inquit, *cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens in orbe terrarum*, hoc est, quasi ludens. Sicut solent, verbi gratia, pictores, relaxandi animi gratia, campos, maria, montes, herbas, & arbores, & alia huiusmodi, quae Graeci παρέργα parerga vocant, hoc est, operis ornamenta, pingere. At non ita figuras, & quae à Graecis ἔργα erga dicuntur, hoc est, opera. Sed & *deliciae meae, esse cum filijs hominum*. In quibus confirmandis maximam adhibui attentionem, & quorum consuetudine maximè delector. Quoniam autem haec omnis humana perfectio, non tam ex participatione inferiorum perfectionum, quàm ex Dei imagine, & similitudine nascitur, ad quam creatus est; ideo ad eam refert locum hunc Theodoretus, sic scribens: Tu es *signaculum similitudinis*; ad imaginem enim Dei, plenus sapientia, conditus est homo, rationis capax, & oratione instructus, pulcritudinisque corona, omnibus quippe rationis expertibus praestans, pedestribus, & volucribus, aquatilibus, & amphibijs, idest, ancipitibus bestijs, tum in aqua, tum in terra degentibus: & *in delicijs paradisi Dei fuisti*. A primo siquidem parente genus ducis, qui simul atque creatus est, in paradiso deliciarum positus fuit. Haec ille. Quidam verò Scholiastes Graecus non tam longè petita principia putat, sed à felicitate tantùm Hirami, dum ait: Olim, cùm versareris cum religiosis illis, Deique amicis, significat porro Dauidem, & Salomonem; iure tibi sapientiae notitiam vindicabas, ac tamquam sigillum, quod esses legitimus, ac genuinus, supernum tibi aderat auxilium, vt simul cum Salomone bonis affiueres. Quibus verbis hunc sensum videtur innuere Scholiastes, quasi dicat, signaculum simile Salomoni, & Dauidi, sapientia, pulcritudine, & opibus. Qui quidem interpretandi modus non longè abest ab eorum, quae sequuntur, consensu. At alius Scholiastes vsitatam vult esse dicendi rationem scripturae sacrae, ait enim: Qui Dei prouidentia, & cura dignantur, seque ipsos Deo genuinos, dignosque praebent, eos sacra volumina coronam pulcritudinis appellant, & Regis diadema, secundum Isaiae vocem. Haec ille. Verùm hic satis mirari non possum neotericum quendam, virum alioqui doctum, & genuinum scripturae sacrae sensum sollicitè inuestigantem, ac sine dubitatione tenentem, in eam venisse sententiam, vt putaret de similitudine diaboli locutum esse per Prophetam Dominum, quasi dicat: Tu *signaculum* diabolicae *similitudinis*: licet enim huiusmodi infame cognomen non dedeceat facta, seu potius scelera Tyrij; tamen ex vi verborum contextus nihil omnino eiusmodi intelligi potest, sed contrarium potius. Cùm enim propter peccatum superbiae Tyrij, eius praecipiatur lugeri casus, atque interitus: primum describitur celsitudo bonorum, vnde cecidit. Cum quo sensu conueniunt, quae sequuntur, omnia: nihil verò cum eius temporis summa infelicitate, nempe diabolica similitudine. Adde grauissimorum Patrum tam apertum testimonium, à quo non licet leui coniectura, ac sine ratione recedere. Quòd verò Gregorius ad malignum spiritum haec omnia conuertit, pietatem sanctissimi Patris veneramur, & colimus: eius tamen comparationem inter humanam, & angelicam naturam propterea non libenter suscipimus, quòd si tota vocis חותם chotham significatio alicui est tribuenda naturae, vt possit iure dici *signaculum*, vel character Dei, non angelicae, sed diuinae conueniret; quatenus est per generationis similitudinem communicata diuino verbo, filio Dei. Cuius rei exstat mirabile Pauli testimonium, dicentis de filio Dei: *Qui cùm sit splendor gloriae* paternae, *& figura substantiae eius*. Quem locum sic legit, & interpretatur Chrysostomus, & character, quod idem omnino significat, atque signaculum, *substantiae eius*. Hic illud ideo dicit, inquit Chrysostomus, vt omnimodam similitudinem, & propriam exemplaris imaginem ostendat. Haec ille. Si verò Gregorius hoc tantùm contendat, quod dicere videtur, nempe, quo subtilior est angelica natura, eò in ea magis expressa credatur Dei similitudo, quàm in homine, vno tantum excepto, quod suprà commemorauimus, libenter assentiemur Gregorio, & ijs, qui eum sequuntur.

Gen.1.℣.1. *& ℣.26.* *Prou. 8. ℣. 30. & 31.* *Pictores aliquando montes, siluas, flumina, & similia animi gratia pingunt.* *Theodor.* *Scholiast.* *Alius Scholiast.* *Corona pulcritudinis qui dicantur.* *Isa.62.℣.3.* *Gregor. lib. 32. moral. c. 8. & habetur de paenit. dist. 2.* *Hebr. 1.℣. 3.* *Chrysost.* *Sancti Gregorij verba quomodo intelligi possint.*

Plenus sapientia, perfectus decore. Haec duo sunt, quae sibi Tyrus, ac Tyrius princeps suprà arrogarunt, ubi etiam explicata sunt. Verùm hoc duplici ratione intelligi posse putamus, uel ironicè, sicut alia multa, quae retulimus: uel, quod magis videtur adhaerere contextui, fuisse significant Tyrium sapientia plenum, ac decore perfectum; utpote quem non dedeceret Cherubini nomen mox explicandum.

XIII. Quid significet paradisi nomen apud Hebraeos, Graecos, atque Latinos.

In delicijs paradisi Dei fuisti. Hebraicè בערן גן begheden gen, posses uertere, in Edem horto. Sunt enim eaedem omnino voces, quae reperiuntur in Genesi, dicente sacro historico: *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis* גן בערן gan beghedan. Est autem גן gan, non alicuius loci proprium nomen, sed uniuersale horti. Deducitur autem, teste Rabbi Dauid, a radice גנן ganan, quae circumcingere, circummunire septo agrum, uel scuto hominem, significat. Nomine autem גן gan, hortus semper significatur septo communitus, & circumdatus: quo sanè differt ab agro, vel prato, quod omnibus patet. Huius autem vocis fit mentio non tantùm in Genesi, sed & in alijs multis locis. Apud Isaiam: *Velut hortus absque aqua*. Et in Canticis: *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum*. Et iterum: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum*. Quibus locis, haec eadem vox reperitur. Septuaginta παράδεισος paradisu, reddunt. Quam vocem Iulius Pollux tradit Graecam non esse, sed Persicam, & ex consuetudine Persica fluxisse in vsum Graecorum. Verùm, quòd ad Septuaginta interpretes attinet, non immeritò putant nonnulli, eos hanc vocem reddere ex Hebraea, seu Chaldaea sumptam פרדס pardes, quae hortum, seu pomarium, domesticis arboribus consitum significat; eamque suo more variant, & inflectunt. Verùm siue à Persis, siue ab Hebraeis, Chaldaeisve sumpta sit vox, significat Xenophonti, & Philostrato amoenissima loca, quae oblectationis causa comparata erant Regibus Persarum, in quibus seruabantur ferae ad Regum venationes. Gellius verò scribit, quae suo tempore dicebantur viuaria, & olim tempore Scipionis, & aliorum purè loquentium Latinè appellabantur roboraria, à roboreis stabulis, quibus erant vndique septa; ea nominari Graecè, paradisos. At neque Latina ipsa versio vocem ab Hebraea, vel Graeca mutuata, paradisus, semper illum significat paradisum, in quo recens

Gan, non est proprium nomen horti, sed uniuersale. *R. Dauid.* *Hortus vallatus.* *Gen.2.℣.8.* *Isa.1.℣.30.* *Cant.4.℣. 16.* *Cant.5.℣. 1.* *Poll.lib.11. & ἐπιμάτιον.* *Xenophon.* *Philostrat.* *Aul.Gell. lib.2. c.20.*

Universidad de Deusto Biblioteca

cens creatus homo positus fuit. Nonnumquam etiam alia pomaria quacuis, aut hortos significat, vt in Canticis: *Emissiones tuae paradisus.* Et in Ecclesiastico: *Sicut aquaeductus exiui de paradiso.* Et iterum: *Gratia, sicut paradisus in benedictionibus.* Ex quibus omnibus locis hoc liquet, huius vocis notione minimè nos dicere cogi, de illo primo Adami paradiso loquutum hic fuisse Dominum: satis enim textui fieri posse putamus, si de quouis horto, aut amoeno loco loquutus intelligatur. Altera autem vox maiorem posset inducere dubitationem, si iuxta Hebraea esset tantùm interpretanda. Nam עדן gheden est eadem omnino vox, quae tamquam nomen proprium illius prioris paradisi accipitur à nonnullis. Et quidem alicuius loci terrestris fuisse hoc peculiare nomen, non ambiget, qui ea legerit, quae nos suprà attulimus ex Isaia. Verum primaeua vocis institutio innuit delicias & voluptates, ideoq. non defuerunt, qui putarent ab hoc nomine deductum verbum עדן ghadan delectari, seu in delicijs esse significans, propter loci amoenitatem. At certius multo est, locum sic dictum ab amoenitate, quam verbum significat, & nomen ex eo deductum. Cuius rei manifestum exemplum exstat apud Amos prophetam, dicente Domino: *Et conteram vectem*, seu sceptrum *Damasci; & disperdam habitatorem de campo idoli*, hoc est amoenissimo, qualis exquirebatur ab idololatris, *& tenentem sceptrum de domo voluptatis* עדם ghedem. Verùm omnem dubitandi occasionem abstulit vulgatus interpres, non vocem eandem reddens, vt aliàs solet, sed eius interpretationem, non dubiè agnoscens hic non esse proprium loci nomen. Quin & Septuaginta, qui eandem vocem etiam reddere solent ἡδονὴ hidoni, voce in Graecum idioma adscita, deliciasque significante, hic tamen τρυφὴ tryphi reddunt: quae vox superuacaneas delicias significare Graecis solet, nempe mollitiem, luxum, delicatam vitam, vt Aristoteles ipse definit, cum ait: τρυφὼ tryphin esse μαλακίαν τίνα malacian tina, hoc est, molliciem quandam; vt meritò Athenaeus opponat huic voci τρυφῇ tryphi διαίτης σκληρότητα diaetis sclirotita, id est, duritiem victus: & Herodianus ὑπὸ τῆς ἐν Ρώμῃ τρυφῆς hypo tis en Romi tryhis, Romanis delicijs mores ciuium corruptos esse testatur. Quae quidem omnia testimonia probare videntur, neque vulgatum, neque Septuaginta interpretes intellexisse, verba hic fieri de priore illo paradiso, sed sensum loci esse de amoenitate, ac delicijs Tyri: quae profectò vnà cum rerum omnium copia, quasi quendam paradisum Dei, hoc est, eximium, mirabilem, dignum tali conditore (id enim significat vox Dei, vt suprà probauimus) constituebant; & quasi quendam cumulum complebant immensis à Deo in Tyrium collatis beneficijs. Fuerunt autem ea animi in perfectione sapientiae, corporis in perfecto decore & reliquis bonis, quae fortunae vocantur, & in delicijs Tyri, quae erat quasi paradisus Dei, hoc est, amoenissima, deliciarumque pleniſſima. Et hac eadem phrasi vsus est historicus sacer in Genesi. *Eleuatis*, inquit, *itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut paradisus Domini.* Praedicta comprobantur ex allegoria Theodoreti, & iure, inquit, Hierusalem, quae sacra & diuina vrbs appellabatur,

Cantic. 4. ℣.13. *Eccles. 24. ℣.41.* *& cap. 40. ℣.17.*

De Edem paradiso, & an sit proprium loci nomen.

Supra c.27. Isai.37.

Amos 1. ℣. 5.

Aristot. lib.7. Ethic. c.8.

Athen. lib. 4. *Herodian. lib.3.*

Vox Dei quid significet.

Gen.13. ℣. 10.

Theodor.

A paradisum vocat, habentem & Dei prophetiae, & pontificatus maximi arbores, vitam, salutemque submini strantes. Olim verò Tyriorum Regi cum Rege Israëlitarum intercedebat amicitia; eratque mutuum inter ipsos commercium. Haec ille. Sic intellexit Theodoretus locum, vt & alij Patres, quasi dicat, *in paradiso Dei*, hoc est, in Hierusalem *fuisti*. His igitur omnibus sic expositis, aptissimè stabilitur mysticus ille alter sensus de spiritualibus nequitijs; nempe, quem vno verbo complectitur Hieronymus, quid habuerit ille superbus angelus, quidve perdiderit. Cùm enim haec à nobis vix possint percipi, nisi praenoscantur corporea symbola, quibus incorporea, & inuisibilia designantur, illa conati sumus enucleare: non tamen propterea sequimur, quam reprehendit Hieronymus Iudaeorum sententiam.

Quomodo & de Tyrio, & de diabolo sit intelligendus locus hic de paradiso.

Omnis lapis pretiosus operimentum tuum Hebraicè מסכתך mesucatheca, quam vocem Rabbi Ionathas putauit deduci à radice מסך masac, quam velum, seu tegumentum significare manifestum est in Exodo: *Facies & tentorium*, inquit Moyses, *in introitu tabernaculi*. Quare & ad vestimenta Regis, & ad peristromata domus, & ad muros vrbis referri potest sermo, vt Rabbini censent. Targhum enim omnes, ait, lapides pretiosi, ordinati erant in vestimento tuo. Quam interpretationem potius, quàm aliam sequi videtur vulgatus. Septuaginta reddunt ἐνδέδεσαι endedesae, quam vocem Theodoretus, & Complutensis, indutus es, transferunt. At Hieronymus, & Vaticanus Septuaginta interpretum codex, circundatus es, alteram Hebraicae vocis interpretationem sequuti, posuerunt. quam tradit Rabbi Dauid: & rectum est, inquit, vt sit ex radice שוך suc, quae significat sepire, quasi dicat, omni lapide pretioso septus es: sepes, vel murus domus tuae erat è lapide pretioso, & est, inquit, hyperbolica locutio. Haec ille. Neque verò est mirandum, mutasse Rabbinum litteram ס samech, in eam, quae sonitu ei est persimilis, ש sin, habentem punctum in sinistro cornu, quoniam idem Hebraei facere frequenter solent. Alluisse autem videtur ad eas delicias, quibus affluebat Tyrius, prout suprà ostendimus, in luxu mirabili vestimentorum, & tam priuatis, quàm publicis aedificijs. Theodoretus: Illud autem, omnem lapidem pretiosum indutus est, perspicuum, si secundum litteram intelligatur, & de Rege dictum accipiatur; infinitis enim te bonis instructum curaui, & omnis generis vndique tibi materiam suppediraui, vnde diadematis, & coronis, fibulisque, & zonis, anulisque cònstructis, & penubus completis, propter horum abundantiam, & ornatum contraria sentire perseueraſti. Hactenus Teodoretus.

De vestimentorum luxu.

R. Ionath.

Exod.26.℣. 36.

Targhum.

Theodor. *Hieron.*

R. Dauid in lib.radic. & comment.

Hebraei ס samech in ש sin frequenter commutare solent.

Theodor.

Sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, saphirus, & carbunculus, & smaragdus. Hieronymus: Aquila & Symmachus, ac Theodotio in praesenti loco multum inter se, & Septuaginta interpretes non solùm ordine, sed & numero discrepant, atque nominibus. In Apocalypsi quoque Ioannis, vbi de viuis lapidibus Hierusalem exstructa memoratur, paululum in extremis partibus ordine commutato, ijdem in fundamentis eius ponuntur lapides. Sed & in pectore Pontificis, per quattuor ordines in rationali, ijdem lapides describuntur. Et post multa subdit; quorum colores, atque naturas

Textus hic cum Apocalypsi, & Exodo congruit. *Hieron. Theodot. Symmach. Apocal.21. ℣.18.*

De lapidibus rationalis.

Universidad de Deusto Biblioteca

efficientias ſingulorum, non eſt huius temporis differere, ſed proprium volumen deſiderant. Haec Hieronymus. Cuius quidem veſtigijs inſiſtentes, non tantùm ad Epiphanij, & Plinij volumina lectorem cum Hieronymo mittimus; verùm & noſtrum qualemcumque, tamquam noſtri inſtituti futurum de eiſdem in Apparatu edemus. Interim tamen, quod huius loci proprium eſſe videtur, non praetermittemus. Septuaginta interpretes: Σάρδιον, καὶ τοπάζιον, καὶ σμάραγδον, καὶ ἄνθρακα, καὶ σάφειρον, καὶ ἴασπιν, καὶ ἀργύριον, καὶ χρυσίον, καὶ λιγύριον, καὶ ἀχάτην, καὶ ἀμέθυστον, καὶ χρυσόλιθον, καὶ βηρύλλιον, καὶ ὀνύχιον, Sardion, cae topazion, cae ſmaragdon, cae anthraca, cae ſapphiron cae iaſpin, cae argyrion, cae chryſion, cae ligyrion, cae achatin, cae amethyſton, cae chryſolithon, cae biryllion, cae onychion. Quae quidem nomina, auro & argento demptis, quae poſt ſenos priores lapides commemorantur, duodecim numero ſunt, vt patet computanti. Quare ferè omnes Graeci de lapidibus rationalis, qui totidem numero computabantur, intelligendam putant prophetiam hanc.

Polychron. Vbi notat Polychronius, in medio inquiens enumerationis lapidum argentum, & aurum eſſe poſitum, non vllam indicat mutationem eorum, quae à Moyſe dicta ſunt, ſed lapidum connexionem ſignificat, propterea, quòd conſtringebantur, & connectebantur. Haec ille. Et quidem, ſi vulgatam lectionem noſtram cum Exodo conferamus, vbi de lapidibus rationalis fit mentio, non multùm diſtat. Sic enim habet: *Poneſque in eo*, rationali iudicij, *quattuor ordines lapidum: in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus*, &c. Eoſdem enumerat, vel potius ternos ordines ex eis, nempe primum, ſecundum, & quartum, tertio praetermiſſo, & ordine nonnihil immutato, quoniam, vt quidam putant, prophetiam, non hiſtoriam retexebat, reliquos ſub iſtis intelligi volens. Et quod ad Hebraicum contextum attinet, hoc idem probari videtur: etenim quaſi tres ordines commemoraret, tertio quoque lapidi coniunctionem praeponit, non alijs, vt legenti videre licet: *Sardius, topazius & iaſpis: chryſolithus, onyx & berillus: ſapphyrus, carbunculus, & ſmaragdus*. His coniecturis adde verba Hieronymi, de lapidibus rationalis differentis, quae huiuſmodi ſunt. Hos lapides in diademate principis Tyri, & in Apocalypſi Ioannis legimus. Ex quibus verbis aliqua incidit nobis ſuſpicio de principe Tyri, cuius maiores tantopere in conſuetudinem admiſſi ſunt Hebraeorum, quòd eorum caerimonias, ritum, ac veſtes ſacerdotum cognoſcere facilè potuerit; ne ſuperbus Rex diuinitatem ambiens, auderet conſimilium gemmarum numerum, & ordinem, Regijs condecorandis veſtibus, aut diademati adſciſcere. Quod illi nunc crimini, atque impietati meritò vertitur. Cuius reprehenſionis exemplo timendum maximè eſt ijs omnibus, tùm viris, tùm feminis, qui veſtes ſuas ſacrarum inſtar exornant: quòd ſimiliter virio vertit Pſaltes, dum ait: *Filiae eorum compoſitae, circumornatae vt ſimilitudo templi*. Quo quidem vno ſcelere duo contra Deum grauiſsima ſcelera continentur, quòd & ſacra profanantur, & diuinos honores Tyrij more affectare videntur.

Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, praeparata ſunt. Verba ſingula ſingulas inuoluunt difficultates, quae in varium transferendi modum interpretes diſtraxerunt. Quare non parum lucis allaturam ſpero breuem quandam de ſingulis examinationem. De auro aliàs plenius. *Opus* Hebraicè מלאכת melecheth, quo nomine ſignificari putant Hebraeorum doctores, opus, opes, ſubſtantiam, quam ſcilicet quis opere ſuo, & induſtria parat: & in vniuerſum ſignificat, quod in vſum, & miniſterium hominum cedit. Apud Ieremiam: *Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter*. Atque in Exodo. *Et iurabit, quòd non extenderit manum in rem*, opus, ſubſtantiam *proximi ſui*. Hanc vocis ſignificationem ſecuti videntur Septuaginta, reddentes, & auro repleſti theſauros tuos, & explicationis gratia addiderunt in Complutenſi, Hieronymi, & Theodoreti codicibus, & apothecas tuas in te. In Sixtiano verò Graecè quidem eadem eſt vox, καὶ ἀποθήκας cae apothicas. Latinè verò, & horrea tua in te. Quae omnia in idem recidunt: niſi malis apothecas dici à Septuaginta eadem, quae à Vulgato, *foramina tua* dicuntur; quaſi ſint ſcrinia, vel arculae, quibus opes reconderentur, quas praeparatas mox dicit à die creationis eius.

Decoris tui. Hebraicè תפיך tupphecha, à radice תפף taphaph, quae à tympani ſono deducta, tympanum ſignificat in ſacris litteris. Apud Iſaiam: *Ceſſauit gaudium tympanorum*. Et in Exodo: *Sumpſit ergo Maria prophetiſſa, ſoror Aaron tympanum in manu ſua; egreſſaeque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis, & choris*. Quare vocem hanc praeſenti loco omnes ferè Hebraei reddunt, tympana tua, vel tympanorum tuorum, ac ſi ſenſus ſit, aurum opus tympanorum tuorum; vel ex auro confecta fuerunt tympana tua. Quae confirmant ſupradicta de delicijs, & luxu; eademque intelligere poſſumus à vulgato dicta *decoris* nomine. Quis enim dubitet confecta ex auro Tyrio fuiſſe inſtrumenta muſica, ſummo artificio, & pulcritudine condecorata? Vel ſenſus eſt non de inſtrumentis muſicis, ſed de ipſius Tyrij ornamentis, ſub allegoria harmonicae proportionis. Vt enim ex modulatione vocum, earumque proportione gratus auditui ſonus redditur à muſico inſtrumento; ita ſymmetria, ac lineamentorum proportio, tum in membris, tum in veſtimentis, decorem, ac venuſtatem oculis gratiſsimam exhibet. Loci ergo ſenſus erit, quaſi dicat, auro artificioſè elaborato, ſed multò operoſius, ac maiori ingenij artificio diſtincto te condecoraſti.

Et foramina tua. Hebraicè ונקביך vnchabecha, deducta à radice נקב nachab. quae vox tum ſono, tum ſignificatione congruit cum Latino verbo cauo, excauo, licet à Latinis commodioribus ſuae linguae verbis reddatur, nempe perforandi, ſeu excidendi, vt in libro Iob: *In ſudibus perforabit nares eius*. Et apud Iſaiam: *Intrabit in manum eius, & perforabit eam*. Quare R. Dauid Chimchi, quem ferè omnes Hebraei interpretes ſequuntur, ait: Licet hoc nomen, *foramina* ſignificet: hic tamen inſtrumentum muſicum ſignificat, varijs foraminibus confectum: quod inſtrumentum, fiſtulam, vel tibiam, quae foraminibus conſtat, intelligimus. Haec ille. At ſi vim vocis expendimus; non fiſtulam tantùm, ſed & quodlibet muſicum inſtrumentum ſignificare poteſt; quia ferè omnia concaua ſunt, ut auctum

Opus ſignificat opes, ſubſtantiamve, opere, & induſtria partam.

Ierem. 48. ℣.10.

Exo. 22. ℣. 8.

Decoris notio.

Iſa. 24. ℣. 8. *Exo.* 15. ℣. 20.

Confertur muſicae decor.

Varia foraminum acceptio.

Iob 40. ℣. 20. *Iſai.* 36. ℣. 6.

Exo. 28. ℣. 17.

Hieron. ad Fabiol. epiſtol. 128.

Rex Tyri lapidibus rationalis diadema condecoraſſe videtur.

Pſal. 143. ℣. 12.

Viri vel feminae nimium ſe auro, & argento exornantes, duplex in Deum crimen admittunt.

ctum reddant, quem intra se recipiunt sonum. quapropter etiam ferè omnia perforata sunt. Neque malè interpretabitur hanc vocem, qui putauerit, non instrumentum musicum, sed foramina illa, quibus praedicti pretiosi lapides auro includebantur, Hispanicè engastes. Vel *foramina* vocat ipsosmet lapillos, qui propter micantem luminis splendorem ocellis, seu potius foraminibus persimiles erant.

In die. Hebraicè מיום miiom, à die, *qua conditus es, praeparata sunt*. Et erit iuxta praedicta loci sensus, & connexio huiusmodi. Auro ditatus, & musicis instrumentis, omnigenisque delicijs perfruitus es, & quidem gazophylacia, seu apothecae, quibus recondenda esset tanta diuitiarum copia, iam inde à natiuitate, & ortu tuo praeparata sunt. Quasi ironicῶς dicta sint omnia: quomodo enim posset à die natiuitatis parare sibi homo horrea sua? Apollinarius eam, quae ante euersionem harum (gemmarum) copia praecesserat, enarrat. Polychronius: Propter Salomonis amicicitiam, & studium templi, diuitias, gloriamque erat adeptus. Porrò Symmachi interpretatio illum principem Tyri, quasi pretiosissimum monile, lapidibus scribit esse distinctum, quapropter comparatus, vel potius praelatus videtur Tyrius Aaroni, primo Hebraeorum Pontifici. Hic enim eiusmodi quidem gemmis ornatus fuit, & insuper vnctus; in senectute tamen, mortique vicinus dum esset, eisdem exutus fuit: at tu à die natiuitatis tuae creatus es Rex, pretiosis gemmis fulgens, quasi deum quendam agens in terris, cuius potestatem exerces. Vel si ad nequissimum spiritum referantur dicta, ea aptissimè interpretatur Hieronymus: Septuaginta, inquit, posuere, Auro replesti thesauros tuos, & apothecas tuas, ad sensum, mentemque referentes, quod cogitatio eius diuinis patuerit sacramentis. Atque de eodem Theodoretus: per lapides autem, qui commemorati sunt, omnis generis sapientiam, scientiamque illius significat. Etenim sacerdotum princeps rationale iudicij, in quo positi erant hi lapides, in pectore gestans, in Sancta sanctorum ingrediebatur: pectus verò est veluti quoddam cordis penu. Quam interpretationem confirmare videtur Hebraea vox הבראך hibbaraca, à radice ברא bara, quam de Deo tantùm vsurpari putant Hebraei: ille enim solus creare potest: quod significat hoc verbum, nempe ex nihilo aliquid facere, vel ex praeiacente materia nouo modo, singulari consilio, atque omnipotentia aliquid condere, & exhibere, quod nulla creatura posset efficere. Vtriusque significationis sunt exempla in scriptura sacra. *In principio* ברא bara *creauit Deus caelum, & terram*. Et iterum, *ad imaginem Dei*, ברא bara, *creauit illum, masculum, & feminam* ברא bara *creauit eos*. In alia verò significatione deducitur ab hac radice nomen, significans quasi recreatum, nitentem, conspicuum. Eius exemplum habetur in libro Iudicum: *Erat autem Eglon* בריא bari *crassus nimis*. Et in psalmo: *Et firmamentum in plaga eorum*. Hebraicè ובריא vbari, & pinguis fortitudo eorum. Sic enim interpretantur R. Abraham, & R. Dauid. Quare iuxta praedicta loci sensus erit: & apothecae, seu receptacula tua praeparata tibi sunt à die creationis tuae, vel qua creatus es, siue à die, qua impinguatus es, qua tu rerum omnium copia circumfluere coepisti. Quam quidem initium omnis superbiae semper fuisse nemini dubium esse potest.

Tu Cherub extentus, & protegens. Vocem Hebraicam כרוב Cherub tum Latini, tum Hebraei variè interpretantur: cuius quidem diuersitatis id causae afferri posse videtur, quòd cùm à varijs vocibus, quas radices Hebraei vocant, originem ducere posse videatur: varias propterea inducat in legentium animos notiones. Cuius quidem rei non Hebraeorum tantùm commentarios, quibus meritò non multum deferunt Theologi, sed ipsammet scripturam sacram habemus testem, quae in varias acceptiones hanc vocem deflectit. Nam locus Ecclesiastici, vbi habetur: *Ezechiel, qui vidit conspectum gloriae, quam ostendit illi in curru Cherubim*, Hebraicè dicitur המרכבה הכרבים hamerchaua haccherubim, quarum vocum altera alteri quasi commentarius est: addito etiam Ezechielis loco, in quo habetur, *facies vna facies Cherub*, quae eadem est, atque illa, quam vocauerat prius faciem bouis. Quae quidem duo loca vix possunt explicari, nisi referatur vox haec ad radicem רכב racab, litterarum metathesi, seu transpositione facta, quòd frequens Hebraeis est. Ea autem vox significat equitare, superuehi. Et ab aliquibus obseruatum accepimus, hoc verbum interdum rerum administrationem, moderationem, & praesidentiam innuere: quòd qui rerum gubernacula tenebant, curru, aut equo veherentur. Siue etiam, quòd sicut equi habenis reguntur à sessoribus, sic subditi, ac populi legibus, consilio, & prudentia moderatoris, seu principis gubernantur. vel potius, quòd, sicut suprà de principe notauimus, ipse prouidentia sua, quasi humeris portet Reipublicae pondus, & cum honoribus onera. Quam vocis notionem expressisse videtur Paulus, de Christo Domino scribens: *Qui cùm sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portansque omnia*, φερων τε παντα pheronde ta panda; quod respondere videtur Hebraeo רכב racab, quasi agens, mouens, & moderans *verbo virtutis suae*, hoc est, iussu suo potentissimo. Respicere se mutuo has duas voces רכב racab, videlicet, & כרוב cherub, probant Hebraei ex illo psalmi: *Et ascendit* וירכב vaiircab, equitauit *super Cherubim*, כרוב cherub: vbi facilis est intuenti paronomasia. Quare ex dictis facilè interpretari possumus quamplurima scripturae loca, quibus Deus insidere super Cherubim dicitur, vel quadrigae eius fit mentio; tunc enim gubernatorem, principem, seu moderatorem agere intelligemus. Hoc vnum annotandum superest, Deum hoc nomine compellatum toto tempore, quo habitauit in tabernaculo, & quasi agere Cherubinos videbatur: at postquam permanentem coepit habitare domum, verbum רכב racab equitare, mutatum est in ישב iascab, sedere. Atque ita compellatur ab Ezechia apud Isaiam: *Domine exercituum*, inquit, *Deus Israël, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorum terrae*. Quare meritò de principe Tyri sine vlla metaphora dicetur haec vox *Cherub*.

At verò si testimonium Hieronymi ut recipiendum videtur, recipimus, ex radice רבב rabab deductam hanc vocem non ambigemus. In Exodo enim, inquit, ceteriscque locis, vbi describuntur vestes, plumaria arte contextae, opus Cherubim, id est, varium, atque depictum esse factum

XIIII. De vocis Cherubim interpretatione.

F 2 descri-

Apollinar.
Polychr.
Symmach.
Num. 20. ¥.26.
Hieron.
Theodor.
Pectus, quasi cordis penu.
Creare solius Dei est.
Gen.1.¥.1. & ¥.27.
Recreatus, pinguis, nitens, conspicuus.
Iudic. 3. ¥. ¥.17.
Ps.72.¥.4.
R. Abrah.
R. Dauid.
Equitare idem, quod gubernare, vel Rempublicam moderari.
Sicut equi habenis, sic populus legibus gubernatur.
Princeps quasi currus, Reipublicae onera portat.
Hebr. 1. ¥. 3.
Deus, qui equitare dicebatur tempore tabernaculi, exstructo templo insidere dicitur Cherubinis.
Isai.37.¥. 16.
Ecclef.49. ¥.10.
Ezech.10. ¥.14.
prius cap. 1.
Hieron. in epist.130. ad Marcell.
Exo.26.¥. 31. & cap. 28.¥.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

describitur. Haec ille. Quae cùm ipsamet vulgata lectione comprobata sint, nulli dubium erit, quin ad praedictam radicem sit vocis notio referenda. Significat autem ea, multiplicare, crescere, augere, magnificare. Quare cum hoc verbo connectitur pax, quae à Domino promittitur nouae vrbi, hoc est, Ecclesiae Christi ורב שלום verab lcelom, & multiplicabit pacem, aut multiplicabitur, vel multiplicabit sese pax filiorum tuorum. *Et multitudinem pacis filijs tuis.* Targhum: Et multa magna erit pax filijs tuis. Et in Genesi: *Erat quippe substantia eorum* רב rab *multa.* Et apud Esther: *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut Rex statuerat, praeponens mensis singulos de principibus suis.* Hebraei verò sic reddunt: Quia sic dispoſuerat Rex omni רב rab, magistro, vel principi domus suae. Significat autem hic, & alibi saepe hominem honorabilem, inclytum, magnae existimationis, & dignitatis, inquit R. Dauid, ob multiplices dignitates, quibus pollet. Quare significabit eum, qui pollet opibus, viribus, scientia, & quibuscumque ornamentis eximijs. Sicut apud Isaiam: *Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & & mittet eis Saluatorem,* ורב varau, *& propugnatorem* potentissimum viribus, consilio, & sapientia, alij magistrum, *qui liberet eos.* Et in Threnis: *Quomodo sedet sola ciuitas* רבתי עם rabbathi gham, *plena populo,* vel multi, aut magni populi, vel multiplicata, vel magnificata populo, *facta est quasi vidua* רבתי rabbathi, *domina gentium* magna, vel magnificata in gentibus, vel inter gentes, aut prae gentibus. De sapiente verò dicitur in Ecclesiaste: *Eò quòd* ברב berab, *in multa sapientia,* vel in magna sapientia, vel habente magnam sapientiam רב בעם rab cagham, *multa sit indignatio,* vel multa, aut magna ira, vel in abundantia sapientiae est & abundantia irae. Targhum: Quia vir, qui multiplicat sapientiam, cùm peccauerit, & non resipuerit, multiplicat iram coram Domino. R. Salomon: Homini, qui suae sapientiae innititur, & ab illicitis non abstinet, ira magna à Domino superueniet. Lege haec sapientibus huius saeculi, Machiauelo, & asseclis. Hac ergo voce Hebraei compellabant magistros suos רב rab, vel honoris ergo רבי rabbi, hoc est, magister mi: & apud Syros etiam רבוני rabboni, vt apud Ioannem: *Rabboni, quod dicitur magister.* Praepositа ergo huic voci littera seruilis כ caph, id est, tamquam, veluti, &c. fiet carab, vel cherub, significans primaeua sui institutione multiplicatum scientia, vel plenum scientia. Quam vocis etymologiam tradit Hieronymus tum hic, tum alibi saepe. Eisdem etiam iactis fundamentis comprobatur sententia R. Dauidis, asserentis Regem ob magnitudinem, ac dignitatem appellari Cherub, quod probat subsequens vox. *Extentus,* Hebraicè ממשח mimsciach, à radice משח masciach, quae vngere significat, vnctione inquam, quae propria erat Regum, & sacerdotum, vt in libris Regum de Salomone: *Et vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in Regem super Israël.* Et iterum Sauli dicitur: *Ecce vnxit te Dominus super haereditatem suam in principem.* De sacerdotibus verò in Exodo: *Et vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.* Atque in Numeris: *Donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur.* Hinc deducitur nomen משיח masciach vnctum significans, idemque Graecis χριστὸς Chri-

Isa.54.¥.13.
Gen.13.¥.6.& 36.¥.7.
Esther 1.¥.8.
R. Dauid. Cherubim significat pollentem opibus, viribus, scientia, & quibuscumque eximijs dotibus.
Isai.19.¥.20.
Thren.1.¥.1.
Eccls.1.¥.18.
Targhum.
R. Salomon. Sapientia pollens, & non vtens, magnae vindictae patebit.
Rabbi quid significet.
Ioan.20.¥.16.
כ Caph littera seruilis quid significet.
Cherub quid significet.
Hieron. super Ezech. 10. fine. & in fine epist. ad Ephes. & epist. 103. ad Pauli.
R. Dauid lib. radic.
Vnctio Regibus, & sacerdotibus exhiberi solita.
3.Reg.1.¥.34.
1.Reg.10.¥.1.
Exod.40.¥.13. & praeced. in Hebraeo, Graeco, & Chaldaeo.
Num.35.¥.25.

A stos, quo nomine tum hi, tum illi Saluatorem mundi Iesum Christum Dominum nostrum compellare solent. Qua quidem vnica voce & nos profitemur, eum fuisse vnctum diuini Spiritus *oleo laetitiae prae consortibus*, participibus inquam suis: constitutumque Regem à Patre super Sion montem sanctum eius, regnantem *in domo Iacob in aeternum*; *cuius regni non erit finis.* Licet enim fremuerint *gentes, & principes in vnum* conuenerint *aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*, circumdederintque eum tauri multi, ac vituli pingues: ipse verò tamquam agnus mansuetus ad victimam ductus, oblatus fuerit, quia ipse voluit: tamen neque dereliquit animam suam in in-
B ferno, neque dedit sanctum suum videre corruptionem, sed post triduum excitauit, solutum, ab Hebraeis, templum corporis sui, & uidit omnis caro salutare Dei, & quia ipse est *sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec.* Cuius quidem sacerdotij unctione, & dignitate nos, meritis licet impares, participes tamen effecti, incruentum corporis, & sanguinis eiusdem Domini nostri Iesu Christi sacrificium sub speciebus panis, & uini quotidie in altari offerimus. Hic est enim de quo ad Danielem Gabriel Archangelus. *Et vngatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum aedificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, &*
C *hebdomades sexaginta duae, &c. & post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus.* Verùm non tantùm haec uox dici solet de Christo Domino, & sanctis Regibus, sed etiam de profanis, & exteris, ut apud Isaiam: *Haec dicit Dominus Christo meo Cyro.* Qua propter non immeritò praesentem locum nonnulli interpretantur: *Tu Cherub* unctus, uel clarus, illustris: qui sunt olei effectus. Targhum: Tu Rex unctus ad regnum. R. Dauid: Tu Cherub (id est, Rex, dictus Cherub, ob eius maximam dignitatem) magnus. Et sic in psalmo: *Nolite tangere Christos meos*, id est, Reges, & magnates. Haec ille. R. uerò Selomon ad illam significationem alludens, quam reddit Hieronymus, Regem magnum uocat, quasi multarum gentium, ac prouinciarum dominum. At ipse Hieronymus: *Tu Cherub extentus, & protegens* uertit, ad templi Cherubinos respiciens, prout etiam ipse commentatur hunc locum: Subauditur enim, inquit, arca
D Dei, & propitiatorium, quasi dicat: tu qui alis potentiae, & ditionis tuae extentis, populos subditorum protegis, haud secus, quàm Cherubini arcam, & propitiatorium. Septuaginta uerò uariè redduntur in uarijs codicibus: in Complutensi: Ex qua die conditus es, & praeparatus es, cùm Cherub unctus à Deo. In Hieronymiano, A die qua conditus es, parauerunt cum Cherub uncto, & habitante in tabernaculo. In Theodo-
E reti codice: Praeparatus fuisti cum Cherub, unctus à Deo in tabernaculo habitante. In Sixtiano uerò codice: A die qua conditus es tu, cum Cherub posui te in monte sancto Dei. Quae quidem lectionum multitudo cum alijs, quae in notationibus Vaticanae editionis Septuaginta, uarios reddunt sensus: alios ad Regem Tyri pertinentes. Hieronymi enim lectio innuit Tyrium natum Regem, ut regnaret eo tempore, quo florente Hebraeorum Republica, permanebant in templo, tum Mosaici, tum Salomonici Cherubini. Vel Cherubinos uocat Regem, & sacerdotem unctos, propter rationes supra

comme-

Interpretatio nominis Christi Messiach.
Ps 44.¥.8.
Luc.1.¥.33.
Ps.2.¥.2.
Ps.109.¥.4.
Dan.9.¥.24.25.& 26.
Vox, Christus, non solùm de Christo Domino, sed & de alijs Regibus dicitur.
Isai.45.¥.1.
Vnctionis effectus clarum, illustréque reddere.
Targhum.
R. Dauid in comment. Psal.104.¥.15.
R. Selom.
Rex & sacerdos binis Cherubinis significatur.

commemoratas. At commentarius eiusdem Hieronymi dum addit, ipsum Cherub vnctum,& creatum,vnà cum reliquis lectionibus,ad superbum angelum videtur referendus, & de octauo caelestium spirituum choro, non de Cherubinicis templi imaginibus intelligendus. Cui consonant Theodoreti verba: Cum sanctis enim illis, inquit, & augustis potestatibus, & opificio, & vnctione dignatus es. Vnctionem hoc loco, vocat sanctificationem à diuino spiritu, corporis expertibus, & sanctis potestatibus subministratam. Haec ille.

Et posui te in monte sancto Dei. De quo monte fiat hic sermo, non liquet inter interpretes. Neoterici enim cum Rabbinis ad Hierusalem referunt, in qua dici putant fuisse Tyrium,propter consuetudinem antiquam Salomonis, & Hirami; quodque illi miserit ligna, & alia ad structuram templi. quos meritò reprehendit Theodoretus. Nam etiamsi ligna, lapides, aurum, & alia, miserit Hierosolymam Hiramus, non tamen propterea dici potest Hierosolymis fuisse, cùm nemo scribat, eum vmquam Hierosolymam appulisse. At si vocem ipsam בהר behar *in monte*, examinemus,reperiemus,montis nomine, ciuitatem quamlibet nuncupari, eam etiam, quae non sit in monte: propter munitiones enim,ac celsitudinem aedificiorum sic dicitur apud Amos. *Eo quod dissecuerit praegnantes* הרות haroth montes, ciuitates munitas potius diceres,quas meritò praegnantibus compares populis plenas; *Galaad ad dilatandum terminum suum*. Quae quidem vocis interpretatio satis patet ex eo, quod apud Ieremiam Dominus de Babylone, quae non in montibus, sed in campestribus sita erat, ait: *Ecce ego ad te mons pestifer*, hoc est, ciuitas munita,& excelsa, moribus tamen corrupta,*ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris*, quibus constructa es: *& dabo te in montem combustionis*. Quare nihil repugnat de ipsamet vrbe Tyri sermonem fieri, praesertim cùm supra montem excelsum, instar coronae, exaedificata fuerit, vt suprà ostendimus. Neque obstat vocari montem sanctum Dei: sic enim tota terra Chanaam nuncupatur in libro sapientiae, dicente ad Deum Salomone: *Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant*, &c. *atque eos perdere voluisti per manus parentum nostrorum, vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quae tibi omnium carior est terra*. Quibus quidem verbis de tota Palaestina sermo est, quae etiam tum, cùm à Chananaeis, Deo maximè exosis incolebatur, terra Dei sancta, omniumque terrarum illi carissima nuncupatur; eamque sanctam dici (ait Cantacuzenus) quippe iam inde ab initio promissam patribus,& in illorum semine benedictam: *Daboque*, inquit, *tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuae, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam*. Haec ille. Verùm altius longè repetit hanc terrae sanctitatem Moyses in cantico, dicens: *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël. Pars autem Domini populus eius: Iacob funiculus haereditatis eius*: quasi dicat: vt à constitutione mundi elegit sibi populum, & gentem filios Israël: sic iam tum terram, quam illis destinauerat, elegit, ac sanctificauit sibi. Quapropter cùm Tyrus sita sit intra terminos huius sanctae terrae, nempe in tribu Aser, vt videre est

Rabbini. Isidor. Clar. Vatab.

Theodor.

Ciuitas quaelibet montis nomine compellatur propter munitionem, & aedificia.

Amos 1. ℣.13.

*Ierem.*51. ℣.25.

*Sup.cap.*27. ℣.3.

Terra Chanaam terra sancta dicitur.

*Sap.*12.℣. 3.4.6.& 7.

Matth.Cantacuz.in Sapien.

*Gen.*17. ℣. 8.

Deut. 32. ℣.8.& 9.

A in reliquis omnibus eiusdem terrae topographijs, dum nostram edimus, non immeritò ipsa Tyrus mons Dei sanctus dicetur, atque ipsi principi Tyri vitio vertetur, quod terram sanctam incolens, tam longè à sanctitate viuat. Ad idemque cònfirmandum referri posse putauerim, quae sequuntur, vt mox ostendam;si tamen prius alios sensus,quos huius loci persequuntur sancti Patres, breui perstrinxero. Hieronymus ad caelestem Hierusalem,vel ad paradisum refert. Theodoretus montem sanctum Dei cognitionis celsitatem vocat.Scholiastes montem verè sanctum dicit celsissimum supernarum potestatum statum, ex quo Cherubim, quae hastatorum munere funguntur, diabolum eiecerunt,
B qui scientiam deprauauerat, & ob superbiam suam stationem, locumque tenere nesciuerat. Sed & Rabbini ad altiores nonnumquam sensus eriguntur: nam Rabbi Dauid Chimchi ad tempora Hirami referendam dicit prophetiam, eandemque sequutus sententiam R. Selomon: *Posui te*, inquit, *in monte sancto meo*, hoc est, dedi tibi occasionem merendi, & rectè agendi, adiuuando scilicet Salomonem, & ad constructionem templi mei varia ligna cedrina mittendo.

In medio lapidum ignitorum ambulasti. Quae quidem verba non dubitamus esse cum Patribus referenda ad angelos, quos lapides ignitos vocari
C probat Hieronymus, vel ex ijs maximè psalmi verbis: *Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem*. Verùm hoc vnum inquirimus, qua allusione dicantur lapides igniti, & qua ratione cohaereat cum antecedentibus, & consequentibus hic sensus. Et quidem quod ad vocis interpretationem spectat, cùm in alijs dissentiant, in hoc vno conueniunt omnes Hebraei, ea voce significari pretiosos lapides, & instar ignitorum carbonum, quos Latini persimili allusione carbunculos vocant. Addunt verò Rabbi Ioseph, & Chimchi, eorum lumine, atque splendore lucernarum loco vsum Tyrium; quod quidem figmentum alijs quamplurimis persuasum fuisse, & esse non dubito. At quos nos pretiosissimos carD bunculos vidimus, licet carbones ignitos colore, ac splendore exaequare noctu obseruauerimus; comperimus tamen non excedere. Sed quis vmquam carbonis lumine vel legit noctu, vel scripsit? Fuerunt tamen Hebraeis alij carbunculis splendidiores lapides, quorum paulò ante meminisse Propheram nostrum communis Patrum consensio tradit: nempe lapides illi duodecim rationalis, quibus nomina tribuum inscripta fuere. De quorum lapidum mirabili, ac singulari splendore, quem scriptura sacra אורים ותמים vrim vethummim, hoc est, *doctrinam, & veritatem*, vel Hebraei reddunt lumina, & simplicitates, quoniam nostri instituti erit longiorem disputationem,
E cùm de vestibus sacerdotalibus agemus, intexere; ideo nihil hoc loco praeter verba Iosephi, quae ad nostram hanc disputationem facere videntur satis afferemus: sunt autem huiusmodi. Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum. Per duodecim gemmas,quas in pectore Pontifex insutas Esseni gestat, in bello victoriam pronunciare Deus solebat. Nam prius quàm exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innotesceret, adesse Deum, opemque, & auxilium suum inuocantibus esse allaturum. Ex quibus Iosephi verbis manifestum quidem est, lapides illos meritò ab Hebraeis ignitos dici potuisse: eorumque lapi-

Accusatur Tyrius,quòd terram sanctam incolens, non sanctè viuat.

Hieron.

Theodor.

Scholiast.

R. Dauid Chimchi.

R. Selomon.

Lapides igniti angelos significant.

Hebr. 1. ℣. 6.

*Psal.*103. ℣.4.

R.Ioseph. R. Dauid Chimchi.

De mirabili splendore lapidum rationalis.

Exo. 28. ℣. 30.

Ioseph. 3. *Antiq.c.*9.

Universidad de Deusto Biblioteca

Lapides rationalis, immo & tribus illis insculptae lapides igniti dicebantur. *Sap.18.℣.24.*

dum nomine ipsasmet etiam tribus, ac populos eisdem insculptos, ignitos lapides dici posse, dicente Salomone: *Et parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant sculpta*. Et quoniam per horum lapidum splendorem, Dei erga populum suum protectio, & fauor exprimitur; meritò Tyrio obijcitur, quòd cùm inter huiusmodi igneos lapides diu habitauerit, semper tamen frigidus, & ab omni vitali calore destitutus sit. Quod quidem tum maximè intelligetur; cùm ad superbum spiritum referetur, qui inter caelestes, ignitosque lapides, quorum singulos singulis angelorum choris applicat Gregorius, olim similis illis habitauerit, nunc omni lumine, & bono destitutus, profundis, obscurisque inferni ignibus perpetuo arsurus detineatur. Neque huic nostrae coniecturae aduersatur Theodoretus, litigiosos lacessens, ac probans, Iudaeos ignitos lapides dici non posse; quoniam ipse primò supponit, caelestes potestates, ac iustos homines lapides ignitos dici, ad ignem diuini spiritus ea referens. Quo quidem igne non saepe accensos nouimus Hebraeos. Nos verò ad igneum, visibilemque splendorem, gemmis illis innatum primò referimus; mox ad illum alterum, qui hoc innuitur. Huc accedit illud, quòd omni vitio, ac reprehensione vacat Hebraeorum cum Tyrio, nempe Dauidis, & Salomonis cum Hiramo antiquus vsus, & Iudaeae, ac terrae Israël negotiatio cum frumenti, balsami, mellis, olei, atque resinae comportatione, quoniam haec inter singularia beneficia Tyro à Deo data computantur. Quare Polychronius: Ego, inquit Deus, qui ex Cherubim oracula reddo, quem maiores tui agnouerunt, & posteris religionis doctrinam tradiderunt, poenas à te repeto: vtraque re meum ostendens imperium, ac dominatum: tum quòd veram dum coleres religionem, te bonis auxi; tum quòd peccantem punio. Rabbini verò varias loci interpretationes reddunt. Rabbi Ioseph carbunculos, R. Ionah angelos, seu Seraphim, quasi inter illos versaretur: R. Ionathan verò populum sanctum. R. Selomon, In libro, inquit, Midras agada exponunt hoc dictum fuisse de Adam, & est sensus: Quid gloriaris? Si instar Adam habitasses in paradiso voluptatis, forsitan excusabilis appareres. R. Dauid Chimchi vocat Hierusalem lapides ignitos, quia in ea commorabatur populus sanctus Dei. Pater autem, inquit, meus exposuit haec verba, quasi sint admirantis, & dicentis; numquid in medio spiritualium corporum, ac caelestium ignium ambulasti? Vel dicendum: Tu reputasti te ipsum quasi Cherub, quando ambulasti inter lapides pretiosos, ac splendidos, id est, carbunculos, quibus vtebaris per noctem loco candelarum. Quibus quidem verbis expressisse videtur Hebraeus vim Hebraici verbi התהלכת hith hallaćtha, pro quo vulgatus, *ambulasti* reddidit. Cùm enim sit in postrema coniugatione, quae addit verbo reciprocam significationem cum quadam vi, & ostentatione, significat tumidum, ac ostentatione plenum incedendi modum. Quem ambulandi morem aptissimè exponit Hispanica lingua, respiciens ad pauonis incessum, quando in medio ocellorum erectae suae caudae, extento collo sese circumagit: vocat enim ipsum pauonearse, ò contonearse: Italica verò pauoneggiarsi. Et quidem si iuxta hanc vocis interpretationem omnibus superioribus interpretationibus applicetur hoc verbum, efficacitatem illis afferet non exiguam. Adde quòd Scholiastes Graecus Lapides ignitos, inquit, angelicos nominauit exercitus. Nam & alter propheta sanctos viros, angelicamque degentes vitam ita vocauit; cùm diceret, lapides sancti κυλίονται cyliondae voluuntur in terra. Et Polychronius lapides ignitos dicit tabulas, quae voces continebant per ignem illatas: Decalogum enim, igne in monte Sina ostenso, promulgauit Deus.

In medio lapidum ignitorum quomodo fuerit diabolus. *Gregorius.*

Theodoret.

Polychron.

Variae lapidum ignitorum interpretationes. *R. Ioseph. R. Ionah. R. Ionath. R. Selomon.*

R. Dauid Chimchi.

Carbunculi noctu instar candelae lucent.

Vltima Hebraeorum coniugatio reciproca.

Scholiast.

Perfectus in vijs tuis à die condicionis tuae, donec inuenta est iniquitas in te. Hieronymus Septuaginta interpretum versionem sic refert: Fuisti immaculatus in diebus tuis, à die qua conditus es, donec inuenta est iniquitas in te. Et subdit: Ostendit omnem creaturam bonam à Deo conditam, & perfectam habuisse virtutem: & per hoc principem quoque Tyri fuisse immaculatum, vt deinceps macula non naturae sit, sed voluntatis. Quam quidem sententiam idem Hieronymus confirmare videtur alibi, dicens: Notandum, quod in libris Regum dicitur, Hiram, hoc est, viuit sublimis: in Paralipomenon, Hiram, hoc est, Deus excelsus. Haec ille. Quibus verbis hoc innuere videtur, Hiramum, qui quondam Dauidis, & Salomonis consuetudine sublimis, ac potens opibus, scientia, ac pietate fuerat, vtpote, qui aedificationi templi inseruiebat, postea in superbiam elatum, Dei nomen affectasse: quod scelus, quasi omnium iniquitatum scaturigo, iniquitas absolutè dicitur. Theodoretus: Talis enim fuit ante lapsum diabolus: de hominibus verò audiuimus: Nemo mundus à sorde, nec si vnius diei quidem fuerit vita ipsius super terram. Hic autem, cùm corporis expers esset, immaculatus fuit à principio: vbi verò in deteriorem partem inclinatione voluntatis lapsus est, via penitus contraria incesit. Haec ille. Et D. Augustinus aduersus Manichaeos disputans, falsò contendentes, diaboli peccatum naturale fuisse, putantes id significari verbis Ioannis, dicentis, *ab initio diabolus peccat*: hoc loco eos conuincit, dicens: Non intelligunt, si naturale est, nullo modo esse peccatum. Sed quid respondetur propheticis testimonijs, siue quod Isaias ait de figurata persona principis Babyloniae, diabolum notans: Quomodo cecidit Lucifer, qui manè oriebatur: siue quod Ezechiel: *In delicijs paradisi Dei fuisti* omni lapide pretioso ornatus? Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulò post dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine vitio. Quae si aliter conuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud, quod dictum est, *in veritate non stetit*, sic accipiamus, quòd in veritate fuerit, sed non permanserit: Et illud, quòd *ab initio diabolus peccat*, non ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia coeperit esse peccatum. Haec ille. Gregorius, iccirco, inquit, iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur: qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit, quia inter angelorum corda, caritatis igne succensa, clarus gloria condicionis exstitit. Origenes: Per haec, inquit, manifestissimè demonstratur, quod sancta virtus haec fuerit, & beata, de qua beatitudine, ex quo in ea inuenta est iniquitas, ruerit, in terramque demersa sit, & non per naturam, condicionemque talis exstiterit. Polychronius: *Perfectus in vijs tuis*, hoc est, experientia didicisti mea iura. Ex quibus ostenditur, non fuisse pietatis expertem. Tertullianus de angelo pessimo: Denique, inquit, sapientissimus omnium editur, antequam diabolus, nisi malum est sapientia. Et si euoluas Ezechielis prophetiam,

Threnor. Polychron.

Iniquitas atque peccatum non naturae vitium est, sed voluntatis. *Hieron. de quaest. Hebrai. in 3. Reg.*

Hiram quid significet.

Diuinitatis ambitio tam quam omnium malorum scaturigo iniquitas dicitur. *Theodor. Iob.*

Augustl. lib. 11. de ciuit. Dei c.15.

1. Ioan. 3. ℣.8.

Quomodo diabolus ab initio peccasse intelligatur. *Gregor. lib. 32. moral. cap.8.*

Princeps Tyri quare Cherub dicatur. *Origen. lib. 1. periarc. cap.5.*

Polychr.

Tertull. lib. 2. contra Marcio.

phetiam, facilè animaduertes, tam institutione bonum angelum illum, quam sponte corruptum. Et subdit: Sed ipse auctor delicti in persona peccatoris viri denotabatur, retro quidem inuituperabilis à die condicionis suae, à Deo in bonum conditus, vt à bono conditore inuituperabilium condicionum, & excultus omni gloria angelica, & apud Deum constitutus, qua bonus apud bonum: postea verò à semetipso translatus in malum. Haec ille. Quae quidem omnia Patrum testimonia ideo retuli, vt obiter innuam, quae hoc prophetae testimonio conuincantur haereticorum peruersa dogmata.

Haereses multae conuincuntur Ezechielis testimonijs.

XVI. *In multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate.* Hieronymus: Dum enim multa conquirit, & non est contentus scientia, quam acceperat, nec potestate, cui praepositus erat: repleuit cellaria, & interiora pectoris sui: vt saturatus, & incrassatus calcitraret contra creatorem suum. Theodoretus: Non contentus data tibi sapientia, & potestate, sed maiorum cupiditate incensus, iniquitate repletus es, & peccati vulnera accepisti. Quibus quidem verbis Patres hi adhuc persistere videntur in allegoria, quam de superbo spiritu persequuntur: Verùm haec prius de Tyrio principe videntur interpretanda, cuius propria negotiatio est; eademque omnium vitiorum causa exstitit. Quod intellexisse videtur Polychronius, dicens: Ex rapina, & auaritia, & iniuria in Deum, potuisti tantas opes terra, marique comportare. Qui quidem Polychronius, vitia commemorasse videtur, negotiationi frequenter adiuncta. Nisi malis ad totam huius vitae peregrinationem negotiationem referri: nihil enim aliud est uiuere in uia, uel ad uitam, uel ad mortem aeternam, quàm quaedam negotiatio, prout ex parabola Christi apud Lucam uidere est, dicente seruis Domino, cùm discederet ab eis: *Negotiamini, dum venio. Et factum est*, inquit, *vt rediret, accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisque negotiatus esset.* Hac autem negotiatione in patriam nostram, quae agimus bona opera, transmittimus, testante Laurentio, quia thesauros Ecclesiae, quos dispergens dederat pauperibus, eorumdem pauperum manus in caelestes thesauros asportauerunt: atque inde caelestium donorum mercede recepta replentur, atque ditantur negotiatores huiusmodi. Quam quidem mercedem imprecabatur Booz Ruthi Moabitidi, dicens: *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israël. Benedictio* enim *Domini*, inquit sapiens, *diuites facit.* De qua quidem negotiatione glorioſum protulit testimonium Chrysostomus. Annam enim Samuele grauidam commendans, ait: Onus autem illud non solùm erat inopinatum, & admirabile, uerùm & importationis modus fuit admirabilior: neque enim illud hominibus ullis uendidit, aut negotiatoribus, sed protinus, ut exposuerat è scapha, Deo uendidit. Tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam, quae cum Deo habuerit commercium. Et non longè subdit; Vt iam usura sortem excederet. Talis enim est negotiatio, commerciumque, quod cum Deo geritur. Non ille quantulamcumque sortis partem, sed multis partibus conduplicatam reddit. Haec ille. At Macharius ille Aegyptius, magni Antonij discipulus, integram homiliam de hoc argumento conscripsit, quam sic exorditur: Similes sunt Christiani mercatorum, qui ingentem quaestum ex mercatura faciunt. Quemadmodum enim hi è terra terrena accumulant lucra: eodem modo illi cordis sui dispersas cogitationes per hoc saeculum, omnium uirtutum beneficio, ac ui Spiritus sancti colligunt ex vniuersa terra, quae est maxima, ac vera negotiatio. Haec ille. At contrà, qui cum humani generis hoste negotiantur, iniquitatem ementes, iram sibi thesaurizant, teste Apostolo, quorum omnem negotiationem describit princeps Apostolorum, dicens: *Cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij.* Notandum, quantum haec singula verba singulis superiorum aduersentur: *Derelinquentes rectam viam, errauerunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit.* Quam eandem mercedem commemorat idem Petrus, de Iuda proditore loquens. *Et hic*, inquit, *possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius; & diffusa sunt omnia viscera eius*; quasi tanta sceleris iniquitate turgentia, non potuerint amplius peruerso corpore contineri. Consimilis negotiationis mercede, iniquitate plena esse testatur Propheta noster Tyrij principis interiora, siue etiam superbi spiritus mentem; quando negotiationis tempus illi non defuit, dum fuit in via. Verùm antequam ad vlteriora progrediamur, subiungendum duxi Chimchi interpretationem, omnibus principibus notatu digniſſimam: *In multitudine negotiationis tuae*, inquit, *repleta sunt interiora tua iniquitate*, hoc est subdit, secundum peccatum, atque iniquitas, scilicet, quòd Tyri negotiatores in negotiando solebant fraudem committere: Rex autem eorum poterat impedire huiusmodi mala, & noluit. Haec ille. Quasi verò ignauiae principis adscribantur scelera populi, quo peccante, princeps ipse repletus dicitur iniquitate. Et quidem non Rabbini tantùm testimonio comprobari videtur haec sententia, sed ipsius Dei, qui cùm iustus verè sit, reddens vnicuique secundum opera sua, principes puniri praecipit propter populi peccata, quorum sola correctionis omissione participes fuisse videntur. In Numerorum enim libro scriptum legimus: Quia *fornicatus est populus cum filiabus Moab*, &c. *& iratus Dominus ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israël.* Et mox propter zelum Phinees, occidentis legis transgressores, placatus fuisse dicitur Dominus, qui dixit ad Moysem: *Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis*, glorioſa commemoratio, *auertit iram meam à filijs Israël.* Sed ad institutum redeamus. Longè aliter legit, & interpretatur verba haec Tertullianus: Ex quo enim, inquit, apparuerunt laesurae tuae (sic vocat iniquitatem praecedentis versus) illi eas reputans, qui scilicet laesit hominem, electum à Dei obsequio: & ex illo deliquit, ex quo delictum seminauit: atque ita exinde negotiationis, idest, malitiae suae multitudinem exercuit.

Et peccasti, Hebraicè ותחטא vattecheta, à radice חטא chata, quae aberrare significat, deflectere scilicet à via, scopo, lege, verbo, Dei praescripto, siue etiam delinquere, quod Augustinus definit, quasi sit de liquido quodam defluere à stabilitate firmamenti, atque iustitiae. Et quidem haec vocis significatio vel ex eo maximè probatur, quòd de viris Gabaa scribitur in libris Iudicum: *Qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra, vt dextra praeeliantes: & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere.* ולא יחטו velo iachacu, & non peccabant, vel aberrabant. Melius Vulgatus: *& nequaquam in alteram partem ictus lapidis*

Peruersae negotiationis condiciones, & damna. *Rom. 2. ℣. 5. 2. Pet. 2. ℣. 14. & 15.*

Act. 1. ℣. 18.

Exemplo Iudae pessimae negotiationis damna notantur.

R. David Chimchi.

Principi adscribuntur peccata populi.

Num. 25. ℣. 1. 3. & 4.

Principes multantur poena capitis propter populi fornicationes. *Ibid. ℣. 11.*

Tertull.

Peccati variae acceptiones.

Aug. super psal. 74. ℣. 4.

Iudic. 20. ℣. 16.

Theodor.

Polychr.

Vita praesens quaedam negotiatio est.

Luc. 19. ℣. 13.

Bonae negotiationis fructus.

Ruth. 2. ℣. 12.

Prou. 10. ℣. 22.

Chrysostom. Homil. de Anna.

Macharius homil. 24.

Universidad de Deusto Biblioteca

lapidis deferretur. Septuaginta ferè semper verbum hoc uertunt uerbo ἁμαρτάνω hamartano, quod Hebraici verbi significationem exhaurire videtur. Significat enim hoc ipsum, prout periti idiomatis Graeci tradunt, peccare, errare, spe falli, non intelligere, frustrari, officio non defungi, & alia multa. Sed quam persequuti sumus Hebraici verbi significationem, probant Xenophontis testimonio, *Xenoph. 1. Paed.* ἁμαρτάνοντες τῆς βουλήσεως hamartanondes tis buliseos, hoc est, quia spes eos frustrata est. Et Thucydides: ἁμαρτάνω δ' αὖ πράξεως hamartano tis praxeos, erro in agendo. δυοῖν θατέρου πάντως οὐχ ἁμαρτήμεν dyin thateron pandos ve hamartimen, duorum altero nequaquam prorsus frustremur, hoc est, frustrari possimus. Vulgatus verò interpres ferè semper hoc verbum Hebraicum verbo peccandi reddit. Quam versionem simulatè reprehendere videtur quidam, quòd peccare propriè dicatur, quasi pellicare, id est, cum pellice coire, & adulterium committere: quare & significationi vocis Hebraicae, inquit, minus conuenit. Et quidem falsum omnino est, quod assumit tamquam iniquae reprehensionis occasionem: nam in eodem Dictionario, quo eam antiquam vocis impositionem legit; legisse etiam potuisset, vsu linguarum magistro receptum iam fuisse, vt eo nomine quodlibet vitium, aut error quicumque significetur; sicuti Latinae linguae parens exemplo demonstrat, his verbis: *Sic inter rectè factum, atque peccatum, officium, & contra officium, media locabat quaedam, rectè facta sola in bonis actionibus ponens, praua, id est, peccata in malis. Et iterum: Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit: non reddere officium. Ac tandem nulla est, inquit, excusatio peccati, si amici causa peccaueris.* Quibus quidem exemplis declarat aptissimè Latina vox naturam peccati. Verùm nulla ratione tam intimè potest exprimi eius peruersitatis natura, quàm ipsa primaeua vocis impositione; *duo enim mala*, quae populum suum fecisse conqueritur apud Ieremiam Dominus: *Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas*, &c. quorum alterum nomine auersionis à Deo explicant Theologi, alterum nomine conuersionis ad creaturas, nulla alia vnica voce explicari aptiùs possent, quàm peccati: quasi vero Deo, ac creatore sponso relicto, pellici creatae adhaereat peccator: Quapropter ferè omnia peccata, fornicationis, aut adulterij nomine frequenter exprimuntur in sacris: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis*, & infinitis ferme alijs locis. Verùm in praesenti non tantùm hoc significat prima, & maxima peccati damna, quae omnia videntur iam satis fuisse explicata praecedentibus verbis, *repleta sunt interiora tua iniquitate*; cùm Ioanne teste *peccatum* sit *iniquitas*: verùm & quamplures alios significat peccati effectus, superaddita particula, *& peccasti*; nempe a scopo, & proposito fine aberrasti, non tantum ab vltimo supremae felicitatis; verùm & ab ipso, quem sibi consequendum proposuerat, in ipso peccato peccans. Quasi dicat: Cùm tu in summa felicitate, pulcritudine, diuitijs, sapientia, & gloria versareris, maiora, diuinitatem, inquam, ipsam affectabas, & exspectabas, ac propterea elatum est cor tuum, ad altiora contendens; verùm te miserum, peccasti, toto caelo aberrasti, contraria fini media elegisti, contrarium omnino praetento finem consequeris. Quam interpretationem fusiùs explicant sequentia: *Et eieci te de monte Dei, & perdidi te, o Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum*. Verùm hoc superueniens peccatum repleto iniquitate intellexisse videtur Scholiastes impaenitentiam: ait enim: quoniam ita offendisti, vt nulla te paenitentia subeat, necessariò poenas à te Deus ipse repetit, cui iniuriam animi elatione fecisti. Polychronius verò poenas exprimi putat praeallatis verbis, quae sic interpretatur: Deiectus igitur es, inquit, à sanctorum consuetudine, & superiore potestate deturbatus. Cui consonat Chimchius: *Eieci te de monte Dei*, inquit, *& de medio lapidum ignitorum*, hoc est, non fiet vltra mentio de te in bonum, sed in malum: id est, delebo memoriam tuam bonam de Hierusalem, & de medio populi sancti mei, qui lapidibus ignis comparatur. Theodoretus verò allegoriam persequutus, ad alteram significationem vocis Cherub alludens (de qua Pater Pradus) Tu igitur Cherub, inquit, quod vt diuinam gloriam ferret, dignum effectum fuerat, ipsum à sanctis potestatibus separauit, quae etiam ignitae appellantur. Nunc vero ij, qui sunt diuino ascensu digni, propter animi munditiem, in quorum cordibus sunt ascensus Dei, secundum diuinum prophetam, potestatem ipsum conculcandi pedibus accipere. Haec Theodoretus: Septuaginta legunt, & peccasti, & vulneratus es à monte Dei; quasi percussus, ac vulneratus deiectus sit. Vel sensus est, simul ac superbiae reus factus est, etiam in ipso monte reatus sui damnationem subijt.

Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Hieronymus: Dum tuum, inquit, putas esse, quod Dei est. Vnde & Apostolus stimulum carnis, & angelum satanae accepisse se dicit, qui eum colaphizaret, ne reuelationum magnitudine superbiret, & in iudicium incideret diaboli. Haec ille. Quibus notandum venit, iudicium superborum vocari à Paulo iudicium diaboli, quasi sint illi consimili poena multandi in iudicio Dei. Theodoretus: Ingenti superbia elatus es, conspectis ijs bonis, quae à me tibi suppeditata sunt. Apollinarius: Quod intra illum factum est, detegit malum, superbiam, inquam, quae pulcritudinem perdit rerum honestarum; quippe quae à pulcritudinis familiaritate separet. Polychronius: Magnificè nimis de te ipso sensisti propter gloriam, qua florebas; decorem enim iam regnum vocat. Haec ille. Quàm autem dissonet à pulcritudine animi, aut cordis, elatio omni insciti plena, testatur sapiens, eleganti vsus tropo, dum ait: *Mulier pulcra, & fatua*, quasi circulus *aureus in naribus suis*. Cuius loci interpretationem continent, quae sequuntur verba: *Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo*. Septuaginta: Corrupta est disciplina tua cum decore tuo. Vtramque lectionem interpretatur Hieronymus: Dum plus vis esse, inquit, quàm conditus es, & magis sapere, quàm à Deo acceperas; etiam id perderes, quod habebas, & pro pulcritudine, atque doctrina, deformitas te, & stultitia possideret. Haec ille. Hebraicè verò habetur שחת fichata, quod verbum corrumpere, perdere, delere significat, vt apud Oseam: *Perditio* שחתך fichethcha *tua Israël*, vel corrupit te Israel, nempe virulus iam memoratus, quia nisi hic fuisset, in me fuisset *auxilium tuum*. Sed melius R. Selomon: Corrupisti te ipsum Israël. Targhum: Quando corrumpebatis vos domus Israël opera vestra, dominatae sunt vobis gentes: & quando reuertebamini ad legem sermonis mei, fui in auxilio uestri. Quare uerti posset noster textus: corrupisti sapientiam tuam, על ghal super, uel propter decorem tuum. Aptissimè redderet Hispanica phrasis:

Vulgata nostra versio vindicatur à calumnia. *Forster. in diction. Hebra.*

Vox latina peccare vnde dicta.

Cic. Acade. quaest. & 3. de of fic.

Cic. de amicitia.

Peccatum Latina vox rei naturam aptissimè repraesentat.

Iere. 2. ℣. 13.

Iere. 3. ℣. 1.

1. Ioan. 3. ℣. 4.

Quid superaddat iniquitati peccati commemoratio.

Scholiast.

Polychron.

R. Chimchi.

Theodor.

P. Pradus c. 10. ℣. 14.

Iusti potestatem habet calcandi supra illum Cherubinū, cui diuinam gloriam ferre datum fuerat. Vbicumque peccati reatus, ibidem damnationis poena incurritur.

Hieron.

2. Cor. 12. ℣. 7.

Iudicium superborum quare vocetur à Paulo iudicium diaboli.

Theodor. Apollin.

Polychron.

Quantū dissonet à pulcritudine superbia; & quomodo illam perdat. *Prou. 11. ℣. 22.*

Hieron.

Ose. 13. ℣. 9.

R. Selomo. Targhum.

phrasis: te esuanneciste con tu hermosura: dicitur enim eadem voce vana, quasi inanis cerebro, & elatus pulcritudine. Quanta autem damna pariat proprij decoris nimium studium, eleganter tradit Tertullianus: Nam etsi, inquit, accusandus decor non est, vt felicitas corporis, & diuinae plasticae accessio, vt animae aliqua vestis vrbana; timendum tamen est, vel propter iniuriam, & violentiam spectatorum: quae etiam pater fidei Abraham in vxoris suae specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutem contumelia redemit. Nunc non sit timenda dignitas formae, vt nec possidentibus grauis, nec apparentibus exitiosa, nec coniunctis periculosa, nec expositа tentationibus, non circumdata scandalis existimetur? Haec ille. Quae mirificè confirmat Apollinarius, ad diabolum dicens: Superfluo studio decorem tuum abiecisti. Vel, vt ait Polychronius: Diligentia tua, & prudentia coarguetur, amissa etiam gloria. Haec ille. Sapientiae verò perditae meminit Vates, propterea quod omnis gloria Tyrij, immo & angeli nomine Cherubini comprehendebantur, cuius quidem nominis meritum amissa sapientia perdebatur; nec huius nominis tantùm iactura facit superbia, sed & totius gloriae. *Gloriam* enim, ait Sapiens, *sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia*. Quod probant sequentia: *in terram proieci te: ante faciem Regum dedi te, vt cernerent te*. Hieronymus: In terram proiectus es, qui ante habitabas in monte Dei. Proiectus es autem in cospectu omnium Regum, vt tuo terrerentur exemplo: vel bonorum Regum, quorum cor in manu Dei est: vel malorum, quorum regna ostendit diabolus Saluatori: qui occurrerunt Regi Babylonio, dicentes: Et tu captus es, sicut nos: atque inter nos reputatus es. Quibus verbis hoc innuit Hieronymus, quod multis placet, nempe sequentia omnia de Rege Tyri sine vlla allegoria dicta. Verùm Graeci adhuc in eodem, quem persequuti fuerant, persistunt tropo. Nam Apollinarius: Magna enim, inquit, simul à Deo erat auersio honestiorum, & praestantiorum inuidia, & aduersus hominem similem insidiarum plena nequitia. Quapropter non est amplius habitus dignus mundorum familiaritate, qui caeli nominantur. Lapsus igitur in terram est, in terrae inquam finitimum aërem: nam & ita in caelestibus esse dicuntur, quippe qui nostram habitationem non parum superent. Polychronius: Illud verò: *In terram proieci te*, ad illius existimationem dixit: & illud, *ante faciem Regum dedi te*, hoc est, inquit, vt apud quos fuisti gloriosus, eisdem sis ridiculus. Origenes: Proiectus, inquit, in terram, proiectus è caelis, quorum exemplo & vmbrae ministrabant, qui in tabernaculo seruiebant. At idem Apollinarius, qui suprà, subdit: Tamquam de typico loquens principe, declarat eum, qui caelestibus copijs praerat, dedecore affectum ob elationem. Hieronymi sententiam probare videtur idem Apollinarius, cum addit; *in terram proieci te*, quasi dicat, praestantiam tuam perdidisti ita, vt nihil à ceteris differas, nulla re cuiuis de populo praestes. Haec ille. Quibus meritas delicti poenas ostendit. Qui enim, dum reliquis praeesset elatus, non potuit se in officio continere, ab eo deiectus, atque in subditorum numerum adscriptus, nulla alia re socijs antecellit, quam perpetua infamiae nota.

In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuae polluisti sanctificationem tuam. Duo tantùm huius periodi verba interpretatione videntur indigere, cùm reliqua satis suprà sint explicata. Eorum alterum est, *polluisti*; alterum, *sanctificationem tuam*. Illud Hebraicè habetur חללת chilalta, à radice deductum חלל chalal. Hoc verò מקדשיך michdasecha, à radice קדש chadas. Sunt autem haec duo verba significatione omnino aduersa: illud enim significat vim pati, profanari, vehementer dissolutum esse, dolere, seu excruciari. In psalmo: *Cor meum* חלל chalal, *conturbatum est intra me, sicut vmbra, cùm declinat, ablatus sum*. Cor meum, reddit Hieronymus, vulneratum est intrinsecùs; vel vt alij interpretantur, in medio mei. Quasi verò prae lethali vulnere iamiam deficere incipiat; haud secus, quam vmbrae, deficiente iam Sole, deficiunt. Vel, cor meum profanatum est, *dereliquit me*, dicit in alio psalmo Propheta. Ex quo fit, vt quasi vmbra deficiam: Significat enim hoc verbum, commune facere, sicut transtulit Hieronymus aptissimè in Deuteronomio: *Quis est homo, qui plantauit vineam, & necdum* חללו chillelo, *fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat?* Hebraei violauit, profanauit, ad verbum redderent, hoc est, vindemiauit eam. Respexisse videtur haec phrasis ad ritum Leuitici, quo cauetur, ne ante annum quinctum fructibus arborum, aut vinearum consitarum vesci liceat; sed tribus annis pro immundis habeantur, quarto sint Domino Deo sacri, quinto demum profanabantur, hoc est, licebat cuiuis illis vesci. Hinc fit, vt mulier prostituta, nomine ex hac radice deducto appelletur in Leuitico *scortum*, וחללה vechalalah, *& vile prostibulum non ducent vxorem*: sic enim nuncupabatur non tantùm, quia communis, sed quia immunda, profana, abominabilis. Quae omnia vno verbo complecti voluisse videtur superbus ille Pharisaeus, Christi Domini calumniator, dum diceret: *Hic si esset propheta, sciret vtique, quae, & qualis esset mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est*. Hinc fit, vt hac voce significetur, quod interdictum omnino est, quod non licet, quod non fas est; vt in Genesi, confidenter loquens ad Dominum Abraham: *Absit*, inquit, חלילה לך chalila lecha, *à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio*. Et iterum loquentes filij Iacob seruo Ioseph, illos furti accusanti, *responderunt, quare sic loquitur dominus noster:* חלילה chahila, absit, *vt serui tui tantum flagitium commiserint*. Verùm huius verbi tunc plenè cognoscetur natura, cùm subsequenti comparabitur. Significat autem קדש chadas sanctum, seu sacrum esse, consecrari, hoc est, à communi, & profano vsu segregari, & destinari in vsum sacrum, vel diuinis vsibus accommodari, hoc est, ad Dei cultum, & ministerium. Quod quidem frequenti vsu ita receptum est, quamuis propriè verbum hoc communiorem significationem sortiatur, nempe in aliquem peculiarem vsum, siue sacrum, siue profanum destinari, & à communi vsu segregari. Quare & in malam partem solet nonnumquam vsurpari. Quorum exempla passim occurrunt in sacris. De priori significato videre est in Exodo: *Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit sanctum sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur*. Vel vt ex Hebraeo reddunt, omne quod tetigerit altare, sanctificabitur, hoc est, erit sanctum Domino, segregatum quamuis prius fuerit profanum. *Ista est lex hostiae pro peccato: in loco, vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino, sanctum sanctorum est. Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur*. Et est sensus iuxta Hebraeos: Omne

Quae damna pariat nimium propriae pulcritudinis studium. *Tertull. lib. de cultu femin.* *Gen. 20. ¥. 2.* *Apollin. Polychron.* *Prou. 3. ¥. 35.* *Hieron.* *Prou. 21. ¥. 1.* *Matth. 4. ¥. 9.* *Isai. 14. ¥. 10.* *Apolinar.* Terra aliquando pro aëre accipitur terrae finitimo. *Polychr.* *Origenes.* Qui alijs praelatus superbit, à dignitate cadens, nulla alia re subditis antecellet, quam ignominiae nota.

Polluisti quid significet. *Psal. 108. ¥. 22.* *Hieron.* *Psal. 37. ¥. 11.* *Hieron. Deut. 20. ¥. 6.* Cõmunem facere, vel violare vineam quid significet. *Leu. 19. ¥. 24. & 25.* *Luc. 7. ¥. 39.* *Genes. 18. ¥. 25.* *Gen. 44. ¥. 7.* Sancti quid dicatur. *Exo. 29. ¥. 37.* *Leu. 6. ¥. 25. 26. & 27.*

XVIII.

Universidad de Deusto Biblioteca

ne comestibile, quod tetigerit eas carnes, erit similiter sanctum. Sed contextui magis conuenit, vt de omni comedente sit sermo, quicumque comederit de carnibus eius, sanctificabitur. O quanta his locis continentur monita salutis sacerdotibus nostris; immò & toti populo Christiano, comedentibus, non solàm contingentibus carnes immaculati agni, pro peccatis in cruce oblati, Christi Iesu. Sed haec perpendenda potius legenti, quam nobis hoc loco pertractanda videntur. Ad institutum ergo nostrum venientes, ex hac radice deducitur nomen מקדש michedas, quod sanctuarium significat, domum nempe, in qua vel reponebantur, vel peragebantur sacra: uel significat locum munitum, praeparatum, & segregatum; quae omnia explicantur in Deuteronomio: *Introduces eos, & plantabis in monte haereditatis tuae, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuae.* Quare hac eadem voce significatur palatium Regis, iuxta R. Dauidis sententiam, quia erat quasi sanctuarium, quod non ingreditur nisi notus; vel potius, quia sanctificatus, custoditus à militibus, & seruis: quare & refugium, seu asylum dicitur. quomodo interpretantur illud Isaiae: *Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël.* R. Dauid: Sunt qui exponunt, inquit, *sanctificationem*, hoc est, locum, quo confugiant, nempe tamquam ad asylum, vel munitissimum palatium, castellum, vel arcem. Cui consonat R. Abrahami sententia: & sensus huiusmodi elicietur: Erit *duabus domibus Israël*, quarum altera defectionem parabat, coniurationi intenta; altera spectabat auxilium, & opem mox affuturam à Domino: huic ergo erit Dominus in refugium, tutissimumque palatium, quo nulli hostium patebit vmquam ingressus; illi verò coniuratorum factioni in petram scandali. Quae si ad Christum Dominum referas, concinnam loci interpretationem percipies. *Positus est* enim, inquit Simeon, *in ruinam* Israëli terreno, peruersè coniuranti, & dicenti, *dirumpamus vincula eorum, & proïciamus à nobis iugum ipsorum.* Caelesti vero Israeli, hoc est, *ijs, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt; in resurrectionem*, à communi, mortalique vita; in sanctificationem aeternae vitae. Sed magis clarè patet huius vocis notio apud Amos, dicente Amasia ad eundem Amos: *In Bethel non adijcies vltrà, vt prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est*, vel palatium Regis est. Nam R. Dauid, & R. Abraham de eodem intelligendum putant & sanctificationem, & domum regni; quasi dicat, quia hanc vrbem sibi sanctificauit, siue segregauit sibi Rex, vt habitet in ea. His ergo sic statutis, facilis erit loci huius sensus. *In multitudine*, siue propter multitudinem, *iniquitatum tuarum*, loquitur de omni peccatorum genere, *& iniquitate*, iniustitia, siue etiam omnia peccata intellige, quibus replebatur commercium, *negotiationis tuae, polluisti sanctificationem tuam*, hoc est, palatium tuum. Vel sensus est, Regia vrbs tua, quae quasi sanctum quid asseruabatur ab omnium inimicorum ingressu, nunc tamquam quid profanum, & commune omnium inimicorum incursibus patebit. Vel quod prius sanctum, purum, immune asseruabatur à te, pedibus inimicorum vt assolet, sordescet, polluetur, atque foedabitur. Vel tandem, quod olim vt sanctum quid magnificebat, amore, ac laude effere-

De sanctitate sacerdotis Christiani.

Exo. 15. ℣. 17.

R. Dauid.

Isai. 8. ℣. 14.

R. Dauid Iso. radic.

R. Abrah. in comment.

Luc. 2. ℣. 34.

Ps. 2. ℣. 3.

Ioan. 1. ℣. 13.

Amos 7. ℣. 13.

R. Dauid in lib. radic. R. Abrah. in comment.

Variae interpretationes loci.

batur omnium, nunc pollutum, & conspurcatum abijcietur, atque spernetur. Cuius quidem facti non tam Deum vindicem, aut milites, Dei ministros, auctores assignat, quàm ipsummet Tyrium, vtpotè qui multitudine iniquitatum suarum Deum quodammodo impulerit, vt sententiam damnationis ferret. Milites verò infida, atque iniqua negotiatione prouocauit, vt de superbo Rege vindictam sumentes, eius palatium prosternerent, ac omnia bona eius publicarent, quasi in debitam omni iure poenam criminis laesae diuinae maiestatis. Quam quidem interpretandi rationem, non solùm huic perobscuro Ezechielis textui lucem allaturam speramus, sed & omnibus, qui quamplures sunt, alijs, quibus haec duo verba reperiuntur simul. Qualis est ille, quem non longè interpretabamur, nempe: *& eieci te de monte Dei*, verbum ex verbo reddi posset, & pollui, vel profanaui te à monte sancto Dei. Et superius interpretatus est alium locum Pradus: *Quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum*. Hoc est, deiecta fortissimorum militum audacia, palatia eorum, quae tamquam sanctuaria ab eisdem tutissimè custodiebantur, atque defendebantur, iam nullo defendente, excursionibus militum, atque horum, & aliorum quorumcumque iniurijs patebunt. Quae quidem omnia Tyrij principis damna, quae sibi elatione, atque auaritia, & inde exortis infinitis scelerum monstris, adsciuit, & passus est, ad quemcumque iniquè agentem transtuleris, non dubium, quin à peruerso iniquitatis tramite retrahatur, tantorum malorum timore perterritus. Theodoretus adhuc putat haec Tyrio conuenire non posse: Iste autem, inquit, de quo nunc loquimur, quando vnus sanctorum archangelorum erat, omnis sanctificationis erat particeps, sed ipse profanata sanctificatione, vsus mala negotiatione, maioraque expetens, etiam concessis sibi bonis excidit; & hoc itidem ut pateretur homo, auctor fuit. Ille enim secundum imaginem Dei quoque factus, blandis ipsius uerbis deceptus, cùm concupijsset deum se fieri, illud etiam, quod erat, imago scilicet Dei, amisit. Haec ille.

Peccator suae damnationis auctor potius, quàm iudex, aut ministri.

Sup. ℣. 16.

Hier. Pradus cap. 7. ℣. 24.

Exemplo damnationis Tyrij retrahentur à similibus excessibus eiusdem sectatores.

Theodor.

Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram. Duplici quidem inuoluitur difficultate locus praesens: figuratam enim locutionem continere, nulli potest esse dubium. Nam qua ratione dicatur producendus ignis de medio principe Tyri, nisi sub alicuius rei symbolo, quae & flammis depasci, easque producere ex se possit? Hanc autem inuestigare ad historiae ipsius explanationem pertinere putamus. Tum demum, quid eo symbolo, uel igne ex uisceribus Tyrij principis producto, significetur, explicare oportebit: quò quid Propheta, uel potius per Prophetam Dominus significare conetur, omnibus legentibus manifestari possit. Et primum quidem sunt, qui putant à Tyrio principe ad Tyrum urbem redijsse his uerbis Prophetam. Quod si uerum fuisset, elegantem allusionem continerent uerba haec. Cùm enim superiori capite urbem naui contulerit, nauibusque fatale quodammodo sit uel naufragio perire, uel incendio conflagrare: prius eiusdem naufragium, perfectissimis orationis coloribus pinxit, nunc uerò eiusdem incendium. Inter quae duo perditionis genera hoc interest, quod naufragium concitatur ab externis uentorum flatibus, incendium uerò saepe saepius ab internis flammarum ignibus. Illud agitatur extrinsecis fluctibus: hoc intimis lignorum, & mercium

An cum Tyro vrbe, aut cũ eius principe sermo sit praesens, dubitatur.

Hector Pintus putat cum vrbe loqui Dominum.

Quid interfit inter perditionem nauis, si naufragio, aut incendio pereat.

cium conflagrationibus, & tandem, quae naufragio pereunt naues, submersae diu permanent: at quae incendio in cineres redactae, neque alicui vsui, neque etiam hominum memoriae partem aliquam relinquere videntur. Quam autem miserandum sit nauis incendium, vidimus, & non sine commiseratione recolimus nauem quandam Anglicanae gentis, quae miseram, damnationisque aeternae plenam subitam mortem, proficuae Catholicorum seruituti praeferens, diabolica suasione permota, ignem suo tormentario pulueri admouit: vbi cerneres ad crepitum incensi pulueris mare ipsum cõtremiscere, omnes homines, quotquot erant in naui, cum tabulatis volare per aëra, taeterrimo fumo quasi nebula absorptam nauim, & quae illam circumdabant triremes. Non multò etiam post videres totum circa mare, quasi coruos natare semiustos milites: namque qui intra ipsam nauim cecidere; in cineres redacti sunt: ac demum nauim, omni auxilio destitutam, flammis absumendam dimitti. A longe prospectabamus, antennas, funes, malum, igne velocissimè conflagrare. Quid commemorem pretiosas merces, oleum, vinum & alia omnia, quasi stipulam ab igne consumi? Licet enim regressi cum magna militum, atque seruorum copia duces, conati sint ignem aliquando exstinguere, nihil tamen profecere. Obseruaui ego praesens, ipsas maris aquas, quasi oleum igne depasci, eisdemque flammas augeri, haud secus, quam cyclopũ fornacẽ aquis respersam. Quae quidem ideo lubens commemoro, quòd symbola contineant omnia eius calamitatis, quae vrbem comprimit, quando ab interno seditionis igne comburitur. Cuius quidem rei manifestissima exempla reperies quamplurima in vltimo Hierosolymitano excidio, à Iosepho plenè relato. Ex innumeris verò vnicum referam, Iosephum inducens de seditiosis sic scribentem: Illi autem primùm quidem sumptu publico iubebant mortuos sepeliri, cùm foetorem ferre non possent: deinde, quòd non sufficiebant, in valles eos ex muro praecipitabant. Quas circuiens Titus, vbi plenas cadaueribus vidit, altamque saniem tabefactis corporibus defluentem, ingemuit, & extentis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. Et post multa commemorata commiserationis Titi exempla, de seditiosis subdit. Neque enim vel animos affectio mansueta, vel corpora dolor tangebat, quin etiam mortuam plebem quasi lacerabant, replebantque languentibus carcerem. Haec ille. Quibus neque miserabilius quidquam dici, neque atrocius excogitari posse videtur. Et huic similem calamitatem comminatur Deus Tyro, dicens: *producam ignem de medio tui*. Verùm quoniam magis videtur expetere contextus, vt de Rege intelligantur haec verba, quàm de vrbe, siquidem ad Regem loquebatur hucusque, neque vlla ratio est, quae hanc sermonis mutationem suadere possit: ideo an Regi ipsi Tyrio conueniant, videndum est, vel propterea maximè, quòd principis casus, atque ruina vrbis etiam ruinam inducit. Et quidem si in memoriam reuocemus, quae, vrbem alloquens Propheta, sub nauis typo dixerat, nempe: *cedrum de libano tulerunt, vt facerent tibi malum*, inter aliàs eius allegoriae interpretationes hanc vnam conuenientissimam esse diximus, qua malo nauis vrbis princeps significatur. In quam sententiam facilè venient, quotquot legerint locum Isaiae, huic consimilem allegoriam prosequentis. Nam cùm ibi Hierosolymae confi-

Bellum ciuile nauis incendio, hostium incursus naufragio confertur.

Ioseph. 6. belli cap. 14.

Contextus exigit, vt ad Principem fit sermo.

Principis ruinam vrbis ruina sequitur.

Supra cap. 27. ℣. 5.

Malo nauis princeps assimilatur.

Isai. 33. ℣. 21.

nia mari, vel latissimis fluminibus contulisset, subdit: *Non transibit per eum nauis remigum, neque triremis magna transgredietur eum*: hoc est, naues militares magnae, & ad bella promptissimae non poterunt vlla ratione infestare Hierosolymam. Cuius rationem mox subdit: *Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos*. Hanc autem Domini protectionem tantam dicit allaturam securitatem, vt è medijs periculis erutam, non solùm ab incursionibus hostium, siue etiam procellarum fluctibus nauem suam vindicet Dominus, verùm etiam victricem eam, tantam spoliorum copiam diuidere permittat, vt claudis quoque bona eorum pars non desit. *Laxati sunt funiculi*, praesidiarij milites *tui*, qui principem protegunt, tuentur atque confirmant, haud secus, quàm funes malum. *Sic erit malus*, princeps, dux aut Rex *tuus*, *vt dilatare signum non queas*, tantis periculis sibi etiam timens princeps, ita nutabit, vt neque velaventis, neque vexillum militibus expandere possit, vtrumque enim significat vox illa *signum*: prout suprà probauimus, & tamen, *tunc diuidentur spolia praedarum tuarum*: etiam *claudi diripient rapinam*. Ex quibus manifestè probatur, malo principem intelligi, ex cuius medio ignem producendum comminatur Deus: respiciens fortè ad parabolam Ioatham. Hic enim alloquens viros Sichem, enarrat illis quasi fabulam quandam de lignis, siue arboribus, deferentibus sui dominij principatum, ac regnum oliuae, ficui, & viti, quibus proprij, priuatique status, fructus, vtilitatesque Regiae pompae, & sollicitudini praeferentibus, dominatumque renuentibus, arbores tandem omnes, siue *ligna omnia* dixerunt ad rhamnum: non quidem arborem, sed dumetum, non fructiferam, sed inutilem, non pulcram, sed horribilem, spinosam, & omnibus humanis vsibus, praeterquam ignibus, infructiferam: *Veni & impera super nos*. *Quae* superbè satis *respondit eis, si verè*, non autem simulatè *me Regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite*. Rhamnus cùm careat folijs, quibus obumbrare possit, & tam sit humilis, vt vix à terra erigatur, lacertis, serpentibusque tantùm permittat ingressum; tamen tam arroganter de se praesumit, vt ipsas cedros libani, abietesque celsissimas sibi submittere non dubitet, quò propriae elationi, ac commoditati inseruiat. Quibus quidem duobus atrocissimis principis superbiae, & auaritiae sceleribus refertum iam satis vidimus Tyriorum principem. *Si autem*, inquit rhamnus, *non vultis, egrediatur*, non tantum optantis, sed modestiam insimulando comminantis est, egredietur *ignis de rhamno, & deuoret*, pro, & deuorabit vos omnes, etiam celsissimas quasque *cedros Libani*. Iam ergo clarè patet, quòd primùm tractandum proposuimus, quomodo è lignis ipsis ignis elici facilè possit. Ignis enim, inquit Plato, calorque, qui alia gignit & regit, ipse ex latione, frictioneque efficitur. Et Chrysostomus varia ignium genera commemorans, alius, inquit, qui ex terra: est enim saepe eiusmodi ignis, qui è terra editur, sicut fontes aquarum: alius, qui fit ex collisis lapidibus; alius qui est in comis arborum, quae ipsae quoque colliduntur. Quibus sic stantibus, facilis est loci intelligentia. Si enim Rempublicam siluae compares, eiusque principem praealtae cedro, superbiae flatibus actae, si commercij, atque negotiationis studio collidi intelligas, statim discordiae ignem accendit,

Diuina protectio, & fauor non liberationem tantùm à periculis hostium, verùm etiam cum victoria vberem spoliorum copiam pollicetur.

Funiculis tenentibus malum conferuntur praesidiarij principis milites. *Supra cap. 27. ℣. 7.*

Iudicum. 9

Priuatae vitae fructus Regiae pompae praeferendus.

Ibid. ℣. 14.

Inutiles viri principatum ambiunt, alii respuunt.

Plato in Theaeteto.

Quomodo ignis eliciatur ex lignis *Chrys. hom. in ps. 134.*

Quomodo superbiae flatibus, & auaritiae collisione accendatur ignis, principem cum Republica deuorans.

Universidad de Deusto Biblioteca

accendi, & cedrum cum silua in cineres redigi facilè posse, nullo negotio cognosces. *De medio* autem, hoc est, de corde eius accendendum hunc ignem dicit: *de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta*: quibus tamquam instrumentis diuinae vltionis vtitur ipse Deus ad perdendum peccatorem. Quare Theodoretus: Tuis sceleribus, inquit, quasi materia vtar ad inferenda tibi supplicia. Verùm multò magis hic locus illustratur ex alio Isaiae, quem citat Hieronymus: *Ecce*, inquit, *vos omnes* peccatores *accendentes ignem*, vel accensores ignis: quasi dicat, non ego vobis exitio fui; numquam interitum vestrum concupiui; neque vobis voluntate mea incendium comparaui, uos, uos, inquam, accenditis ignem, qui ueluti ex officio omnibus uestris studijs, cogitationibus, uerbis, atque operibus ignem uobis ipsis excitatis, qui uos flammis sempiternis exuret: *accincti flammis*, uel laqueis flammarum, aut igneis uinculis: ut bene notat ex Hebraeo Foreirus. quod aptissimè interpretatus est Vulgatus: *accincti*, inquit, hoc est, constricti, uel colligati, *flammis*, laqueis inferni flammarum, uel ignium. Quid enim aliud, si attentè perpendas, peccans homo facit, quàm ut ignem illum aeternum in seipso accendat: ac se ipsum igneis illis laqueis constringat, quibus & daemones, & damnati omnes in inferno colligati detinentur, atque cruciantur; cùm statim, atque assensum peccato praestat, eisdem ignibus aeternùm cruciandus deputetur? Ex quo fit, vt omnium praesentis vitae calamitatum ignis, interiora eius, atque exteriora depascat. Quod intellexisse etiam Rabbinum admirationi est: ait enim Dauid Chimchi: *Producam ignem de medio tui*, hoc est, peccatum tuum consumet te, deuorabit te, atque in cinerem rediget, non secus atque ignis combustibilia solet in cinerem reducere. Idemque Apollinarius testatur: Nostra enim, inquit, scelera sunt causa supplicij, prout ad homines dicitur: Incedite super flammas, quas excitastis. Quibus verbis respexisse videtur Apollinarius ad verba Isaiae, quae proximè sequuntur post ea, quae paulò ante attulimus, quibus cum irrisione insultat aduersus flammarum accensores Propheta, dicens: *Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis*: quasi dicat, miseros, & infelices vos, qui in igne succendendo laborastis, cuius nullus est vsus; est enim ignis comburens, non illuminans, consumens, non fouens, & vt ait Remigius, incinerans & non purgans. Quare subdit Propheta noster: *Et dabo te in cinerem super terram*. Theodoretus: Hoc vtrique conuenit, & ei, qui operatus est malitiam, & ei, in quo id factum est, Tyriorum Regi; vtrique enim illati sibi supplicij praebuerunt occasiones. Haec ille. At Petrus Apostolus accuratiùs multò peruersi angeli damnationem, eiusque catenas enumerat, dicens: *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos*.

Et dabo te in cinerem. Theodoretus: Et hoc item vtrisque conuenit. Etenim homo in sua terra lapsus, puluis factus est, & diabolus, qui orbi terrarum imperare videbatur, à Deo, & Saluatore nostro euersus, cineris instar ab impijs conculcatur. Hieronymus. *Et dabo te in cinerem*: vt omnia, quae super aedificasti, malae conscientiae tuae ignis absumat. Qui cùm debueras requiescere in sabbato, & nequaquam opus facere seruile, ligna in sabbato collegisti: vt haberet ignis, quod in pectore tuo deuoraret incendio. Quae Hieronymi verba mysticè accipienda sunt: neque enim Tyrius obligabatur lege sabbati, neque etiamsi obligaretur, in pectus suum ea inducebat conflagranda, nisi quatenus legem transgressus, culpae reatum incurreret, aeternis ignibus depascendum. Subdit verò Hieronymus perutilem perpendenti interpretationem: Perdet quoque, inquit, omnia mala opera conuertens in cinerem, vt ignis noxius penitus exstinguatur. Quasi dicat Hieronymus: Cùm iniquitatis succensus ignis non solum ei, qui illum succendit, noxius sit, sed etiam alijs quamplurimis nocere possit: aliorum prouida diuina clementia, permittit omnia succensa consumi, atque in cineres redigi, vt ignis deficiente materia, ignis quoque deficiat. Est enim tenacissimus, ac fermè inexstinguibilis ignis hic. Vnde Ecclesiasticus ait: *Anima calida*, affectibus, inquam, subiacens, qui *quasi ignis* numquam satiantur, *non exstinguetur, donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis suae*; hoc est, pessimus ille, quicumque sit, qui explet omnia, quae expetuntur à carne sua: neque enim Graecam lubet sequi lectionem, quam ad libidinis tantùm affectum trahunt nonnulli, sed eam cum nostra, ad omnes corporis affectus extendimus: id enim significat, *in ore carnis*, hoc est, in omni eo, quod ore petit caro. Quam phrasim explicat Hispana apedir de boca, hoc est iuxta omne, quod lubet, aut petitur, *non desinet, donec incendat ignem*, quem describit Isaias: *Et erit*, inquit, *lumen Israël*, illuminans Israëlem Deus, *in igne* comburente Assyrios, *& sanctus Israël in flamma: & succendetur, & deuorabitur spina eius*, qua pungebatur Israël, vt mox uidebimus, *& vepres in die vna, & gloria saltus eius*. sic vocat milites, hastis saltum referentes, uel principes exercitus, ut suprà ostendimus, *& carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur*. Verba autem illa, *ab anima vsque ad carnem* prouerbialiter intellige: hoc est, penitus: nisi malis ad altiores sensus uenire, atque intelligere inimicos, & hostes amicorum Dei, animo & corpore exurendos ab aeternis inferni ignibus, quos suis sceleribus, dum hanc uitam uiuerent, accenderunt.

Et dabo te in cinerem super terram, hoc est, non permittam cineres incendij tui occultari: sed eos diu super terram manere praecipiam *in conspectu*, uel ut ex Hebraeo uerti potest, in oculis, uel oculis *omnium videntium te*. Hebraicè ראיך roecha, à radice ראה raa, quae uidere significat non tantùm oculis corporis, sed etiam animo, ut apud Ieremiam: *Videte verbum Domini*, hoc est, audite, & intelligite; atque figuratè etiam accipitur, pro experiri, aut sentire. Nam apud eundem Ieremiam, ubi nostra vulgata legit: *Non timebit, cùm venerit aestus, & erit folium eius viride*, ex Hebraeo reddunt: non uidebit, si uenerit aestus. Quare sermo hic latiùs patebit, quàm uerba sonare uidentur: cineres enim, hoc est, incendij monumentum aeternùm mansurum praedixit Dominus, ut uideri, seu potiùs mente euolui possit ab omnibus uiuentibus super faciem terrae, ex tunc, usque ad nostrum hoc saeculum; & ex hoc, usque ad finem saeculorum. Propter hunc enim finem & Deus praecepit Ezechieli, ut huiusmodi incendium Tyrij, scriptis, & memoriae mandaret, ac propter eundem ego meorum superiorum iussu, quod tamquam Dei oraculum suspicio, idem ipsum interpretandum suscepi. Probantur autem, quae diximus, manifesto Petri testimonio, de consimili euersione dicentis:

Et ciui-

Matth. 15. ¥. 19.

Theodor. Sceleribus peccatoris vtitur saepe Deus, tamquam materia perditionis eiusdem peccatoris.

Hieron. Isai. 50. ¥. 11.

Foreirus.

Peccans homo ignem inferni in se ipso accendit, & sese eiusdē ignis laqueis constringit.

R. Dauid Chimchi.

Apollinar.

Isai. 50. ¥. 11.

Remig. super ps. 78.

Theodoret.

2. Petr. 2. ¥. 4.

Theodor.

Hieron.

Malè operantes ignibus consumit Deus, ne sibi & alijs noceant.

Eccl. 23. ¥. 22.

In ore carnis quid significet.

Isai. 10. ¥. 17.

Ab anima vsque ad carnem, hoc est, penitus.

Monumenta incendij Tyrii aeternùm mansura in aliorum exēplum praedicit Dominus.

Videre non tantùm est oculi, sed & animo tribuitur.

Ierem. 2. ¥. 31.

Ierem. 17. ¥. 18.

2. Pet. 2. ℣. 6. *Et ciuitates Sodomorum, & Gomorrhaeorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens.* Quare sequitur.

XIX. Videre pro cognoscere. *Omnes, qui viderint te in gentibus, obstupescent super te.* Verbum etiam videndi, quod in Hebraeo hic ponitur, potius ad animum pertinet, quàm ad oculos, ita vt sensus sit: omnes, qui cognouerint, vel intelligent *te*, hoc est ruinam tuam, & vnde excideris. *in gentibus*, Hebraicè בעמים baghamiim, quae quamlibet congregationem significat, prout redditur à Vulgato apud Oseam: *Noli*, inquit, *laetari Israël, noli exultare, sicut populi*. Et apud Nehemiam: *Et dedisti eis regna & populos:* Cumque in praesenti formam dualis retineat, duplicem populum, seu duplices gentes significabit, nempe, vel, proprium Tyrianum populum, & exteros, vel quod magis placet, praesentes; eos omnes populos intellige, qui ea tempestate viuebant, & futuros; nempe, qui postea vixerunt, & post nos viuent, ad quorum aures peruueneris, omnes, inquam, *obstupescent*. Ad illos tantum sermonem retulit Theodoretus, dicens: Qui enim adhuc tibi seruiunt, idolorum euersionem cernentes, eorumque delubra penitus euersa, cum moestitia degunt, animum despondentes, & continenter dolentes. Verùm ad exteros referre videtur Vulgatus, dum, *in gentibus* scribit, hoc est, inter gentes *obstupescent*, שממו samemu, quod verbum, desolare, dispergere, obstupescere significat: & sensus est, praenimia animi consternatione stupescent. Inuenitur enim haec vox apud Danielem: *Et erit in templo abominatio desolationis*. Quem locum ad verbum citauit Christus Dominus apud Matthaeum, & Lucam, tẽplum vocans locum sanctum. Eundem interpretatur R. Dauid, & super extensionem abominationis משמם mesomem obstupescere, admirari, vel desolare faciens, hoc est, desolantem, vel ad stuporem adducentem stupendã desolationem intellige. Cuius modi est haec Tyrij desolatio stupenda.

Ose. 9. ℣. 1. Nehem. 9. ℣. 22. Theodor. Obstupescere quid significet. Dan. 9. ℣. 27. Matth. 24. ℣. 15. Luc. 2. ℣. 20. R. Dauid.

Duplex loci sensus. *Nihili factus es, & non eris in perpetuum*. Haec vel possunt accipi tamquam verba Prophetae, aut Domini loquentis per Prophetam: vel tamquam populorum, siue gentium, quae stupore percitae dicunt: *Nihili factus es* &c. Priori modo accepisse videtur Hieronymus, siquidem scribit: Omnes conspiciant, & stupescant perijsse Regem Tyrium, & nihili factum esse: non in multis saeculis, quasi dicat non per multa saecula duratura desolatione, sed in vno: vel certè in perpetuum: vt impleatur illud quod scriptum est: *Non parcam* tibi, *& non miserebor*. Haec Hieronymus: qui interpretatus videtur ea verba, quasi ad ipsam vrbem dicta sint; quae quidem vrbs cùm post septuaginta annos reaedificata fuerit, vt ex Isaia suprà probatum est; consequenter oportet locum interpretari, ac si perpetuum dicatur idem, quod saeculum, prout ex Hebraeo expressè colligitur. Verùm si ad Regem tantùm Tyri loquutus intelligatur Dominus, nullam inuoluet difficultatem nostra Latina lectio, quia semel incendijs damnato Rege Tyri, nulla in perpetuum illi fuit spes redeundi ad pristinum statum. Quod expressè affirmat Polychronius, ait enim: Nullam spem habebis reuocationis. Id verò ait: quia Iudaeos puniens, certo, ac definito tempore calamitatem circumscripsit. Haec ille. Quibus insinuat discrimen illud maximum, quod interest inter correctionem filiorum, & flagella seruorum inutilium, quorum illi aeternae felicitati sunt praedestinati, hi aeternis ignibus mancipandi. Huius verò ineuitabilis supplicij rationem assignauerat paulo antè Scholiastes, dicens: Quoniam ita offendisti, vt nulla te paenitentia subeat, necessariò poenas à te Deus ipse repetit, cui iniuriam animi elatione fecisti. Haec ille. Quae omnia tunc perfectè intelligentur, cum allegoricè applicanda, casui & peccato diaboli cognoscentur. Verùm si accipiantur haec verba, tanquam ab hominibus dicta, elegantem inducunt contextum, binae orationis partes: *nihili factus es*. Haec est prior, in qua videntur simul suspicere celsitudinem status, ac despicere profundum casus. Tu qui tam sublimè volaueras, quo altius non posses, tam depressè cecidisti, vt non possis vltra descendere: quid enim altius, quid sublimius diuinitate? & quidem in eam affectandam superba cogitatione te extuleras. Quid verò pressius nihilo; infra quod est nihil, quodque est infra omne quod est? Et quidem inde huc deiectus, *nihili factus es*. Ex quo sequi videtur, humano iudicio, & intellectui necessaria consequentia, *non eris in perpetuum*. Quis enim è nihilo te ad pristinum maiestatis statum reuocare poterit? Et licet fide illustratus intellectus facilè credat, hoc etiam non impossibile Deo, *qui uiuificat mortuos, & vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt*: tamen non propterea Tyrium, siue malis diabolum, à tali casu erigendum putabis: cùm Theodoreto teste, illum omnino euersum iri per haec declarauerit Dominus. Quae quidem omnia Tyrij scelera, & supplicia ideo commemorata sunt, vt hoc asseruato eius incendij cinere mortalium quisque memoriae suae caput assiduè respergat, perpendens sibi etiam comminata eadem supplicia, si eisdem superbiae, ac scelerum gressibus insistat.

In quo differat correctio filiorum à flagellatione inutilium seruorum. *Scholiast.*

Alter loci sensus.

Rom. 4. ℣. 17.

Asseruantur incendij Tyriani cineres, vt memoriae caput eisdẽ respersum ab eiusdẽ scelerum ignibus fugiat.

PROPHETIA CONTRA SIDONEM.

XX. ET *factus est* iterum, vel denuo *sermo Domini ad me, dicens.*

XXI. *Filij hominis pone faciem tuam contra Sidonem.* Theodoretus: Absoluta, inquit, lamentatione Tyri, ad Sidonem transit item finitimam, & breui, quae ipsi quoque euentura sunt, praedicit. Hieronymus: Consequenter autem post Tyrum sermo fit ad Sidonem. Vnius enim vtraque vrbs prouinciae est, & in Euangelio Tyrus, & Sidon pariter nominantur. *Pone* Hebraicè שים seim cum puncto in sinistro cornu, quae uox etiam שום seum solet scribi, & proferri; Significat autem non utcumque ponere, sed arte, cura, & studio; dicitur que tam de membris corporis, quàm de potentijs animae, ob singularem obuersationem, uel in periculum, uel in mortem. Cuius uerbi uim exprimit Dominus apud Amos, dicens: *Et ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum*; quasi dicat: Ego, cuius oculi pleni sunt misericordia, cuius adspicere benefacere est, & misereri; nunc oculos meos studio quodam ponam aduersus eos *in malum*, quod illis inferam, *& non in bonum*, ut aliàs soleo. Vtrumque modum ponendi oculos declarat eodem psalmo Regius Vates: *Oculi Domini* inquit, *super iustos* in bonum, ut illorum commiseratione tangatur, *& aures eius in preces eorum*,

Theodor. Hieron. Ponere faciem, vel oculos super, vel contra aliquẽ, quid significet. Amos 9. ℣. 4. Psal. 33. ℣. 16. & 17.

Universidad de Deusto Biblioteca

rum, in bonum, item, vt illas exaudiat. Chaldaeus enim reddit: & aures eius ad recipiendas preces eorum. *Vultus* Hebraicè פני pane, eadem vox, quae hic vertitur, in faciem, *autem Domini super facientes mala*, in malum, *vt perdat de terra memoriam eorum*. Eadem omnino phrasi vsus est Ieremias: *Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & dispердam omnem Iudam*. Et Habacuc huius faciei in malum effectus illustrat: *Aspexit*, inquit, *& dissoluit gentes, & contriti sunt montes saeculi*, quasi dicat, solo Dei aspectu dissolutae sunt gentes, vel contabuerunt, & montes antiqua saeculorum duratione firmati *contriti sunt*, non valentes minacem eius vultum sustinere, sola Dei facie prospiciente. Significat enim his omnibus locis facies, iram, vel indignationem, quae inflammata facie, ac toruo vultu indicatur: eamque praecipitur Vates contra Sidonem ponere, vt Dei aduersus Sidonem ira cumulatum cor gestu, non solùm verbis ostendat. Quo Vati iniuncto Dominico praecepto, prophetis etiam omnibus, atque concionatoribus nostris ostenditur, quàm sit pronunciationi inuigilandum, curandumque actione exprimere, quae verbis significare conantur. Septuaginta verbum Hebraicum שים scim vertunt in στήριγον stirigon, quod Hieronymus semper transfert in, obsirma. Et Scholiastes: Firma faciem, inquit, cum libertate, etiam contra hos sententiam denuncians. Nam cùm minatus esset, quae suprà dicta sunt, Tyro, descendit ad praedictas illius tributarias, & similia ipsis quoque minatur. Quibus verbis immobilem animi constantiam, quam in prophetis suis exigit Deus, indicari putat Scholiastes: eam, inquam, quae neque periculis terreatur, neque difficultate retardetur, neque laboribus deficiat, neque, non succedento pro votis euentu, à fructus spe deturbetur, aut cadat. Hanc eximiam animi constantiam habuisse vtrumque Ioannem nouimus, & illum, quo *inter natos mulierum non surrexit maior*; qui tam strenuè prophetae munus exercuit (erat enim *plusquam Propheta*) vt non uereretur ipsi Herodi obsirmato vultu dicere: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*; quapropter viram quoque profudit: & hic alter, cuius hodie festa recolimus, qui propter aureum in dicendo eloquentiae flumen Chrysostomi cognomen obtinuit; qui obsirmato vultu publicè, ac priuatè impiam Eudoxiam Imperatricem ad vitae scelera deponenda hortabatur. Quapropter incredibili malorum, & calamitatum multitudine à militibus Eudoxiae confectus, vitam quoque posuit. *Contra Sidonem*. Fuit autem Sidon Tyro foedere iuncta, moribus similis, sceleribus verò simillima. Sita erat ad radices montis Libani, terminans Palaestinam in angulo Occidentis, atque Septemtrionis, promontorio sui litoris, quod scriptura sacra vocat Hor. Nam in Numerorum libro Palaestinae fines describuntur, & inter alia sic scribitur. *Porro ad septemtrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum*; in Hebraeo habetur vsque ad Hor montem: cui insidet Sidon. De vrbis conditore Iosephus, Chananaeo inquit: (fuit autem hic quartus filius Cham, secundi Nöe) quoque filij fuerunt hi: Sidonius, qui & vrbem sibi cognominem

Chaldaeus.

Ierem.44. ℣.11. Habacuc 3. ℣.5.

Studium pronunciationis Euangelicis praedicatoribus suadetur.

Hieron. Scholiast.

Immobilem animi constantiam in praedicatoribus suis exigit Deus.

D. Ioannes Chrysostomus Baptistae similis ostenditur. *Matth.11. ℣.11. Ibi. ℣.9. Marci 6.℣. 18.*

Sidon, & Tyrus vt foedere iunctae, sic vitae, & morum peruersitate simillimae. Sidon vbi sita fuerit.

Numer.34. ℣.7.

Ioseph. 1. antiq.c.6.

A condidit in Phoenice, Sidonem à Graecis vocatã. Haec ille. Distat autem à Tyro Sidon, vt Strabo-ni placet, ducentis stadijs, hoc est, viginti quinque millibus passuum, quoniam milliare octo stadijs exaequatur. De Sidone illustre testimonium reddit idem Strabo. Sidon, inquit, situm habet in pulcherrimo continentis portu; vineis, & cannis mellis abundare tradunt, qui eam nostra aetate peragrarunt; exstareque adhuc in illa antiquorum castrorum vestigia, quae vrbem fuisse munitissimam testantur. Praeferre videtur eam Tyro idem Strabo: ait enim: Post Sidonem maxima, & antiquissima Phoenicum est Tyrus, quae cum illa & magnitudine, & facie, & an-
B tiquitate contendit, multis fabulis celebrata; sed poëtae, quamquam magis Sidonem celebrant, adeo vt Homerus Tyri non meminerit, coloniae tamen in Iberiam, & Libyam, vsque ad loca extra columnas profectae, Tyrum plurimùm extollunt. Quare ambae & nunc, & olim clarae, illustresque exstiterunt. Vtra enim Phoenicum metropolis dicatur, in vtrisque contentio est. Et subdit post multa commemorata de Tyro. Sidonij multarum, atque optimarum artium magistri perhibentur; quod etiam poëta declarat. Ad haec optimi circa Astronomiam, & Arithmeticam philosophi, qui à computatione, &
C nocturna nauigatione initium habuere. Vtrumque enim mercatorium nauale est: quemadmodum Aegyptiorum inuentum Geometria perhibetur, ab agrorum dimensione, quam faciunt, cùm Nilus auctus terminos confundit. Quae ratio ab Aegyptijs ad Graecos emanasse creditur, à Phoenicibus verò Astronomia, & Arithmetica. Haec ille.

Quot stadijs à Tyro distet Sidon.

Strabo lib. 16. Geograph.

Sidonij multarum, & optimarum artium inuentores.

Aegyptij cur primi, & excellentissimi in Geometria sint.

XXII.

Quid interest inter prophetare & dicere.

Et prophetabis de ea, & dices: Haec dicit Dominus Deus. Non est eiusdem significationis prophetare, & dicere, neque tantum differūt, quod hoc verbum possit accipi de rebus praesentibus, ac praeteritis, illud tantùm de futuris, quasi sit praedicere: sed longè aliter inter se dissentiunt. Illud enim, *prophetabis de ea*, Hebraicè sic habetur, והנבא עליה vehinnaba ghaleha, & propheta super eam. De prioris
D vocis origine non concordant interpretes: quidam enim putant deduci à radice בוא bo, quae venire significat, cuius passiua cõiugatio est נבא nibba, quam generaliter putant significare idem, atque rem, quae ventura est, praedicere, seu denunciare: sicut habes in Ieremia, dicente Domino: *Et tu prophetabis ad eos omnia uerba ista*, hoc est, denunciabis eis haec omnia, quae illis euentura praedixi. Sunt qui ideo ex hac radice putant deduci, quoniam Prophetarum minae, vel promissiones tam indubitanter succedunt, ut uideantur uenire facere ea, quae dicunt. Quibus locus praesens nonnihil fauet, qui tertiae coniugationis formam imitatur, cuius est
E propria huiusmodi significatio. Quae si uera sunt, erit his uerbis iniunctum Prophetae, ut uenire faciat super Sidonem ea, quae mox sequuntur. Ex quo colliges, quantus sit habendus prophetis honos, quantumque cauendum ab eorum cõminationibus, qui quasi Deo ipsi similes, quae ore proferūt, euenire faciunt. Vtramque uocis notionem innuere uidetur Dominus, apud eundem Ieremiam dicens: *Et adducam* והבאותי uehibaoti, & uenire faciam *super terram illam omnia uerba mea*, &c. *quaecumque prophetauit*: נבא nibba, venire fecit, vel ventura praedixit *Ieremias aduersum omnes gentes*.

Ierem.25. ℣.30.

Propheta dicitur, quasi venire faciens ea, quae praedicit.

Ierem.25. ℣.13.

Verùm

Universidad de Deusto Biblioteca

Verùm hanc omnem deductionem, tamquam nouam, aut vanam reprehendunt alij, vel ex eo maximè probantes, quòd hoc verbum in vniuersum accipiatur aliquando pro eo, quòd est alterius voluntatem enunciare, vel interpretem agere, prout apparet in Exodo, dicente ad Moysen Domino: *Et Aaron frater tuus erit Propheta tuus*; idemque significat cum eo, quod dixerat illi Dominus: *Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quae ad Deum pertinent*. Ex Hebraeo vertunt: erisque ei pro deo: hoc est, sicut propheta iussu Dei loquitur, quare & os Domini meritò dicitur; sic & ipse loquetur iussu tuo, vel quae tu mandaueris ei. Verùm nisi alia adducatur validior ratio, non debuit priori sententiae talis nota inuri; quoniam saepe contingit, vt voces, quae primaeua institutione certum quid significabant, vsu quodam latiorem recipiant notionis modum; tum vel maximè, quòd praesens locus non conuincit aliam à genuina verbi significatione: quoniam Deus Optimus, ac Maximus suum dilectum Moysem tanto honore dignatus est prosequi, vt deum quendam videretur agere, ad cuius maiestatis pompam necessarium etiam videbatur, medio internuncio vti, ne suo affatu indignos, efficeret eiusdem participes. Quae omnia manifesta sunt contextum perpendenti: ait enim Dominus: Ecce *constitui te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus*. Verùm cùm vterque sensus nihil absonum contineat, de vocum origine aliorum iudicium esto; nos interim silentio non praetereundum duximus, hoc verbum non solùm de ijs, qui primo prophetias edunt, in sacris dici; verùm etiam de alijs, qui eisdem incumbunt, vel canendis ad Dei laudem & gloriam, vel explicandis, atque edocendis ad proximi vtilitatem, & commodum. De primis exemplum est in libris Paralipomenon: *Segregauerunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithun, qui prophetarent*, hoc est, canerent psalmos propheticos *in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum, dedicato sibi officio seruientes*. Eundem videtur sensum prosequutus Paulus, dicens: *Omnis autem mulier orans, aut prophetans*, hoc est, canens, vel legens psalmos, *non velato capite, deturpat caput suum*. Secundam verbi acceptionem definit idem Paulus, dicens: *Sectamini caritatem, aemulamini spiritualia*, hoc est, opera caritatis exercete in proximos; ea autem praecipuè, quae ad spiritum pertinent; *magis autem, ut prophetetis*. Et post pauca subdit: *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem, & exhortationem, & consolationem*. Quare facilè colliges eum, qui hominibus loquitur ad aedificationem, & exhortationem, & consolationem, prophetare. Sicut etiam prophetare dicuntur Apostoli, & ipse Petrus, dum interpretaretur scripturas, quae de Christo erant, vt videre est toto capite secundo in actis Apostolorum. Notat autem Chimchi, hoc verbum efferri tantùm in voce passiua, quod significet recipere à Deo Prophetiam, non excogitare, non adinuenire, non componere, sed recipere à Deo, quod fideliter referat ei, vel ijs, ad quem, vel ad quos mittitur. Reperitur namque hoc verbum in vltima Hebraeorum coniugatione, quam reciprocam possemus appellare, in qua significat quandam sui in se ipsum actionem: atque vt notat R. Elias, ferè tunc semper falsò prophetare significat: nempe ipsomet verbo indicante, falsum prophetam sese ipsum non diuina, sed propria auctoritate ingerere ad prophetandum; vt videre est apud Ieremiam. *Et in prophetis Samariae vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israël*. Et apud Prophetam nostrum: *Pone faciem tuam contra filias Israël, quae prophetabant de corde suo*. Sensus ergo loci erit: *Prophetabis*, hoc est, Dei nomine annunciabis *de ea*, vel ad eam, *& dices*, hoc est, prophetando dices: *Haec dicit Dominus Deus*.

Ecce ego ad te Sidon. Concisa oratio est, maximam insinuans animi commotionem, & iram, carens verbo. Nam quod sequitur: *& glorificabor in te*, longè aliam continet sententiam. Est autem hic quaedam praecisio, seu reticentia, quam vocant, qualis est illa apud Virgilium.

Quos ego. Sed motos praestat componere fluctus.

Et apud Demosthenem. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὑ βούλομαι δὲ τί all'emi men u bulomae deti. At mihi quidem. Sed nolo quidquam molestum, &c. Et Simon ille apud Terentium: Quem quidem ego, si sensero: Sed quid opus est verbis? Et apud M. Tullium: Illud quid sit, iam non queo dicere. Nam quod in C. Marcelli statua &c. Et apud Plautum: Quos ego iam hoc scipione. A. Ah noli &c. Quare cùm verbo careat oratio, subintelligendum videtur verbum, quod contextui conueniat. Hieronymus veniendi uerbum intelligendum putat: Ecce ego, inquit, ad te ipse veniam. Et alio loco Ieremiae mox citando cum Rabano Mauro eandem orationem verbo uisitandi complet, & quidem utrumque, iudicium nempe, damnationem, & uindictam significare consueuit in sacris litteris. Nam Habacuc diuinae ultionis aduentum praedicit hoc uerbo. *Apparebit*, inquit, *in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit*. Quem locum citasse uidetur Paulus: licet enim D. Thomae oppositum uideatur, ipsa tamen repetita uerba conuincunt eundem locum citari. Neque obstat Prophetam dixisse, *adhuc visus procul*; Paulum uerò, *modicum aliquantulumque* &c. Propheta namque audientium more locutus, scribere praecipitur uisionem, quae in futura saecula debuit permanere: Apostolus uerò totum praesentis saeculi tempus modicum appellat, quoniam quasi nihilum computabitur, si cum aeterno conferatur. Hortatur uerò Paulus ad iniuriarum tolerantiam, opprobrijs, & tribulationibus inimicorum supportatis cum magnanimitate & constantia, uel ex eo maximè, quòd iam iam prae foribus sit iudex, qui iustis merita tolerantiae praemia, iniquis uerò digna supplicia largiatur. Alterum uerò uerbum, quod est uisitare, frequentius solet accipi in malam partem: nam punire, multare, castigare, seu uindicare significat, ut uidere est in Exodo. Placatus enim iam aliquantulum Deus propter preces Mosis, ait illi: *Tu autem vade, & deduc populum istum, quò locutus sum &c. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum*: quasi dicat, nunc propter te differam, & in die ultionis ulciscar hoc peccatum. Et apud Isaiam: *Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorũ eius*. At magis praesens locus illustrabitur, si conferatur cum

Saepe voces, quae prima sui impositione certum quid significant, vsu latiorem significandi modum accipiunt.

Quomodo Moses deus Pharaonis dicatur.

Canentes ad Dei laudem prophetias, vel eas ad proximi vtilitatem interpretantes eodem, quo ipsi prophetae, dignantur nomine.

1. Par. 25. ¶. 1.

1. Cor. 11. ¶. 4.

1. Cor. 14. ¶. 1.

Ibid. ¶. 2.

Act. 2. ¶. 14.

R. Dauid Chimchi.

Exo. 7. ¶. 1.

Exo. 4. ¶. 16.

R. Elias. Falsi prophetae qui.

Ierem. 23. ¶. 13.

Ezech. 13. ¶. 17.

Reticentia figura maximam insinuans animi excandescentiam.

Virg. 1. Aeneid.

Demosth. de corona.

Terent. Andria. act. 1. Sc. 1.

Cicero.

Plaut. in Amphitr. act. 1. Sc. 3.

Hieron.

Rabanus Maurus.

Abac. 2. ¶. 3.

Apparere Dominus dicitur ad sumendam vindictam.

Hebr. 10. ¶. 36.

Visitare idẽ significat, quod punire.

Exo. 32. ¶. 34.

Isai. 10. ¶. 12.

Universidad de Deusto Biblioteca

illo Ieremiae, in quo eandem phrasim videre est explicatam antecedentibus, & consequentibus: *Ecce ego ad te*, loquitur autem cum Hierusalem, *habitatricem vallis solidae, atque campestris, ait Dominus: qui dicitis, quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum.* *Ierem.21. ℣.13.*

Rabanus Maurus ex Hieronymo hunc locum interpretans, varias adducit eiusdem versiones: quoniam צור tsur Hebraica vox, quam vallem campestrem reddit vulgatus, consimilis valde est voci צור tsor, qua nuncupatur Tyrus. Vnde magna exorta est varietas. Verùm ipse putat loquutum Dominum contra Hierusalem, quae obsidione vallata est haud secus, quàm Tyrus mari; & Babylonio exercitu Hierosolyma cingitur, & euadere non potest: aut certè, quae se instar petrae durissimae inexpugnabilem putat, atque robustam pro soliditate murorum, & magnitudine; & dicit: Quis terrere nos poterit? *& quis ingredietur domos nostras*; cùm è contrario loquatur Deus: *Ego visitabo vos*, meum euadere oculum non poteritis. Visitabo autem vos in perniciem, & reddam vobis fructum malitiae vestrae, *&* ego *succendam ignem in saltu* vestro, non Babylonius, vt putatis, non Rex Chaldaeorum, sed mea haec omnia ira perficiet. Saltum autem vocat Hierusalem, & omnem circa regionem, quae frugiferas arbores bonorum operum non habet, quòd sit incendio praeparatus; pulcreque vallem appellat campestrem, quòd peruia sit hostibus, & non montem excelsum, qui difficulter ascendi potest, iuxta quod in Isaia dicitur: Visio vallis Sion. Quae quidem omnia Rabani verba ideo me referre posse putaui, quòd eadem ad verbum referat ipse antiquissimus scriptor ex Hieronymo. Continentque praeterea genuinam nostri textus interpretationem, si ad Sidonem conuertatur oratio, quam superba praesumptione, firmissimis turribus, castellis, ac munitionibus confisam facilè conijci potest dixisse, *quis percutiet nos*? quasi vero impunè sibi fore putauerint Sidonij, in vniuersis scelerum monstris debacchari domi, foris autem rapinae, ac latrocinijs intendere. Quod vel ex ipso Sidonis nomine probat Hieronymus, putat enim venatores significare; in cuius rei testimonium locum psalmi adducit, affirmans, vbi nos legimus: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*: in Hebraeo haberi pro *venantium*, Sidoniorum. Quare eorum nomine significari putat eos omnes, qui populum Dei persequuntur, atque venantur. Verùm cùm Sidoniorum vox neque in vllo Hebraeo, aut Chaldaeo codice reperiatur hoc in psalmo, & Hieronymus asseueranter idem pluribus locis affirmet, non leui coniectura ducitur Marianus Victorius, vt credat mutatum Hebraicum codicem ab eo, quem legit Hieronymus; sicut & ex alijs mutatis locis exemplo probat. Ad hoc ergo, qui celsissimum, ac munitissimum collem, tutissimumque portum se habitare putabant, neque à quoquam capi, aut molestia affici posse credebant, fit sermo Dei: *Ecce ego ad te*, non quidem strenuos milites, quos tu despicis, non instructas acies, à quibus te immunem semper fore putas; non, inquam, meas copias mittam aduersum te, sed ego, ego ipse veniam, vindictam sumpturus de te, cui nulla ratione resistere poteris. Neque enim quid magnum capiam, dum te cepero, non montem praecelsum, non collem durissimum, sed uallem campestrem, hoc est, absque eo, quod aliqua vel naturali, vel artificiali munitione impediri vlla ratione possim. Cuius quidem interpretationis vim ipsa Hebraica lectio exprimit: nam quod nostra legit *ad te*, Hebraei legunt עליך ghalaije: praepositio autem על ghal significat idem, quod *ad te*, vt bene reddidit Vulgatus. Verùm significat etiam idem, quòd super, vt in Genesi: *Et tenebrae erant* על ghal *super faciem abyssi*. Et in libris Regum: *Ascendit autem Ionathas* על ghal super *manibus* ועל veghal, *&* super *pedibus reptans*. In qua acceptione concinnam innuit interpretationem: *Ecce ego super te*, viribus inquam, & situ praestans, quid misera facies, vt effugias manus meas? Eleganti phrasi Hispanus diceret, yo tengo la piedra y la questa, hoc est, sum multo superior te. Et quidem id rectè perpenderat Psaltes, Deum his verbis alloquens: *Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos*. Vel vt ex Hebraeo reddunt, consopitus est & currus, & equus. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Habet etiam praepositio על ghal aliam significationem in Numerorum libro, vbi habetur, *& murmurati sunt* על ghal *contra Moysen, & Aaron cuncti filij Israël*. Et in psalmo: *Et principes conuenerunt in vnum* על ghal, *aduersus Dominum* ועל veghal, *& aduersus Christum eius*. Quare sensus loci tunc erit, quasi sint verba Dei omnipotentis, vehementer irati, iuxta nostrum intelligendi modum, prouocantis Sidonem ad singulare certamen, & dicentis: *Ecce ego contra te Sidon*; me tamquam hostem prouocasti, ecce me infensissimum inimicum, & hostem tuum. Cuius rei manifestissimum reliquit testimonium Isaias, dicens: *Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sanctum eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos*; quasi dicat, illi qui tantis Dei beneficijs ornati, immo & cumulati fuerunt, diuinam saepe saepius experti liberalitatem, donorum immemores, & ingrati ab illo nefariè desciuerunt: & petulanti, ac insano cordis affectu in Dei hostes idola libidine insanierunt, quo amantissimi sponsi zelum, iracundiamque prouocauerunt, sanctumque illius spiritum afflixerunt. Si enim aegritudo cadere possit in spiritum Domini, nihil esset quod illam naturam, benefaciendi cupidissimam acerbius afflictaret, quàm illorum contumacia, qui cum benignitate illius certantes, sese ab illius liberali munerum largitione, tamquam indignos subtraherent. Meritò igitur, qui clementiam illius animis obstinatis, & in scelere penitus obfirmatis aspernantur, in iram laesi numinis incurrunt: & qui beneficia ingratè reijciunt, acerbissima supplicia perferent, & perfidiae sempiternas poenas exsoluent. Itaque Dominus repente conuersus ex benigno parente, se grauem eis aduersarium, & hostem praebuit, duroque bello eos persecutus est. Ipse igitur, qui illos praesidio suo texerat, qui hostium impetum ab illis quondam repulerat, qui erat illis vnicum in malis perfugium, & contra omnia pericula tutissimum munimentum, in quo denique solo tota salus, & dignitas gentis illius sita erat, non solùm illam ope sua destituit; sed etiam bellum contra eam pestiferum compa-

Rabanus Maurus super Ierem.

Hieron. Sidonij venatores dicti, & quare. *Psal.123. ℣.7.*

Marianus Victorius in Indice Hieronym.

Nihil est, quod vindici iustitiae diuinae resistere possit.

Saltus quare dicatur Hierosolyma.

Isai.22.

Varie acceptiones Hebraicae praepositionis ghal. *Genes.1.℣.2.* *1.Reg.14. ℣.13.* *Ps.75.℣.7.* *Num.14. ℣.2.* *Psal.2.℣.2.* *Isai.63.℣.10.*

Deus prouocat peccatores ad singulare certamen.

Nihil est, quod Deum affligere ita posset, si affligi posset, ac ab illius largitate se subtrahere.

Deus ex patre in hostem conuersus, quos tuebatur, impugnat.

Quibus copijs armatus Deus aduersus hostes suos belligerat. Sapien. 5. ¥.18. &seq.

comparauit. Cuius quidem principis copias, & arma exornat eleganti oratione Sapiens: *Et accipiet*, inquit, *armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam*, quae meritam exigit vindictam; *& accipiet pro galea iudicium certum*, non dubium; *sumet scutum inexpugnabile aequitatem, acuet autem diram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum*, permotus tam indignis sceleribus praetensae simultatis contra beneficentissimum dominum, pijssimumque parentem; neque potens Dei hostes amplius sustinere, quibus parens erat orbis terrarum, erit & ipse acerrimus hostis *contra insensatos. Ibunt directè emissiones fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient*. Haec quasi mente contemplatus bellici apparatus instrumenta Isaias, otio, ac delicijs indulgentes lacessit, seu potius irridet, dicens: *Pone mensam*. Quid igitur, num est otium ab hostibus? num animus est metu, atque sollicitudine vacuus? quidni? speculator esto vigilans, *contemplare in specula*. Miserum te atque infelicem populum, speculatori tantùm fidis; neque quidquam amplius de congrediendo, aut repellendo saltem hoste cogitas; ecce speculatoris vocem: *Comedentes, & bibentes surgite principes, & arripite clypeum*. Vel vt Hebraea sonant, vngite clypeum; forsan oleo leuis clypeus hostium eludet ictus, & iacula auertet, quibus asperitas viam solet aperire, retenta cuspide. Verùm ò vos miseros, atque infelices, qui non magis diuinae vltionis impetum retardare poteritis, quàm pueruli, papyraceis clypeis depicti potius, quàm armati; qui tamen eorum vnctioni dum fidunt, instructissimi, potentissimique militis aciem non effugere solùm, sed propulsare: non sustinere, sed debellare, ac penitus deijcere posse praesumunt. Quibus omnibus allatis exemplis commonendi sunt peccatores, quo sit odio prosequendum peccatum; cuius est proprium, ex indulgentissimo patre iudicem seueriſsimum irritare, ex liberalissimo Domino hostem acerrimum concitare, in cuius potestate sit, nos haereditate pellere, ac omni bono priuare: quinimmo & qui nos omnibus calamitatibus, summisque malis cumulare pro arbitrio possit. Hic ergo Deus Sidonem, tamquam capitalem hostem ad certamen prouocat, dum dicit: *Ecce ego ad te Sidon*, eiusque exitum praedicit, dum subdit.

Isai.21.¥.5.

Quam sit odio prosequendũ peccatum, quod amantissimũ patrem in durissimum hostem conuertit.

Et glorificabor in medio tui. Ea, inquam, gloria, qua strenuè dimicantibus victoria de hostibus parta solet meritò exhiberi. Quam interpretationem probare videtur Hieronymus, dicens: *Et glorificabor* in te, cùm te interfecero. Consimilem autem sibi gloriam pollicetur Dominus, in Exodo Moysi dicens: *Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius*. Et iterum eadem repetens subdit: *& in curribus, & in equitibus illius*. Quae autem fuerit, aut qualis haec gloria, ipsamet historia commemorat, & carmen, quod Moyses, & filij Israël cecinere: *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare*. Chaldaeus: Cantemus, & laudemus coram Domino, quia magnificatus est super magnificos; & magnificentia illius est, equum & ascensorem eius proiecit in mare. Haec Hiero-

Glorificatur Deus victoria de peccatoribus parta. Hieron.

Exo.14.¥.4.

Ibid. ¥.17.

Exo.15.¥.1.

A nymus. Vel *glorificabor*, quasi dicat, cùm te seueriſsimè puniero, qui tuam vel nouerant experti superbiam, vel eius famam audierant; & meam satis admirari non poterant tolerantiam: iam tunc nomen meum glorificabunt, me subinde iustum compellantes; quòd supplicij dilationem eiusdem grauitate compensauero. A consimili itaque iniquorum calumnia se vindicat Deus in quodam psalmo, cuius praesens prophetia videtur quasi commentarius: ibi enim enumeratis atrociſsimis peccatorum sceleribus, ijs maximè, quae in proximorum perniciem fiunt, quibus refertam fuisse Sidonem mox ostendemus, subdit Dominus, peccatorem in iudicio alloquens:

B *Haec feciſti & tacui: existimaſti iniquè, quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam*. Quasi dicat, cùm ego locum paenitentiae tuis sceleribus praeberem tacens, hoc omnium maximo ea cumulasti, existimans me tui similem: hoc est, me propterea scelerum vindictam non exegisse, quod eisdem, sicut tu delectarer. Verùm ego ampliùs non differam vltionem, iam nunc *arguam te, & statuam*, te, subintelligunt nonnulli: illa scelera, quae commisisti, alij: Chaldaeus verò aliter interpretatur: Arguam te in hoc mundo, & ordinabo gehennam in mundo futuro. Vel *arguam te* & tunc *statuam contra faciem tuam*, hoc est, intelliges,

C quàm maximo odio prosequar peccatum: quàm sim tui dissimilis: mihi enim nihil est, nec potest esse odibilius peccatis; quae tu tanto prosequebaris affectu, ac toto corde diligebas. Ad quam scelerum sedem, nempe ad cor, dirigi videntur diuinae vltionis sagittae; siquidem dicit *in medio tui*. Idem enim est Hebraica phrasi, in medio, atque in corde, & è contra, vt supra probauimus. Vel sensus est: *Glorificabor in medio tui*, ab omnibus tam exteris, quam incolis, quorum omnium inimicitias tuis sceleribus contraxisti. Nihil enim est, tot odia & inimicitias concitans, quot scelerum effrenata licentia parit; Ea enim, tum peculiaribus aduersus proximum factis in-

D iustitiae, rapinae, adulterij, homicidij & odij, vnumquemque offendit, & concitat; tum vel maximè, quia Deo creatore, ac rerum omnium Domino iniurijs lacessito, totus orbis terrarum pugnat pro Domino suo, vt paulo antè vidimus. quare peccatorem omnis creatura maximo prosequitur odio. Ex quo fit vt Deum tunc maximè glorificent, cùm de peccatore vindictam sumit. Congratulantur enim victori, quotquot inimici fuerant eorum, qui superati sunt. Sicut fecisse scribitur Thou Rex Emath cum Dauid. *Et misit*, inquit historicus sacer, *Thou Ioram filium suum ad Regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias agens, eò quòd expugnasset Adarezer,*

E *& percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarezer*. Similem congratulationem, & gratiarum actionem exhibitam Deo commemorat Ioannes propter consimilem, immo verò multo maiorem, & magis glorioſam victoriam partam de Babylone illa magna: *Post haec* enim, inquit, *audiui quasi vocem turbarum multarum in caelo dicentium: Alleluia: Salus & gloria, & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quae corrupit terram in prostitutione sua*. Loquebatur autem Ioannes de ciuitate quadam mercaturae,

Ad cor, peccatorum sedem dirigũtur diuinae vltionis sagittae.

In medio idẽ, quod in corde, apud Hebraeos. Scelerum effrenata licentia odia parit, & inimicitias.

Congratulantur victori debellatorum hostes.

2. Reg.8. ¥.10.

Apocal.19. ¥.1.

Universidad de Deusto Biblioteca

& commercio dedita, qualis erat Tyrus, ac Sidon, vt ex antecedentibus eius verbis patet. Subditque: *Et audiui quasi vocem tubae magnae, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Consimile est quod sequitur in Propheta nostro: *Et scient, quia ego Dominus,* cui debetur honos, ac seruitus: *cùm fecero in ea iudicia*, hoc est cùm debito Sidonem supplicio puniero. Est enim praecipuum Iudicis munus, animaduertere in fontes: ac propterea iudicare saepe accipitur pro eo quod est punire, vel vindictam sumere de reis; vt videre est in libris Regum, loquente Domino aduersus Heli, & dicente: *Praedixi enim ei, quòd iudicaturus*, hoc est, in ruinam, & malum praecipitaturus *essem domum eius in aeternum propter iniquitatem.* Eundem sensum faciunt verba libri Paralipomenon huiusmodi: *Deus noster, ergo non iudicabis eos?* hoc est, damnabis & perdes? Eademque verbi significatione vsus est Paulus: *Fornicatores enim*, inquit, *& adulteros iudicabit Deus*; hoc est, damnabit, in eosque animaduertet. Quam interpretandi rationem percalluit Scholiastes Graecus, siquidem ait: *Cùm fecero in ea iudicia*, hoc est, cum poenas à te repetam eorum, quae vel egisti, vel locuta es. Alius vero Scholiastes: Puniendo, inquit, dominium meum ostendam. Huius autem diuini iudicij, quo glorificatus Deus ipse dicitur in medio Sidonis, testis quidem locupletissimus videtur esse Diodorus Siculus, expeditionem enarrans Mentoris Regis aduersus Sidonem, huiusque miserrimam cladem. Atque cùm Regem non longè Sidone castrametatum commemorasset, Sidonis copias, & bellicum apparatum his verbis percenset. Sidonij armis, telis, rei frumentariae comparandae magnam diligentiam adhibuerant, vrbem fossa triplici, & moenibus praealtis communiuerant. Habebant & militum vrbanorum, qui in gymnasijs, & laboribus plurimùm exercitati, corpore, & viribus firmissimis erant, iustum numerum. Diuitijs verò, & alio quocumque apparatu ceteras Phoeniciae vrbes superabant. Quodque erat maximum, triremium, & quinqueremium supra centum classem comparauerant. Quibus quidem verbis quò magis vrbis opulentiam, & gloriam exaggerasse videtur, eo magis eiusdem miserum interitum commonstrare videtur, post pauca subdens. Sidonij, qui ante Regis aduentum, naues omnes suas incenderant, ne quispiam nauigatione saluti priuatae posset consulere, postquam vrbem, & moenia ingenti Persarum multitudine viderunt oppleta, intra domos cum liberis, & vxoribus inclusi, appositio igni se extenderunt (incenderunt legendum censeo) vt eorum, & qui supplicantes interfecti sunt numerum, quadraginta millium perijsse traditum sit. Haec ille. Quibus non ab irruentium hostium copijs, non ab admotis casu aliquo aliunde flammis, non ab ipso caelesti igne vrbem incensam conflagrasse tradit, sed diuino iudicio ab ipsis incolis, ab ijs inquam, qui mox ignis praeda futuri erant: vt manifestè testatum sit, in ipsis pessimorum ciuium domibus, in quibus scelerum omnium iniquissima tela aduersus Deum ipsum parabantur, ignem accensum ea cum suis opificibus absumpsisse, quo Deus optimus maximus, aequissimus iudex in medio Sidonis glorificaretur, vtpote qui fecerit in ea iudicia iusta.

Ibid. ℣.6.

Indicis proprium munus animaduertere in fontes.

1. Reg. 3. ℣. 13.

2. Paral. 20. ℣. 12.

Hebr. 13. ℣. 4.

Scholiast.

Alius Scholiast.

Diodor. lib. 16. biblioth. cap. 10.

Sidoniorum in praeuenienda obsidione diligentia.

Sidonis exercitus maximus, & robustissimus.

Sidoniorum in retinendo suos à fuga stratagema.

Sidoniorum in suos crudelitas, & interfectorum numerus.

Deus quomodo sit glorificatus in dio Sidonis.

Et sanctificatus fuero in ea. Consimili phrasi vsus est Isaias, qui postquam plurimas calamitates enumerauerat, quibus in scelerum vindictam afflixerat populum suum Deus, in hunc ferè sensum loquitur: Quapropter & infernus immanes fauces solito magis aperuit: amplioremque animam crebrius & vehementius respirando traxit, & praeter modum guttur inflauit, vt horrendo oris hiatu multitudinem eorum infinitam insatiabili auiditate deuoraret. Detrudetur illuc & nobilitatis claritas, & hominum infimorum multitudo, & opulentiae principatus. Hominum fastus concidet: & omnis virorum insolentia deprimetur: oculi superborum grauissima clade percussi, terram moerentes intuebuntur. Et subdit idem Propheta: *Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio: & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.* Quem locum sic interpretatur Hieronymus. Cùm captiuus ductus fuerit populus, quia non habuit scientiam: & interierit &c. tunc *exaltabitur Dominus in iudicio*: cuius prius iniustum videbatur esse iudicium: *& Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.* Quasi dicat Hieronymus, Deum quodammodo trahi ad faciendum iudicium, & iustitiam, vt sanctum nomen suum, ac glorioſum vindicet à calumnia peruersae existimationis. Neque Hieronymi tantùm est huiusmodi hyperbolica locutio, sed & ipsius Dei loquentis per Moysem ad populum, & dicentis: *Custodite mandata mea, & facite ea, ego Dominus*: In Hebraeo habetur nomen Dei ineffabile. Sensus ergo est: Ego sum Deus solus omnipotens, & Dominus, custodite mandata mea, quae prohibent ne quid fiat, & facite ea, quae praecipiunt quidquam fieri: in scholis dicerentur negatiua, & affirmatiua praecepta, *ne* forte facientes oppositum, *polluatis nomen meum sanctum*; hoc est, sitis in causa, quòd nomen meum malè audiat in populo, vel inter gentes, ac si vel *praeceptum* meum non fuisset *lucidum, illuminans oculos*, & *iudicia* mea non fuissent *vera, iustificata in semetipsa*, vel ego non fuissem iustus, qui velim ea custodiri, vel non fuissem potens, cogere vt ita fiat; cùm tamen ego sim Deus iustus, potens, & nomen meum sanctum sit, *vt sanctificer in medio filiorum Israël*; nempe vt cogar, vindictam de vobis sumens, vindicare me ab eiusmodi iniurijs. *Ne polluatis* inquam, vt cogar sanctificare me. Materna lingua explicarem: no me offendais que boluere per mi honrra. Quibus quidem Domini verbis facilè contremiscent ipsa fundamenta terrae, quanto magis *impius*, qui, *cum in profundum venerit peccatorum, contemnit* ea, quasi nihil perpetrasse se putans: Deus tamen non contemnit, quasi nil curans, sed ob proprij nominis gloriam, cuius est zelantissimus, ea omnia, & singula meritis supplicij poenis animaduertet, quo à se ipso offensi calumniam & propellat, & vindicet.

Isai. 5. ℣. 14. Quomodo & quare sanctificetur Deus vindictam sumèns.

Ibi. ℣. 16.

Hieron.

Deus quodammodo trahitur ad faciendum iudicium, vt se vindicet à calumnia simulatoris.

Leuit. 22. ℣. 31.

Psal. 18. ℣. 9. & 10.

XXIII.

Et immittam ei pestilentiam, sanguinem in plateis eius, & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & scient quia ego Dominus. Theodoretus: Quando, inquit, in tranquillitate degens ignorasti me, multis te omnisque generis malis afficiam, fame & hostium caedibus, vt calamitatibus discas esse me Dominum. Haec ille. Verum ea omnia quae de Sidone dicuntur hoc capite, mirificè illustrantur alio Ioëlis: *Verum*, inquit,

Theodor.

Ioel. 3. ℣. 4.

quit, *quid mihi, & vobis, Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palaestinorum? Numquid vltionem vos reddetis mihi? & si vleiscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.* Auersantis animi, atque indignatione pleni sermo est, quo omnes gentes conterminas vonitio, atque inter eas potissimum Tyrios, atque Sidonios reprehendit: quòd aduersum ipsum Deum bella mouere, odia, & simultates tenere praesumpserint; cùm populum Dei persequebantur. Nam vt inquit Hieronymus: Qui persequitur populum Dei, ipsum Deum persequitur, cuius est populus. Quod & manifestius dixit Christus Dominus, persecutorem Christianorum interpellans, ac dicens: *Saule Saule quid me persequeris? qui dixit, quis es Domine? Et ille. Ego sum IESVS, quem tu persequeris. Reddam* ergo *vobis vicissitudinem*, ac retributionum omnium malorum, quae cogitastis facere contra me, populo meo.

Hieron. super Ioël. 3. Qui persequitur populum Dei, Deum ipsum persequitur, cuius est populus. *Act. 9. ℣. 4.*

Pestilentiam Hebraicè דבר deber, cum sex punctis scribitur, significatque pestem, ac mortem. Quoniam autem & hoc nomen ordinem etiam significat, ideo pestis etymologiam inde deducunt, quasi seruet ordinem, nec cuipiam parcat. Hispanis dicitur, passa à todos por vn rasero, sumpta metaphora ab exaequantibus, & auferentibus mensurae cumulum. Nonnulli per antiphrasin ordinem vocant pestem, quasi totius ordinis, aut ordinatarum rerum corruptelam, vel sine vllo ordine, aut differentia grassantem. Alij putant sic dictam, quòd ciuitates, hominumque frequentia domicilia in מדבר midbar, hoc est, desertum redigat; licet alij fortè satius putent leues has omnes coniecturas, vtpotè quae nequeant huius horrendae plagae naturam exprimere. Fit eius mentio apud Habacuc: *Ante faciem eius ibit* דבר deuer *mors, & egredietur* רשף reseph pestilens *diabolus ante pedes eius*: quasi in idem conspirantes mors & diabolus, cuius hoc nomen grassantem stragem, atque obuia quaeque ignea vi inflammantem, & funestantem significat. Quod Homerus ipse intellexisse videtur, dum diabolum, quem de caelo deturbatum canit, ἄτην atin appellauit, id est noxam: deamque esse finxit, quae homines vniuersis malis implicat, mentesque seducit, atque perturbat. sunt ergo mors, & diabolus, siue pestilentia, & noxa aptissimi diuinae iustitiae vindices, quae totum hominem intus & extra cruciant, torquent, atque deturbant. Pestis verò incommoda ornatissimo carmine persecutus est Lucretius, cuius partem aliquam subdere non pigebit.

Pestilentia pro quo accipiatur.

Pestilentia quare dicatur Hebraeis ordo.

Habac. 3. ℣. 5. Diabolus pestilens dicitur, & quare.

Pestilentiae Dei vindicis damna percensentur.

T. Lucret. lib. 6.

Principio caput incussum feruore gerebant:
Et duplices oculos suffusa luce rubenteis.
Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
Sanguine, & vlceribus vocis via septa coibat.
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, metu grauis, aspera tactu.
Inde vbi per fauceis pectus completur, & ipsum
Morbida vis in cor moestum confluxerat aegris,
Omnia tum vero vitai claustra labebant.
Spiritus ore foras taetrum voluebat odorem,
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu:
Atque animi prorsum vires totius, & omne
Languebat corpus, lethi iam limine in ipso.
Intolerabilibusque malis erat anxius angor
Assiduè comes, & gemitu commista querella,
Singultusque frequens noctem persaepe, diemque
Corripere assiduè neruos, & membra coarctans
Dissoluebat, eos defessos ante fatigans.

Et post multa subdit.

Nec poterat quisquã reperiri quem neq; morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
Praeterea iam pastor, & armentarius omnis,
Et robustus item curui moderator aratri
Languebant, penitusque casis contrusa iacebant
Corpora paupertate, & morbo tradita morti.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnumquam posses; retroque videre
Matribus, & patribus natos super edere vitam.

Et quidem pestis licet perimat, atrocissimis doloribus, atque angoribus premens: tamen ipsis morientibus infeliciores multo efficit viuentes, mox morituros. Nam praeterquam quòd hi carorum consuetudine aut seiunguntur, aut omnino separantur, praeter horrorem tot cadauerum vndequaque iacentium, gemitum aegrotantium, ac timorem illum, quem mentibus incutit tam subitus plurium hominum casus, quae omnia vel saxea quaeuis hominum corda incredibili moerore perfundunt, ac replent: ipsemet etiam infectus aër respirationi, ac vitae omnino necessarius, corda impetens, ac peruerso veneno pertingens ita angit, ac premit, vt cumulum moeroris super infundens, nullum vitalis laetitiae locum relinquat, sed in eas angustias redigat moerentes, vt mortem ipsam moerori anteponerent. Quod si his diaboli cruciatus, animum conscientiae stimulis pungens superueniat, efficit vt miseri degustent etiam dum viuunt partem aliquam cruciatus, & poenae, quam cogit eos aeternùm sustinere eorundem obstinata peruersio.

Et sanguinem. Consimiles afflictionis affectus concitare solet effusus, vel potius inundans occisorum sanguis. Pereuntium namque caedes, quae compita, atque plateas replent, ciuiumque transfixa, vel in frusta concisa cadauera, militum, iuuenum, senum, puerorum, matronarum, ac virginum, eorumque atrox aspectus tali, ac tanta pulsat animum molestia, vt de ea dici possit, Vexatio dat intellectum, *& scient quia ego Dominus*. Illud verò *in medio eius per circuitum* phrasim sequitur Hebraeam, quam enucleant, qui reddunt circumquaque, vel vndequaque.

Et non erit vltrà domui Israël offendiculum amaritudinis. Hebraicè pro offendiculo סלון sillon, quam vocem R. Ionah à radice סלן salan, R. Dauid à radice סלל salal putat deduci, significareque spinam: quare hoc loco in spinam pungentem conuertit eam. Quod quidem verbum cùm sternere, viam scilicet, significet, rectè putant hac voce significari spinam, vel aculeum in via stratum, qui pungit, & progressum impedit: cuiusmodi bellico stratagemate solent sterni in campis, quos necesse est hostem pertransire. Ait enim Vegetius. Vbi ad praelium ventum est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in quos currentes quadrigae cùm incidissent, deletae sunt. Tribulus autem est quattuor palis confixum propugnaculum, quod quoquomodo abieceris, tribus radijs stat, & erecto quarto infestum est. De eodem Herodianus: Romani quoties pedem conferebant, facilè scilicet aduersarios superabant, postea verò quàm ab equitatu, & camelorum multitudine premebantur, fuga simulata tribulos, aliaque machinamenta ferrea acuminata proijciebant, quae sub arenis latentia, neque cuiquam

XXIV. Vox Hebraea sillon quid significet.

Veget. lib. 3. de re milit. c. 24. Tribulus bellicus quid sit.

Herodian. lib. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

cuiquam conſpecta perniciem equitibus, & camelorum inſeſſoribus afferebant, quippe illis calcatis equi, potiſſimum verò cameli, quoniam huic generi molliſſimae ſunt vngulae, ſuccidue claudicabant, excuſſis tergo ſeſſoribus. Haec ille. Apud Valerium Maximum, & Quinctum Curtium hi tribuli murices dicuntur: tribuli autem ferrei ad inſtar tetraedri primi ex quinque corporibus, quos mathematici regulares vocant, effecti creduntur, quia id quattuor aequilateribus triangulis, quattuorque acuminatis angulis, quomodocumque cadat, vni baſi inſiſtens, cuſpidem erigit, vt offendat. Ad hunc ergo morem, vtpote Romanis vetuſtiorem, alluſiſſe videtur Propheta noſter, & hic & ſupra. Nam vbi nos legimus: *Ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas, quoniam increduli* וסלונים veſillonim ſpinae, vel tribuli iuxta R. Dauidis ſententiam legunt Hebraei: at Hieronymus rem ipſam exprimit, *& ſubuerſores* reddit. In praeſenti verò ad eundem relatum morem alluſiſſe videtur, reddens *offendiculum amaritudinis*. Verùm Septuaginta σκόλοψ ſcolops vertunt, quam vocem codex Theodoreti palum amaritudinis interpretatur, at Sixtianus cum vulgata latina congruit. Significat autem Graecis ea vox palum, lignum fixum, ſudem, ſpiculum, ſtimulum, aculeum. Hanc autem vocem deductam putant à verbo σκάζω ſcazo vt σκῶλος ſcolos, & σκάνδαλον ſcandalon, quia poteſt in via incurrentibus pedibus eſſe impedimento, & offendiculo, cuius vocis vim enucleaſſe videtur Theodoretus, vocem σκόλοψ ſcolops interpretatus exemplar impietatis. Et Scholiaſtes: ex vocis ſignificatione putat intelligendos prouocantes ad impietatem. Quibus ſymbolis aptè ſignificantur illi, qui alijs iniquitatis praebent exempla, de quibus Dominus ipſe tremendum protulit iudicium, dicens: *Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala.* Nihil enim aliud germinat maledicta terra, quàm hos tribulos, & ſpinas. *Veruntamen vae homini illi, per quem ſcandalum venit, bonum eſt ei magis*, hoc eſt minus malum tamquam bonum eligendum: vel vt ſcribit Lucas: *Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.* Offendiculi verò, vel ſcandali mala exprimit epitheton illud *amaritudinis*. Genitiuus enim Hebraeis ponitur pro adiectiuo, quaſi dicat amarum, vel amaricans, Hebraicè ממאיר mamir, quam vocem dolere, vel dolore afficere, vel dolorem inferre ſignificare putant ex Hebraeis nonnulli, alij corrodere. Hieronymus à radice מרר marar deduxiſſe videtur, in amaritudinem conuertens, & meritò, cùm amaritudo, praeſertim animi, illos omnes effectus pariat. Targhum pro *offendiculum amaritudinis*, rex malefaciens, interpretatur, hoc eſt, laedens, nocens, R. Dauid pungens. Nullo autem meliori interprete putamus praeſentem locum illuſtrari poſſe, quàm ſi conferatur cum alio Deuteronomij, quo dum verba foederis, quod praecepit Dominus Moyſi, vt feriret cum filijs Iſraël, referret idem Moyſes: *Vidiſtis*, inquit, *abominationes & ſordes, id eſt idola eorum &c. Ne forte ſit inter uos uir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro: ut vadat, & ſeruiat dijs illarum gentium, & ſit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem.* Haec ad ſcandalum pertinent, quod idololatriam conſequitur; alluſionemque facere videtur ad truncum exciſae arboris, qui terrae infixus manens, nullos alios fructus facit, quàm offenſionis, & ruinarum, quibus infenſus incautus viator efferueſcente bile, viam ſuam in fellis amaritudinem conuertiſſe videtur. Vel potius alluſionem facit ad artificiatas huiuſmodi radices, vel truncos, quorum vſum diſertis verbis deſcribit Iulius Caeſar, ſic inquiens: Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum dolabratis, atque praeacutis cacuminibus, perpetuae foſſae, quinos pedes altae ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo reuincti, ne reuelli poſſent, ab ramis eminebant quini ordines coniuncti inter ſe, atque implicati, quo qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant, quos cippos appellabant. Haec ille. Quibus congruit, quod noſter Propheta ſubdit, *& ſpina dolorem inferens*, quaſi miſerum deſcribat aliquem, qui in cippos illos cecidit, cui pedibus, manibus, oculis, ac toto corpori infixi ſudes, quaſi acutiſſimae ſpinae interiora penetrantes vehementiſsimum dolorem incutiunt. Quod aptè interpretatur Hieronymus, dicens *ſpina dolorem inferens*, pungens, & vulnerans populum Dei. Verum allegoriam interpretatus eſt Theodoretus, ſignificans his verbis intelligi hoſtes crebro inuadentes, & continenter excruciantes populum Dei. Quae omnia illata populo Dei à finitimis gentibus mala, eorumque cauſam retulit Ioſue iam longaeuus, & morti vicinus, dicens: *Quòd ſi volueritis gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adhaerere, & cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare: iam nunc ſcitote, quod Dominus Deus veſter non eas deleat ante faciem veſtram.* Hanc verò Prophetiam opere expletam, commoſtrant Tyrus, & Sidon ciuitates, quae etiam tum, cum ſuam prophetiam ſcriberet noſter Ezechiel, ab eiſdem gentibus incolebantur, quibuſcum ſe pugnaturum, eaſque omnino deleturum pollicitus fuerat Dominus; *Sed ſint vobis in ſoueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro*, hoc eſt, *offendiculum amaritudinis, & ſudes in oculis veſtris*, nempe *ſpina dolorem inferens*. Quibus quidem Ioſue verbis duo nobis ſcitu iucunda, ſed exercitatione vtilia magis innuuntur. Alterum eſt, quàm ſit non inutilis tantùm, ſed pernicioſa, ſed & peſtifera iniquorum hominum familiaritas, & conſuetudo, ſi quidem ſi eorum familiaritati, atque amicitiae te inſinues, eorum neceſſarium eſt imbibas mores, qui felle ipſo amariores ſunt: prout videre eſt in eo, quod Simoni mago dixit Simon Petrus: *Roga Deum, ſi fortè remittatur tibi haec cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis, & obligatione*; vel vt ex Graeco vertunt nonnulli, colligatione, aut laqueis *iniquitatis video te eſſe.* Sunt quippe huiuſmodi homines *offendiculum amaritudinis*, qui non tantùm fellis amaritudine, atque ſiti inde exorta cadentes cruciant, verùm & Deum ipſum. Quare ſubdit in praeallato Deuteronomij loco Moyſes, *& aſſumat ebria ſitientem*, ex Hebraeo reddunt, ebrietas ſiccitatem, quaſi dicat, excitatis Deo bilem, cuius proprium eſt accendere ſitim, cauete ne ſubſequatur ſitim hanc indignationis ebrietas ſupplicij inflicti, *& Dominus non ignoſcat ei.* Quòd ſi è contrario ab iniquorum ſeparemur conſortio, iam tum haud ſecus, quàm inutiles ſpinae ſemper pungent, aſſiduiſque inimicitijs, calumnijs, perſequutionibus dolori-

Valer. lib. 3. Quinct. Cur. lib. 4.

Ezech. 2. ℣. 6.

R. Dauid lib. radic.

Theodoret. Scholiaſt.

Contra ſcandalizantes proximos.

Matth. 18. ℣. 7.

Ibidem.

Luc. 17. ℣. 2.

Marci 9. ℣. 42.

Amaritudo quae conſequatur ſcandalum.

Genitiuus pro adiectiuo Hebraeis frequens.

Targhum.

R. Dauid in lib. radic.

Deut. 29. ℣. 17.

Idololatriã ſcandalum conſequitur.

Iul. Caeſar. lib. 7. de bello Gall.

Hieron.

Theodor.

Ioſue 23. ℣. 12.

Quam ſit pernicioſa iniquorum hominum conſuetudo.

Act. 8. ℣. 22.

Amaritudo ſcandali non tantùm ſcandalizatos, ſed etiam Deum ipſum excruciat.

Deut. 29. ℣. 19.

Universidad de Deusto Biblioteca

doloribusque affligere sine intermissione curabunt. Verum etiamsi aliquamdiu illis pungendi munus permittatur, non tamen diu. Quia *erit*, inquit Isaias, *lumen* illuminans *Israël in igne* comburente, *& sanctus*, pius ac benevolus *eius* in *flamma* devorante, *& devorabitur spina eius, & cepressus die vna*; prout praedictae à Propheta nostro comminationes manifestè testantur futurum; & factum fuisse apud Sidonem perplures historiographi commemorant, & inter alios Strabo: In Phoenice quoque, inquit, facto terrae motu, opidum supra Sidonem situm absorptum fuisse, & Sidonis dimidietatem fermè corruisse, Possidonius auctor est. Haec ille. Docet etiam nos Iosue praeallato loco rationem illam, ob quam diuino ductus instinctu Propheta noster, capitibus duodecim à vigesimo quincto computatis, prophetiam assumpserit aduersus gentes, nempe Ammonitas, Tyrios, Sidonios, Aegyptios, Idumaeos, ac tandem contra Gog, & Magog: nempe quòd duplici damno, vtroque grauissimo affecerint populum Dei, quem quasi vnigenitum vnicè diligebat Deus. Altero, quòd exemplo, consilio, atque suasionibus ad scelera, maximè idololatriae pertrahebant populum, quo infensum illum Deo suo redderent, qui iratus, eorundem inimicorum manibus traderet filium suum puniendum. Hoc enim significauit dicens, *offendiculum ex latere*, quod idem Propheta noster *offendiculum amaritudinis* nuncupauit: Secundo, quòd quando eundem Dei populum puniendum à Deo susceperunt, non Dei vindictam amanter, & moderatè exercuerunt: sed propriae indignationi, & odio, quod conceperant, satisfacere studuerunt: quod testatur Iosue, dicens, *fudes in oculis*. Numquam enim Deus filios ad internecionem castigat, quare neque ad caecitatem. Testatur hoc Hieronymus, confidenter referens verba Ieremiae: *Quia non repellet in sempiternum Dominus; quia si abiecit, & miserebitur; non enim humiliauit*, afflixit, castigauit, *ex corde suo, & abiecit filios hominum*. Hi contrà nihil aliud quàm oculos fudibus eruere conantur, ac perpetuo excruciare dolore; id enim significat, *spina dolorem inferens*. Quod magis innuunt sequentia, *vndique per circuitum eorum*. Hi sunt, inquam, qui aduersantur eis: vel vt habent Septuaginta, qui contumeliam fecerunt eis: quasi dicat, vndequaque pungebant, vndequaque aduersabantur, vndequaque contumelijs, opprobrijs, flagellis, & doloribus illos affligebant. Vide quantum exaggeret benignus Pater poenas infligtas filio. Quemadmodum hoc argumentum latè prosequitur apud Isaiam, illo commiserationis pleno aggressus exordio: *Super quo percutiam vos vltrà, addentes praeuaricationem? omne caput languidum, & omne cor moerens. A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumens*, & quae sequuntur. Duplici ergo affectu, vtroque ab illo inexhausto diuinae misericordiae, paternique amoris perenni fonte manante, ductus, aduersus Israëlis hostes insurgit Deus; illisque vehementer irascitur. Primo, quo assolet pater virga percussi filij dolorem multo magis commiseratione sentiens, quàm filius sensu, & furorem in virgam ipsam conuertens, eam confringere iterum atque iterum in frusta discindere & abijcere, moxque totus lacrymabilis corruens in collum plangentis filij, inter dulces amplexus, moerori, ac dolori laetis, gratissimisque pollicitationibus mederi. Hunc expresit affectum Deus apud Nahum prophetam, dicens: *Afflixi te, & non affligam te ultrà. Et nunc conteram uirgam eius*, affligentis, vel punientis, *et uincula tua disrumpam*, quibus constringebaris ad supplicium. In hunc ferè sensum videtur conuenire Theodoretus: Haec, inquit, & Tyro, & alienigenis, & omnibus finitima loca incolentibus inferam, vt neque exemplar impietatis vos habeat populus meus, neque hostes crebro in se inuadentes, & continenter excruciantes. Ita calamitates vaticinatus, Israëlis bona praenunciat, augens in eos (nempe gentes) miserias: inimicè enim animati occasionem proprij doloris, ipsius Israëlis felicitatem faciebant. Haec Theodoretus, quae subobscurè reddita ab interprete, tantisper à nobis elucidata sunt. Secundò, quoniam non solum ijs, quae mox subsequuntur verbis, verùm alijs etiam locis, praesertimque capite quadragesimo, & sequentibus, Israëli in propriam patriam restitutionem, felicitatem, ac pacem pollicetur, ideo tam fusè praemittit, gentes omnes in circuitu delendas, ne populo, iam inde vt antea, vel auersionis à Deo viuo & vero, vel propriae infelicitatis, calamitatis, & miseriae occasio vel sint, vel esse possint. Subdit enim.

Haec dicit Dominus Deus: Quando congregauero domum Israël de populis, & quae sequuntur. Scholiastes: Rursus, inquit, laeta, & bona promissa profert Israëli, vt manus det, ac tandem resipiscat. Theodoretus verò: Ex hac tam pia, tamque indulgenti consolatione, qua populum suum erigit Deus, collata cum superioribus comminationibus, quibus in perpetuum delendam Tyrum, ac Tyrium principem cum Sidone praedixerat, optimam nactus occasionem, commonefacit nos de diuina prouidentia, ac iustitia, quae non eodem modo se gerit in puniendis, cùm peccant (non est enim homo super terram, qui non peccet) amicis, atque inimicis; ijs, inquam, quos in caelestis regni consortium praedestinauit, ac alijs, quos ab eodem regno aeternùm relegandos fore praesciuit. His enim seueriss imi iudicis more condemnationem; illis verò sapientissimi instar medici salutarem impertitur curationem. Et subdit: Hoc discrimen in ijs etiam, quae paulo antè interpretati sumus, videre licet: alijs enim interim nihil pollicitus est boni, sed Israël ab exsilio reuocationem, & reditum in patriam, domorum aedificationem, terrae cultum, arborum sationes, & bonorum spem; quodque omnium est bonorum caput, Dei cognitionem. His enim gestis, inquit, cognoscent me ipsorum esse Dominum, Deumque patrum ipsorum. Haec ille. Verùm non desunt ex Christianis, & pijs viris, qui Rabbinos Christiani nominis hostes immanissimos, impijssimosque sectantes, latissimam hanc, & Deo dignissimam promissionem ad reditum è Babylonica seruitute coarctent, & ad cordis sui angustias, deficientemque suae spei mensuram eam constringant; cùm tamen licet aliqua possint de eiusmodi libertate intelligi, alia non absque difficultate, reliqua verò nullo modo, nullaque vi ad ea tempora detorqueri queant. Quis enim tam erit incautus, aut proteruus, qui Hebraeos dicat,

Non diu permanebunt scandalizantes. *Isai.10.¥. 17.*

Strabo lib. 1.Geogr.

Ammonitae, Tyrij, Sidonij, Aegyptij, Idumaei, Gog, & Magog duplici damno populũ Dei affecerunt.

Iosue 23.¥. 13.

Numquam Deus filios suos vel vsque ad internecionẽ, vel vsque ad caecitatem punit. *Thren.3.¥. 31.*

Exaggerat inflictas filijs poenas pijssimus pater Deus. *Isai.1.¥.5.*

Flagellatis peccatoribus compatiens Deus, in flagella ipsa conuertit indignationem suam.

Nahum. 1. ¥.12.& 13.

Theodor.

XXV.

Scholiast.

Theodor.

Aliter punit Deus praedestinatos ad vitam, longè aliter praescitos ad dãnationem.

Coarguuntur ij, qui hanc gloriosam promissionem ad reditum è Babylone detorquent.

dicat,

Universidad de Deusto Biblioteca

dicat tunc vixisse securos; prout hoc loco illis A promittitur à Deo, cùm Sanaballat, Tobias, & Gosem Arabs cum reliquis inimicis molestijs affectos, cogebant illos vna manu aedificare, & altera tenere gladium, prout in Esdrae refertur historia: ac mox quando Alexandrum vel inuiti susceperunt, non valentes eius potentiae resistere. Numquid huiusmodi securitas, & confidentia euenit Hebraeis mox subsecuto tempore Ptolemaei, Lagi filij, qui quamplures ex eis captiuos in Aegyptum transtulit? Sed forsan temporibus Ptolemaei Philadelphi, qui illos inde dimisit, & muneribus templum, & gentem, scripturamque sacram veneratus est. At breuissimam, exiguamque huius temporis felicitatem praelonga subsequens bellorum miseria, ab historia Machabaeorum relata, absorbuisse videtur, haud secus, quam tenues vaccae Pharaonis septem alias pinguissimas absorbuerunt. Quid commemorem timores, afflictiones, & mala, quibus afflictati sunt à Ptolemaeo Epiphane, Rege Alexandriae, & ab Antiocho Rege Syriae, & ab Alcimo, Aristobulo, Alexandro crudelissimo, & Alexandra, & ab huius filijs, Aristobulo, & Hircano, de imperio decertantibus, qui vires aduersus Israëlitas prouocauere Romanas; quas, eorumque duram subire seruitutem coacti sunt, quousque ab eisdem Romanis euersi, & omni terrena possessione spoliati, regno, sacerdotio, & templo, ac denique omni splendore, ac gloria deposita, per totum terrarum orbem dispersi, seruilem, abiectam, & miseram vitam agere coguntur. Quod cùm vel inuiti fateantur Hebraei: fateantur etiam necessum est se promissam felicitatem non fuisse consecutos; si de temporali, vt ipsi somniant, sit sermo; neque futuram vmquam consequuturos esse firmiter credunt Christiani, cùm certò sciant iam amplius non ad terrenam, neque vllam aliam felicitatem reuocandos fore Israëlitas, nisi quatenus in Christianorum adsciti numerum, Christum Deum, & hominem, Messiam, ac Saluatorem suscipiant. Quapropter tantùmodo vnicam admittunt interpretandi viam, nempe de spirituali felicitate, qua potiti sunt, potiuntur, & sine fine potituri sunt veri Israëlitae, per IESVM Christum Dominum nostrum. Sed quia haec eadem, quae hic promittuntur Israëli, eisdem ferè verbis iterum infrà repetuntur, ideo eodem pleniori tractatione illustranda reseruamus.

Esdrae 2. cap. 4.

Infra cap. 36. & 37.

EZECHIE-

EZECHIELIS PROPHETAE CAPVT VIGESIMVM NONVM.

ARGVMENTVM.

Superbiam Pharaonis Regis Aegypti, qua fretus Israël concidit, puniendam praedicit, Aegypto mercedis loco Nabuchodonosori concessa: Israëlis verò potentiam, regnumque erigendum, ac tunc & prophetae loqui liberum fore, & audientibus intelligere.

I. IN anno decimo, decimo mense, vndecima die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens.

II. Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem Regem Aegypti, & prophetabis de eo, & de Aegypto vniuersa.

III. Loquere, & dices: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum.

IV. Et ponam frenum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhaerebunt.

V. Et proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terrae cades, non colligeris, neque congregaberis: bestijs terrae, & volatilibus caeli dedi te ad deuorandum.

A Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego Dominus: pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israël. VI.

Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. VII.

Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam super te gladium: & interficiam de te hominem, & iumentum. VIII.

Et erit terra Aegypti in desertum, & in solitudinem: & scient quia ego Dominus: pro eo B quòd dixeris: Fluuius meus est, & ego feci eum. IX.

Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: daboque terram Aegypti in solitudines, gladio dissipatam, à turre Syenes, vsque ad terminos Aethiopiae. X.

Non pertransibit eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. XI.

Daboque terram Aegypti desertam in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio XII.

Universidad de Deusto Biblioteca

dio urbium subuersarum, & erunt desolatae quadraginta annis: & dispergam Aegyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

XIII. Quia haec dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum de populis, in quibus dispersi fuerant.

XIV. Et reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suae: & erunt ibi in regnum humile.

XV. Inter cetera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà super nationes, & imminuam eos, ne imperent gentibus.

XVI. Neque erunt vltrà domui Israël in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant, & sequantur eos: & scient, quia ego Dominus Deus.

XVII. Et factum est in vigesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens.

XVIII. Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro pro seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam.

XIX. Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra Aegypti: & accipiet multitudinem eius, & depraedabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius.

XX. Et operi, quo seruiuit aduersus eam, dedi ei terram Aegypti, pro eo quòd laborauerunt mihi, ait Dominus Deus.

XXI. In die illo pullubabit cornu domui Israël, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient quia ego Dominus.

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVI OMNINO VEL MAXIMA EX PARTE HIS XXVII. ET XXVIII. EZECHIELIS CAPITIBVS EXPLICANTVR.

Prior Numerus paginam, postremus columnam, litera columnae partem indicat.

TESTAMENTVM VETVS.

GENESIS.

Gen. 1. ℣. 1. IN principio creauit Deus caelum, & terram. 63. d. 1.

Gen. 1. ℣. 1. In principio creauit Deus caelum, & terram. Angelus vnico verbo creatus. 60. a. 1.

Gen. 1. ℣. 2. Et tenebrae erant super faciem abyssi. Gbal. 76. a. 2.

Gen. 1. ℣. 3. Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. 3. b. 1. Dicere, & facere apud Deum idem.

Gen. 1. ℣. 26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Hominis creationem consilium praecessit. 60. a. 1

Gen. 1. ℣. 27. Ad imaginem Dei creauit illum, masculum, & foeminam creauit eos. 63. d. 1.

Gen. 2. ℣. 2. Requieuit Deus ab vniuerso opere, quod patrarat. 59. c. 2. Creaturarum vltimus homo.

Gen. 2. ℣. 8. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem. 30. a. 1. Paradisus pro horto delicijs pleno.

Gen. 2. ℣. 8. Eden, quem plantauerat Dominus à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. 30. d. 1. Eden idem, quod paradisus.

Gen. 2. ℣. 8. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis. 60. c. 2.

Gen. 2. ℣. 15. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. 30. a. 1. Creatio hominis.

Gen. 8. ℣. 21. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. 47. d. 1. Ab infantia vitijs deditus homo.

Gen. 10. ℣. 7. Filij Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha filij Regma Saba, & Dedan. 27. b. 2. Saba duos populos significat.

Gen. 10. ℣. 28. Omnes autem hi filij Ioctan de Messa pergentibus vsque Sephar montem Orientalem. 29. a. 1. Filij Iectan etiam Sabaei sunt.

Gen. 11. ℣. 5. Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem, & turrim, quam aedificabant filij Adam. 3. d. 1. Turris Babel. Filij Adam pro peccatoribus.

Gen. 11. ℣. 31. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum &c. 29. c. 1. Haran ciuitas Mesopotamiae.

Gen. 12. ℣. 1. & 4. Egredere de terra tua, & de cognatione, & de domo patris tui. 29. c. 1. Eductio secunda Abraham à Deo facta.

Gen. 12. ℣. 4. Egressus est itaque Abram, sicut praeceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. Septuaginta quinque &c. 29. d. 1. Haran ciuitas Mesopotamiae.

Gen. 13. ℣. 2. Erat autem diues valde in possessione auri, & argenti. 32. b. 2. Diuitiae Abrahami magnae.

Gen. 13. ℣. 10. Erat quippe substantia eorum multa. 64. a. 1. Multiplicare.

Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quae irrigabatur, antequam &c. 61. e. 1. Prata Iordanis sicut paradisus. Gen. 13. ℣. 10.

Abraham habitauit in terra Chanaan. 50. a. 2. Habitare pro sedere. Gen. 13. ℣. 14.

Leuo manum meam ad Dominum Deum possessorem caeli, & terrae. 47. c. 2. Leuare manum idem, quod iurare. Gen. 14. ℣. 22.

Noli timere Abraham: Ego protector tuus sum. 13. c. 2. Clypeus pro protectore. Gen. 15. ℣. 1.

Daboque tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuae, omnem terram Chanaan, in possessionem aeternam. 65. d. 1. Palaestina terra sancta. Gen. 17. ℣. 8.

Adorauit in terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. 4. c. 2. Adonai pro Domino. Gen. 18. ℣. 2. & 3.

Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum, cum impio. 69. c. 2. Interdictum. Gen. 18. ℣. 25.

Delebis propter quadraginta quinque. 55. d. 1. Praepositio, in, valet aliquando, propter. Gen. 18. ℣. 28.

Adorauit Abraham coram populo terrae. 53. b. 2. Adoratio, veneratio Dei, & hominis. Gen. 23. ℣. 9. 9. & 12.

Seruiam tibi septem annis propter Rachel. 55. d. 1. Praepositio, in, aliquando, propter. Gen. 29. ℣. 18.

Leuauit Iacob pedes suos, & abijt. 3. a. 2. Leuare idem quod tollere. Gen. 33. ℣. 1.

Leuauit Iacob oculos suos & vidit. 3. a. 2. Leuare idem quod sustollere. Gen. 33. ℣. 5.

Ille vero erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina. 54. d. 1. Vnguenta Regum. Gen. 35. ℣. 14.

Aliae quoque septem tenues percussae vredine. Et septem spicae tenues percussae vento vrente. 34. a. 1. Ventus Auster frugibus nocet. Gen. 41. ℣. 6. & 22. 23. & 27.

Stola byssina. 9. 6. 2. Pro vestitu splendido. Gen. 41. ℣. 42.

At illi portantes frumenta. 3. a. 2. Ex Aegypto. Portare idem quod assumere. Gen. 42. ℣. 26.

Responderunt, quare sic loquitur Dominus noster, vt serui tui tantum flagitium commiserint. 69. d. 2. Interdictio. Gen. 44. ℣. 7.

Ego proprie seruus tuus sum, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi. 12. b. 2. Gharam stipulari significat. Gen. 44. ℣. 32.

EXODI.

NVm occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? 47. b. 2. Exod. 2. ℣. 14.

Ipse pro te loquetur ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his, quae ad Deum pertinent. 75. a. 1. Prophetare. Exod. 4. ℣. 16.

Universidad de Deusto Biblioteca

Exod.5.Ṽ.9. *Opprimantur operibus, & expleant ea, vt non acquiescant verbis mendacibus. 20.a.2. Pharaonis mandatum contra Israelitas.*

Exod. 6. Ṽ.2. & 3. *Locutusq. est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus, qui apparui Abrahae &c. 45.e.2. Nomen Adonai, sustentator.*

Exod.7.Ṽ.1. *Ecce constitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus propheta tuus. 46.d.2. Moyses iudex Pharaonis.*

Exod.7.Ṽ.1. *Et Aaron frater tuus erit prophetа tuus. 75.a.1. Prophetare.*

Exod.28.Ṽ.3. *Et loqueris cunctis sapientibus corde. 47.d.1. Cor significat intellectum.*

Exo.10.Ṽ.10. *Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & parvulos vestros; cui dubium &c. 44.c.2.*

Exod.11.Ṽ.5. *A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum &c. 50.a.2. Sedere idem quod regnare.*

Exod.14.Ṽ.4. & 15. *Et indurabo cor eius, ac persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni &c. 77.d.1. Gloria victoriae.*

Exo.14.Ṽ.21. *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento &c. 34.c.1. Ventus vrens pro Austro.*

Exod.15.Ṽ.1. *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem. 77.e.1. Victoria.*

Exo.15.Ṽ.17. *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuae, firmissimo habitaculo tuo, quod &c. 70.b.2. Sanctuarium.*

Exo.15.Ṽ.20. *Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron tympanum in manu sua, egressaeque sunt &c. 62.c.2. Tympanum.*

Exo.17.Ṽ.15. *Aedificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea. 10.a.1. Vexillum meum.*

Exod.22.Ṽ.8. *Et iurabit, quòd non extenderit manum in rem proximi sui. 62.a.2. Opus.*

Exo.25.Ṽ.22. *Inde praecipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim. 50.c.1. Duo Cherubim amor Dei, & proximi.*

Exo.26.Ṽ.36. *Facies & tentorium in introitu tabernaculi. 61.b.2. Operimentum.*

Exod.28.Ṽ.4. *Et haec vestimenta facient. 27.a.1. Vestimenta Aaron.*

Exo.28.Ṽ.17. *Ponesq. in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. 62.c.1. Lapides rationalis.*

Exo.29.Ṽ.18. *Odor suauissimus, incensum. 53.c.2*

Exo.29.Ṽ.37. *Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit Sanctum Sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. 69.e.2. Sanctum.*

Exo.30.Ṽ.23. & 24. *Primae myrrhae, & electae quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos; calami similiter ducentos. &c. 26.e.1. Myrrha inter vnguenta, quibus sustibat Moyses tabernaculum.*

Exo.32.Ṽ.34. *Tu autem vade, & deduc populum istum, quo locutus sum &c. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. 75.e.2. Visitare.*

Exo.40.Ṽ.13. *Et vnctio eorum in Sacerdotium sempiternum proficiat. 64.e.1. Vnctio.*

LEVITICI.

Leuit.4.Ṽ.13. *Quòd si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum Domini est. 34.c.2. Multitudo pro populo simplici.*

Leuit.5.Ṽ.1. *Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq. fuerit, quod aut ipse viderit, aut conscius est; nisi iudicauerit, portabit iniquitatem suam. 3.b.2. Portare idem quod assumere.*

Leuit.6.Ṽ.25. 26. & 27. *Ista est lex hostiae pro peccato, in loco, vbi offertur, holocaustum immolabitur coram Domino, Sanctum Sanctorum est &c. 69.c.2. Sanctificatio.*

Leu.13.Ṽ.40. *Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus, & mundus est. 37.d.2. Caluities Lege debuit defendi à contemptu.*

Leuit.19.Ṽ.5. 6. 7. & 8. *Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino, vt sit placabilis; eo die quo fuerit immolata, comedetis &c. 57.d.1. Hostia pacifica qualis.*

Leu.19.Ṽ.12. *Non periurabis in nomine meo, neque pollues nomen Dei tui, ego Dominus. 57.e.1. Periurium prohibitum.*

Leu. 19.Ṽ.24. & 25. *Scortum, & vile prostibulum non ducent vxorem. 69.c.2. Commune.*

Leu.22.Ṽ.31. *Custodite mandata mea, & facite ea, ego Dominus. 78.c.2. Praeceptum Dei.*

Leu.26.Ṽ.33. *Vos autem dispergam in gentes, & euaginabo post vos gladium. 56.a.1. Euaginare gladium pro interficere.*

NVMERORVM.

Num.14.Ṽ.2 *Et murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filij Israel. 76.b.2. & 56.a.1. Ghal.*

Num. 24. Ṽ. 24. *Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntq. Hebraeos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. 9.c.1. Italia pro Romanis.*

Num.25.Ṽ.1 3. & 4. *Fornicatus est populus cum filiabus Moab, & iratus Dominus ait ad Moysen: Tolle cunctos principes &c. 67. c.2. Praua negotiatio.*

Num.25.Ṽ.11 *Phinees filius Eleazari filij Aaron Sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel. 67.d.2. Laus Phinees.*

Num.34.Ṽ.7 *Porro ad Septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum. 74.e.1. Termini Palaestinae.*

Num.34.Ṽ.7 *Montem altissimum. 11.a.1. Mons Hor.*

Num. 35. Ṽ. 25. *Donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. 64.e.1. Vnctio.*

DEVTERONOMII.

Deut.1. Ṽ.13 *Date è vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos principes. 11 b.2. Principes alicuius nationis ex eadem gente constituendi.*

Deut.1. Ṽ.17 *Nec accipietis cuiusquam personam. 55.a.2. Dei nomen iudiciariam eius potestatem significat.*

Deut.4. Ṽ.8. *Tulimusque in illo tempore terram de manu duorum Regum Amorrhaeorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quam Sidonij Sarion vocant, & Amorrhaei Sanir. 7. d. 2. Mons Hermon, & Sanir idem.*

Deut.10.Ṽ.17 *Dominus Deus vester ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium. 46.c.2. Deus ad comprimendam Tyri superbiam vocatur Deus deorum.*

Deut.20. Ṽ.6. *Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? 69.b.2. Communicare.*

Deut.23.Ṽ.4. *Conduxerunt Balaam filium Beor de Mesopotamia. 20.c.1. Mesopotamia inter Tygrim, & Euphratem sita.*

Deut.29.Ṽ.17 *Vidistis abominationes, & sordes, id est, idola eorum &c. Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auersum. 80.e.1. Scandali granitas.*

Deut.29.Ṽ.19 *Et assumat ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei. 80.e.2. Scandali abominatio.*

Deut.31. Ṽ.2 *Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltro egredi, & ingredi. 39.a.2. Egredi, pro exequi officium.*

Deut.32.Ṽ.8. & 9. *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit &c. 65.e.1. Terra sancta.*

Deut.32.Ṽ.13 *Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumq. de saxo durissimo. 22.c.2. Benignitas Dei in Iudaeos.*

Deut.32.Ṽ.14 *Et sanguinem vuae biberet meracissimum. 24.b.1. Vinum rubrum.*

Deut.32Ṽ.22 *Ignis succensus est in furore meo. 26.b.1. Ignis pro magna ira.*

Deut.32Ṽ.34 *Nonne haec condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? 59.e.1. Signatura.*

Deut.33.Ṽ.17 *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius; cornua rhinocerotis cornua eius &c. 21. c. 2. Benedictio Moysis data Iosepho.*

Deut.33Ṽ.20 *Non enim videbit me homo, & viuet. 57. c. 1. Spiritus homini inuisibilis.*

Deut.33Ṽ.29 *Quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui. 13.d.2. Benedictio Moysis.*

IOSVE.

Iosue 14.Ṽ.11 *Illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum, quàm ad gradiendum. 39.a.2. Gradiendum pro munus exequendum.*

Iosue19.Ṽ.46 & 47. *Cum termino, qui respicit Ioppen, & ipso fine concluditur: ascenderuntq. filij Dan &c. 25. d. & e. 1. Dan ciuitas Dannitarum prius Lesem vocata.*

Iosue 23.Ṽ.12 *Quod si volueritis gentium harum, quae inter vos habitant, erroribus adhaerere, & cum eis miscere connubia &c. 80.c.2. Consuetudo impiorum pernicioſa.*

IVDICVM.

Iudic.3.Ṽ.8. *Chusan Rex Mesopotamiae. 20. c. 1. Mesopotamia interamnis.*

Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudic. 3. ℣. 16 *Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmae manus.* 14. *b.* 1.

Iud. 3. ℣. 17. *Erat autem Eglon crassus nimis. Recreatus.* 63. *c.* 1.

Iud. 9. ℣. 14. *Veni & impera super nos: respondit eis, si vere Regem me constituitis venite, & sub vmbra requiescite. Princeps malo similis.* 71. *c.* 2.

Iud. 20. ℣. 16. *Qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra, vt dextra coarctantes, & sic fundis &c. Peccati variae acceptiones.* 67. *c.* 2.

RVTH.

Ruth. 2. ℣. 12. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel. Merces bonae negotiationis.* 67. *d.* 1.

REGVM.

1 Reg. 1. ℣. 3. *Ipsi praeparantur cogitationes. Ponderare.* 59. *b.* 2.

1. Reg. 3. ℣. 11. *Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambae aures eius.* 36. *a.* 1. *Comminatio Dei.*

1. Reg. 3. ℣. 13. *Praedixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in aeternum propter iniquitatem. Iudicis munus punire sontes.* 78. *b.* 1.

1. Reg. 9. ℣. 7. *Panis defecit in sitarcijs nostris.* 25. *d.* 2.

1. Reg. 10. ℣. 1. *Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suam in principem. Vnctio.* 64. *c.* 1.

1. Reg. 14. ℣. 13. *Ascendit autem Ionathas, manibus, & pedibus reptans. Gbal.* 76. *a.* 2.

1. Reg. 15. ℣. 12. *Nunciatum est Samueli, eo quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem.* 14. *c.* 2. *Trophaeum victoriae signum.*

1. Reg. 20. ℣. 29. *Sedebis iuxta lapidem, cui nomen Ezel.* 25. *d.* 2. *Ezel lapis itinerarius.*

2. Reg. 2. ℣. 8. *Et tulit Elias pallium suum, & involuit.* 31. *c.* 1. *Pallium idem quod involucrum.*

2. Reg. 7. ℣. 1. *Cum sedisset Rex in domo sua. Sedere pro habitare.* 50. *a.* 2.

2. Reg. 7. ℣. 27. *Quia tu Domine exercituum, Deus Israel revelasti aurem servi tui dicens: Domum aedificabo &c. Cor pro consilio.* 51. *d.* 1.

2. Reg. 8. ℣. 10. *Et misit Thou Ioram filium suum ad Regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias agens eo quod expugnasset &c. Congratulatio.* 77. *d.* 2.

2. Reg. 10. ℣. 6. *Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt &c.* 20. *d.* 1. *Filij Ammon Mesopotamij.*

2. Reg. 10. ℣. 8. *Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo.* 20. *d.* 1. *Populi Mesopotamiae.*

2. Reg. 12. ℣. 12. *Tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu Solis.* 44. *d.* 2.

2. Reg. 15. ℣. 8. *Et solicitabat corda virorum Israel. Cor voluntatem significat.* 47. *d.* 1.

2. Reg. 18. ℣. 4. *Stetit ergo Rex iuxta portam.* 27. *c.* 1. *Expectans exitum praelij.*

3. Reg. 1. ℣. 34. *Et vngat eum ibi Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta in Regem super Israel. Vnctio.* 64. *c.* 1.

3. Reg. 2. ℣. 12. *Salomon autem sedit super thronum Dauid Patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Sedere pro regnare.* 50. *a.* 2.

3. Reg. 3. ℣. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum, & malum. Cor pro sapientia.* 51. *c.* 1.

3. Reg. 3. ℣. 11. *Postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium. Sapientia iudici necessaria.* 51. *c.* 1.

3. Reg. 4. ℣. 29. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & Latitudinem cordis, quasi arenam quae &c. Sapientia Regi necessaria.* 51. *c.* 1.

3. Reg. 5. ℣. 8. *Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis.* 6. *c.* 2. *Abies diuersa est arbor à cedro.*

3. Reg. 5. ℣. 18. *Porro Giblij praeparauerunt ligna, & lapides ad aedificium domus.* 11. *c.* 2. *Gibly fabri & lapicidae.*

3 Reg. 10. ℣. 22 *Deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos.* 15. *c.* 1. *Mare pro Oceano.*

3. Reg. 10. ℣. 2. *Ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuit ijs, camelis portantibus aromata &c.* 28. *b.* 2. *Sabaea auro abundans, & aromatibus.*

3. Reg. 21. ℣. 8. *Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius. Obsignare.* 59. *c.* 1.

4. Reg. 2. ℣. 23 *Ascende calue, ascende calue. Caluities apud Hebraeos magnum dedecus.* 37. *d.* 2.

4. Reg. 5. ℣. 12. *Abana, & Pharphar.* 23. *c.* 2. *Duo fluuij Damasci.*

4. Reg. 6. ℣. 30 *Quod cum audisset Rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum, viditque omnis populus cilicium. Cilicium moeroris signum.* 38. *a.* 1.

Introitu eius audito depinxit oculos suo stibio. 20. *d.* 2. 4. Reg. 9. ℣. 30.

Stibij color mulieribus gratus.

Hastas, & arma Regis Dauid. 14. *a.* 2. *Pharetra pro omni armatura.* 4. Reg. 11. ℣. 10.

Ascendit enim Rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. 30. *c.* 1. *Cyrene hoc loco ciuitas Medorum.* 4. Reg. 16. ℣. 9.

Musach quoque sabbati, quod aedificauerat in templo, & ingressum Regis exterius conuertit in templum Domini. Idololatriae Achaz. 49. *c.* 2. 4. Reg. 16. ℣. 18.

Numquid liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei? Golan videlicet &c. 30. *b.* 1. *Eden aliquando nomen gentile.* 4. Reg. 19. ℣. 12.

PARALIPOMENON.

Segregauerunt in ministerium filios Asaph & Aeman & Iditbun, qui prophetarent, &c. Prophetiae varia acceptio. 75. *c.* 1. 1. Paralip. 25. ℣. 1.

Da mihi sapientiam, & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar coram populo tuo. Cor sapientiam, & intelligentiam significat. 51. *c.* 1. 2. Paralip. 1. ℣. 10.

Decreuit autem Salomon aedificare domum. 47. *b.* 2. 2. Par. 2. ℣. 1

Videte ait, quid faciatis, non enim hominum exercetis iudicium, sed Domini, & quodcumque iudicaueritis in vos redundabit. Dei iudicium est. 55. *b.* 2. 2. Paral. 19. ℣. 6.

Deus noster ergo non iudicabit eos? Iudicium. 78. *b.* 1. 2. Paralip. 20. ℣. 12.

Direptis omnibus vasis domus Domini, atque confractis, clausit ianuas templi &c. Inauditum idololatriae genus Regis Achaz. 49. *b.* 2. 2. Paral. 28. ℣. 24.

NEHEMIAE.

Comedite pinguia. 22. *b.* 2. *Optima.* Nehe. 8. ℣. 10.

Et dedisti eis regna, & populos. Congregatio. 73. *a.* 1. Nehem. 9. ℣. 22.

IVDITH.

Vt omnes deos terrae exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quae potuissent Holofernis potentiae subiugari. Nabuchodonosor deitatem affectauit. 49. *a.* 1. Iudith. 3. ℣. 13.

ESTHER.

Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut Rex statuerat, praeponens &c. 64. *a.* 1. Esther. 1. ℣. 8.

Ipsaeque epistolae, quae annulo ipsius obsignatae sunt. Obsignare. 59. *c.* 1. Esther. 8. ℣. 10.

Aman filius Amadathi, & genere Macedo, alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate &c. 11. *b.* 2. *Diuersitas nationis consilia praua profert.* Esther 16. ℣. 10.

IOB.

Nudus egressus sum de vtero matris meae, & nudus reuertar illuc. 37. *c.* 1. *Pulueris aspersio aliquam consolationem affert.* Iob. 1. ℣. 22.

Exclamantes plorauerunt, sciissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in caelum. Et sederunt &c. 37. *c.* 1. *Puluis miseriam indicat.* Iob. 2. ℣. 12. & 13.

Nonne dissimulaui? Nonne silui? nonne quieui? 36. *d.* 1. Iob. 3. ℣. 26. Iob. 7. ℣. 21.

Ecce in puluere dormiam, & si mane me quaesieris, non subsistam. Confessio suae miseriae Deum conciliat. 37. *c.* 1. Iob. 9. ℣. 7.

Qui praecipit Soli, & non oritur, & Stellas claudit quasi sub signaculo. Signaculum. 59. *c.* 1. Iob. 10. ℣. 9.

Memento quaeso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. 36. *c.* 2. *Puluis & lutum hominis vilitatem significant.* Iob. 10. ℣. 22.

Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Infernus confusio. 39. *c.* 1. Iob. 13. ℣. 25.

Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Abiectio suiipsius Dei comminationem placat. 37. *c.* 1. Iob. 13. ℣. 25.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iob. 14. V. 1. *Repletur multis miseriis natus de muliere. Homo calamitatibus subiectus.* 57. d. 1.

Iob. 15. V. 7. & sequent. *Numquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? numquid consilium Dei audisti? &c. Reprehensio Iobi.* 55. b. 1.

Iob. 15. V. 20. *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum &c. Potentes vitae finem ignorant.* 55. c. 2.

Iob. 20. V. 4. 5. & 22. *Hoc scio, à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit, & gaudium hypocritae ad instar puncti.* 32. d. 1. *Hominum impiorum laus momentanea.*

Iob. 21. & 12. *Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Cantus.* 58. c. 1.

Iob. 28. V. 18. *Trahitur autem sapientia de occultis.* 17. c. 2. *Sapientia abscondita.*

Iob. 28. V. 18. *Excelsa, & eminentia non commemorabuntur in comparatione eius.* 22. b. 1. *Sapientia rerum omnium praestantissima.*

Iob. 30. V. 19. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum cineri, & fauillae.* 36. d. 2. *Miseria Iobi.*

Iob. 32. V. 21. *Non accipiam personam viri, & Deum homini non aequabo.* 28. d. 2. *Homo iusti cognomine indignus.*

Iob. 36. V. 7. *Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. Deus Reges creat.* 47. c. 1.

Iob. 38. V. 7. *Vbi eras cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Cherubim astra matutina, & filij Dei.* 50. a. 1.

Iob. 38. 39. 40. & 41. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae. Reprehensio mitissima.* 52. b 2.

Iob. 39. V. 22. *Numquid praebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius hinnitum?* 28. e 1.

Iob. 40. V. 20. *In sudibus perforabit nares eius.* 62. e. 2.

PSALMORVM.

Ps. 1. V. 1. *Cathedra pestilentiae.* 55. d. 2. *Homines scelerati pestilentes.*

Ps. 17. V. 4. *Tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terrae. Homo superbus pulueri similis.* 37. e. 1.

Ps. 2. V. 7. *Et principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* ghal. 56 b. 2. 64. a. 2.

Ps. 2. V. 3. *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Israelis peruersi sermo.* 70. d. 1.

Ps. 2. V. 8. *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.* 17. d. 2. *Furor Dei grauis.*

Ps. 3. V. 6. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Vnctio Regum, & sacerdotum.* 54. c 1.

Ps. 4. V. 6. *Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino.* 28. e. 1. *Sperare in Domino optimum sacrificium.*

Ps. 10. V. 4. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in caelo sedes eius. Caelum, & templum Dei loca sunt.* 48. d. 1.

Ps. 11. V. 2. *Diminutae sunt veritates. Hominibus non est habenda fides ob laesam veritatem.* 41. c. 2.

Ps. 11. V. 5. *Linguam nostram magnificabimus labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est. Impij superbi.* 45. b. 2.

Ps. 15. V. 1. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* 4. c. 2. *Adonai Dominus. Deus humanis bonis non eget ad sustentandum eos.* 45. b. 2.

Ps. 17. V. 5. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* 35. a. 2. *Chable vox significans constringere, funibus, vel doloribus.*

Ps. 17. V. 11. *Et ascendit super Cherubim. Cherub.* 63. d. 2.

Ps. 18. V. 9. *Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans paruulis. Deus ignorantibus sapientiam praestat.* 52. a. 2.

Ps. 18. V. 9. & 10. *Praeceptum lucidum illuminans oculos, & iudicia vera, iustificata in semetipsa. Iudicia Dei vera.* 78. c. 2.

Ps 28. V. 5. *Confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tamquam vitulum Libani. Deus potentes confringit.*

Ps. 29. V. 7. *Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in aeternum. Dicere idem quod decernere, statuere.* 47. b. 2.

Ps. 29. V. 12. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me laetitia. Saccus tristiae signum.* 38. a. 1.

Ps. 33. V. 16. & 17. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in praeces eorum: vultus autem Domini super facientes malam. Ponere oculos.* 70. e. 2.

Ps. 35. V. 7. *Iustitia tua sicut montes Dei.* 47. e. 2. *Stabilis, permanens inconcussa.*

Ps. 37. V. 11. *Cor meum conturbatum est dereliquit me. Cor peccans sicut vmbra deficit.* 69. b. 2.

Ps. 38. V. 6. 9. *Substantia mea tamquam nihilum ante te: verumtamen &*

vniuersa vanitas omnis homo viuens. Adam imbecillum significat, sicut, el, fortem. 51. a. 1.

Veruntamen in imagine pertransit homo. Fragilitas hominis. 59. b. 1. — Ps. 38. V. 7.

Speciosus forma prae filijs hominum. Christi pulchritudo. 56. c. 1. — Ps. 44. V. 3.

Oleo laetitiae prae consortibus. Vnctio. 64. a. 2. — Ps. 44. V. 8.

Quoniam dij fortes terrae vehementer eleuati sunt. 13. d. 2. *fontes principes terrae.* — Ps. 46. V. 10.

Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Hierusalem ciuitas Dei. 50. b. 1. — Ps. 47. V. 3.

In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Naues Tharsis pro oceano. 15. d. 1. — Ps. 47. V. 8.

Quique terrigenae, & filij hominum: simul in vnum diues, & pauper. 3. d. 1. *filij hominum pro contemptis ponuntur.* — Ps. 48. V. 3.

Haec fecisti, & tacui: existimasti inique, quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciam tuam. Vltionis dilatio peccatorem superbum facit. 77. b. 2. — Ps. 49. V. 21.

Et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Secretum Dei Dauidi reuelatum. 54. c. 2. — Ps. 50. V. 7.

Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. insipientia maxima negare Deum esse. 45. e. 1. — Ps. 52. V. 7.

Accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius: turbabuntur gentes, & timebunt. 33. a, 2. *Aquae, saeuientis populi symbola.* — Ps. 64. V. 8.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam. 33. e. 1. *Aquae periculi signa.* — Ps. 68. V. 1.

Et in me psallebant, qui bibebant vinum. 19. c. 2. *Sicera pro omni eo, quod inebriat.* — Ps. 68. V. 16.

Reges Tharsis, & insulae munera offerent. 15. b. 1. *Tharsis S. Pauli ortu clara.* — Ps. 71. V. 10.

Reges Arabum, & Saba. ibid. Et dabitur ei de auro Arabiae. 28. a 1. *Saba hic populus Arabiae.* — Ps. 71. V. 16.

Et firmamentum in plaga eorum. pinguis. 63. e. 1. — Ps. 72. V. 4.

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. 31. d. 2. *Phrasis Hebraea.* — Ps. 75. V. 6.

Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ghal. 76. b. 2. — Ps. 75. V. 7.

Vox tonitrui tui in rota. 28. e. 1. *tonitrus pro motione, strepitu.* — Ps. 77. V. 19.

Montem sanctificationis suae. 31. d. 2. *Phrasis Hebraea.* — Ps. 77. V. 54.

Qui sedes super Cherubim. Propitiatorum templi. 50. a. 1. — Ps. 79. V. 2.

Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. Vox, Dei, pro superlatiuo. 48. a. 1. — Ps. 79. V. 11.

Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. 22. a. 2. *Adeps optimum in vnoquoque genere.* — Ps. 80. V. vlt.

Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini, & sicut &c. Diabolus homo nominatur. 42. a. 1. — Ps. 81. V. 6 & 7.

Gebal, & Ammon, & Amalech alienigenae cum habitantibus Tyrum. 11. e. d. *Gabalitae ingeniosi architecti.* — Ps. 82. V. 8.

Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Spes in Deo non fallit. 57. c. 1. — Ps. 90. V. 9.

Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. 22. a. 1. *Cornu pro viribus.* — Ps. 91. V. 11.

Paulo minus habitasset in inferno anima mea. 39. b. 1. *Infernus pro silentio.* — Ps. 93. V. 17.

Qui sedes super Cherubim in propitiatorio. 50. b. 1. — Ps. 98. V. 1.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fenum arui. Tu autem Domine in aeternum &c. Imbecillitas & 12. hominis Dei potentiae opposita. 51. c. 1. — Ps. 101. V. 12.

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Lapides igniti. 65. c. 2. — Ps. 103. V. 4.

Herodij domus dux est eorum. 7. a. 1. *Ciconiae in altissimis abietibus nidificare solent.* — Ps. 103. V. 18.

Nolite tangere Christos meos. Reges. 64. c. 2. — Ps. 104. V. 15.

Quoniam in saeculum misericordia eius. — Ps. 105. V. 1.

Cor meum conturbatum est intra me, sicut vmbra cum declinat ablatus sum. Peccati effectus. 69. a. 2. — Ps. 108. V. 22.

Sicut vmbra cum declinat, ablatus sunt. Hominis fragilitas. 59. b. 1. — Ps. 108. V. 23.

Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Christus. 64. b. 2. — Ps. 109. V. 4.

Neque omnes qui descendunt in infernum. 39. b. 1. — Ps. 113. V. 17.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. 28. a 2. *Calix invocatio Dei.* — Ps. 115. V. 17.

Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. 18. d. 1. *Manus pro periculo.* — Ps. 118. V. 109.

Suscipe seruum tuum in bonum. 12. c. 2. *sponsio.* — Ps. 118. V. 122.

Universidad de Deusto Biblioteca

Pſ.119.Ṽ.5. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar. 17. b. 1. Cedar genus Iſmaelitarum.*

Pſ.123.Ṽ.7. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. 76. d. 1. Sidonij venatores.*

Pſ.126.Ṽ.6. *Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua. 17. b. 2. Meſech proiectum, vel proũcere ſignificat.*

Pſ.130.Ṽ.1. *Domine non eſt exaltatum cor meum. 47. a. 2. Cor animum ſignificat.*

Pſ.130.Ṽ.2. *Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam. 39. b. 1.*

Pſ.141.Ṽ.6. *Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes mea. 35. d. 2. In neceſſitatibus ad Deum refugiendum.*

Pſ.143.Ṽ.4. *Homo vanitati ſimilis factus eſt. 59. c. 1. Vanitas hominis.*

Pſ.143.Ṽ.12. *Filiae eorum compoſitae, circumornatae vt ſimilitudo templi. 62. e. 1. Ornatus nimius vituperatur.*

PROVERBIORVM.

Prou.1.Ṽ.5. *INtelligens gubernacula poſſidebit. 35. b. 2. Sapientis eſt regimen.*

Prou.3.Ṽ.35. *Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio ignominia. 69. b. 1. Superbiæ effectus.*

Prou.6.Ṽ.1. *Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, fixiſti pro alieno manum tuam. 27. b. 1. Promiſſum ſeruandum.*

Prou.7.Ṽ.17. *Aſperſi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo. 26. e. 1. Meretrix.*

Prou.8.Ṽ.24. *Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, nondum fontes aquarum eruperant. 32. b. 2. Sapientia ante omnia nata.*

Prou.8.Ṽ.30. & 31. *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore. 60. a. 1. Sapientia.*

Prouer.10.Ṽ.22. *Benedictio Domini diuites facit. 67. d. 1. Benedictionis effectus.*

Prouer.11.Ṽ.14. *Vbi non eſt gubernator, populus corruet. 11. a. 2. Sapientia, & amor erga patriam in principe requiritur.*

Prouer.11.Ṽ.14. *Vbi non eſt gubernator, populus corruet. 35. c. 2. Gubernatoris prudentia neceſſaria.*

Prouer.11.Ṽ.22. *Mulier pulchra, & fatua circulus aureus in naribus ſuis. 68. d. 2. Elationis turpitudo.*

Prouer.13.Ṽ.19. *Deſiderium, ſi compleatur, delectat animam. 12. d. 2. Voluntas recreat.*

Prou.15.Ṽ.7. *Labia ſapientum diſſeminabunt ſapientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. 47. e. 1. Cor pro affectu.*

Prouer.15.Ṽ.15. *Secura mens quaſi iuge conuiuium. 47. e. 1. Animus quietus conuiuium.*

Prou.19.Ṽ.8. *Qui autem poſſeſſor eſt mentis, diligit animam ſuam. 47. e. 1. Mens idem quod cor.*

Prou.21.Ṽ.2. *Appendit autem corda Dominus. 59. b. 2. Tachan ponderare.*

Prouer.22.Ṽ.26. *Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, qui vades ſe offerunt pro debitis. 12. b. 2. Voce gharau negotiatores ſignificantur.*

Prouer.23.Ṽ.21. *Vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. 28. e. 2. Potatores Sabaeis ſimiles.*

Prou.27.Ṽ.3. *Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior. 32. b. 2. Ira ſtulti intolerabilis.*

Prouer.28.Ṽ.16. *Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. 44. e. 2. Principes quomodo pereant, aut diu viuant.*

Prou.31.Ṽ.4. & 5. *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum: ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. 19. d. 2. Vinum pro muneribus.*

ECCLESIASTES.

Eccleſiaſtes 1.Ṽ.18. *EO quòd in multa ſapientia multa ſit indignatio. 64. c. 1. Multiplicare.*

Eccl. 5.Ṽ.12. 13. 14. & 15. *Eſt alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: diuitiae conſeruatae in malum Domini ſui. 32. b. 1. Auaritia vitium peſſimum.*

CANTICVM CANTICORVM.

Cant.2.Ṽ.9. *SImilis eſt dilectus meus capreae. 59. c. 1.*

Cant.3.Ṽ.8. *Ad bella doctiſſimi. 31. b. 1. Chelmad docere ſignificat.*

Cant.4.Ṽ.4. *Omnis armatura fortium. 14. a. 2. Pharetra pro omni armatura.*

Cant.4.Ṽ.8. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis; de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. 7. e. 2. Libanus, Sanir, & Hermon pro eodem accipiuntur.*

Cant.4.Ṽ.11. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. 54. b. 1. Odor thuris gratiſſimus.*

Cant.4.Ṽ.13. *Emiſſiones tuae paradiſus. 61. a. 1. Hortus.*

Cant.4.Ṽ.16. *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum. 60. d. 2. Gan horti nomen.*

Cant.5.Ṽ.1. *Veniat dilectus meus in hortum, & comedat fructus pomorum ſuorum. 60. d. 2. Gan horti nomen.*

Cant.5.Ṽ.5. *Manus meae diſtillauerunt myrrham primam. 26. b. 1. Odor chirothecarum manus redolere facit.*

Cant.8.Ṽ.6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. 59. a. 2. Bulla.*

SAPIENTIAE.

Sap.5.Ṽ.18. & ſeq. *ET accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace &c. 77. a. 1. Arma Dei.*

Sap.7.Ṽ.16. *Candor lucis aeternae. 24. b. 2. Chriſtus.*

Sap.12.Ṽ.3. 4. 6. & 7. *Illos enim antiquos inhabitatores terrae ſanctae tuae, quos exhorruiſti, quoniam odibilia &c. 65. d. 1. Terra Chanaan mons.*

Sap.18.Ṽ.24. *Totus erat orbis terrarum. 10. d. 1. Veſtitus Sacerdotis orbem terrae continet.*

Sap.18.Ṽ.24. *Et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta. 66. a. 1. Lapides rationalis.*

ECCLESIASTICI.

Eccleſiaſt.24.Ṽ.41. *SIcut aquaeductus exiui de paradiſo. 61. a. 1. Paradiſus hortus.*

Eccl.23.Ṽ.22 *Anima calida non extinguetur, donec aliquid glutiat, & homo nequam in ore carnis ſuae &c. 72 b. 2. Ignis irae Dei tenaciſſimus.*

Eccl.31.Ṽ.6. *Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio ipſorum. 32. c. 1. Damna auaritiae.*

Eccl.31.Ṽ.8. & 9. *Qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia, & theſauris, quis eſt hic, & laudabimus eum? 19. e. 2. Pauci aurum contemnentes.*

Eccl.40.Ṽ.17 *Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus. 61. a. 1. Paradiſus hortus.*

Eccl.49.Ṽ.10 *Ezechiel, qui vidit conſpectum gloriae, quam oſtendit illi in curru Cherubim. 63. b. 2. Cherub.*

ISAIAE.

Iſa.1.Ṽ.5. *SVper quo percutiam vos vltra addentes praeuaricationem? omne caput languidum, & omne &c. 81. d. 1.*

Iſa.1.Ṽ.30. *Velut hortus abſque aqua. 60. d. 2. Gan horti nomen vniuerſale.*

Iſa.2.Ṽ.4. *Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad praelium. 14. c. 2. Arma ponere, pacis ſignum.*

Iſa.2.Ṽ.9. *Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir, ne ergo dimittas eis. 3. d. 1. Homo adorans idola.*

Iſa.2.Ṽ.16. *Et ſuper omnes naues Tharſis. 15. d. 1. Oceani naues.*

Iſa.3.Ṽ.16. *Pro eo, quod eleuatae ſunt filiae Sion. 47. b. 1. Eleuare idem quod ſuperbire.*

Iſa.5.Ṽ.15. *Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur, &c. 47. a. 1. In conſpectu Dei homo deprimetur.*

Iſa.5.Ṽ.16. *Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. 78. b. 2. Per vindictam ſanctificatur Deus.*

Iſa.5.Ṽ.26. *Et eleuabit ſignum in nationibus procul. 9. c. 2. Signum pro vexillo.*

Iſa.7.Ṽ.8. *Caput Syriae. 23. d. 1. Damaſcus caput Syriae.*

Iſa.8.Ṽ.14. *Et erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & in petram &c. 70. b. 1. Aſylum.*

Iſa.10.Ṽ.12. *Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis Regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius. 75. e. 2. Viſitare.*

Iſa.10.Ṽ.17. *Et erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus Iſrael in flamma, & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna, & gloria &c. 72. c. 2. & 81. a. 2. Ira Dei.*

Iſa.10.Ṽ.16. *Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloriam ſuccenſa ardebit, quaſi combuſtio ignis eius. 53. e. 2. Ventus Auſter ſterilitatem inducit.*

Iſa.11.Ṽ.10. *Qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. 10, a. 1. Vexillum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Isa.11.V.12. Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. 10.a.1. Vexillum.

Isa.14.V.11. Quomodo de caelo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris. Nabuchodonosor nomine luciferi significatur. 43.a.2.

Isa.14.V.13. Qui dicebas in corde tuo, In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Caelum pro templo. 49.c.2.

Isa.14.V.13. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. Superba iactatio Nabuchodonosoris. 50.b.1.48.d.1.

Isa 15.V.11. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis. Perditio. 72.d.1.

Isa.19.V.20. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Saluator. 64.b.1.

Isa.21.V.5. Pone mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes: surgite principes, & arripite clypeum. Bellica instrumenta. 77.b.1.

Isa.23.V.1. Vlulate naues maris, quia vastata est domus, vnde venire consueuerant naues. 36.b.1. Affectus commiserationis erga Tyrum.

Isa.23.V.1. Vlulate naues maris. 15.d.1. Comminatio poenae.

Isa.23.V.2. Tacete habitatores insulae. 36.b.1. Tacere pro quiescere.

Isa.23.V.2. & 4. Tacete, qui habitatis in insula: negotiatores Sidonis. Erubesce Sidon: ait enim mare: fortitudo maris, dicens; Non parturiui, & non peperi: & non enutrini iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. 5.a.2. Tyrus colonia fuit Sidonis. 36.c.1.

Isa.23.V.8. Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam. 4.c.1. Tyrus regina omnium ciuitatum. 13.c.1. Gloria eius.

Isa.24.V.8. Cessauit gaudium tympanorum. Tympanum. 62.b.2.

Isa.24.V.11. Deserta est omnis laetitia. 12.d.2. Ghereu pro tenebris.

Isa.30.V.30. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suae, & lapide grandinis. 36.a.2. Vox Dei vehemens.

Isa.30.V.3. Auditam faciet Dominus gloriam vocis suae, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis &c. 37.d.1. Furor Dei in peccatores.

Isa.31.V.3. Aegyptus homo, & non deus, & equi eorum caro, & non spiritus. Humanitas à Diuinitate longissime distat. 51.c.1

Isa.33.V.14. Sempiternis ardoribus. Deus ignis consumens. 57.c.1.

Isa.33.V.17. Regem in decore suo videbunt oculi eius. Iusti praemium. 56.c.1.

Isa.33.V.21. Non transibit per eum nauis remigum, neque triremis magna transgredietur eum. &c. Princeps malo nauis similis. 71.a.2.

Isa.33.V.23. Laxati sunt funiculi tui, sed non praeualebunt: sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. 10.a.1. Tyrannidem naui, Regem malo, principes funibus, acies militum signo comparat.

Isa.36.V.6. Intrabit in manum eius, & perforabit eam. Foramina. 62.c.2

Isa.37.V.11. Ecce, tu audisti, quae fecerunt Reges Assyriorum omnibus terris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari. Numquid eos &c. 30.b.2. Assyriorum potentia.

Isa.37.V.16. Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorum terrae. Cherubim. 63.c.2.

Isa.37.V.24. Et succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius. 6.c.2. Abies, & cedrus diuersae arbores.

Isa.42.V.3. Calamum quassatum non confringet. 26.d.1. Christus.

Isa.43.V.3. Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus dedi propitiationem tuam Aegyptum, Aethiopiam, & Saba pro te. 27.d.2. Saba hic populus Arabiae.

Isa.43.V.14. Ego Dominus sanctus vester. Nomen tetragrammaton. 57.c.1.

Isa.43.V.24. Non emisti mihi argento calamum. 26.b.2. Reprehendit Deus ingratos.

Isa.45.V.1. Haec dicit Dominus Christo meo Cyro. Christi Reges. 64.c.2.

Isa.45.V.3. Et dabo tibi thesauros absconditos. 13.a.2. Deus Cyro diuitias promittit.

Isa.45.V.4. Propter seruum meum Iacob. & Israel electum meum, & vocaui te nomine tuo, & assimilaui, & non cognouisti me. 29.d.2. Exprobratio Dei per Prophetam Iudaeis facta.

Isa.45.V.6. Vt sciant hi, qui ab Ortu Solis, & qui ab Occidente, quoniam. 12.d.2.

Isa.45.V.14. Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiae & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. 27.c.2. Sabaim hoc loco populi Arabiae.

Isa.50.V.9. Omnes ipsi sicut vestimenta veterascent. 27.a.1. Hominis instabilitas.

Isa.50.V.11. Ecce vos omnes accendentes ignem. Exitium. 72.a.1.

Posui mea verba in ore tuo, & in vmbra manus meae protexi te, vt plantes caelos, & fundes terram &c. Dei verbis credendum est. 41.c.2. Isa.51.V.16.

Quis credidit auditui nostro. 41.c.2. Homini Dei nomine missio credendum. Isa.53.V.1.

Et multitudinem pacis filijs tuis. Multiplicare. 64.a.1. Isa.54.V.13.

Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius. 19.c.1. Promissio Dei erga obedientes. Isa.56.V.4. & 5.

Et galea salutis in capite eius. 13.c.2. De Christo loquitur. Isa.59.V.17.

Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes. 28.a.2. Saba Arabiae felicis regio. Isa.60.V.60.

Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt Spiritum sanctum eius, & conuersus est eis in inimicum &c. Peccata Deum affligunt. 70.c.2. Isa.63.V.10.

Infirmitates nostras ipse tulit. 3.b.2. Tollere pro portare. Isa.83.V.4.

IEREMIAE.

Transite ad insulas Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, si factum est huiusmodi. 9.b.1. Chetim intelliguntur Occidentales. Ier.2.V.10.

Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. 32.c.2. Idololatria. Ier.2.V.11.

Me dereliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Peccati propria significatio. 68.c.1. Ier.2.V.13.

Onager assuetus in deserto. 31.b.1. Chelmad pro assuescere. Ier.2.V.24.

Videte verbum Domini. Videre corporis & animi. 72.d.2. Ier.2.V.31.

Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Peccatum. 68.d.1. Ier.3.V.1.

Et vidit praeuaricatrix soror eius Iuda. 26.c.2. Exprobratio Prophetae. Ier.3.V.7.

Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibis oculos tuos frustra. 20.d.2. Luxuriam Prophetа Israelis reprehendit. Ier.4.V.30.

Vt quid mihi thus de Saba? 28.a.2. Ier.6.V.1.

Speciosae, & delicatae assimulaui filiam Sion. Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria, in circuitu pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt. 19.c.1. Hierosolymae celebritas. Ier.6.V.2. & 3.

Idcirco furore Domini plenus sum, laboraui sustinens. 32.c.1. Zelus Dei. Ier.6.V.11.

Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? 26.b.2. Ad impios Iudaeos sermo. Ier.6.V.20.

Vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas, quae sapientes sunt, mittite, & properent &c. Mulieres conduci solitae ad excitandum luctum. 38.c.1. Ier.9.V.17.

Quia vox lamentationis audita est in Sion, quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? &c. Tumultus fieri solitus in luctu. 38.a.2. Ier.9.V.19. 20. & 21.

Hyacinthus, & purpura indumentum eorum. 10.c.1. Vestitus idolorum. Ier.10.V.9.

Non parcam, & non miserebor. Perpetuum. 73.d.1. Ier.13.V.14.

Nolite eleuari, date Domino Deo gloriam. Deo gloria debetur. 47.c.1. Ier.13.V.15.

Mortibus aegrotationum morientur &c. Poena peccatorum. 56.b.2. Ier.16.V.4.

Et seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras, quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in aeternum ardebit. 34.a.1. Dei ira vbi incipit, difficulter restinguitur. Ier.17.V.4.

Non timebit cum venerit aestus, & erit folium eius viride. Videre corporis & animi. 72.d.2. Ier.17.V.18.

Numquid deficiet de petra agri nix Libani? 7.a.2. In Libano semper nix est. Ier.18.V.14.

Ecce ego ad te habitatricem vallis solidae, atque campestris, ait Dominus, qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos? Visitare. 76.a.1. Ier.21.V.13.

Et in prophetis Samariae vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, & decipiebant populum. &c. Falsi prophetae. 75.a.2. Ier.23.V.23.

Et adducam super terram illam omnia verba mea. &c. Vaticinij veritas. 74.c.2. Ier.25.V.13.

Et tu prophetabis ad eos omnia verba ista. Vaticinium. 74.d.2. Ier.25.V.30.

Ideo quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. 34.a.2. De aduentu Christi. Ier.31.V.26.

Et scripsi in libro & signaui, & adhibui testes. Obsignare. 59.d.1. Ier.32.V.10.

Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes Ier.36.V.24.

Universidad de Deusto Biblioteca

omnes serui eius, qui audierant &c. 53.c.1.

Ier.44. V.11. Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & disperdam omnem Iudam. Ponere oculos. 74.a.1.

Ier.48. V.10. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter. Opus, ministerium significat. 62.a.2.

Ier.49. V.25. Ciuitatem laudabilem, vrbem laetitiae. 23.d.1. Damascus.

Ier.51. V.25. Ecce ego ad te mons pestifer ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram, & extendam manum meam super te, & euoluam &c. Mons ciuitas. 65.c.1.

Ier.51. V.59. Saraias autem erat princeps prophetiae. 54.a.1.

THRENORVM.

Thren.1. V.5. QVomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium. Multiplicare. 64.b.1.

Thren.2. V.10 Conspersernnt cinere capita sua virgines Ierusalem. 36.d.2. Conspergere capita cinere, commiserationis signum.

Thren.2. V.15 Sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem. Sibilus comitatur ruinam. 39.c.2.

Thren.3. V.31 Quia non repellet in sempiternum Dominus. quia si abiecit, & miserebitur: non enim humiliauit &c. Dei in suos benignitas. 81.c.1.

Thren.4. V.2. Filij Sion inclyti. 6.a.1. Filij aliquando vocantur etiam ciues.

Thren.4. V.5. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. 35.d.1. Amplexari stercora miseriam indicat.

Thren.5. V.9. In animabus nostris afferebamus panem nobis à facie gladij. 18.c.1. Cum ingenti vitae periculo.

EZECHIELIS.

Ezec.1. V.16. ET aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris. 5.b.1. Maris visio pro pulchritudine.

Ezec.1. V.24. Et audiebam sonum alarum, quasi aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei cum &c. 35.d.2. Chol vox sonitum significans.

Ezec.2. V.6. Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli. Subuersores. 80.b.1.

Eze.10. V.14 Facies vna facies Cherub. Cherubim. 63.b.2.

Eze.13. V.17. Pone faciem tuam contra filias Israel, quae prophetabant de corde suo. Falsa prophetia. 75.a.2.

Eze.38. V.13. Negotiatores Tharsis. 15.a.2. Carthaginenses.

Ezec.40. V.5. Calamus mensurae sex cubitorum. 26.c.1. Canna siluestris.

Ezec.44. V.3. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino, per viam portae vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur. Porta celebris templi clausa ab Achaz. 49.b.2.

Ezec.48. V.1. Et haec nomina tribuum à finibus Aquilonis, iuxta viam Hetalon pergentibus. 27.d.1. Ad manum Hetalon.

DANIELIS.

Dan.2. V. 28. SEd est Deus in caelo, reuelans mysteria, qui indicauit tibi Rex. Dei est somniorum explicatio. 52.c.1.

Dan.2. V.30. Mihi quoque non in sapientia, quae est in me plus, quàm in cunctis viuentibus, sacramentum &c. Deo sapientia accepta referenda. 52.d.1.

Dan.2. V.47. Vere Deus vester Deus deorum est. 52.e.2.

Dan. 6. V.7. Vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocumque deo, & homine vsque ad triginta &c. Nabuchodonosor sibi deitatem attribuere voluit. 48.c.2.

Dan.9. V.17. & 18. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam. 4.c.2. Adonai pro Deo.

Dan.9. V.24. 25. & 26. Et vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum aedificetur Ierusalem vsque ad Christum &c. Christus. 64.b.2.

Dan.9. V.27. Et erit in templo abominatio desolationis. Stupor. 73.c.1.

Dan.11. V.50. Et venient super eum trieres, & Romani, & percutientur. 9.d.1. Romani Hebraeorum flagellum.

OSEE.

Osee 9. V. 1. NOli laetari Israel, noli exultare, sicut populi. Congregatio. 3.a.1.

Osee 9. V.13. Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine. 5.b.1. Ephraim Tyro ob pulchritudinem comparatur.

Osee 10. V. 11. Ephraim vitula docta diligere triturum. 31.b.1. Chelmad docere significat.

Osee 13. V.9. Perditio tua Israel. Vitulus. 68.c.2. Perditio tua Israel. 39.b.2. Peccator poenam amare videtur.

Osee 13. V.9. Et odor eius, vt Libani. 7.c.1. Propter abundantiam thuris.

Osee 14. V.7. Germinabunt quasi vinea, memoriale eius sicut vinum Libani. 8.a.1. Libanus vini feracissimus.

IOELIS.

Ioel 3. V.4. VErum quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palaestinorum? Numquid vltionem vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me &c. Reprehensio. 79.a.1.

Ioel.3. V.8. Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabaeis genti longinquae. 28.c.2. Sabaei remoti à Palaestina.

AMOS.

Amos 1. V.5. ET conteram vectem Damasci, & disperdam habitatores de campo idoli, & tenentem &c. 30.b.1. Edenos intelligit.

Amos 1. V.5. Et conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de campo idoli &c. Paradisus amoenus. 61.b.1.

Amos 1. V.13 Eo quòd dissecuerit praegnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Ciuitas mons. 65.c.1.

Amos 6. V.2. Transite in Chalane, & videte. 29.c.2. Chalan & Chalane diuersae ciuitates.

Amos.7. V.13 In Bethel non adijcies vltra vt prophetes, quia sanctificatio Regis est, & domus regni est. Bethel arx regni. 70.d.1.

Amos 8. V.10 Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Cantus in fletum conuersus. 58.b.2.

Amos.9. V.4 Et ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. Punire. 73.c.2.

IONAE.

Ionae 1. V.6. ET accessit ad eum gubernator, & dixit, Quid tu sopore deprimeris? 35.a.2. Gubernator idem quod princeps, superior.

Ionae 1. V.34 Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis. 15.b.1. Tharsis pro Cilicia.

MICHAEAE.

Michaeae 3. V.8. VErumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, vt annunciem Iacob scelus suum. 32.c. 1. Spiritus Dei fortissimus.

NAHVM.

Nahum 1. V. 12. & 13. AFflixi te, & non affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius, & vincula tua disrumpam. Deus dolere videtur in poena hominum. 81.a.2.

Nahum 2. V. 3. Agitatores consopiti sunt. 6.c.2. Agitatores pro potentibus.

HABACVC.

Habac.2. V.3. APparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet. &c. Visitare. 75.c.2.

Habac.2. V.15 Vae qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Odium detestandum. 57.d.2.

Habac.3. V.5. Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes saeculi. Ponere oculos. 74.a.1.

Habac.3. V.5. Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius. Pestis. 79.c.1.

SOPHONIAE.

Sophon. 2. V. vltimo. OMnis qui transibit per eam, sibilabit. Sibilus in miseria solet fieri. 39.c.2.

Sophon.3. V.3 Iudices eius lupi vesperae. 13.a.1. Lupi vesperam amant.

ZACHARIAE.

Zach.2. V.8. POst gloriam misit me ad gentes, quae spoliauerunt vos. 32.b.2. Christi natiuitas.

Zach.9. V.17. 22.c. Frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

Universidad de Deusto Biblioteca

22.c.2. *Eucharistiae symbola*.

Zach. 14. ℣. 10. *Et exaltabitur, & humiliabitur in loco suo.* 21.d.2. *Raam vox exaltationem significat.*

MACHABAEORVM.

1. Mach. 8. ℣. 1. & 3. *NOmen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & quanta fecerint in regione Hispaniae; & quòd in potestatem redegerint metalla argenti, & auri, quae illic sunt.* 16.b.2. *Hispania auri fertilis.*

NOVI TESTAMENTI.

MATTHAEI.

Matth. 9. ℣. 23. *CVm venisset in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem.* 38.e.1. *Tibicines, & tumultus luctus signa ob mortuos.*

Matth. 10. ℣. 26. *Nihil occultum quod non sciatur.* 54.e.2. *Omnia reuelabuntur.*

Matth. 11. ℣. 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior.* 74.c.1. *Laus Ioannis Baptistae.*

Matth. 11. ℣. 25. *Confiteor tibi Pater Domine caeli, & terrae, quia abscondisti haec à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* 52. a. 2. *Deus simplicibus dat sapientiam*.

Matth. 12. ℣. 42. *Regina Austri à finibus terrae audire sapientiam Salomonis.* 28.b.2. *Regina Sabae.*

Matth. 13. ℣. 18. *Inimicus homo superseminauit zizania.* 42.a.1. *Diabolus homo vocatur.*

Matth. 15. ℣. 19. *De corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia*, *adulteria, fornicationes, furta.* 72.a.1. *Medium.*

Matt. 17. ℣. 2. *Vestimenta alba sicut nix.* 24.b.2. *Transfiguratio Christi.*

Matt. 18. ℣. 7. *Necesse est enim vt veniant scandala.* 80. c. 1. *Scandalum*.

Matth. 19. ℣. 28. *Amen dico vobis, quòd vos, qui secuuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis &c.* 50. b. 2. *Sedere pro iudicare.*

Matth. 22. ℣. 12. & 15. *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? dixit Rex ministris; ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras &c.* 38.c.1. *Vestem atram non licebat inferre nuptijs.*

Matth. 22. ℣. 37. *Ex toto corde, in tota anima, & in tota mente.* 49. d. 1. *Deus super omnia diligendus.*

MARCI.

Marci 6. ℣. 18 *NOn licet tibi habere vxorem fratris tui.* 74. d. 1. *Reprehensio Herodis.*

LVCAE.

Luc. 1. ℣. 51. *DIsperst superbos mente cordis sui.* 51.b.2. *Cor pro cogitatione.*

Luc. 1. ℣. 33. *In domo Iacob in aeternum, cuius regni non erit finis.* 64.a.2. *Vnctio.*

Luc. 2. ℣. 34. *Positus est in ruinam.* 70.c.1. *Christus.*

Luc. 7. ℣. 37. *Mulier, quae erat in ciuitate peccatrix.* 28. a. 2. *Maria Magdalena.*

Luc. 7. ℣. 39. *Hic si esset propheta, sciret vtique quae & qualis esset mulier, quae tangit eum, quia peccatrix est.* 69. c. 2. *Commune.*

Luc. 10. ℣. 13. *Olim in cinere, & cilicio poenitentiam.* 36. d. 2. *Cinis poenitentiae signum.*

Luc. 12. ℣. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quae autem parasti, cuius erunt?* 34. c. 1. *Stultum est cor in diuitijs ponere*.

Luc. 16. ℣. 1. & 19. & seq. *Homo quidam diues.* 28.a.2. *Epulo.*

Luc. 17. ℣. 2. *Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare &c.* 80. c. 1. *Scandali grauitas.*

Luc 19. ℣. 13. *Negotiamini dum venio. Et factum est, vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos &c.* 67.c.1. *Vita negotiatio.*

Luc. 19. ℣. 41. *Videns ciuitatem, fleuit super illam &c. quia non relinquent in te lapidem super lapidem.* 58.b.1. *Ruina Ierusalem.*

IOANNIS.

Ioan. 1. ℣. 13. *QVi non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* 70.d.1. *Sancti ex Deo nati.*

Qui accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax Ioan. 3. ℣. 33.
est. 59.d.1: *Obsignare.*

Rabboni, quod dicitur magister. 64.d.1. Ioan. 20. ℣. 16.

ACTORVM.

ET hic possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus, crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. 67.b.2. *Negotiationis prauae damna.* Act. 1. ℣. 18.

Et partes Libyae, quae est iuxta Cyrenen. 30.c.1. *Cyrene nobilis Africae vrbs.* Act. 2. ℣. 10.

Musto pleni. 32.c.1. *Iudaeorum blasphemia contra Apostolos.* Act. 2. ℣. 13.

Quem suscitauit, solutis doloribus inferni. 35.b.2. *Dolores pro vinculis.* Act. 2. ℣. 24.

Viri fratres, & patres audite: Deus gloriae apparuit patri nostro Abrahae, cum esset &c. 29. d. 1. *Stephani ad Iudaeos oratio de exitu Abraham.* Act. 7. ℣. 2.

Roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. 80.d.2. *Amaritudo scandali.* Act. 8. ℣. 22.

Saule, Saule quid me persequeris? qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum IESVS, quem tu persequeris. 79.b.1. *Populum Dei persequens, Deum ipsum persequitur.* Act. 9. ℣. 4.

Occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio. 53. d 1. *Ap-petenti diuinos honores, vindicta irrogatur.* Act. 12. ℣. 2.

Statuto autem die Herodes vestitus veste Regia sedit pro tribunali, & concionabatur &c. 53.d.1. *Vermes poena appetiti diuini honoris.* Act. 12. ℣. 21. 22. & 23.

EPISTOL. B. PAVLI

AD ROMANOS.

QVi viuificat mortuos, & vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt. 73. b. 2. *Potentia Dei.* Rom. 4. ℣. 17.

AD CORINTHIOS.

LOquimur Dei sapientiam in mysterio. 55. a. 1. 1. Cor. 2. ℣. 7.

Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? 10. b. 1. *Nihil ex nobis habemus.* 1. Cor. 4. ℣. 7.

Etsi alijs non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino. 59. e. 1. *Signatura.* 1. Cor. 9. ℣. 2.

Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. 75.d.1. *Prophetiae varia acceptio.* 1. Cor. 11. ℣. 4.

Sectamini caritatem, aemulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem. &c. 75. d. 1. *Prophetiae significatio.* 1. Cor. 14. ℣. 1. & 2.

AD GALATAS.

PAulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem &c. 41. d. 1. *Exordium Prophetis, & Apostolis frequens.* Galat. 1. ℣. 1. & 11. & 12.

AD PHILIPPENSES.

SEmetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. 3. e. 1. *Humilitas Christi ostenditur, quia factus homo.* Philipp. 2. ℣. 7

Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi &c. 49.b.1. *Omnia prae Deo contemnenda.* Philipp. 3. ℣. 8.

Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam &c. 49.c.1. *Apostolus seipsum exemplar proponit.* Philipp. 3. ℣. 17. 18. & 19.

AD THESSALONICENSES.

QVoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de caelo. 48.a.1. *Dei aduentus.* 1. Thess. 4. ℣. 15.

AD

AD HEBRAEOS.

Heb. 1. ℣. 3. *QVi cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis suae. Christus.* 63. c. 2.

Heb. 1. ℣. 7. *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* 65. c. 2.

Heb. 10. ℣. 37. *Modicum, aliquantulumque.* 75. d. 2.

Heb. 11. ℣. 1. *Sperandarum substantia rerum atque argumentum non apparentium.* 29. a. 2. *Cogitationes hominis non debent esse terrenae.*

Heb. 11. ℣. 8. *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in haereditatem, & exiit, nesciens, quo iret.* 29. b. 2. *Dei promissa sequenda.*

Heb. 13. ℣. 4. *Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Iudicium.* 78. b. 1.

EPISTOLA. S. PETRI. II.

2. Petri 2. ℣. 4. *DEus angelis non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos. Tormentum.* 72. c 1.

2. Petri 2. ℣. 6. *Et ciuitates Sodomorum, & Gomorrhaeorum in cinerem redigens, euersione damnauit &c. Poena Sodomae.* 53. a. 1.

2. Petri 2. ℣. 14. & 15. *Derelinquentes rectam viam errauerunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Negotiatio praua.* 67. a 2.

EPISTOLA. S. IOANNIS. I.

PEccatum iniquitas. Peccati definitio. 68. d. 1. 1. Ioann. 3. ℣. 4.

Ab initio diabolus peccat. Lapsus diaboli. 66. c. 2. 1. Ioa. 3. ℣. 8.

IVDAE APOST. EPIST. VNA.

QVibus procella tenebrarum seruata est in aeternum. 32. c. 1. *Anaritiam sequitur infernus.* Iudae. ℣. 13.

APOCALYPSIS.

ET lux lucernae non lucebit in ea, & vox sponsi, & sponsae non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terrae. 13. b. 1. *Comminatio aduersus Babylonem.* Apocal. 18. ℣. 23.

Quia mercatores tui erant principes terrae; quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. 19. c. 2. *Iudices iniusti, mercatores.* Apocal. 18. ℣. 23.

Post haec audiui quasi vocem turbarum multarum in caelo, dicentium, Alleluia: Salus, & gloria Deo nostro &c. Congratulatio. 77. c. 2. Apocal. 19. ℣. 1.

Et audiui quasi vocem tubae magnae, & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium, Alleluia &c. Congratulatio. 78. a. 1. Apocal. 19. ℣. 6.

Datum est ei, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido. 24. b. 2. *Ecclesis.* Apocal. 19. ℣. 8.

Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est eis. Sedere pro iudicare. 50. b. 2. Apocal. 19. ℣. 4.

Habebat mensuram arundineam auream, &c. & mensus est ciuitatem de arundine aurea. 26. c. 1. *Calamus, mensura.* Apocal. 21. ℣. 15. & 16.

INDEX II.

PHRASIVM SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE HIS XXVII. ET XXVIII. EZECHIELIS CAPITIBVS PERTRACTANTVR.

*Voces vero Hebraicae, quarum explicatio phrases illustrat, Asteriſco * notantur.*

A

AB anima vſque ad carnem quid ſignificet. 72.c.2
Ab initio quomodo peccaſſe diabolus dicatur. 66.d.2
Adami, vel hominis filius quid ſignificet. 3.c.1
Adeps frumenti ſignificat optimum frumentum. 22.b.2
Adona Dei nomen quid ſignificet. 45.b.2
Adonai nomen Hebraeum quidnam. 4.b.2
Adonai nomen Dei quid apud Chaldaeum, Septuaginta, & Vulgatum ſignificet. 45.c.2
Adonai & Elohim Dei nomina quare Deus ipſe vſurpet in reprehenſione principis Tyri, diuinitatem affectantis. 46.c.2
Adorare Dei, & hominum venerationem in ſacris ſignificat. 53.b.2
* Amar, quare dicere, vertatur. 47.a.2
Amplexari ſtercora quid ſignificet. 35.d.1
Apparere quomodo Deus dicatur. 75.c.2
Aſſumere, in ſacris Literis quàm varia ſignificet. 3.a.2
Aſſumere lamentum quid ſignificet. 3.c.2
Aſſumere, idem quod eleuare, vel extollere lamentum. 4.a.1
Auditam facere vocem quid ſit. 36.b.2
* Aral vox Hebraea quid ſignificet. 25.d.2

B

* BAghamijm quid ſignificet. 73.a.1
* Bara quid ſignificet. 63.d.1
* Bemaijm vox Hebraea duas aquas ſignificat. 33.d.1
* ב Beth praepoſitio quid ſignificet. 55.c.1
* Bo, verbum Hebraicum quid ſignificet. 4.c.1. & 74.d.2

C

CAlal, perfectionem, ſeu vniuerſam ſignificat. 4.c.2
* כ Caph litera ſeruilis quid ſignificet. 64.d.1
* Chadas, & Chalal quid ſignificent. 69.a.2
* Chata quid ſignificet. 67.c.2
* Charah vox Hebraea quid ſignificet. 37.a.2
* Chalal quid ſignificet. 57.d.1
* Chalal occidere ſignificat. 56.b.2
* Chatham quid ſignificet. 59.c.1
* Chacham Hebraea vox latius patet, quàm Latina, ſapientia. 52.c.1
* Cherem vox quid ſignificet. 7.b.2
* Chelmad quid Hebraeis ſignificet. 30.b.1
Cherubim quid ſignificet. 64.b.1
Cherub quàm diuerſa ſignificet. 63.a.2
Chriſti Meſciach interpretatio. 64.a.2
* Chonen lamentari ſignificat. 58.a.2
Chouchod quid Hebraeis ſignificet. 22.c.1
Cilicium, & ſaccus pro eodem accipiuntur in ſacris. 38.b.1
Communem facere, vel violare vineam quid ſignificet. 69.b.2
Coniugatio vltima Hebraeorum reciproca eſt. 66.c.1
Corona pulchritudinis quae dicatur. 60.d.1
Cor exaltare quid ſignificet. 47.c.1
Cor maris tutiſſimam munitionem ſignificat. 56.c.2
Cor quid in ſacris Literis ſignificet. 51.d.1

D

DAmach ſimile eſſe ſignificat: 59.c.1
Dei nomen elohim quid ſignificet. 45.c.2
Dei nomen elohim explicatur. 55.a.2
Dei nomen Adonai quid ſignificet. 45.b.2
Dei nomen Adonai quid apud Chaldaeum, Septuaginta, & Vulgatum ſignificet. 45.c.2
* Deber quid ſonet. 79.b.1
Diaboli iudicium quare vocetur à Paulo iudicium ſuperborum. 68.c.2
Diabolus quomodo ab initio peccaſſe dicatur. 66.d.2
Dicere, & prophetare in quo differant. 74.c.2
Dicere quid in ſacris Literis ſignificet. 47.a.2
* Dum, vox Hebraea obmuteſcere, ſilere &c. ſignificat. 39.b.1

E

EDen, vox Hebraea in ſacris Literis quid ſignificet. 29.c.2
Edem paradiſus an ſit proprium nomen loci. 61.a.1
Egredi, & ingredi quid in ſacra Scriptura dicatur. 39.a.2
* El, nomen Dei quid primaeua ſui inſtitutione ſignificet. 47.c.2
* El, quando Hebraei in libris ponunt, quid velint indicare. 47.c.2
Eleuatum verbo Hebraeo geuah redditum quid ſignificet. 47.a.1
* Elohim, & Adonai Dei nomina quare vſurpet Deus in reprehenſione principis Tyri, diuinitatem affectantis. 46.c.2
* Elohim nomen Dei quid ſignificet. 45.c.2
* Elohim Dei nomen explicatur. 55.a.2
* Emmanuel vnde componatur, & quid ſignificet. 47.d.2
Epitheton Libani quare Hermon ſit, & non potius nomen proprium. 7.b.2
Equitem quare Hebraei vpariſcim vocent. 18.b.2
Euaginare gladium, interficere ſignificat. 56.a.1
Exaltare cor quid ſignificet. 47.c.1
Exaltare cornu quid ſignificet. 21.c.2

F

FIlij hominis, ſiue Adam quid ſignificet. 3.c.1
Filius hominis quis dicatur. 41.c.1
Frumenti adeps optimum frumentum ſignificat. 22.b.2

Gaual,

Universidad de Deusto Biblioteca

G

GAual, vox Hebraea quid significet. 11.c.2
* Gaman quid significet. 60.c.2
* Gan quid dicatur. 60.c.2
Genitiuus pro adiectiuo Hebraeis frequens. 80.d.1
Genitiuo substantiui vtuntur Hebraei pro adiectiuis, quibus fere carent. 31.d.2
* Gerah verbum Hebraicum quare eleuatum esse significet. 47.a.1
* Ghal praepositio Hebraea quid sonet. 76.a.2.& 56.a.1
* Gharau quid significet. 12.b.2
* Gharats quid significet. 55.c.2
* Gharel incircumcisus. 57.c.2
Gladium euaginare, interficere significat. 56.a.1
Grauis pro glorioso, leuis pro abiecto apud Hebraeos accipitur. 32.a.2
Graeci varie interpretantur sapientiae pulchritudinem. 56.b.1
Gubernator quid in sacris Literis significet. 35.a.2

H

HAphach vox Hebraea rubinum significat. 20.d.2
* Haiah verbum substantiuum quid significet. 3.a.1
Habitare, & sedere in sacris pro regnare, & iudicare accipitur. 50.a.2
* Hebraicum nomen, tsor, quid sit. 4.c.1
Hebraeorum vltima coniugatio reciproca est. 66.c.1
Hebraeis frequens genitiuus pro adiectiuo. 80.d.1
* Hebraicum verbum, Bo, quid significet. 4.c.1
* Hebraei ס samech in ש sin commutare solent. 61.c.2
Hermon quare sit epitheton Libani, & non proprium nomen. 7.b.2
* Hichdis sancti nomen Deo tribuitur. 57.d.1
Hierosolyma quare dicatur saltus. 76.b.1
* Hiram quid significet. 66.b.2
Hominis, vel Adami filius quid significet. 3.c.1. & quid apud posteros significet. 3.d.1

I

* IAsab primo sedem significat, per synecdochen vero habitare. 50.a.2
* Iatsa exitum quemlibet significat. 39.c.1
* Iasciab quid significet. 63.c.2
* Iephi pulchritudinem, formam &c. significat. 56.c.1
In ore carnis quid significet. 72.b.2
In anima, vel in animabus quid significet. 18.c.1
Interpretatio nominis Adonai. 4.b.2
In corde maris, quid significet. 5.c.1
In medio quid dicat. 77.c.2
Ingredi, & egredi quid in sacra Scriptura dicatur. 39.a.2
Interpretatio nominis Christi Mesciach. 64.a.2
Iudicare, & regnare significatur in sacris cum habitare quis dicitur, & sedere. 56.a.2
Iudicium superborum quare vocetur à Paulo iudicium diaboli. 68.c.2
Iustitia quare montibus Dei comparetur in sacris Literis. 47.c.2

L

LAmentum assumere quid sit, 3.c.2
Latina vox, peccare, vnde dicatur. 68.b.1
Laban nomen, vnde Libanus deducitur, quid significet. 7.c.1. & 47.c.1
Leuare planctum quid in Scriptura dicatur. 58.c.1
Leuare manum, actus iurantis. 47.d.2
Leuis pro abiecto, grauis pro glorioso apud Hebraeos accipitur. 32.a.2
Libani epitheton quare sit Hermon, & non nomen proprium. 7.b.2
Locus Psalmi, Quomodo cecidit lucifer &c. primo de principe Tyri intelligendus, secundario de diabolo. 43.d.2
Locus de paradiso quomodo & de diabolo, & Rege Tyri intelligatur. 61.a.2
Lucifer quid significet: 43.c.2

M

MAlonauis, templum Tyri significatur. 8.c.1
* Mamir quid significet. 80.d.1
Manus negotiatores qui dicantur. 27.b.1
* Masac quid significet. 61.b.2
* Maschiach quid significet. 64.c.1
* Melecheth varia significat. 62.a.2
* Michedas quid significet. 70.a.1
* Mider quid significet. 79.c.1
* Mincha vox Hebraea quidnam significet. 53.d.2
Morte mori, & vita viuere quid significet in sacris. 56.a.2
Moyses quomodo Deus Pharaonis dicatur. 75.b.1
* Muth mortem significat. 56.b.2

N

NAbuchodonosor loco Austri quare ponatur à Propheta. 33.c.2
* Nachab quid sonet. 62.d.2
* Nassac fundere, libare, offerre significat. 54.c.1
* Negid vox Hebraea quid significet. 45.b.1
Negotiatores manus qui dicantur. 27.b.1
* Nibba quid significet. 74.d.2
Nihili factus es &c. dupliciter intelligitur. 73.c.1
* Nomen Dei elohim quid significet. 45.c.2
Nomen, tsor, quid sit. 4.c.1
Nomen Dei elohim explicatur. 55.a.2
* Nomen Dei adonai quid apud Chaldaeum, Septuaginta, & Vulgatum significet. 45.c.2
Nominis adonai interpretatio. 4.b.2
* Nomen adonai quid significet. 45.b.2
Nomine praeputij quid Hebraei significent. 57.c.2
Nomen, lauan, vnde Libanus deducitur, quid significet. 7.c.1
Nominis Christi Meschiach interpretatio. 64.a.2

O

OBmutescere, vel silere in sacris idem, ac mori. 39.b.1
Obstupescere quid significet. 73.b.1
Oratio circumstantijs exornatur. 4.b.1

P

PAne quid sonet. 74.a.1
Paradisus Eden an sit proprium nomen loci. 61.a.1
Paradisus quid significet apud Hebraeos, Graecos, atque Latinos. 69.c.2
* Pardes quid sonet. 60.c.2
Patrum variae sententiae de principe Tyri quis sit. 41.d.2
Peccare Latina vox vnde dicatur. 68.b.1
Perpetuum idem quod saeculum. 73.c.1
Perfectio, seu vniuersa, Hebraeis Calal vocatur. 4.c.2
Pharetras suspendere quid significet. 14.b.2
Pharaonis Deus quomodo Moyses dicatur. 75.b.1
Planctum leuare, quid in Scriptura sit. 58.c.1
Polluisti, quid in Scriptura sonet. 69.a.2
Ponere faciem, vel oculos super, vel contra aliquem, quid significet. 73.d.2
* Praepositio ghal quid significet. 56.a.1
Praepositio, in, valet nonnumquam propter. 55.c.1
* Praepositio ב beth quid significet. 55.c.1
Praeputij nomine quid Hebraei significent. 57.c.2
Princeps ex vi Hebraicae vocis quid significet. 44.d.2
Propheta Ezechiel iudex principis Tyri constitutus est. 46.d.2
Propheta quid significet. 74.c.2
Prophetare, & dicere in quo differant. 74.c.2
Pulchritudinem sapientiae varie interpretantur Graeci. 56.b.1

R

*RAa, quid significet. 72.d.2
Rabbi, quid significet. 64.c.1
* Racab, quid denotet. 63.b.2
Regnare, & iudicare accipitur in sacris nomine habitare, & sedere. 50.a.2
* Rich euaginare significat. 55.c.2
Rubinum Hebraei haphach vocant. 20.d.2

Saccus,

Universidad de Deusto Biblioteca

S

Saccus, & cilicium pro eodem accipiuntur in sacris. 38.b.1
* Sac vox Hebraea pluribus gentibus communis. 38.b.1
Saltus quare dicatur Hierosolyma. 76.b.1
* Samemu quid sonet. 73.c.1
ס samech, ש sin, & צ tsade quomodo pronuntiatione differant. 27.b.2
* ס samech in ש sin Hebraei commutare solent. 61.c.2
Sanctum quid dicatur. 69.b.2
Sancti Gregorij de istis verbis, Similitudo Dei, quae sit sententia. 60.b.2
* Satum quid significet. 54.d.2
* Scim quid significet. 73.d.2
Secretum quid apud Ezechielem dicatur. 54.d.2
Sedere, & habitare in sacris pro regnare, & iudicare accipitur. 50.a.2
Sententia prima, quis intelligatur à Propheta princeps Tyri. 41.e.2
Sententia secunda, quis à Propheta princeps Tyri intelligatur. 42.a.2
Sententia tertia, quis à Propheta princeps Tyri vocetur. 42.a.2
Sententiae variae Patrum de principe Tyri, quis sit. 41.d.2
Sententia auctoris, quis intelligatur à Propheta princeps Tyri. 43.b.1
* Sichata quid significet. 68.e.2
Signaculum similitudinis difficulter explicatur. 58.c.2
Signaculum quid significet. 59.c.1
Signare pro stipulari. 59.d.1
Signare idem quod occludere. 59.e.1
Significationes verbi, assumere, quàm sint variae. 3.a.2
* Sillon quid significet. 79.d.2
* Suc sepire significat. 61.c.2
Suscipe seruum tuum in bono quid significet. 12.c.2
Superborum iudicium quare vocetur à Paulo iudicium diaboli. 68.c.2
Suspendere pharetras quid significet. 14.b.2

T

* Tachan ponderare, numerare significat. 59.b.2
Templum Tyri malo nauis nauis significatur. 8.e.1
צ tsade, ש sin, & ס samech, quomodo pronuntiatione differant. 27.b.2
* Tselem qualem imaginem significat. 59.a.1
* Tsor nomen Hebraicum quid. 4.e.1
* Tsur quid significet. 76.a.1
* Taphaph quid significet. 62.b.2

V

* Variae significationes verbi, assumere. 3.a.2
Verbum substantiuum Haiah quid significet. 3.a.1
* Verbum Hebraicum, Bo, quid significet. 4.c.1
Verbum ad me, quomodo intelligatur. 3.b.1
Verbum, Assumere, quàm multa significet. 3.a.2
Videre idem quod cognoscere. 73.a.1
Videre in sacris animi, & corporis est. 72.d.2
Violare vineam, vel communem facere quid significet. 69.b.2
Vineam violare, vel communem facere quid significet. 69.b.2
Visitare quid significet. 75.e.2
Vita viuere, & morte mori quid significet in Scriptura. 56.a.2
Vltima Hebraeorum coniugatio reciproca est. 66.e.1
Vngere Hebraeis idem, quod Regem creare. 54.c.1
* Vox Cherem quid significet. 7.b.2
Vocem auditam facere quid significet. 36.b.2
* Vox Calal perfectionem, seu vniuersam significat. 4.e.2
Vox Latina, peccare, vnde dicatur. 68.b.1
* Vparsicim quare equitem apud Hebraeos significet. 18.b.2

VERBORVM ET RERVM QVAE HIS EXPLANATIONIBVS Ezechielis Capitum XXVII. & XXVIII. continentur.

Prior numerus paginam, posterior columnam, litera vero columnae partem indicat.

Abietis descriptio. 7.b.1
Abietum varia genera, & qualis materies. 6.b.
Abana, & Pharphar duo fluuij illustres Damasci. 23.c.2
Abraham bis eductus fuit à Deo de patria sua. 29.c.1
Abrahami singulari exemplo bonos parentibus deferendus. 29.a.2
Absoluta voluntas quid appetat. 48.c.1
Accusatur Tyrius, quod terram sanctam incolens, sancte non viuat. 65.a.2
Acceptiones variae peccati. 67.c.2
Achaz, Hiram, & Nabuchodonosor dij esse voluerunt. 56.d.1
Acceptio varia foraminum. 62.c.2
Aduerbiorum loco saepe vtuntur Hebraei nominibus cum particula, in. 17.d.2
Adonai nomen Dei quid significet. a.3.1
Adeps optima quaeque in quolibet genere significat. 22b.2
Adorationem à Rege oblatam vtrum probibuerit Daniel. 52.d.2
Adoratio quid significet. 53.a.2
Aegyptij, Idumaei, Tyrij, Sidonij, Ammonitae, Gog, & Magog duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Aes Corinthiacum omnium metallorum praestantissimum 18.b.1
Aemulationis inter Tyrum, & Hierusalem quaenam fuerit causa. 4.c.1
Aegytus byssi ferax. 9.c.2
Aegyptij cur primi, & excellentissimi Geometrae. 74.c.2
Affectus duplex cineris aspersione, & pulueris in homine excitatur. 37.b.1
Alijs praelatus, & superbiens, cum à dignitate cadit, nulla alia re à subditis differt, quàm ignomina. 69.c.1
Alabandus quid significet. 22.d.1
Aliorum ruina nos cautiores reddit. 36.c.1
Alabanda vrbs Cariae. 22.d.1
Ambitio diuinitatis, quasi omnium scelerum origo, iniquitas dicitur. 66.b.2
Amplitudo Persici regni quanta fuerit. 13.c.1
Ammonitae, Tyrij, Sidonij, Aegyptij Idumaei Gog, & Magog, duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Amaritudo scandali quid faciat. 80.c.2
Amaritudo scandalum subsequens quaenam. 80.d.1
Anglicanae cuiusdam nauis miserrimus interitus. 71.a.1
Angelus quomodo diuinitatem appetere potuerit. 48.a.1
Annorum suorum numerum non possunt scire praepotentes licet omnia se posse putent. 55.d.2
Angeli lapides igniti vocantur. 65.b.2
Antitheses perpulcrae inter nomina Dei, & hominis. 57.b.1
Animi constantiam immobilem exigit à suis praedicatoribus Deus. 74.c.1
Animi dotes quaenam in principe maxime requirantur. 51.a.2
Animi gratia quaenam pictores aliquando soleant pingere. 60.a.1
Apostolis quaenam sedes sit promissa. 50.b.1
Aquae duplices, aliae caelestes, aliae fluuiatles. 33.d.2
Aquae aliquando saeuientis populi turbam significant. 33.a.2
Aquae pro copia rerum sumuntur. 33.d.1
Aquae quomodo pro miserijs, & calamitate accipiantur. 33.d.1
Arma quare milites suspendant in margine nauis, vbi à militaribus muneribus cessant. 13.c.2
Armeniae conditor Aram filius Sem, filij Noe 19.c.2
Arabia dans camelis abundet. 27.c.1
Arma ponere pacis symbolum. 14.c.2
Armenia omnium terrarum altissima est. 20.a.1
Arabia quae prouincia sit. 27.b.1
Aradum insula vbi sita fuerit. 11.b.1
Aradij quae gens. 13.c.2
Aromatibus, auro, & gemmis diuites Sabaei. 28.a.2
Artium multarum inuentores Sidonij. 74.b.2
Artis nauticae, & literarum inuentores Phoenices. 31.d.2
Aram filius Sem filij Noe Armeniae conditor. 19.c.2
Arrogantiae poena quaenam. 56.d.1
Argento vel auro se nimium viri, vel foeminae exornantes duo in Deum crimina admittunt. 62.c.1
Arbor balsami qualis, & quid sit balsamum. 22.c.2
Arameni quare vocentur Adamini. 20.d.1
Arrogantia, & superbia Tyri recensetur. 4.d.2
Arcae testamenti dispositio, & moralis interpretatio. 50.b.1
Assur secundus filius Sem nomen Assyrijs dedit. 30.a.2
Aspersio pulueris, & cineris diuinam prouocat misericordiam. 37.c.1
Assumere, idem quod eleuare, vel extollere lamentum. 4.a.1
Aspersio pulueris quid significet. 37.c.1
Atheorum insciti a quanta sit. 45.c.1
Augmentum regnorum, regnaque ipsa praestat Deus 55.d.1
Auctorum varia de serico opinio. 21.b.1
Auster ventus pro vento vrente quare ponatur. 33.c.2 34.b.1
Auster quare frigidus dicatur. 34.c.1
Auro, aromatibus, & gemmis diuites Sabaei. 28.a.2
Auaritiae collisione, & superbiae flatibus quomodo accendatur ignis vincipem cum Republica deuoraus. 71.c.2
Auster vnde dicatur. 34.b.1
Augustini sententia de Septuaginta editione. 5.c.2.
Auro, vel argento se nimium viri, vel foeminae exornantes duo in Deum crimina admittunt. 62.c.1

B

Baetica specularibus lapidibus, & minio affluens. 16.b.2
Baetica Hispaniae prouincia gossipij ferax. 9.c.2
Baeticae, Hispaniae primatus debetur. 16.c.2
Basaanitidis regionis descriptio. 8.b.2
Balsamum quid sit, & quae arbor eius, & vbi crescat 22.c.2
Beneficia Dei idolis accepta referre magnum Tyri scelus. 5.c.2
Bellum quibus armis gerat Deus aduersus suos hostes. 77.a.1

Universidad de Deusto Biblioteca

Bellicus tribulus quid sit. 79.e.2
Bellerophon primus equo vehi inuenit. 18.a.2
Bigarum repertores Phryges. 18.b.2
Biblus ciuitas in Syria Phoenicis. 11.d.2
Biblia vulgata vindicantur à calumnia. 68.a.1
Bulla quid sit. 59.a.2
Byssus varia quae dicatur. 9.d.2
Byssi ferax Aegyptus. 9.c.2
Byssus quid sit. 9.a.2

C

Capiti cur cinis, vel puluis aspergatur. 36.c.2
Canna, siue calamus naturalis duplex. 26.d.1
Calamus duplex est. 26.c.1
Campi Damasceni vbertas, & magnitudo. 24.e.1
Calamus siue canna naturalis duplex. 26.d.1
Causa aemulationis inter Tyrum, & Ierusalem quaenam. 4.c.1
Canaan Palaestinae gentes Chetheos vocat Suidas. 9.a.1
Cantilenas lugubres Romani, & Graeci funeribus exhibebant. 38.b.2
Catalogus eorum, qui diuinos honores affectarunt. 48.c.2
Camelis quare abundet Arabia. 27.e.1
Caelum tertium quod dicatur. 49.b.1
Carbunculi noctu instar candelae lucent. 66.d.1
Cautiores nos reddit ruina aliorum. 26.c.1
Canticum Canticorum quid significet. 12.e.1
Candelae instar carbunculi noctu lucent. 66.d.1
Caput quare Sacerdotibus radatur. 37.c.2
Christus Dominus quare dicatur filius hominis, & quanta ex hoc nomine appareat eius pietas. 3.d.1
Christus post absolutam regni Israelitici gloriam venit. 32.c.2
Christus, non solum de Christo Domino, sed etiam de Regibus dicitur. 64.c.2
Christi pulchritudo quanta. 56.c.1
Chanaan terra sancta vocatur. 65.c.1
Chalane locus, vbi turris Babel aedificata fuit. 29.c.1
Cherubinis duobus Rex, & Sacerdos significantur. 64.e.2
Chrysostomus quomodo Ioanni Baptistae similis fuerit. 74.c.1
Chethiim insulae quae sint. 9.a.1
Christiani Sacerdotis quanta sit sanctitas. 70.a.1
Ciuile bellum nauis incendio, hostium incursus naufragio confertur. 71.c.1
Cinis in capite quid significet. 36.c.2
Cineris, ac pulueris aspersio diuinam misericordiam prouocat. 37.c.1
Cinis in capite aliorum nobis exitum in memoriam reuocat. 36.e.2
Cineris, & pulueris aspersione duplex in homine affectus excitatur. 37.b.1
Cineres Tyriani incendij quare reseruari debeant. 73.c.2
Cilicium moeroris signum. 38.a.1
Circumstantiae exornant orationem. 4.b.1
Cinis, vel puluis quare capiti aspergatur. 36.c.2
Ciuitas quaelibet quare mons vocetur. 65.b.1
Cilicij vsus quis fuerit in bello. 37.e.2
Classis Salomonis in quod mare iuerit. 15.e.1
Clypeus vnde dicatur. 13.c.2
Colossenses, seu Rhodij filij Dedan vocantur. 18.d.2
Color purpurae qualis, & quid sit purpura. 10.c.1
Color hyacinthi qualis, & quid ipse sit. 10.b.1
Constantiam animi immobilem Deus exigit à suis praedicatoribus. 74.c.1
Comparatio Musicae cum vestimentis. 62.d.2
Commiserationem maximam excitat praeteritae felicitatis cum praesenti infelicitate collatio. 39.a.1
Copia diuitiarum quare homines in maximum discrimen adducat. 33.b.2
Cornu rhinocerotis pretiosum. 22.b.1
Coniunctio, & affirmatiua, & coniunctiua est. 3.c.1
Collisione auaritiae, & superbiae flatibus quomodo accendatur, ignis principem cum Republica deuorans. 71.e.2
Concionatoribus Euangelicis studium pronuntiationis suadetur. 74.b.1
Cognominare quid significet. 29.c.2
Corinthiacum aes omnium metallorum praestantissimum. 18.b.1
Correctio filiorum in quo differat à flagellation inutilium seruorum. 73.a.2
Cordis penu pectus. 63.d.1
Consummationem mundi significari quidam opinantur consummatione Tyri. 35.b.1
Cor peccatorum sedem vltionis sagittis petit Deus. 77.c.2
Consuetudo hominum iniquorum quàm sit perniciosa. 80.d.2
Conditionata voluntas quomodo impossibile appetere possit. 48.c.1
Commemoratio peccati quid superaddat iniquitati. 68.d.1
Conscientiae ignis vehementer torquet fontes. 3.d.2
Colloquium dulce memoria Dei. 34.a.2
Coronata quare Tyrus dicatur. 4.e.1
Conditor Hispaniae Thubal. 16.b.2
Crines radere, vel euellere maximi luctus signum apud antiquos. 37.b.2
Creaturarum omnium obedientia quare Deo debeatur. 47.d.2
Crimina duo in Deum admittunt viri, vel foeminae nimium se auro, vel argento exornantes. 62.e.1
Crudelitas Sidoniorum in suos, & interfectorum numerus. 78.d.1
Crimen maximum est pulla veste nuptias ingredi. 38.c.1
Creare solius Dei est. 63.d.2
Custodes murorum quare dicantur Pygmaei. 14.e.1
Cupressus aptior conficiendis scrinijs, & minutis operibus, quàm nauis malo. 31.b.2
Culpa magni sceleris est diuinos honores oblatos non prohibere. 53.d.1
Cupiditas diuitiarum diuitijs, vt sitis sale augetur. 23.c.2
Cupiditas diuitiarum in diaboli tyrannidem inducit. 28.c.1

D

Damascus Tyro pro emporio erat. 23.b.2
Damnationis ibi poena incurritur, vbi peccati reatus est. 68.b.2
Daniel vtrum adorationem à Rege sibi oblatam prohibuerit. 52.d.2
Damasci etymologia quaenam. 24.a.1
Damno duplici populum Dei affecerunt Ammonitae, Tyrij, Sidonij, Aegyptij, Idumaei, Gog, & Magog. 81.b.1
Damascus duobus fluuijs Abana, & Pharphar illustris. 23.c.2
Damna quanta pariat nimium propriae pulchritudinis studium. 69.a.1
Damnationis suae peccator ipse auctor potius, quàm iudex, aut minister. 70.a.2
Damnationis latam sententiam quomodo Deus videatur mutare. 39.d.2
Damascus quae ciuitas, & vbi sita. 23.d.1
Danielem neque diuinos honores admisisse, neque Regem obtulisse probatur. 54.a.2
Daniel diuinos honores sibi oblatos non admisit. 53.d.1
Danielis sapientia in prouerbium abijt. 52.d.1
Damnationis Tyri exemplo retrahuntur à similibus excessibus eiusdem sectatores. 70.c.2
Damasceni campi vbertas, & magnitudo. 24.e.1
Damna pestilentiae quaenam, & quanta. 79.d.1
Deo soli pulchritudo vera competit. 5.a.1
Dei beneficia idolis referre accepta, magnum Tyri scelus. 5.c.2
Deus numquam filios suos ad caecitatem, vel internecionem castigat. 81.c.1
Dei essentia qualis sit. 3.a.1
Deus quomodo sanctificetur, vindictam sumens. 78.a.2
Deus cur quodammodo videatur trahi ad faciendum iudicium. 78.b.2
Dei populum persequens, Deum ipsum persequitur. 79.a.1
Deus ex patre in hostem conuersus, quos tuebatur impugnat. 76.e.2
Deum quid maxime affligat. 76.d.2
Dei potentia, & hominis miseria ipsis nominibus indicantur. 50.e.2
Dei nomen proprijssimum ens est. 46.b.2
Deus quomodo damnationis sententiam videatur mutare. 39.d.2
Deus proprij honoris zelator. 14.e.2
Deus tamquam pater pijssimus poenas filijs suis inflictas exaggerat. 81.d.1
Deus peccatoribus flagellatis compatiens, furorem in ipsa flagella conuertit. 8.e.1
Deus aliter praedestinatos ad vitam, quàm praescitos ad damnationem punit. 81.c.2
Deus quare monumenta incendij Tyrij perpetuo manere voluerit. 27.d.2

Deo

Dei obedientia omnium creaturarum quare debeatur. 47.d.2
Dei solius est creare. 63.d.1
Deus omnes principum terrae superbos titulos duobus comprehendit nominibus, Dominus Deus. 46.c.2
Dei promissa semper sequenda, etiamsi ea nobis non appareant. 29.b.2
Deum minus colentes, minus potentes contra hostes. 25.e.1
Deus regna, eorumque augmentum praestat. 55.d.1
Deus, qui equitare dicebatur tempore tabernaculi, exstructo templo insidere dicitur Cherubinis. 63.d.2
Dei nomen tetragrammaton quare ineffabile dicatur. 46.a.1
Dei nomen ineffabile quare Grecis tetragrammaton dicatur. 45.c.2
Deus quibus armis aduersus suos hostes bellum gerat. 77.a.1
Deus parta de peccatoribus victoria glorificatur. 27.d.1
Deum tantum illustria cognomina decent. 29.c.2
Deo seruienti fugiendae sunt diuitiae. 32.c.1
Deus immobilem animi constantiam à suis praedicatoribus exigit. 74.c.1
Dei nomen Adonai quid significet; 3.a.1
Dei nomina inter, & hominis perpulchrae antitheses. 57.b.1
Deum quomodo semper cognoscamus. 46.c.1
Deus quomodo sit glorificatus in medio Sidonis. 78.c.1
Deus prouocat peccatores ad singulare certamen. 76.c.2
Deus quare male operantes ignibus consumat. 72.a.2
Deos quare gentiles fecerint homines quosdam. 48.b.2
Descriptio nauis, siue triremis. 6.d.1
Descriptio fruticis gossypium producentis. 9.c.2
Dedan filij Rhodij, seu Colossenses vocantur. 18.d.2
Descriptio templi Hierosolymitani. 49.b.2
Descriptio abietis. 7.b.1
Descriptio regionis Basanitidis. 8.b.2
Descriptio lapidum rationalis. 61.c.2
Diuitias Persici regni quomodo innuerit Scriptura sacra. 13.a.2
Dignitas, & reuerentia purpurae apud Romanos. 10.d.1
Differentia purpurae, & hyacinthi quaenam. 10.c.1
Diuitiarum copia quare in maximum discrimen homines adducat. 33.b.2
Differentia inter Tyrum, & Ierusalem qualis. 4.d.1
Diuitiarum cupiditas in Satanae tyrannidem inducit. 28.c.1
Diuitiarum sitis diuitijs augetur, vt sitis sale. 23.c.2
Diaboli superbi diuinos sibi honores quantum affectent. 48.c.1
Diuinitatem minime appetunt Sancti; quibus quaedam diuinitatis participatio conceditur. 50.c.1
Diuinitatis ambitio quasi omnium scelerum origo, iniquitas dicitur. 66.b.2
Diuinos honores oblatos non prohibere magni sceleris culpa est. 53.c.1
Diuinitas quomodo ab Angelo appeti potuerit. 48.a.1
Diuitiae Deo seruienti sunt fugiendae. 32.c.1
Diuitiarum studium graue, & periculosum. 32.a.1
Dispositio arcae testamenti, eiusque moralis interpretatio. 50.b.1
Differentia inter perditionem nauis naufragio, aut igni. 70.c.2
Dilatio vltionis peccatoribus superbiendi occasio fit, cum vltionem augeat. 77.b.2
Diuitiae Tyri ruina fuerunt. 32.c.2
Diuinos honores neque Danielem admisisse, neque Regem obtulisse probatur. 54.a.2
Dictio duplex, mentis, & oris. 47.b.2
Diuinos honores sibi oblatos Daniel non admisit. 53.d.1
Discrimen maximum excellentiae propriae nimius appetitus conciliat. 50.c.1
Diligentia Sidoniorum in praeuenienda obsidione. 78.c.1
Diabolus quomodo in medio lapidum ignitorum fuerit. 66.a.1
Diabolus quare pestilens dicatur. 79.c.1
Dignitas, & veritas prophetiae. 3.b.1
Diadema lapidibus rationalis condecorasse videtur Rex Tyri. 62.d.1
Dignitas, & excellentia humanae naturae. 59.c.2
Domini ac Dei, duobus istis nominibus Deus omnes superbos principum terrae titulos comprehendit. 46.c.2
Dotes animi quaenam maxime in principe requirantur. 51.a.2
Dodrans quid sit. 14.c.1
Duplex principum via. 44.c.2
Duplex mare internum, siue Mediterraneum, externum, siue Oceanus. 15.c.1
Duplex sensus literalis. 44.d.1
Dulcis memoria Dei dulce colloquium. 34.a.2

E

Ebrietatem consequuntur latrocinia, & rapinae. 28.c.2
Ebenus arbor quales virtutes habeat. 19.b.2
Ebenum quid sit. 19.c.1
Editio vulgata defenditur. 6.c.2
Editio Septuaginta commendata à Diuo Augustino. 5.c.2
Editionis vulgatae vtilitas. 24.c.2
Elegia, siue lamentatio de Tyro quae sit. 58.d.2
Elisa insulae quae sint. 10.a.2
Ementes, & vendentes quare eiecerit è templo Dominus. 12.c.2
Ens proprissimum Dei nomen. 46.b.2
Equestris pugnae primi inuentores Thessali. 18.b.2
Equi sicuti habenis gubernantur, sic populus legibus. 63.c.2
Equitare quid significet. 63.b.2
Equo vehi primus Bellerophon inuenit. 18.a.2
Erichthonius quadrigarum inuentor. 18.b.2
Essentia Dei qualis sit. 3.a.1
Et factum est verbum Domini &c. quibus locis Prophetae hoc exordio vtantur. 41.c.1
Et Coniunctio affirmatiua, & coniunctiua est. 3.c.1
Etymologia Damasci quaenam. 24.a.1
Euangelicis concionatoribus studium pronuntiationis suadetur. 74.b.1
Eucharistiae symbola. 22.c.2
Exemplum poenae fiunt, qui malorum fuerunt exemplar. 44.c.2
Exemplo damnationis Tyri retrahendi à similibus excessibus eiusdem sectatores. 70.a.2
Exemplo Iudae peruersae negotiationis fructus notantur. 67.b.2
Excellentia, & dignitas humanae naturae. 59.c.2
Exemplar malorum qui fuerunt, poenae fiunt exemplum. 44.c.2
Excellentiae propriae nimius appetitus in maximum discrimen adducit. 50.c.1
Exercitus Sidonis maximus, & robustissimus. 78.c.1
Ezechielis testimonio multa haereticorum figmenta conuincuntur. 67.a.1
Ezechiel Propheta principis Tyri iudex constitutus est. 46.d.2

F

Falsitatis facile accusari solent, alios laudantes. 30.d.2
Falsi prophetae qui sint. 75.a.2
Foeminae, vel viri nimium se auro, vel argento exornantes duo in Deum crimina admittunt. 62.c.1
Felicitatis praesentis vani sunt fructus. 39.d.1
Felicitatis praeteritae cum praesente infelicitate collatio maximam excitat commiserationem. 39.a.1
Filius in sacra Scriptura quis dicatur. 6.a.1
Filij Dedan Rhodij, seu Colossenses vocantur. 18.d.2
Filios suos Deus numquam ad caecitatem, vel internecionem castigat. 81.c.1
Filiorum correctio in quo differat à flagellatione inutilium seruorum. 73.a.2
Figmenta impia politicorum quae sint. 49.d.2
Figmenta multa haereticorum Ezechielis testimonio conuincuntur. 67.a.1
Filijs suis infligitas poenas pissimus pater Deus exaggerat. 81.d.1
Fluuij illustres Damasci Abana, & Pharphar. 23.c.2
Flammis superbiae, & auaritiae collisione quomodo accendatur ignis, principem cum Republica deuorans. 71.c.2
Flagellatio inutilium seruorum in quo differat à correctione filiorum. 73.a.2
Flagellatis peccatoribus Deus compatiens, furorem in ipsa flagella conuertit. 81.c.1
Foraminum varia acceptio. 62.c.2
Fructus priuatae vitae Regiae pompae praeferendus. 71.c.2
Fructus bonae negotiationis. 67.c.1
Fructus negotiationis pravae. 67.a.2
Fructus praesentis felicitatis vani. 39.d.1
Furorem proprium miscere in iudicijs reorum, peccatum maximum est. 57.d.2
Funeribus cantilenas lugubres exhibebant Romani, & Graeci. 38.b.2

G

Galea quid significet. 13.d.2
Gemma Tharsis quaenam. 15.c.1

Gemmis, aromatibus, & auro diuites Sabaei. 28.a.2
Genera varia ignium. 71.c.2
Gentiles quare homines aliquos deos fecerint. 48.b.2
Gentes diuersae sunt Saba per ס samech, & Saba per ע sin. 27.c.2
Geometrae excellentissimi, & primi cur fuerint Aegyptij. 74.c.2
Glorificatur Deus parta de peccatoribus victoria. 77.d.1
Gog, Magog, Aegyptij, Idumaei, Ammonitae, Sidonij, & Tyrij duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Gossipium producentis fruticis descriptio. 9.c.2
Grauissima, & immanissima Tyri idololatria. 6.b.1
Graeci quare nomen Dei ineffabile tetragrammaton scribant. 45.c.2
Graeci, & Romani lugubres cantilenas funeribus exhibebant. 38.b.2
Graecia à Iauan condita. 15.c.2
Grecia Hebraeis Iauan dicta. 25.c.2
Gubernatores debent esse sapientes. 11.c.1
Gubernatores debent esse indigenae. 11.b.2
Gubernator, quasi solicitè gerens curam funium, quibus cines in officio continentur, & arcentur à scelere. 35.b.2

H

HAccados Rabbini responsio de nomine Dei tetragrammato ad Antoninum Consulem. 46.c.1
Haram ciuitas Mesopotamiae, vbi Abraham peregrinatus fuit. 29.c.1
Habitatio terrena deserenda. 29.a.2
Haeresis politicorum. 50.c.1
Haereticorum figmenta multa Ezechielis testimonijs concinuntur. 67.a.1
Hebraeorum vestes Sacerdotales totum terrarum orbem in se continebant. 10.d.2
Hectoris Tunti opinio de loco Ezechielis, contra Tyrum. 70.d.2
Hebraei quare omnia maria Tharsis nomine appellent. 15.d.1
Hebraei loco aduerbiorum quibus carent, saepe vtuntur nomine cum praepositione in. 17.d.2
Hispaniae primatus Baeticae debetur. 16.c.2
Hispaniae conditor Thubal. 16.b.2
Hispania metallis abundans. 16.a.2
Hispalis Hispaniae ciuitas auro, & argento commendata. 10.c.2
Hierosolymitanum templum aliquando caelum vocatur. 48.d.1
Hierusalem in quo differat à Tyro. 4.d.1
Hierosolymitani templi descriptio. 49.b.2
Hominis inter, & Dei nomina perpulchrae antitheses. 57.b.1
Hominum iniquorum consuetudo quàm sit pernitiosa. 80.d.2
Hominis praestantia quanta sit. 59.c.2
Hominis vanitas quanta sit. 51.a.1
Hominis miseria, & Dei potentia ipsis nominibus indicantur. 50.c.2
Honores diuinos neque Danielem admisisse, neque Regem obtulisse probatur. 54.a.2
Honores diuinos sibi oblatos Daniel non admisit. 53.d.1
Honores diuinos oblatos non prohibere magni sceleris culpa est. 53.c.1
Honos parentibus deferendus, singulari Abrahami exemplo. 29.a.2
Hostium incursus naufragio nauis, incendio bellum ciuile confertur. 71.c.1
Honores diuinos sibi diabolus, & superbi quantum affectent. 48.c.1
Hostes debellatorum victori congratulantur. 77.d.2
Honoris proprij zelator Deus. 14.c.2
Hostia quid significet. 53.d.2
Humanae naturae dignitas, & excellentia. 59.c.2
Hyacinthus quid sit, & qualis eius color. 10.b.1
Hyacinthi inuolucra quaenam. 30.d.1
Hyacinthi, & purpurae differentia quaenam sit. 10.c.1

I

IAuan Hebraeis dicta est, quae nunc Graecia. 25.c.2
Iberi quomodo Hebraice nominentur. 25.c.2
Idumaei, Gog, Magog, Aegyptij, Ammonitae, Sidonij, Tyrij, duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Idolis beneficia Dei accepta referre magnum Tyri scelus. 5.c.2
Idololatriam scandalum sequitur. 80.c.1
Idololatris peiores politici. 49.c.1
Idololatria Tyri grauissima, & immanissima. 6.b.1
Ignem inferni in seipso peccator accendit, & se eius laqueis constringit. 72.b.1
Ignis quomodo eliciatur ex lignis. 71.c.2
Ignis quomodo accendatur auaritiae collisione, & superbiae flatibus, principem cum Republica deuorans. 71.c.2
Ignis vindex scelerum in reliquis tribus elementis admissorum. 10.c.2
Ignis conscientiae fontes vehementer torquet. 3.d.2
Ignibus quare Deus male operantes consumat. 72.a.2
Igniti lapides Angeli vocantur. 65.b.2
Ignitorum lapidum in medio quomodo fuerit diabolus. 66.a.1
Ignitorum lapidum variae interpretationes. 66.c.1
Ignium varia genera. 71.c.2
Impietas Tyriorum in vendendis hominibus. 18.a.1
Immanissima, & grauissima Tyri idololatria. 6.b.1
Impossibile quomodo voluntas conditionata appetere possit. 48.c.1
Impia politicorum figmenta quae sint. 49.d.2
Immobilem animi constantiam Deus exigit à suis praedicatoribus. 74.c.1
Incendio nauis bellum ciuile, hostium incursus naufragio confertur. 71.c.1
Insulae Chethim quae sint. 9.a.1
Insulae Elisa quae sint. 10.a.2
Insula Aradum vbi sita fuerit. 11.b.1
In corde maris quare dicatur Tyrus sita. 5.c.1
Iniquitati quid superaddat peccati commemoratio. 68.d.1
Iniquitas, atque peccatum non naturae vitium est, sed voluntatis. 66.b.2
Interpretes quare varient, & tamen non dissentiant. 12.a.2
Instar candelae noctu carbunculi lucent. 66.d.1
Iniquorum hominum consuetudo quàm sit pernicios. 80.d.2
Incendij Tyrij monumenta quare Deus perpetuo manere voluerit. 72.d.2
Interpretatio moralis, & dispositio arcae Testamenti. 50.b.1
Innocentiae, & sanctitatis opinio longissime remouenda à corde humano. 52.c.2
Incendij Tyriani cineres quare reseruari debeant. 73.c.2
Inuolucra hyacinthi quae sint. 30.d.1
Inuentores multarum artium Sidonij. 74.b.2
Inferni ignem in seipso peccator accendit, & se eius laqueis constringit. 72.b.1
Insciția atheorum quanta sit. 45.c.1
Insipiens princeps scelerius omnibus, & mox ruinae obnoxius est. 45.c.1
Interfectorum Sidoniorum numerus, & eorum in suos crudelitas. 78.d.1
Ineffabile Dei nomen, quare Graecis tetragrammaton dicatur. 45.c.2
Inutiles viri principatum ambiunt, vtiles respuunt. 71.d.2
Inuentor quadrigarum Erichthonius. 18.b.2
Interitus miserrimus nauis cuiusdam Anglicanae. 71.a.1
Ior quid Hebraice dicatur. 25.b.1
Iordanis quid significet. 25.a.1
Iob vbi habitauerit. 28.b.1
Ioannes Chrysostomus quomodo Ioanni Baptistae similis. 74.c.1
Israel, & Iuda rebus victui necessarijs abundans. 22.c.1
Israelitici regni gloria finita Christus venit. 32.c.2
Iudicis proprium munus animaduertere in fontes. 78.a.1
Iustorum potestas quanta sit. 68.b.2
Iustificationes hominum quomodo Deo placeant, & non placeant. 24.c.2
Iudae exemplo peruersae negotiationis damna notantur. 67.b.2
Iustitiae diuinae vindici nihil resistere potest. 76.c.1

L

LApidibus specularibus, & minio affluens Baetica. 16.b.2
Lapis milliarius quare ponatur. 25.d.2
Lapides rationalis, & Tribus ipsis lapidibus insculptae lapides igniti dicebantur. 66.a.1
Lapides igniti Angeli vocantur. 65.b.2
Lapidum rationalis descriptio. 61.c.2
Lapidum ignitorum variae interpretationes. 66.c.1
Lapidibus rationalis diadema condecorasse Tyri Regem videtur. 62.d.1

Lapidum ignitorum in medio quomodo fuerit diabolus. 66. a. 1
Latina vox, peccatum, rei naturam aptissime repraesentat. 68. c. 1
Lamentatio, siue elegia de Tyro quae sit. 58. d. 2
Laus Vespasianorum, patris, & filij. 58. b. 1
Laudantes alios facile falsitatis accusari solent. 30. d. 2
Latrocinia, & rapinae ebrietatem consequuntur. 28. c. 2
Latrones vocantur venditores, & quare. 28. c. 1
Lex Thebanorum quàm diu mercatores magistratum capessere prohiberet. 13. a. 1
Licentia effraenata scelerum odium parit. 77. c. 2
Libri à Moyse conscripti interierunt, & restaurati sunt ab Esdra. 25. a. 2
Literalis sensus duplex. 44. d. 1
Literarum, & artis nauticae inuentores Phoenices. 31. d. 2
Locus alicui subiectus quare manus apud Hebraeos vocetur. 19. b. 1
Locus praeclarus ad recolendam assidue mortem ex Diuo Basilio. 37. a. 1
Lugubres cantilenas exhibebant funeribus Graeci, & Romani. 38. b. 2
Luctus maximi signum apud antiquos crines vellere, vel radere. 37. b. 2

M

Materia quercus quare remis aptissima. 8. a. 2
Materies abietum qualis, & quot sint eius genera. 6. b. 2
Mare duplex, externum, siue Oceanus alterum, alterum internum, siue mediterraneum. 15. c. 1
Maria omnia quare Tharsis nomine appellent Hebraei. 15. d. 1
Mare, in quod Salomon classem misit, quale fuerit. 15. c. 1
Magog, Gog, Aegyptij, Idumaei, Tyrij, Sidonij, & Ammonitae duplici damno populum Dei affecerunt. 81. b. 1
Manus quare Hebraeis vocetur locus sibi subiectus. 18. b. 1
Materia veli nauis quae sit, & quid velum significet. 10. b. 1
Materia perditionis peccatoris Deus saepe vtitur sceleribus peccatoris ad perdendum eum. 72. a. 1
Malum tenentibus funibus conferuntur praesidiarij principis milites. 71. b. 2
Malo nauis princeps significatur. 71. c. 1
Malorum qui fuerunt exemplar, poenae fiunt exemplum. 44. c. 2
Magnitudo, & vbertas campi Damasceni. 24. c. 1
Metallis abundans Hispania. 16. a. 2
Metallorum praestantissimum aes Corinthiacum. 18. b. 1
Mercatura non sine magno vitae periculo exercetur. 18. a. 1
Mercatores quàm diu mercaturae abstinuisse debuerint, antequam apud Thebanos magistratum capessere possent. 13. a. 1
Mercatores quare dicantur vesper, & occidens. 12. a. 1. & 13. a. 1
Mercatorum insatiabilis sitis longius se, quàm imperij cupiditas extendit. 19. d. 1
Metropolis Phoeniciae Tyrus.
Mesech quam gentem innuat. 16. c. 2
Milites quare arma suspendant in nauibus, quando à militaribus muneribus cessant. 13. c. 2
Minio, & specularibus lapidibus Baetica affluens. 16. b. 2
Miseria hominis, & Dei potentia ipsis nominibus indicantur. 50. c. 2
Milliarius lapis cur ponatur. 25. d. 2
Minus erga Deum pij, minus etiam potentes sunt contra hostes. 25. c. 1
Miseris non est insultandum, aut ridendum, sed potius timendum, aut dolendum. 36. b. 1
Miserrimus nauis cuiusdam Anglicanae interitus. 71. a. 1
Misericordiam pronocat diuinam cineris, & pulueris aspersio. 37. c. 1
Milites praesidiarij principis funibus malum tenentibus conferuntur. 71. b. 2
Minerua pingui explicant Rabbini sacram Scripturam. 35. a. 1
Mons quare quaelibet ciuitas vocetur. 65. b. 1
Modulus Phrygius, quo naenias canebant, quis sit. 38. c. 2
Moribus pestilentes quinam. 55. d. 2
Morum peruersitate, & foedere Tyrus, & Sidon coniunctae. 74. d. 1
Moralis interpretatio, & dispositio arcae testamenti. 50. b. 1
Mortis recolendae praeclarus locus ex Diuo Basilio. 37. a. 1
Mortis commentatio est tota philosophorum vita. 37. b. 1
Mortuo similis est princeps, qui male agit. 45. b. 1
Monumenta incendij Tyrij quare Deus perpetuo manere voluerit. 72. d. 2
Moysis libri ab Esdra restaurati. 25. a. 2
Murorum custodes cur dicantur Pygmaei. 14. c. 1
Musicae comparatio cum vestimentis. 6[illegible]. d. 2
Mulae quaenam sint praestantissimae. 18. c. 2
Munerum acceptio principem maxime dedecet. 45. d. 1
Munera inebriant principes. 19. d. 2
Mundi consummationem aliqui significari putant consummatione Tyri. 35. b. 1
Myrrha prima, vel flacte quid sit. 25. c. 2

N

Nauis, siue triremis descriptio. 6. d. 1
Nauis operimentum quid sit. 10. d. 2
Nauis malo princeps significatur. 71. c. 1
Nauis incendio bellum ciuile, hostium incursus naufragio confertur. 71. c. 1
Nauis velum ex qua fuerit materia, & quid significet. 10. b. 1
Nauis Anglicanae cuiusdam miserrimus interitus. 71. a. 1
Nauticae artis, & literarum inuentores Phoenices. 31. d. 2
Natura serici quae sit. 21. c. 1
Naturae humanae dignitas, & excellentia. 59. c 2.
Nabuchodonosor, Hiram, & Achaz dij esse voluerunt. 56. d. 1
Negotiatio quaedam est praesens vita. 67. c. 1
Negotiationis prauae fructus. 67. a. 2
Negotiatio ad insulas multas cur dicatur Tyrus. 4. c. 1
Negotiationis peruersae fructus exemplo Iudae notantur. 67. b. 2
Nimius propriae excellentiae appetitus in maximum discrimen adducit. 50. c. 1
Nihil stabile in hac vita. 34. c. 1
Niues terrae vtiles. 7. c. 2
Niuis antiquus vsus. 7. d. 2
Nomen Dei Adonai quid significet. 3. a. 1
Nomen Dei tetragrammaton quare ineffabile dicatur. 46. a. 1
Nomen Dei ineffabile quare Graecis tetragrammaton scribatur. 45. c. 2
Nomen Dei proprijssimum ens est. 46. b. 2
Nomina sunt signa eorum, quae mente concipiuntur. 46. b. 1
Nominum Dei & hominis perpulchrae antitheses. 37. b. 1
Nomina illustria tantum Deum decent. 29. c. 2
Noctu instar candelae carbunculi lucent. 66. d. 1
Numerus interfectorum Sidoniorum, & eorum in suos crudelitas. 78. d. 1
Nuptias ingredi pulla veste maximum crimen. 38. c. 1

O

Obedientia omnium creaturarum quare Deo debeatur. 47. d. 2
Oblatos diuinos honores non prohibere magni sceleris culpa est. 53. d. 1
Occasio superbiendi fit peccatoribus vltionis dilatio, cum vltionem augeat. 77. b. 2
Odium parit effraenata scelerum licentia. 77. c. 2
Odio quare persequendum peccatum. 77. c. 1
Onera Reipublicae quasi currus princeps portat. 63. c. 2
Onus peccati quàm graue sit. 3. b. 2
Operimentum nauis quid sit. 10. d. 2
Opes quasi vis, ac virtus ciuitatis. 23. d. 1
Opes dictae, quasi opus opera plenum. 20. b. 2
Operantes male ignibus consumit Deus, & quare. 72. a. 2
Opinio Hectoris Pinti de loco Ezechielis contra Tyrum. 70. d. 1
Opus quid significet. 62. a. 2
Oratio circumstantijs exornatur. 4. b. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

P

Pacis signum arma ponere. 14.c.2
Parentibus bonos deferendus singulari Abrahami exemplo. 29.a.2
Peccatoribus occasio superbiendi sit vltionis dilatio, cum vltionem augeat. 77.b.2
Peccatum, Latina vox, rei naturam aptissime repraesentat. 68.c.1
Pericula maxima vitae in mercatura versantur. 18.c.1
Peccatoris sceleribus vtitur Deus tamquam materia perditionis eiusdem peccatoris. 72.a.1
Peccati variae acceptiones. 67.c.2
Peccator in seipso ignem inferni accendit, & se eius laqueis constringit. 72.b.1
Peccator suae damnationis auctor potius, quàm iudex, aut minister. 70.a.2
Peccatorum sedem cor Deus vltionis suae sagittis petit. 77.c.2
Peccatoribus flagellatis Deus compatiens, furorem in ipsa flagella conuertit. 81.c.1
Peccatum maximum in iudicijs reorum miscere proprium furorem. 57.d.2
Peccati commemoratio quid superaddat iniquitati. 68.d.1
Peccati reatus vbicumque, necnon damnationis poena incurritur. 68.b.2
Peccatores prouocat Deus ad singulare certamen. 76.c.2
Peccata populi principi adscribuntur. 67.c.2
Peccatum quare odio prosequendum. 77.c.1
Peccati onus quantum sit. 3.b.2
Peccatum, atque iniquitas non naturae vitium est, sed voluntatis. 66.b.2
Pestilentiae damna quaenam, & quanta. 79.d.1
Pestis quare Hebraeis dicatur ordo. 79.d.1
Pestilens quare diabolus dicatur. 79.c.1
Persici regni diuitias quomodo sacra Scriptura innuerit. 13.a.2
Persici regni amplitudo quanta fuerit. 13.c.1
Petitio Thaletis à discipulo qualis. 14.c.2
Pelethronius, fraenorum, & stratorum primus inuentor. 18.a.2
Peruersitate morum, & foedere Tyrus, & Sidon coniunctae. 74.d.1
Pectus quasi cordis penu. 63.d.1
Pestilentes moribus quinam. 55.d.2
Penu cordis pectus est. 63.d.1
Periculosam prouinciam suscipit, qui eam gubernandam suscipit, quae in magna felicitate versatur. 33.b.1
Philosophorum tota vita mortis commentatio est. 37.b.1
Pharphar, & Abana illustres duo fluuij Damasci. 23.c.2
Phoenices nauticae artis, & literarum inuentores. 31.d.2
Phoeniciae metropolis Tyrus. 5.d.1
Phrygius modulus, quo naeniam canebant, quis sit. 38.c.2
Phrygia, & Thogorma eadem. 18.c.1
Phryges bigarum repertores. 18.b.2
Pingui Minerua explicant sacram Scripturam Rabbini. 35.a.1
Pij minus erga Deum, minus potentes contra hostes. 25.c.1
Pictores quaenam animi gratia soleant pingere. 60.a.1
Poena capitis multantur principes ob populi fornicationes. 67.c.2
Poena superbientium ob dignitatem, quae sit. 69.c.1
Poena damnationis ibi incurritur, vbi peccati reatus est. 68.b.2.
Poenae exemplum fiunt, qui malorum fuerunt exemplar. 44.c.2.
Poenas filijs suis inflictas Deus, tamquam pijssimus pater exaggerat. 81.d.1
Populum Dei persequens, Deum ipsum persequitur. 79.a.1
Populus legibus, sicut equi habenis gubernatur. 63.c.2
Populi ob fornicationes principes poena capitis multantur. 67.c.2
Populum Dei duplici damno affecerunt Ammonitae, Tyrij, Sidonij, Idumaei, Aegyptij, Gog, & Magog. 81.b.1
Populi peccata principi adscribuntur. 67.c.2
Paenitentia duo includit. 36.c.2
Portus, quasi porta maris. 4.c.1
Pompae Regiae praeferendus priuatae vitae fructus. 71.c.2
Potentia Dei, & hominis miseria nominibus indicantur. 50.c.2
Poena arrogantiae quaenam. 56.d.1
Potestas iustorum quanta sit. 68.b.2
Potentes minus sunt contra hostes, qui sunt minus pij erga Deum. 25.c.1
Politicorum haeresis. 50.c.1
Politici idololatris peiores. 49.c.1
Politicorum impia figmenta quae sint. 49.d.2
Polymita vestis quaenam. 20.c.2
Ponere arma signum pacis. 14.c.2
Principis ruinam vrbis ruina sequitur. 71.c.1
Principatum inutiles viri ambiunt, vtiles respuunt. 71.d.2
Princeps nauis malo significatur. 71.c.1
Principum via duplex. 44.c.2
Principes multantur poena capitis ob populi fornicationes. 67.c.2
Principes munera inebriant. 19.d.2
Princeps Tyri quare Cherub dicatur. 66.c.2
Principibus maxime cauendum, ne quid propriae indignationis in pronuntianda sententia admisceant. 58.a.1
Princeps Tyri quomodo potuerit decipi, vt se deum vocaret. 49.b.1
Princeps quasi currus Reipublicae onera portat. 63.c.2
Principes Reipublicae quasi naues onerariae, & quare. 31.c.2
Principi adscribuntur peccata populi. 67.c.2
Princeps insipiens omnibus sceleribus, & mox ruinae obnoxius est. 45.c.1
Principem maxime dedecet munerum acceptio. 45.d.1
Princeps qui male agit, mortuo similis. 45.c.1
Praesentis felicitatis fructus vani. 39.d.1
Prouinciam periculosam suscipit, qui eam suscipit gubernandam, quae in magna felicitate versatur. 33.b.1
Praedestinatos ad vitam aliter Deus punit, quàm praescitos ad damnationem. 81.c.2
Propriae pulchritudinis nimium studium quae damna pariat. 69.a.1
Praeficae quid sint. 38.c.2
Primatus Hispaniae Baeticae debetur. 16.c.2
Pronuntiationis studium Euangelicis concionatoribus suadetur. 74.b.1
Proprijssimum Dei nomen ens est. 46.b.2
Praeteriola quae dicuntur. 9.c.1
Propheta iudex principis Tyri constitutus est. 46.d.2
Prophetae falsi qui. 75.a.2
Prophetias ad Dei laudes canentes, vel ad proximi vtilitatem interpretantes, Prophetae nomine digni. 75.c.1
Prophetiae dignitas, & veritas. 3.b.1
Praepotentes cum omnia se posse putent, hoc vnum non possunt scire, numerum scilicet annorum suorum. 55.d.2
Propriae excellentiae nimius appetitus in maximum discrimen adducit. 50.c.1
Promissa Dei semper sequenda, etiamsi ea nobis non appareant. 29.b.2
Protectoris imbecillitatem quare non sint passi Hebraei. 51.c.2
Promissionem à Deo Israelitis factam, ad Babylonicam captiuitatem detorquentes reprehenduntur. 81.d.2
Praestantia hominis quanta sit. 59.c.2
Psalterium Vulgatae ab Haereticorum calumnijs vindicatur. 17.b.1
Purpurae dignitas, & reuerentia apud Romanos. 10.d.1
Pugnatores primi ex equo Thessali. 18.b.2
Purpura quid sit, & qualis eius color. 10.c.1
Pulla vestis nuptias ingredi maximum crimen. 38.c.1
Pulueris, ac cineris aspersio diuinam misericordiam prouocat. 37.c.1
Puluis, vel cinis capiti cur aspergatur. 36.c.2
Pulueris, & cineris aspersione duplex in homine affectus excitatur. 37.b.1
Pulueris aspersio quid significet. 37.c.1
Pulchritudo quid sit. 56.c.1
Purpurae, & hyacinthi differentia quaenam. 10.c.1
Pulla vestis quare dicatur. 38.b.1
Pulchrum supreme quid sit. 5.a.1
Pulchritudo soli Deo competit. 5.a.1
Pulcritudinis propriae nimium studium quae damna pariat. 69.a.1
Pulchritudo Christi quanta. 56.c.1
Punit aliter Deus praedestinatos ad vitam, quàm praescitos ad damnationem. 81.c.2
Pygmaei cur dicantur murorum custodes. 14.c.1
Pygmaei quinam. 14.a.1

Q

Quadrigarum inuentor Erichthonius. 18.b.2
Qualis sit essentia Dei. 3.a.1
Quantum sit peccati onus. 5.b.2

Quer-

Cypressus materia quare remis aptissima. 8.a.2

R

Rabbini pingui Minerua sacram Scripturam explicant. 35.a.1
Radere crines, vel euellere maximi luctus signum apud antiques. 37.b.2
Rationalis lapidum descriptio. 61.e.2
Rationalis lapides, immo & Tribus illis insculptae, lapides ignis distinctae. 66.a.1
Rationalis lapidibus diadema condecorasse Rex Tyri videtur. 62.d.1
Ratio status qualis sit. 49.e.1
Rapinae, & latrocinia ebrietatem consequuntur. 28.e.2
Regni Persici diuitias quomodo innuerit sacra Scriptura. 13.a.2
Reipublicae quantum prosint sapientum, ac senum consilia. 12.b.1
Repertores bigarum Phryges. 18.b.2
Responsio Haccados Rabbini de nomine Dei tetragrammato ad Antoninum Consulem. 46.e.1
Remiges qui dicantur Hebraice, & quid significent. 11.e.1
Rex, & Sacerdos duobus Cherubinis significantur. 64.e.2
Reprehensio eorum, qui Dei promissionem Israeli factam ad Babylonicam captiuitatem detorquent. 81.d.2
Remis quare aptissima materia quercus. 8.a.2
Regionis Basaanitidis descriptio. 8.b.2
Regna, eorumque augmentum praestat Deus. 55.d.1
Rex Tyri lapidibus rationalis diadema condecorasse videtur. 62.d.1
Regni Israelitici gloria extincta Christus venit. 32.e.2
Regni Persici amplitudo quanta fuerit. 13.e.1
Reipublicae principes naues onerariae, & quare. 31.d.2
Reipublicae onera princeps, quasi currus, portat. 63.c.2
Reuerentia, & dignitas apud Romanos purpurae. 10.d.1
Reticentia figura quid insinuet. 75.b.2
Reatus peccati vbicumque, ibidem damnationis poena incurritur. 68.b.2
Rhodij, seu Colossenses filij Dedan vocantur. 18.d.2
Rhinoceros quale animal sit. 21.d.2
Rhinocerotis cornu pretiosum. 22.b.1
Roma dicitur Cetim. 9.d.1
Romani, & Graeci cantilenas lugubres funeribus exhibebant. 38.b.2
Ruina Tyri diuitiae fuerunt. 32.e.2
Ruina Tyri cui sit imputanda. 39.c.2
Ruina Tyri quàm sit terribilis ab adiunctis declarat. 35.e.2
Ruinam comitatur sibilatio. 39.c.2
Ruinam principis vrbis ruina sequitur. 71.e.1
Ruina aliorum nos reddit cautiores. 36.e.1

S

Sacerdotibus quare caput radatur. 37.c.2
Sapientum, ac senum consilia quantum Reipublicae prosint. 12.b.1
Sacra Scriptura quem filium vocet. 6.a.1
Sacerdotales vestes apud Hebraeos totum in se continebant orbem terrarum. 10.d.2
Sacerdos, & Rex duobus Cherubinis significantur. 64.e.2
Sapientiae pulchritudinem varie interpretantur Graeci. 56.b.1
Sapientia caret, qui sapientiam sibi arrogat. 51.d.2
Sapientia Danielis in prouerbium abijt. 52.d.1
Sabaei auro, aromatibus, & gemmis diuites. 28.a.2
Sancti, quibus diuinitatis quaedam participatio conceditur, minime Diuinitatem affectant. 50.e.1
Saba per ס sin, & Saba per ס samech, gentes diuersae sunt. 27.c.2
Sanctitatis, & innocentiae opinio longissime remouenda est à corde humano. 52.c.2
Sanctuarium templi in tres partes diuisum. 49.b.2
Sabaei latrones sunt. 28.b.1
Salomonis classis in quod mare iuerit. 15.e.1
Sapientia pollens, & non vtens magnae vindictae patebit. 64.c.1
Saccus quid sit. 38.b.1
Sacerdotis Christiani sanctitas quanta sit. 70.a.1
Sanctitas sacerdotis Christiani quanta sit. 70.a.1
Sagittis vltionis peccatorum sedem cor Deus petit. 77.c.2
Scelerum effraenata licentia odium parit. 77.c.2
Scelerum in reliquis tribus elementis admissorum vindex est ignis. 10.e.2
Scelus magnum Tyri, beneficia Dei idolis accepta referre. 5.c.2
Sceleris magni culpa est, diuinos honores non prohibere. 53.d.1
Scandalum idololatriam sequitur. 80.e.1
Scandalizantes non diu permanebunt. 81.a.1
Scandalizantes qua poena digni. 81.c.1
Scandalum quae amaritudo subsequatur. 81.d.1
Sceleribus peccatoris vtitur saepe Deus tamquam materia perditionis eiusdem peccatoris. 72.a.1
Scutulata vestis quae sit. 21.a.1
Scholastici duplicem voluntatem in peccato Angeli considerant. 48.b.1
Scandali amaritudo quid faciat. 80.e.2
Senum, ac sapientum consilia quantum Reipublicae prosint. 12.b.1
Septuaginta editio commendata à Diuo Augustino. 5.e.2
Sedes Apostolis quaenam sit promissa. 50.b.2
Sericum quid sit, & quàm varie de eo sentiant auctores. 21.b.1
Sedem peccatorum cor Deus petit vltionis suae sagittis. 77.c.2
Sententiam latam damnationis quomodo Deus videatur mutare. 39.d.2
Seruorum flagellatio in quo differat à correctione filiorum. 73.a.2
Serici natura quae sit. 21.c.1
Seruienti Deo diuitiae sunt fugiendae. 32.c.1
Sensus literalis duplex. 44.d.1
Sidon lingua Phoenicum quid significet. 11.a.1
Sidon vrbs Phoeniciae à quo condita. 10.e.2
Sidonij, Aegyptij, Tyrij, Ammonitae, Idumaei, Gog, & Magog duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Sidonij multarum artium inuentores. 74.b.2
Sidon quot stadijs à Tyro distet. 74.a.2
Sidoniorum in praeuenienda obsidione diligentia. 78.c.1
Sidonis exercitus maximus, & robustissimus. 78.c.1
Sidonij quid significent. 76.d.1
Sidoniorum in retinendo suos à fuga stratagema. 78.d.1
Sidon, & Tyrus vt foedere, sic morum peruersitate coniunctae. 74.d.1
Sidon vbi sita fuerit. 74.d.1
Sidoniorum in suos crudelitas, & interfectorum numerus. 78.d.1
Sibilatio comitatur ruinam. 39.c.2
Significatio Tharsis varia. 15.a.1
Sitis mercatorum latius, quàm imperij cupiditas se extendit. 19.d.1
Sicar Hebraeis potus inebrians. 19.c.2
Sontes vehementer torquentur igne suae conscientiae. 3.d.2
Specularibus lapidibus, & minio affluens Baetica. 16.b.2
Stratorum, & fraenorum primus inuentor Peleibronius. 18.a.2
Stacte, vel myrrha prima quid sit. 25.e.2
Status ratio qualis sit. 49.e.1
Studium pronuntiationis Euangelicis concionatoribus suadetur. 74.b.1
Studium diuitiarum graue, & periculosum. 32.a.1
Studium nimium propriae pulchritudinis quae damna pariat. 69.a.1
Stabile nihil in hac vita. 34.c.1
Stratagema Sidoniorum in retinendo suos à fuga. 78.d.1
Superbientium ob dignitatem quae sit poena. 69.c.1
Superbi, & diabolus quantum diuinos sibi honores affectent. 48.c.1
Superbiendi occasio fit peccatoribus vltionis dilatio, cum vltionem augeat. 77.b.2
Superbiae flatibus, & auaritiae collisione quomodo accendatur ignis, principem cum Republica deuorans. 71.e.2
Superbia quantum differat à pulchritudine, & quomodo illam perdat. 68.d.2
Superbiae parotidi quodnam remedium optime adhibeatur. 57.a.2
Superbia, & arrogantia Tyri recensetur. 4.d.2
Supreme pulchrum quid sit. 5.a.1
Symbola Eucharistiae. 22.c.2
Symbolum pacis arma ponere. 14.c.2

T

Tapetes cui vsui seruiant. 26.e.2
Templum quid sit secundum Festum. 8.c.2
Terrarum omnium altissima Armenia est. 20.a.1
Terra Iuda, & Israel rebus victui necessarijs abundans. 22.e.1

Terrena habitatio deserenda. 29.a.2
Templi Hierosolymitani descriptio. 49.b.2
Templi sanctuarium in tres partes diuisum. 49.b.2
Templum Hierosolymitanum aliquando caelum vocatur. 48.d.1
Tetragrammaton nomen Dei quare ineffabile dicatur. 46.a.1
Terra aliquando pro aere terrae proximo accipitur. 69.d.1
Terra sancta Chanaan vocatur. 65.c.1
Testimonio Ezechielis multa haereticorum figmenta conuincuntur. 67.a.1
Tertium caelum quod dicatur. 49.b.1
Tharsis gemma quaenam. 15.c.1
Tharsis nomine omnia maria appellant Hebraei. 15.d.1
Tharsis varia significatio. 15.a.1
Thaletis petitio à discipulo qualis. 14.e.1
Thebanorum lex quàm diu mercatores magistratum capescere prohiberet. 13.a.1
Thubal Hispaniae conditor. 16.b.2
Thessali primi ex equo pugnatores. 18.b.2
Thogorma eadem quae Phrygia. 18.c.1
Triremis, siue nauis descriptio. 6.d.1
Tribulus bellicus quid sit. 79.e.2
Trochus quid sit. 26.c.2
Transtra quare dicantur. 8.c.2
Tyrus quare aemulata sit Hierusalem. 4.c.1
Transitus ab vno sensu in alium quando in sacra Scriptura non admittendus. 43.b.2
Tyri damnationis exemplo retrahuntur a similibus excessibus eiusdem scelatores. 70.a.2
Tyrus quare dicatur coronata. 4.c.1
Tyri arrogantia, & superbia recensetur. 4.d.1
Tyrus fuit metropolis Phoeniciae. 5.d.1
Tyrus, & Hierusalem in quo differant. 4.d.1
Tyri idololatria grauissima, & immanissima. 6.b.1
Tyri princeps quare Cherub dicatur. 66.c.2
Tyri scelus magnum Dei beneficia idolis accepta referre. 5.c.2
Tyrus à quo condita fuerit. 5.c.2
Tyriorum impietas in vendendis hominibus. 18.a.1
Tyri Rex lapidibus rationalis diadema condecorasse videtur. 62.d.2
Tyriani incendij monumenta quare Deus perpetuò manere voluerit. 72.d.2
Tyrus quare dicatur sita in corde maris. 5.c.1
Tyrus quare dicatur negotiatio ad insulas multas. 4.c.1
Tyriani incendij cineres quare reseruari debeant. 73.c.2
Tyrus sita erat in tribu Aser. 65.c.1
Tyrus, & Sidon vt foedere, sic morum peruersitate coniunctae. 74.d.1
Tyrij, Sidonij, Ammonitae, Aegyptij, Idumaei, Gog, & Magog, duplici damno populum Dei affecerunt. 81.b.1
Tyri ruina diuitiae fuerunt. 32.c.2
Tyrus per gradus ad interitum descendit. 32.c.2
Tyrus prosperitate aegrotans, aduersitate curatur. 32.c.1
Tyri princeps quomodo potuerit decipi, vt se deum vocaret. 49.b.1
Tyrus quot stadijs à Sidone distet. 74.a.2
Tyri ruina cui sit imputanda. 39.b.2
Tyri consummatione aliqui significari putant mundi consummationem. 35.b.1
Tyri ruina terribilis ab adiunctis declaratur 35.c.2
Tyrius accusatur quòd terram sanctam incolens sanctè non viuit. 65.a.2

V

Varia ignium genera. 71.c.2
Vani sunt fructus praesentis felicitatis. 39.d.1
Variae lapidum ignitorum interpretationis. 66.c.1
Varia genera abietum, & qualis materies. 6.b.2
Varia foraminum acceptio. 62.c.2
Variae acceptiones peccati. 67.c.2
Vanitas hominis quanta sit. 51.a.1
Vbertas, & magnitudo campi Damasceni. 24.c.1
Vendentes, & ementes quare eiecerit è templo Dominus. 12.c.2
Veritas, & dignitas Prophetiae. 3.b.1
Vestis polymita quaenam. 20.c.2
Vestis scutulata quaenam. 21.a.1
Vespasianorum patris, & filij laus. 58.b.1
Vestes sacerdotales apud Hebraeos totum terrarum orbem continebant. 10.d.2
Veste pulla ingredi nuptias maximum crimen. 38.c.1
Vestis pulla quare dicatur. 38.b.1
Ventus Auster pro vento vrente quare ponatur. 33.c.2
Vehi equo primus inuenit Bellerophon. 18.a.2
Venditores quare vocentur latrones. 28.c.1
Victori congratulantur debellatorum hostes. 77.d.2
Vindictae patebit sapientia pollens, & non vtens. 64.c.1
Vindici iniustitiae diuinae nihil resistere potest. 76.c.1
Vindex scelerum in reliquis tribus elementis admissorum ignis est. 10.c.2
Vindictam sumens Deus, quomodo sanctificetur. 78.a.2
Victoria de peccatoribus parta glorificatur Deus. 77.d.1
Vita philosophorum tota mortis commentatio est. 37.b.1
Vita haec nihil habet stabile. 34.c.1
Vita praesens quaedam negotiatio est. 67.c.1
Viri, vel feminae nimium se auro, vel argento exornantes, duo in Deum crimina admittunt. 62.c.1
Viri inutiles principatum ambiunt, vtiles respuunt. 71.d.2
Vitae priuatae fructus Regiae pompae praeferendus. 71.c.2
Via Principum duplex. 44.c.2
Vltionis dilatio peccatoribus superbiendi occasio fit, cùm vltionem augeat. 77.b.2
Vltionis sagittis cor, peccatorum sedem Deus petit. 77.c.2
Vnicornis, qui & rhinoceros quale sit animal. 21.d.2
Vox Christus, non solum de Christo Domino, sed etiam de Regibus dicitur. 64.c.2
Vox Latina, peccatum, rei naturam aptissimè explicat. 68.c.1
Voluntatis vitium est, non naturae peccatum, atque iniquitas. 66.b.2
Voces, quae prima sui institutione certum quid significant saepe vsu latiorem significandi modum acciptunt. 75.b.1
Voluntas duplex in peccato angeli à scholasticis consideratur. 48.b.1
Voluntas absoluta quid appetat. 48.c.1
Voluntas conditionata quomodo impossibile appetere possit. 48.c.1
Vrbis ruina principis ruinam sequitur. 71.c.1
Vsus antiquus niuis. 7.d.2
Vsus cilicij in bello quisnam. 37.c.2
Vtiles viri principatum respuunt, inutiles ambiunt. 71.d.2
Vulgatae editionis vtilitas. 24.c.2
Vulgatae psalterium ab haereticorum calumnijs vindicatur. 17.b.1.& 6.c.2
Vulgata biblia vindicantur à calumnia. 68.a.1

Z

Zelator honoris proprij Deus. 14.c.2

REGESTVM TOMI PRIMI.

ℵ A a B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt terniones praeter ℵ est quinternio, & a folium, & B quaternio, & Aa quinternio, propter imagines. & tandem Ff est folium cum dimidio.

REGESTVM TOMI SECVNDI PRIMAE PARTIS.

Titulus & praefatio fol. 1. A B C D E F G H I. Omnes sunt terniones praeter I duernionem.

ROMAE, Carolus Vullietus. Typis Illefonsi Ciacconij. M D C I V.

SVPERIORVM PERMISSV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca